Digitized by Google

M

1Σ

8 K

4

Digitized by Google

Digitized by Google

I

IOANN. LANGII LEMBERGII,
V. Palatinorum Electorum archiatri,

EPISTOLARVM MEDICINALIVM VOLVMEN TRIPARTITVM, DENVO recognitum, dimidia sui parte auctum.

Opus varia ac rara cum eruditione, tum rerum scitu dignissimarum explicatione refertum: vt eius lectio non solum Medicinæ, sed omnis etiam naturalis historiæ studiosis plurimum sit emolumenti allatura.

Cum INDICE rerum & verborum copiosissimo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HANOVIÆ,
Typis Wechelianis, apud Claudium Marnium & hæredes Ioann. Aubrii.
MDCV.

Digitized by Google

12. 8. 2

CL. V.

D. GEORGIO WIRTHIO MEDICO *excellentiſsimo.*

QVantum promeruit laudis, qui lucis in oras
Edidit hoc, magni nominis auctor, opus:
Semideum fauor here[illegible] Wir[illegible]
Debetur meritis gratia tanta tuis;
Auſpice quo, dulces iterum producta ſub auras,
Ingenioſa vident hæc monumenta diem.
Magnus honor rerum certas inquirere cauſas,
Naturæque latens noſſe potentis opus.
Maior honos, eadem toti myſteria mundo
Prodere, ne tenebris hæc tegat vlla dies.

M. Martinus Prætorius
Suidnicenſis Sileſius.

AD

Digitized by Google

AD CLARISSIMVM EXCELLENTISSIMVMQVE VIRVM, D. GEORGIVM WIRTH, Philoſophiæ & Medicinæ Doctorem, olim CAROLI V. AVG. CÆS. & PHILIPPI II. Regis Hiſpaniarum Medicum, cognatum ſuum cariſs.

PRÆFATIO NICOLAI REVSNERI Iuriſconſulti.

QVEMADMODVM *omnes bonæ artes, vir ampliſſime, ceu fontes (vt Xenophon loquitur) præclarorum operum, à Deo ortum ſuum trahunt: ita Medicina vere eſt Dei quoddam munus, & inuentum, vel natura, vel diuina quadam ſorte hominibus conceſſum. Neque enim ea ars ingenio excogitata humano, ſed ipſius Dei munere ac beneficio ſingulari monſtrata eſt mortalibus: quæ in corpore potiſſimum humano tuendo verſatur. in cuius profecto fabricatione omnia ſunt plena & artis, & conſilii. Hinc*

& veteres illi ſapientes Medicinam à Deo, quamuis Dei veri ignari, profectam eſſe ſenſerunt. Apud Aegyptios quidem, vt auctor eſt Diodorus, Medicinam volunt primum à Mercurio inuentam fuiſſe: & ab Iſide plurimum amplificatam. Alii Libero patri hoc ſtudium acceptum ferunt: plerique vero Apollini Pythio aſſignant: qui & apud Ouidium de ſe ipſe gloriatur his verſibus:

Inuentum Medicina meum eſt: opiferque per orbem
Dicor; & herbarum ſubiecta potentia nobis.

Sed de eo multo certius diuinæ vocis exſtat oraculum in Eccleſiaſtico: Honora (inquit Siracides) Medicum, quia propter neceſſitatem creauit eum Dominus. A Deo eſt omnis Medicina: & Reges honore Medicum afficiunt. Ars Medica caput exaltat artificis: eumque reddit magnum apud Principes. Altiſſimus è terra creauit remedia: eaque vir intelligens non aſpernatur. Altiſſimus hanc artem communicauit hominibus: quo opera Dei miranda celebrentur: nam ipſe dat Dominus, quicquid boni eſt in terra. Semper igitur ſummo in honore fuit præclaræ artis illius cognitio: quæ quidem ſectatores habuit ſuos, non modo alios priuatos, ſed etiam reges ac principes. Sic à Zamolxide Rege & Deo Thra-

Thracum, qui Medicinæ auctor fuisse perhibetur, è schola eius qui prodierunt, Medici Zamolxidis fuerunt appellati: quorum tanta fuit auctoritas, vt homines quoque ἀθανατίζειν, hoc est, immortalitate donare dicerentur. Sic Aegyptiorum sacerdotes, vt & Græcorum, omnes vna cum Magia, Medicinam exercuerunt: ipso teste Homero & Platone: à quibus Pythagoras, Empedocles, Democritus, & ipse Plato artem hanc quoque didicerunt. Sed & constat à summis regibus ac Principibus præstantes Medicos summe cultos & honoratos fuisse omnibus ætatibus. Sic Ezechias rex in honore habuit Esaiam Prophetam Medicum: Sic Darius Democedem Crotoniatam; sic Phalaris Policletum; sic Alexander Magnus Philippum; sic Antigonus Asiæ rex Dioclem & Philippum Epirotam: sic Augustus Cæsar Antonium Musam summo cultu honoris & gratiæ veneratus est. Præmia quidem Medicis decreta à regibus & principibus semper fuerunt maxima, & longe ampliſsima; quorum etiam stipendium in singulos fuisse annos C C L. sestertia scribit Plinius. Quanta porro dignitas, & quanta auctoritas fuerit Medicorum apud veteres: satis hoc declarat Idomenei iudicium illud apud Homerum, ad Nestorem sic loquentis de Machaone vulnerato:

Digitized by Google

ὃς ἰητρὸς αὐὴρ πολλῶν αἰτάξιος ἄλλων.

Tum vero argumento huius rei esse potest perpetua artis illius possessio *in familiis præcipuis: vt quod de* Asclepiadarum familia *proditum est, eos ab* Aesculapio parente, *qui à patre* Apolline *artem medendi acceperat, familiariter institutos, postea* Medicinam *docuisse: atque in hunc modum artem successione quadam hereditaria à parentibus fuisse propagatam in liberos, ad Hippocratem vsque, qui & ipse ab Hercule & Aesculapio oriundus fuit. Atque hæc sane res tanta religione & fide culta fuit, atque obseruata apud veteres: vt non liceret cuiquam eam artem communicare, qui ab eodem genere non esset ortus: ac proinde peritos artis illius* τῶν ἰατρῶν παῖδας, *id est, medicorum liberos vocitabant. Quod & in aliis artibus ac disciplinis obseruari ita solitum fuit. Nam & Strabo quodam in loco scribit, Arabes patria instituta mordicus amplecti: ita vt ne aliam quidem artem liberi exerceant; quam cui parentes suos deditos fuisse sciant. Et Herodotus memorat, in eo Lacedæmonios congruere cum Ægyptiis; quod eorum præcones & tibicines & coqui, in paterna succedant artificia: & coquus è coquo, & tibicen à tibicine, & præco ex præcone gignatur. Sic Romæ eloquentiæ studium genti Curionum fami-*

familiare fuit, & veluti per manus à maioribus traditum, & à nepotibus per imitationem confirmatum. fueruntque in vna Curionum domo tres continua serie Oratores clari, sicut in vna Fabiorum familia tres continua serie extiterunt Senatus principes. Sic & tres Senecæ ex Annæorum familia Cordubenſi, quæ etiamnum hodie floret, & quidem fratres tres prodierunt doctrina & moribus clari: quorum ſcripta immortalitati conſecrata æternæ, in manibus omnium verſantur. Sic Vbaldi tres fratres, patre Medico Peruſino nati, Iureconſultorum maximi, vno floruerunt tempore: qui deinde & ipſi nepotes patri, & pronepotes Iuriſconſultos dedere. Celebris etiam & nobilis familia Patauii ſancta Sophia adhuc exſtare dicitur: quæ continuata ſerie ſeptem Philoſophos, eoſdemque Medicos illuſtres protulit, vt quaſi prodigii loco haberi poſſit gentis huius cognomen: quando ſicuti Sophiæ nomine decoratur, ſic etiam reipſa in ea tamdiu perfuſus Sophiæ ſplendor illuxerit. Poſſem equidem, ſi facto opus eſſet, multa hoc loco de Medicinæ auctoribus, eorumque ſucceſſione, deque familiis quibuſdam præcipuis, præſertim Germaniæ noſtræ, in quibus præclaræ illius artis infinito quaſi tempore continuata perdurauit poſſeſſio, non incommodè fortaſsis, aut inutiliter ac-

Digitized by Google

cumulare: ſed ne modum epiſtolæ excedat iſta Præfatio, conſulto ea omitto: & ad rem ipſam, cuius cauſa hæc potiſsimum fuit inſtituta oratio, propius accedo. Satis enim, vt arbitror, vir clariſsime illuſtre exemplum huiuſce rei communis noſtra gens ſuppeditat, & familia: de qua deinceps, cum propter auctorem operis huius, tum propter te ipſum, cuius ſtudio & beneficio opus iſtud hoc modo renatum denuo, & maximaſui parte auctum eſt atque collocupletatum, pauca quædam percenſenda ſunt potius, quam commemoranda. Fuit ergo gens iſta & familia noſtra (abſit dicto inuidia) à multis iam annis retro, cum aliorum in omni doctrinæ genere præſtantium virorum, tum vero inprimis Medicorum celebrium ſobole ac propage erudita hactenus nobilitata: in quorum numero (vt alios prætream) fuit patruus ille tuus cognominis GEORGIVS WIRTH I. qui Philoſophiæ Magiſter primo Lipſiæ renuntiatus: ac deinde Medicinæ, quæ naturalis Philoſophiæ quædam eſt propago, Doctor creatus Bononiæ, artem feliciter exercuit in Carinthia: munere poſt Archiatri ſplendidiſsimo functus in aula LVDOVICI Boiemiæ & Pannoniæ quondam Regis inclyti: qui non ita multo poſt infeliciter dimicans cum Solymanno Turcarum tyranno, & Chriſtiani nomi-

nominis hoſte infenſiſsimo, intra Albam Græcam, quæ veteribus Taurunũ putatur, & Mogatum, tranſiturus in fuga vadum amnis non magni quidem, neque celebris, miſerabiliter periit: heros ille optimus, & eximius adoleſcens; deſtitutus & prudentium virorum conſiliis, & fortiũ bellatorũ copiis: etiã, vt à quibuſdã proditum eſt, circumuentus fraude atque inſidiis ſuorum: de quo plura hoc loco dicere non eſt neceſſe. Fratrem GEORGIVS *habuit* PETRVM, *(qui alter fuit patruus tuus) Philoſophiæ & ſacroſanctæ Theologiæ* Doctorem, *Canonicum Vratislauienſem ac Lignicenſem, Beatæ virginis collegam in Academia Lipſica: in qua ipſe & Decani artium, & Rectoris vniuerſitatis munere ac dignitate perfunctus eſt, ſumma cum laude & commendatione omnium: Romæ poſtea mortuus, & in Campo ſancto ſepultus: cuius poſthuma adhuc exſtat memoria in Commentariolo illo pulcerrimo Pſalmorum & Hymnorum ſacrorum annis ſuperioribus edito, ac publicato. Cuius ſane tu, vir maxime, vtriuſque patrui præclaram imitatus induſtriam &, gloriã veluti æmulatus, iiſdem Philoſophiæ & Medicinæ ſtudiis, in quibus ſummum dignitatis & honoris gradum adeptus es, ſumme excultus, atque eruditus, antiqui generis honeſtam (vt verbo veteri vtar) proſapiam ornando & amplificando adhuc*

Digitized by Google

quidem magis auges quotidie, ac tueris: ante hac quidem in aulis & castris militaribus summorum Monarcharum CAROLI *V. Augusti, &* PHILIPPI *filii Hispaniarum Regis, medicinam laudabiliter fructuoseque per octennium integrum faciendo: apud quos & peregrinas terras adeundo, & longissima itinera conficiendo, & multorum hominum perlustrando mores ac urbes, plurimarum rerum, ut fit, prudentem usum & experientiam consecutus es. Sed & exemplo maiorum, ac praesertim tuo alter cognominis* GEORGIVS WIRTH, *propior sobrino tuus, cum quo ego olim ceu cognato & propinquo, eodem usus comictu atque contubernio in Academia Witebergensi vixi coniunctissime, ad supremam artis Medicae dignitatem, virtutis & eruditionis commendatione, in Italia progressus: sed (heu) paucis post annis morte praematura, adhuc florente aetate, Viennae Austriae medicinam quum exercere coepisset, rebus exemptus humanis, magnum sui desiderium omnibus, & propinquis suis dolorem omnino reliquit maximum. Cuius patruus* MICHAEL WIRTH, *cui tu natura & cognatione frater patruelis, sed pietate & caritate pater fuisti optimus, per omnes honorum Academicorum gradus, ad*

sum-

Digitized by Google

ſummum faſtigium dignitatis excellentis in Philoſophia & Iuriſprudentia conſcendit : neque ſolum Decanus , ſed Rector quoque magnificus inclytæ Academiæ Lipſicæ bis legitimis creatus ſuffragiis : Ius in ea ciuile profeſſus , magna auditorum frequentia & vtilitate : primo quidem Inſtitutionum Imperialium , ac deinde Codicis Iuſtinianei Anteceſſor ordinarius conſtitutus : poſt etiam ab illuſtriſsimo Principe AVGVSTO *Saxoniæ Electore in iudicio ſupremæ Curiæ Septemuiralis Aduocatus , & Senator : ac demum eiuſdem Principis voluntate & auctoritate , aulæ Saxoniæ Caburgicæ Cancellarius ordinatus : qua in dignitate ita ſe geſſit hactenus , vt non ſolum reprehenſionem euitarit , ſed omnium bonorum laudem ac prædicationem ſit promeritus. Sed hos quidem omnes de quibus dixi , familia paterna , & ſtirps virilis proximis annis protulit : protulit vero eiuſdem familiæ alter ſexus , ipſe quoque præclarus & laudatus , non pauciores cognatos , iiſdem artibus & ſtudiis præſtantes , & ſumma dignitate præditos. E quibus (vt priſcos omittam) fuit noſtra ætate conſobrinus ille tuus , & patruelis meus frater* BARTHOLOMÆVS REVSNERVS , *artium & Medicinæ Doctor ce-*

leberrimus: quod scripta eius in publicum edita testantur: quibus non rem Medicam solum, sed etiam inprimis Theologiam sacram, contra impostores quosdam, ac præsertim Tartareæ nescio cuius Medicinæ sectatores, plurimum asseruit, atque illustrauit: morte (heu) præpropera, ante annos sedecim, Zittauiæ Lusatiorum oppido, ad Sudetes Boiemiæ sito, pie sancteque defunctus: mensibus ante tribus præmisso ad cælestia gaudia fratre CHRISTOPHORO REVSNERO, *celebri Iurisconsulto, & patriæ Reipub. prudenti Syndico. Cuius filius* HIERONYMVS REVSNERVS, *tot maiorum suorum & cognatorum insistens præclaris vestigiis, ipse quoque vtriusque Medicinæ Doctor Basileæ nuncupatus ante annos aliquot; & exculti sui ingenii, doctrinæque exquisitæ lucubrationibus iam passim celebratus; hoc quidem tempore Curiæ Variscorum publico stipendio exercet Medicinam: magna cum laude non modo ciuium, sed etiam popularium. De me, & fratribus meis partim Medicinæ, partim Iurisprudentiæ studio deditis, quos & ipsos propiores sobrinis agnoscis, hoc loco dicere necesse non habeo: sed vt de bono isto familiæ & genti nostræ gratulor; eoque ceu diuinæ benignitatis quodam munere lætor maxime: ita eo, diligentius virtuti ac laudi operam nobis dandam esse iudico: vt acceptam à maiori-*

bus

Digitized by Google

bus boni & præclari nominis hæreditatem, non modo tueri, ſed cumulatam etiam indies magis induſtria noſtra relinquere nobis liceat futuræ poſteritati. Cæterum cognatæ familiæ veluti quidam princeps & anteſignanus merito habendus eſt operis huius Epiſtolici auctor egregius IOHANNES LANGIVS, *amitæ quondam tuæ magnæ filius: qui præ cæteris propinquis ze ceu filium amore & ſtudio perpetuo complexus, quo ad vixit: ex voto & teſtamento hæredem ſuum eſſe voluit: heredem, inquam, non modo opum & fortunarum ampliſſimarum ſed etiam inprimis doctrinæ ac virtutis: ad cuius præcipue ſtudium indefeſſum, ille veri glorioſique itineris præmonſtrator ingenium tuum amu Latione domeſtica ſuccendit. Is igitur eadem ortus patria, qua cæteri, quorum hactenus facta eſt mentio (Ea vero Sileſiæ ciuitas eſt* LEOBERGA, *non modo antiquitate & ædificiorum ſtructura, ſed & Republica prudenter conſtituta, & inprimis cultu religioſæ pietatis ſincero, & denique prouentu præſtantium in omnibus artibus & diſciplinis ingeniorum vbere ac copioſo, neutiquam ignobilis, & obſcura) ea inquam ciuitate ortus* LANGIVS: *& ad vberiorem ingenii cultum aſſequendum, poſt patriæ ſcholam, ablegatus Lipſiam: multos in ea Academia annos & diſcendo, & docendo publice prima-*

Digitized by Google

timque vtiliter exegit: Philosophiæ & artium liberalium Magister creatus à consobrino suo (de quo paulo ante habita est mentio) PETRO WIRTH *Decano; quo in loco, præter professionẽ publicã, aliarum quoque functionum publicarũ munera laudabiliter sustinuit, ea fide & diligentia; vt ommib. carus & acceptus haberetur. Præter aliõs habuit eo tempore assiduum auditorem, magnũ illũ & magni nominis virum* IOACHIMVM CAMERARIVM, *communem præceptorẽ nostrum: qui profecto* LANGII *doctoris sui, in explicando præsertim Plinio, quem delicias suas appellare solitus fuit, solertiam & industriam sæpissime pro lectione prædicauit: vt non parũ se tunc operæ illius fuisse adiutũ publicæ contestaretur. Sed cum is maiorum exẽplo, Philosophiæ cognitioni, Medicinæ postea studium adiunxisset: (neque enim aliter facere decebat eum, cuius auita stirps Medicis semper celebris fuisset) Pisis postea summum Doctoræ gradum consecutus in Italia: post reditũ suum in Germaniam demũ* Palatii Rhenani *Septemuiralis archiatrus factus: Heidelbergæ medicinã cum laude fecit multis annis; non eo solum nomine de Reipublica Christiana præclarè meritus; quod summis & maximis Principibus quinque, & sacri Roman. Imperii Electoribus à cura corporis fuit: verum etiam de tota re literaria in eo sane meritus quam optime,*

me, quod tot culti ingenii ſui monumẽta reliquit poſteris; quibus & patriam celebriorẽ multo reddidit: & nominis famam ac gloriam ſibi conciliauit immortalem: vere ille ἰατρὸς φιλόσοφος adeoq; diuini Hippocratis iudicio ἰατρός: quod Medica eius & Philoſophica aduerſaria in medio relicta abũde teſtantur. Quorum in numero ſunt Miſcellanea iſta EPISTOLARVM MEDICINALIVM, *varia ac rara eruditione, tum etiam rerum omnis generis ſcitu digniſsimarum explicatione referta: antea quidem ſæpius ea excuſa: ſed nunc denuo recognita, & plus quam dimidia ſui parte, opera potiſsimum & fide tua, aucta & collocupletata: vt merito editio iſta noua, & veluti παλιγγενεσία operis huius, tuo præcipue ingenio & genio accepta referri debeat. Sane non ignoro, complures in hoc ſcriptorum genere præclaram poſuiſſe operam: ſimilibus Epiſtolis Medicinalibus conſcribendis, atque publicandis: in quibus præcipuam laudem & commendationem merentur* IOANNES MANARDVS, ALOYSIVS MVNDELLA, IOANN. BAPTISTA THEODOSIVS, PETRVS ANDREAS MATHIOLVS, NICOLAVS MASSA, VICTOR TRINCAVELLIVS, *& ſi qui præter hos nominatos ſunt alii, quorum nomina comperta non habeo. Sed ex Germanis (nam hi, quos nomi-*

nauí, omnes Itali ſunt) ſolus, niſi fallor, LANGIVS *hoc ſcriptionis genus feliciſſime tractauit: tanto etiam magis, vt arbitror, præferendus cæteris: quanto eſt antiquior, atq; experientior. Nam ætatis ſuæ octogeſimo anno completo è viuis exceſſit: mortuus Heidelbergæ, & in æde ſancti Spiritus ſepultus. Quamobrem recte omnino & prudenter abs te factum eſt, vir ampliſſime; quod præclarum iſtud Epiſtolarum Medicinalium opus, ſtudio & labore tuo incredibili denuo recognitum, & magna acceſſione locupletatum, iterum lucem videre voluiſti: & quidem lucem accipere nouam in præcipua Germaniæ noſtræ officina Wechelíana: quæ & typorum elegantia & operarum induſtria, & operum denique ipſorum delectu ſingulari, laudem & commendationem hactenus meretur eximiam: vt nihil ea poſſit eſſe ornatius, aut uberius. Neque vero dubitare mihi poſſe videor: operam hanc & fidem in redintegrando opere iſto tam præclaro & egregio præſtitam, non modo Reipubl. literariæ vtilem ac fructuoſam, ſed & Medicinæ ac Philoſophiæ, præſertim naturalis, adeoque totius literaturæ politioris ſtudioſis, omnino gratam & acceptam futuram: vt eo nomine multa & magna vobis ab omnibus gratia referri merito debeat. Quod reli-*

Digitized by Google

reliquum eſt, vir clariſsime, & cognate cariſſime, Deum Opt. Max. obteſtor & oro: vt te, cum familia tota & gente vniuerſa, quam diutiſsime ſaluum & incolumem eſſe: & vſque ad extremam ſenectam per omnes ordines ætatum & annorum, bene & feliciter agere, benigne concedat ac largiatur. Ienæ ex Academia. Calendis Februarii, anno pub. ſalutis MDXIC.

Digitized by

IN EFFIGIEM

IOANNIS LANGII,

AVLÆ PALAT. ELECT.

Archiatri.

HAc facie ſpectandus eras, clariſſime Langi,
Quum tibi ſupremũ dicerem iuuenis vale.
Nunc canus tua buſta, pater cineresque ſaluto,
Poſt luſtra quinque redditus Nicro meo.
Officioque tuo ſublimi fungor in aula:
Vtinam pari cum dignitate & gloria.
Fama tuas reſonat laudes, tua ſcripta leguntur,
Audiſque vates pariter & Medicus bonus.

Iohan. Poſthius M. D. f.
Heidelbergæ, Anno domini 1588.

EFFI-

Digitized by Google

EFFIGIES
CL. V. D. IOANNIS
LANGII LEMBERGII
Medici, Archiatri Palatini
Electoralis.

Archiatrum facit Heidelberga: Sophum facit ante
Lipsia: sed Medicum Belsina docta bonum.

N. R.

IOHANNIS LANGII EPISTOLARVM MEDICINALIVM LIBRI primi Elenchus & Argumenta.

Epistola		Pagina
	Præfatio, qua Langius candido Lectori suam scribendi Epistolas Medicinales occasionem recenset	1
1	*In pseudomedicos, qui suis impostoris sacram Medicinam infamant.*	8
2	*Quam agre Medicina ab inueterata errorum opinione & superstitione vindicari possit*	12
3	*Chirurgicorum in curādis articulorum vulneribus, phlegmone obsessis, ignorantia inexpiabilis*	15
4	*Audax Chirurgicorum Germaniæ in cura Causonis temeritas*	20
5	*Eorundem in cæca cranei fractura curanda, cæca ignorantia.*	24
6	*De fungis, in vulneribus capitis, atque aliis Galeni explicatio*	29
7	*Oculus cultro discissus, à Langio, illæso visu, curatus*	31
8	*Qua temeritate Chirurgi phlebotomatos sanguinem absorbere tremulum cogant*	32
9	*Methodum rectam curandi vulnera pyrobolis cum glande plumbi aut æris facta, ignorare Chirurgos, qui vanum in extinguendo pulueris nitri ardore sibi negotium faceſſunt.*	34
10	*Quare vulnera temporum periculosa, & illorum*	

Digitized by Google

rum venæ sectio steriles faciat 37
11 De medicis veteratoribus qui ex solius vrinæ indicio, de morbi substantia statuere, & temere pronunciare audent, & nec ob triobolaris scorti precium nugari erubescunt 44
12 An pharmaca morborum materiam & humores concoquere, aut rectius naturam eos digerere asseramus. 49
13 Caloris vtriusque differentias, species ac vires, & substantiam declarat. 54
14 De virtute informatiua, & quid Aristoteles de ea senserit : eiusque cum Platone suo præceptore concordia 61
15 De causa morborum coniuncta, & duplici eorum constitutione 65
16 An & quando in cura exanthematum, quæ Arabes variolas & morbillos indigitant, aut scabie, vel morbi Gallici pustulis, bubonibus aut erysipelate, phlebotomia vel purgatio competat 68
17 An & quando phlebotomia pharmacis purgatoriis sit præferenda 73
18 An curandæ pestis methodus, tam per phlebotomiam, quam pharmacum, euacuationem exigat : & quæ illarum sit alteri præmittenda 76
19 De causis sudorulentæ Britannorum febris, & an sit veterum febris illa typodes, & fuerit antiquis medicis cognita. 82
20 De coacta & nullius momenti in febre sitis tolerantia 86
21 De morbo virgineo 89

Digitized by Google

22 *De cardiaca passione* 93
23 *De matricis prafocatione* 95
24 *De erotico amoris affectu* 100
25 *De apoplexia, epilepsia, cari, comatis, catoche, catalepsia, lethargi, phrenitidis, morborum capitis differentia* 104
26 *De senum vigilia* 110
27 *De vini cum sale & aqua maris conditura* 112
28 *De maris salsedine & pinguedine* 116
29 *De salubriore poculorum materia* 117
30 *De crapala, sive ex mero cephalalgia* 124
31 *De frigida potu* 126
32 *De falsa erysipelatis cura* 130
33 *De magia, & rerum naturalium sympathia* 134
34 *De physicis medicorum ligaturis, annulis, & periaptis* 143
35 *An divinatricis Astrologiæ observationes, & Mathematicæ ephemeridum tabulæ, Medicis in agrorum cura sint observandæ* 150
36 *De Astrologiæ ephemeridum origine* 160
37 *De crisis etymologia* 163
38 *De prodigiis, & demonum in morbis prestigiis* 166
39 *An in vniuersali febrium principio competat evacuatio* 169
40 *De sanguinis sputo, vomitu, & ex mortuis effluvio* 172
41 *De primariis dolorum causis* 176
42 *De causa doloris, & ossium apostemate, in dolore morbi Gallici* 180
43 *Hydrargyri virulentia dentes vacillare, ossa putresce-*

Digitized by Google

treſcere, ſtrumas & tuberanaſci: cerebri, epatis, ac neruorum vires vitiari: apoplexiam & paralyſim ſolo eius vapore excitari 189

44 *De plumbeis aquæ ductus canalibus, & ſalubris aquæ indiciis* 197

45 *De ventriculi in nephritide anatropa, & crurium ſtupore* 200

46 *De ardoris vrinæ & ſtillicidii cauſis* 204

47 *Ex cantharidum potu dyſſuria, earumque virulentia, & partium vſus* 208

48 *A quartana hydrops & illius encomium* 211

49 *De ſterilitatis ſcrutinio, & veteri obſtetricum officio* 217

50 *De veteri balnearum fabrica & vſu* 222

51 *Olei & ſtrigmentorum veteris palæſtræ precium & vſus: ac in ea, balnearum ſtructura* 232

52 *Quo geſtu illa apud Hippocratem exercitia, acrochiriſmus, chironomia, crocimachia, & alindeſis, conſtabant* 240

53 *De origine Alchimiæ, & diſtillationis aquarum ac olei modis & viribus* 243

54 *De ſtriaſi puerorum, & à cerebro cordis æſtu ac refrigerio* 250

55 *An prandium cœna frugalius eſſe, & quando expediat* 256

56 *De ſiligine veterum, & panis ſpeciebus, & de azymi confectione* 256

57 *De ptiſana, omeliſi, & polenta* 273

58 *Quid ſit cyceon, & ius album: de cerebro nonnulla* 278

59 *De garo, muria, & alece* 281
60 *De piscibus saxatilibus, ad Georgium Wirth* 287
61 *De carne suilla, Hippocratis & veterum sententia* 290
62 *De laserpitio, benzoin & myrrha* 298
63 *De nouis Americi orbis insulis, ante Vespucium & alios regum Portugalliæ naucleros, ab Hannone Carthaginense perlustratis, ac Geographiæ vtilitate* 304
64 *De exoticis Arabum medicamentis sero à Græcis cognitis* 316
65 *De sanguine draconis, ac cinnabaris speciebus* 322
66 *De scincis, salamandra, myrobalanis, iuiubis, sebesten, & sericis* 327
67 *De malobatro, vnguento pholiato, netopo, oleo spano, malis persicis, citriis, & carnis leporum vires* 341
68 *Obscura de venatoriis Gallorum & Ægyptiorum venenis problemata, & venenorum nomina* 356
69 *An veneno alta, vel capta, edendo sint* 368
70 *De varia stirpium, frugum, arborum, animalium, & hominis sexus metamorphosi* 371
71 *An Iudei sanguine humano vtantur.* 378
72 *Veteres ex Aegypto philosophos diuina herbarum medicamenta magica & anili superstitione turpiter defœdasse & infamasse* 393
73 *De necessaria medicamentorum simplicium, & erronea ea cognoscendi ratione* 401

74 De

74	*De pæonia, scolopendria, & sesamoide*	404
75	*De periculoso gagatis & succini suffitu*	411
76	*De absurda & affectata medicamentorum citra methodum compositione*	414
77	*De emplastris barbaris & enamis*	419
78	*Quid sit apud Galenum lex adrastiæ, & equi Prasiani ac Venetiani*	422
79	*De naturali vitæ periodo, & an prolongari possit*	429
80	*De clysterium usu*	436
81	*De pityocampis, picearum erucis*	447
82	*De recta luxata instaurandi methodo*	453
83	*De differentiis signorum, quibus Medici morbos discernunt, & futura præsagiunt*	459

LIBRI SECVNDI ELENCHVS, ET ARGVMENTA.

Epistola prima nuncupatoria.

Epistola		Pagina
1	*De senilis Atheniensium muli immunitate, ad illustrissimum Principem Othenricum Comit. Palat. sacri Romani Imperii Electorem, utriusque Bauariæ Ducem*	467
2	*De Medicinæ Aegyptiorum, Chaldæorum, Græcorum, Arabum, ac Latinorum origine, & in natura calumniatores Apologia: ad D. Georgium Wirth consobrinum suum.*	471
3	*De veterum Medicina, aliarumque facultа-*	

Digitized by Google

tũ bibliothecis & Chalcographia, ad illustriss. Principem Othenricum Bauariæ Ducem, Cõ. Palatin. sacri Romani Imperii Electorem 497

4 *Qua methodo contusionis & adustionis vulnera, machinis πυροβόλοις inusta, curentur: ad* D. *Georgium* Wirth *consobrinum.* 508

5 *De triplicis Gonorrhœæ dinotione & cura, Galeno veteribusque Medicis ignota* 515

6 *An scolymus caprum sub alis curet, & cur ephebi hircum oleant* 520

7 *De variciformibus vasorum spermatis anfractibus & illius concoctione, & occultis à cerebro per lumbos meatibus* 524

8 *De viro portentoso, cui masculus aguatus caput intus reconditum habuit, reliqua corporis membra è pectore pendula prominebant: & aliis, sine sexus compare aut semine parturientibus* 530

9 *De variis infœcundi spermatis masculorum causis* 535

10 *De menstrua mulierum hæmorrhagia* 539

11 *De grauioribus mulierum morbis, ex utraque, vel altera tantum, menstrui purgatione obstructa ortis* 544

12 *De admirandis muliebris picæ historiis & causa* 548

13 *De nouis morbis* 551

14 *De Stomacacia, & Scelotyrbe, & morbi Gallici tuberibus* 556

15 *De noua Italorum febre Lenticula* 560

16 *De καταῤῥευμάτων, id est defluxuum concoctione* 561

Digitized by Google

ne 561
17 *Ex eodem ſimplicis alimenti chilo, eodemque calore omnes quatuor humores in epate generari* 564
18 *De occulta purgantium pharmacorum proprietate, & potentia attractiua* 567
19 *De temerario purgantium pharmacorum uſu, & fructibus artis opera laxatiuis, ad Cyrlerum ſuum* 573
20 *De ſpeciebus ellebori, ad D. Georg. Furſterum* 578
21 *De eryngii, ſecacul, & carlinæ radicibus* 584
22 *De oluſatrii & ſmyrnii radicibus* 588
23 *De peſtis a febrili ardore & ſynocha dinotione & ſignis* 590
24 *De Arabum ex lachryma ceruorum bezohardt* 596
25 *De febrium periodi cauſa* 599
26 *Sudoris calidi & frigidi diſcrimen* 602
27 *De triennali omnimoda puellæ Spirenſis inedia* 604
28 *Quæ fuerint antiquorum alima & adipſa, famis & ſitis remedia* 616
29 *An caſeus edendo ſit ſalubris, ad Philippum Melanchthonem, virum eruditione & pietate clarum* 621
30 *De noxia quarundam arborum umbra* 625
31 *De ſanguinis concreti virulentia* 627
32 *De ſalis ſpeciebus, veterum uſu & condimento* 633
33 *De contrariis medicamentorum ſimplicium, rha barbari, myrobalanorum, roſarum, urticæ & aceti viribus* 639

Digitized by Google

34 *An dæmones corpora humana morbis affligant, & qua methodo exorciſmi recte curentur* 643

35 *An anima vel dæmones obſeſſorum exanctorati, procellas in aere vel vndis concitent* 650

36 *De faſcino, & corporum ἀποῤῥοίαις, & aue charadria* 656

37 *De alyſſo, & herba Britannica* 662

38 *De torminibus à febre habita derelictis, & abſinthii viribus* 664

39 *De matrice adempta, & admiranda fœtus mortui excretione* 667

40 *De puris per lotium, ex pulmonis, epatis, renum, aliorumque viſcerum vomica erumpentis, per meatus nobis ignotos, natura cognitos, expurgatione: ad Doctorem Geryonem Seilerum, Auguſtanæ vrbis medicum expertiſſimum* 673

41 *Quæ vrinarum, morbi concoctionem vel cruditatem indicet. Et an morbo indigeſto, purgatio competat: ad peritiſſimum Medicinæ doctorem Iohannem Echtium* 677

42 *De pterygio: ſyrenum, dracontii & vermium in phtiriaſi vlceribus* 682

43 *De anhelitus & deglutitionis ex gulæ vitio difficultate, & recta remediorum ſtomachi applicatione* 687

44 *De epiglottidis functione, & pulmonis per potum humectatione* 691

45 *De ſomnifera pedum lotione, de inſomniis & noctambulis* 694

46 De

Digitized by Google

45 *De magica Aegyptiorum medicina, & magiæ ſpeciebus* 700

47 *De emplaſtris ex metallorum mineralibus in mortario plumbeoque piſtillo maceratis, ad vlcera Chironia & phagædenica, cæteris efficacioribus* 707

48 *Quæ fuerit Aegyptiorum purgandi vtrunque ventriculum ratio, quam Hippocrates Syrmaiſmum appellat. Ad Doctorem Sebaſtianum Meiſner Iuriſconſultum, & illuſtriſsimi Principis Othenrici à conſiliis* 710

49 *An auri, argenti, gemmarumque vſus in Electuariis ac trageis ſit ſalutaris: ad Guihelmum Raſcalonum, medicinæ candidatum* 715

50 *An Hippocrates rectè omnes morbos vlcera dixerit, & de eius breuiloquii charactere* 723

51 *An merum pueris atque puellis, vel aqua dilutum, ſit ſalubre: ad D. Chriſtophorum Probium reconſultum & Principis Palatini Othenrici Elect. à conſiliis* 726

52 *De cauſa feruoris thermarum, & perpetuo in ſacris Ethnicorum igne, & vnde illarum vires emanent* 731

53 *De variis καταῤῥευμάτων à capite morbis: ad Philip. Bechium Medicum Baſilienſem* 741

54 *De naturali ac perfecta, & artis illius æmula mixtione* 744

55 *De admiranda rerum naturalium in macrocoſmo & membrorum microcoſmi in morbis ſympathia* 747

Digitized by Google

56 *Rhapontica, centaurium maius, ac ſymphytum aut conſolida, ſint ne eiuſdem radicis nomina, vel ſuccidanea* 753

57 *De calculis in renibus, veſica, folliculo fellis, ac pulmone genitis* 756

58 *De medicamentis ex puluere vitri, & aue troglodytide λιθοντρύπης, id eſt lapidem atterentibus* 759

59 *Quid ſint in magia naturali ἴυγγες, & anis ἴυγξ venefica* 762

60 *De tempeſtiua in febribus venæſectione, purgatione & criſi, contra ἰατρομαθητικὰς, & horum Ephemerides: ad Petrum Lotichium Secundum, Medicinæ Doctorem* 764

61 *De penna marina: ad Ioan. Moibanum Medicinæ Doctorem* 775

LIBRI TERTII ELENCHVS, ET ARGVMENTA:

Capita — Pagina

De ſecretis remediis ad Georgium Wirth Medicum Cæſareum conſobrinum ſuum Epiſtola 1, 777

1 *De aquis ſtillatitiis* 778

2 *De decoctis* 790

3 *De infuſionibus* 804

4 *De ſyrupis* 806

5 *De Iulepis* 814

6 *De pulueribus trageis & rotulis* 819

7 *De electuariis & Loch* 839

8 De

Digitized by Google

8 *De pillulis* 855
9 *De trociſcis* 862
10 *De oleis* *ibid.*
11 *De vnguentis* 865
12 *De emplaſtris* 869
De tremore brachii & cordis palmo à puerperio ad Bartholomæum Reuſnerum Lembergiũ Medicum, cognatum ſuum, Epiſt. 2. 878
De cura adoleſcentis à ſupremo domus tabulato nouem orgiis alto ſupra ſtratum lapſi, ad Michaelem Wirth I. V. Doctorem Cancellarium Coburgenſem conſobrinum, Epiſt. 3. 881
De ſtrumarum, ſteatomatum, atheromatum, aliorumque ex pituita abſceſſuum hiſtoria & cura prophylactica, ad Balthaſarum Githlerum Medicum Lembergium, Epiſt. 4. 886
De apoſtemate in perinæo & fiſtula, ad Georgium VVirth Medicum Cæſareum conſobrinum ſuum, Epiſtola 5. 893.
Medicum de Republica ſympoſium. Ad Generoſum Eberhardum Comitem ab Ertbach Palatinatus Archipincernam, Epiſt. 6. 901

Digitized by Google

EX ELOGIIS ICONICIS
N. REVSNERI.

IOHANNES LANGIVS *Leobergæ celebri Silesiæ oppido natus, anno* MCCCCXXCV:
Magister Philosophiæ creatus Lipsiæ, anno MDXIV:
Petro Wirthio consobrino, Collegii Philosophici existente Decano:
Quæ in Academia postea & bonas literas frequenti auditorum consessu professus:
Et publicis per aliquot annos perfunctus muneribus:
Magna cum laude doctrinæ, virtutis, sapientiæ, pietatis, industriæ:
Medicinæ demum studium, maiorum suorum exemplo, amplexus:
Bononiæ Medicis honoratus clarissimis:
Pisis Hetruriæ summum Doctoris gradum consecutus, anno MDXXII:
Tandem Illustriss. Elect. Palatinorum V. Archiatrus, alter ceu Podalirius:
Magno & sibi, & familiæ, & patriæ fuit ornamento ac honori:
Monumentis ingenii sui excellentis, varia ac rara cum eruditione, tum rerum omnis generis scitu dignissimarum explicatione refertis post se relictis quam plurimis:
Præsentibus carus posteris etiam admirandus:
Obiit Heidelbergæ senex anno salutis MDLXV. *Ætat.* XXC. *Iunii die* XXI.

IN MEDI-

Digitized by Google

IN MEDICINALIVM EPISTOLARVM MISCELLANEA D. IOANNIS LANGII Lembergii Præfatio.

LANGIVS CANDIDO

Lectori ſuam ſcribendi epiſtolas Medicinales occaſionem recenſet.

LAPSIS iam plus minus triginta, candide Lector, annis, quum relictis cultioribus Encyclopædiæ Muſis, quas tum Lipſiæ profitebar, animum ad paulo ſeuerius Medicinæ ſtudium appuliſſem, & ne (quod Seneca inertis eſſe ingenii teſtatur) relictis fontibus riuulos ſectari viderer, dum diuini Hippocratis, ac fidi eius Interpretis Galeni, opera diurna nocturnaque lucubratione perluſtrarem, reperi Galenum à ſuis de ſalubri victus ratione præceptis, Germanos, his ſeueris verbis, ne dicam conuiciis, excludere: Apud Germanos, inquit, ne nutriri quidem infantes contenderim, qui nuper editos infantulos, etiam ab vtero adhuc calentes, in flumen egelidum deferunt. verum, inquit, nos neque Germanis, neque aliis agreſtibus aut barbaris

Cur Galenus Medicinam Germanis non ſcripſit, lib. 1 de Salubribus.

Digitized by Google

hominibus, hæc prodimus: non magis equidem quam vtſis, apris, leonibus, aut aliis id genus brutis: ſed Græcis, & iis qui tametſi genere ſint barbari, Græcorum tamen æmulantur ſtudia.

Cæterum quum Germanos virilis animi fortitudine, ac corporis robore Græcis vel præſtare, vel ſaltem non impares eſſe, ingeniique præclaris dotibus ad bonas capeſſendas literas nullis nationibus eſſe ſecundos, probe ſcirem: arbitrabar Galenum his verbis ſaltem barbarum in educandis infantulis Germanorum morem inceſſere, quos Strabo & diuus Gregorius Nazianzenus tradunt, exploraturos an fœtus legitimo thoro conceptus ſit, infantem faſciis conſtrictum, in Rheni fluentis alueum præcipitare: qui ſi peſſum iuerit, pro notho ac ſpurio repudiatur: ſi vero ſoſpes emerſerit, pro legitimo educatur. Vnde Nicobolus ad patrem ita ſcribit:

Agreſtis infantulorum Germaniæ educatio. Strabo in Geograph. In Epigramm. Gregor. Nazianzeni.

---εἰ δὲ κακοῖσι
πρπείμην, παίδων μὲ τεῶν ἄπο τηλόθι ῥίψον,
ὡς νόθον, εὐγενίος δ' ἵνα κρηθῶ ῥείθροις.

id eſt: ---*Si vero malis*
Delectèr è liberis me tuis procul abiice.,
Velut ſpurium, nobilis Rheni probatum fluentis.

At poſtquam ex Bononia, ſacro tum bonarum artium, tum medicinæ ac iuriſprudentiæ Muſæo, in Germaniam redieram, comperi quoſdam Medicos, mira artis oſtentatione elatos, ex ſolius putridi lotii inſpectione, velut vatidicas ex cryſtallo anus, de ſubſtãtia & interna morbi cauſa temere pronunciare auſos: ac de ægrotantis ſalute vel exitio, tanquam ex Delphica Apollinis tripode, vaticinari, ne dicam perfricta fronte

fronte nugari: in diſcernendis vero morborum cauſis, ac ex horũ indicationib., in recta curationis methodo inſtituenda, quam Hippocrates & Galenus docuerunt, adeo cæcutire & aberrare, vt Galenum illis nõ ſua medendi præcepta ſcripſiſſe, nec ea hos logiatros vel ſaltem per trãſennam vidiſſe, recte iurares. Comperi quoque de Medicorum ſorte, aliud crudele Chirurgicorum vulgus, omnium literarum ignarum, ac prorſus ἀναλφάβητον, qui nec vllis inſtrumentis luxata mẽbra inſtaurare norunt: quæ ſi fortan quouis violento impulſu, vel carnificis induſtria, forte fortuna inſtaurauerint, tum videas, quanta tyrannide, & contra omnem veterum methodum, etiam ſine gloſſocomio (quod nec vnquam viderunt) membra reducta quotidie adeo contorquere atque diuellere pergant, vt non raro rurſus de ſuo acetabulo excidant. Certe hac ratione eos non luxata, ſed intolerabilem dolorem inſtaurare, rectius affirmares. Quid multis? Certe id quod de adulatoribus quidam dixit, in eos recte detorqueri poteſt: Præſtare incidere coruos, quam huius farinæ Chirurgis vitam, vel corpus committere. Atqui quum iguorantia nihil ſit audacius, longe atrocius illorum videas facinus, qui cum linguam ægrotantis febrili cauſonis ardore arescentem & fuſcam conſpexerint, quem morbum ob linguæ fuſcedinẽ, in qua morbi cauſam ſubſiſtere arbitrãtur, die Braun appellãt: hic neglecta febris ægrũ interẽpturæ cura, tædet & pudet me referre quã male olentib. medicamẽtis ſcabriciẽ linguę detergere ac humectare ſingulis

Temerariorum Medicorum ex vrina vaticinium.

Chirurgicorum imperitia & crudelitas.

De gloſſocomio Hippocr. lib. 2. de Fracturis.

Nam corui ſolum mortuos lancinant, ſed Chirurgici viuos.

Exitialis Chirurgicorum in cauſonis cura error. Der Empiricorum Braun.

non extincta febre, frustra satagunt: hic stercoris equini diluto, alter è contusis cancris cremore, linguam eluit: & panno rubro, & aspero quidem, non tam defecat quam excorticat. Mehercle, si Poëtis credere fas est, vultures apud inferos Tityi amatoris iecur non ita diuellunt, vt isti balatrones linguam febricitantium continuo affricta lancinant, & emacerant. At, bone Deus, si stulta illorum in phlegmonis erysipelatodis, vel in ipsius erysipelatis puri curatione cõsilia, seuerus ille morum censor Cato, aut Crassus ille ἀγέλαστος (qui semel tantum in vita, dum spinosos duris labris asinum edentem carduos vidisset, risisse fertur) audirent, certe à risu sibi temperare non possent, etiamsi labra mordicus apprehenderent. Nam si alicui macula vel exanthema rubeum eruperit, etiam citra febrem, quæ cum erysipelate & bubone sæpe coincidere solet, quod ipsi à colore *Rothlauff* indigitant: confestim ægro in perpetuum humectatione, lauacris capitisque lotione interdicunt. Vnde crebro habebis quosdam proceres impexis capillis obuios, qui in viginti annis caput nõ abluerint: & ægros ita sordidos, qui in tota vniuersali ęgritudinis periodo nec manus lauerint, nec recens lota, quant ũuis sicca, linteamina sibi substrauerint. At si quis in cubiti gibbero, vel genu, aut quouis alio neruoso corporis articulo, cæsim vel punctim sauciatus fuerit, & tandem ob doloris acuitatem phlegmon vulnus, ex humorum affluxu, obsederit, læsusque febre ita æstuet, vt calor naturalis vigorque membri humorum alluuium concoquere non possint: quum ex vulnere pro vera sanie

Empiricorum in cura erysipelatis, id est, Rothlauffs, amentia.

Chirurgicorum in curandis articulorũ cum phlegmone vulneribus temeritas.

Digitized by Goog

ra ſanie alba & lactea, aquoſum ἰχῶδες ſero lactis ſimilimum emanare viderint, mox exclamant, eſſe genuini ex articulo humoris effluuium, quẽ *Glied Waſſer* appellant: quum in omnibus totius corporeæ molis articulis non tantum ſubſit humoris, quantum vno die & nocte ex tali vulnere apoſtemoſo effluit. At hic non curata prius (quod recta Methodus exigit) vulneris phlegmone, nec habita febris ratione vlla, inſignem videas illorum in ſiſtendo ichoris profluuio amentiam. hic, vnguentum de baccis populi nigræ, in ſartagine feruefactum, vulneri infundit: ille exemptis de equorum ephippio capreolarum pilis, vlceris oſculum obſtruit, quo fit vt humor ille crudus ſubter cutem totum membrum perreptet, neruoſq; putrefaciat, & muſculorum thoros exedat. Non diſſimili demen-

Der vngelehrten Wundart zuo faſſen Glied Waſſer.

tia in pulueris ex halinitropyrii extinctione deſipiunt, quo ſphærulas ex ære cyprio vel ferro conflatas machinis pyrobolis in hoſtes eiaculamus: quorum nulla ratione efficta remedia, in Epiſtolis noſtris ſatis ſuperque confutauimus.

Der Schorer Pulverloſchung

At illorum execrabilis in curanda occulta cranei fractura error, eſt iſto longè periculoſior: quod, ſi cute illæſa, ictu lapidis, vel teli obtuſi, aut ex alto & præcipiti loco caſu ita diſruptũ aut fiſsũ fuerit, vt per cranei rimulas ichor ſanguinis ſuper cerebri pãniculos deſtillauerit, niſi cute ad X characteris effigiem diſſecta, craneũ trepano ἀδαπτέῳ perforaueris, vt influxi humoris vapores exhalare, ac noxia ſuppurationis recrementa cerebrum eructare poſſit: certè neceſſe eſt, prohibita tranſpiratione, humores intra cra-

Chirurgicorum in curanda cranei fractura, ignorantia.

Quid ſit cerebri ſphacelus, Hipp. lib. 7. Aphor. 50. Multa milia hominum, Empiricorum temeritate quotannis perire Empiricorum temeritas plures in ſudore Anglico, quã morbus interimit.

neum computreſcere, & ægrum cõuulſione aut ſphacelo perire. Hæc quidem, quum ſint omnium bonarum artium ignari, & hirundinibus indociliores, doceri non poſſint: neceſſe eſt inexpiabili horum inſcitia, præcipue in bellis, multa hominũ milia perire quotannis. Proindecandide Lector, ſancte deierare auſim, nõ raro, quũ inter milites cauſon vel dyſenteria graſſatur, vt nuper bis in Vngaria accidit, aut ſi febris aliqua Epidemialis, qualis ſudor ille Anglicus, increſcit, plures Empiricorum temeritate, quam morbo, aut hoſtis gladio interimi. Tuam, Lector, obteſtor fidem, dic quæſo, quot hominum milia credis illum ſceleratum chirurgicum occidiſſe ſua nephanda curandæ febris illius ſudorulentæ methodo, quam in morbi ignoti principio, temerario auſu, inuulgauerat? Numerus omnẽ fidem ſuperat. vrbs Pariſiorum populoſiſſima non tot alit incolas. Quis non ab imo pectore ingemiſceret, Medicinam, tam ſacroſanctum Dei donum, auaritia & ignorantia pſeudomedicotum in hominum perniciem conuerti: ſalutare ſummi Dei donum anus vatidicas, ſycophantas quoque, & agyrtas, ſuis impoſturis, arte Magica & idololatriæ ſuperſtitionibus ac incantamentis, ita prophanare & conſpurcare, vt nulla ſit artium, quæ tot impiis ſcateat ſuperſtitionibus.

Sencera Medicina, Magia, ſuperſtitione & idololatria defædata.

Quis pius bonuſque æquo ferat animo?

Magiſtratus δωροφάγος, id eſt, munerum deuorator.

Certe nullus: niſi præfecti aut magiſtratus δωροφάγοι, qui accepta turpi pecuniola, hæc Medicinæ monſtra, & Iudæos perfidos, in perniciem

niciem ſubditorum alunt, fouent, & tuentur: quibus ſolis fas eſt, ſubditorum marſupia fœnore exhaurire: & corpora Chriſtianorum per medicamenta inexperta, vita, vel ſanitate ſaltem ſpoliare: & ſolliçitos ægrorum animos, eorum incantamentis & ſceleratis ſuperſtitionibus, à veri Dei cultu, qui omnium ſanat languores, ad idololatriam, perfida recuperandæ ſanitatis ſpe, deflectere. Miſertus itaque ægrorum, quos è tonſtrina Chirurgici cauticis eorum medicamentis & crudeli luxata inſtaurandi carnificina adeo efflictim emacerant, vt ſubiecti quęſtionibus carnificis torturam leuius ferrent: quos denique indocti & barbari ex pagis & monachorum cœnobiis, ac Iudæorum ſynagogą, pſeudomedici, ſua imperitia & ignotis medicamentorum viribus, ita impune conniuente magiſtratu, perimunt, vt hos quiſpiam in Germania funeſto & lugubri infinitorum mortalium fato libitinam exercere recte dixerit: vt igitur miſeros hos ægros ab illorum carnificina & fraudulentis impoſturis aſſerere poſſem, quamuis negotiorum cumulo pene obrutus, & ærumnoſis ægrorum curis multifariam diſtrictus, has quas vides Medicinales epiſtolas obiter conſcripſi: in quibus quoſdam his triobolaribus Medicis, quorum tota ars ex vrinæ indicio dependet, ignotos morbos, rectamque curandi methodum declarare ſtatui: & pernicioſas veteratorum in medendo fraudes, quibus loculos decumbentium exhauriunt, mortemque ægrotantium intempeſtiuam accelerant, detegere:

Pſeudomedici, monachi, & parochiani, medendo libitinam exercét & promouent.

Digitized by Google

Inuidia, ſtudii & virtutis calcar & incitabulum. Auctoris in doctos Medicos confidentia.

& nihil illorum obtrectationes, conuicia, aut calumnias veritus, me illorum inuidiæ libenter exponere, quę mihi virtutis ſtudiiq; calcar erit. Verum confido ad tam pios & reipublicæ vtiles ac neceſſarios conatus, operam, fauorem & ſtudium Medicorum, qui candide & ſyncere docti ſunt, non defuturum: qui ſingulari eorũ, & ſatis dudum ſpectata eruditione, qua medicinam barbarorum & ſophiſtarum nugis conſpurcatam, plurimum illuſtrarunt, etiam hanc meam operam non promouere modo, ſed enixe adiuuare poterunt. Vale.

Ioannes Langius Lembergius ex Schleſia Medicus.

IN PSEVDOMEDICOS, *qui ſuis impoſturis Medicinam defœdant, Epiſtola prima.*

NVDIVSTERTIVS ad cœnam mihi in horto tuo conditam libens acceſſi. in qua cum nõ modo animi conuiuarum omnifaria florum, herbarum & fructuum amœnitate, Muſicesque harmonia refocillarentur, ſed & corporis vires lauto ferculorum apparatu reficerẽtur: ac dum ſecundæ menſæ bellaria afferrẽtur, tum Ariſtarchus conuiuiorum commoda dicturus, Non temerè (inquit) Homerus, meus ille amaſius toties conuiuia in Troiano bello inter Heroas celebrata cõmemorat: & Lycurgus, vt Laconum

num iuuentus in publico ſobrie conuiuaretur» edixit. Eſt ſane conuiuium commilitonum homilia, alacritatis animi pabulum, amicitiæ philtrum, & beneuolentiæ parens. Ob idque Brachmanas Indorum philoſophos, antequam cubitum concederent, ex phiala Tantali, quæ ex eius ſtatua iugi liquoris ſcaturigine referta ſemper fuit, inſtaurandæ amicitæ gratia bibiſſe fertur. Itaque vt vno verbo (inquit Ariſtarchus) dicam, conuiuium ſobrie inſtitutum, præſens animi corporiſque eſſe pharmacum teſtabor. Quanam igitur quæſo medela, affectus animi edaces, morbis corporis grauiores, melius quam φιλοποσίας poculis curabis? proinde ait Zeno philoſophus, vt lupini amari crebra aquarũ aſpergine macerati, dulceſcunt: ſic animus vino irrigatus miteſcit, & Galenus, λύπας ἀπαλλάξας καὶ ὀλυθυμίας κουφίζει οἶνος πινόμενος: Triſtitiam & mœrorem vinum ſobrie bibitum alleuiat omnem. Præterea vt ellychnium lampadis olei fomento conſeruatur: ſic genuinus humani corporis calor, humiditas, & vires, quæ cõtinua & occulta corporis exhalatione fathiſcunt, ſalubri potus & cibi pabulo conſeruantur: quibus vel maxime inculpata corporis ſanitas conſtat, qua nihil præſtãtius excogitari poteſt, quam nec cum omnibus Crœſi diuitiis, vel auriferi Tagi arenis commutare poſſis. Cuius pæana & laudem Amphion Sicyonius poeta his verſibus ſcite decantauit:

Philoſtrat. lib. 3. & Hieron. contra Iouinianum.

Galenus in lib. Animam corporis ſequi temperaturã.

Sanitatis encomiũ.

Μετὰ σῖτο μάκαιρα ὑγία πάντα πάρεστα,
καὶ λάμπει χαρίεσσ' ἔαρ, σὶν δὲ χαρὰ
Οὖτος εὐδαίμων --- id eſt:

Athen. lib. vltim. Dipnoſoph.

O beata ſanitas, te præſente amœnum
Gratiis ver floret, abſque te nemo beatus.

In confeſso igitur eſt, ſanitatem ſalubri conuiuiorum diæta conſeruari, & Medicorum pharmaciis defectam inſtaurari. Ob id Erophilus: φάρμακα, inquit, ἐὰν τὶν χρώμενον ἐρθῶς σωτὴν σχῇ, οἷον ὡσὶ θεῶν χεῖρες εἰσὶ. Id eſt: Pharmaca, ſi quis illis vtens recte prudens contigerit, auxiliares sũt deorum manus. Quare ô cœpulones perchari, inquit Ariſtarchus, vt tantis, tamque præclaris conuiuiorum donis recte frueremini, nunquã à cõuiuiis veſtris deberet abeſſe Medicus, qui ſalubrẽ victus rationem, & obſoniorũ vires vobis præſcriberet: quo munere, ſuo more, Langius in hoc conuiuio præclare defunctus eſt. Tandem ego: O Ariſtarche, reſpondi, nõ me, nec alios Medicinæ peritos huius vel officii vel laboris tæderet, ſi non vulgus, pſeudomedicorũ impoſturis perculſus, à conſiliis Medicorum ita abſterreretur, vt non prius, quam iam animã efflaturus, cum morte conflictetur, medicos conſulat. Iſtos ſane perſonatis tragœdiarum hiſtrionibus ſimilimos Hippocrates recte aſseruit. Nam vt illi habitu, geſtibus, veſtituque perſonã regis aut heroũ referunt, quos non eſse conſtat: ſic illi pſeudomedici veſte oloſerica, annulis, rubroque pileo decori, falſa & ficta artis oſtentatione apud ignobile vulgus, indoctoſque proceres, titulum perſonamque Medici ſibi vendicant: quam ſi illis exutis ademeris, ſub illorum perſona aut Iudæum perfidum, aut monachum apoſtatam, vel omnium bonarum artium

Pharmaca deorum manus. Gal. lib. 6. de compoſ. phar. κατὰ τόπους

Secta pſeudomedicorum cũ tragœdiarum Perſonis comparatio. Hipp. in Lege ſua.

Digitized by Google

tium ignarum parochianum, agyrtas, ardelionem, aut anus incantatrices, ac id genus farinę hominum, latere deprehendes: qui nihil nō audent, quo ab afflictis ægris per fas & nefas pecuniam emūgant. O ſceleratum pecuniæ aucupiū quid nō mortalia pectora cogis audere? Hi ſacro ſanctam Medicinam, præclarum ſummi Dei donum, temerariis ex vrina de morbis vaticiniis ac nefariis ſuperſtitionum nugis & incantationibus, conſpurcare non erubeſcunt. His accedit tandem Magia, quæ aſtrologiam & medicinam in ſuum aſciuit conſortium: quos non obſecro morbos curare, quæ denique præſtigia & intempeſtates, herbarum, radicum, lapidumque viribus, ſub ſtato lunæ & ſtellarum ortu adaptatarū, ſeſe non efficere poſſe promittant? His faſcinare, his dæmones cogere, his denique irata deorum numina litari poſſe, perfricta fronte nugantur. Si Gygis quæris annulum, quo rex ille ſe inuiſibilem reddidit: promiſsus quidē, ſed citra fidem, non deerit. His Magiæ nugis Medicina adeo defœdata eſt, vt nulla ſit artium, quæ adeo confertim errorib. & ſuperſtitionibus ſcateat. ac illa nobis cœlitus data Medicina. Hercules certe minori labore, Augeæ purgauit ſtabulum, quam aliquis, quantumuis doctus, Medicinam à tot mendis elueret & expurgaret. His dictis, Sympoſiarcha vnâ cum omnibus conuiuis petebat, vt id laboris ſubirem: ſed ob quas cauſas id facere diſtulerim, ſequens explicabit epiſtola.

Medicina Magiæ per mixta. Plin. lib. 30. ca. 1. & lib. 29. cap. 1. & lib. 28. cap. 2. Philoſtrat. li. 7. in vita Apollonii. Nicodemus in ſuo Euangelio. Orpheus in libel. de Lapidibus & Thebi. philoſophus.

De Gygis regis Lydorum annulo, Plato. lib. 2. de iuſto. Philoſtrat. in vita Apollonii.

EPISTO-

EPISTOLA SECVNDA

docet quam difficile ſit, Medicinam ab erroribus & ſuperſtitionibus vindicare.

GRAVITER quidem, mi Franciſce, proximis tuis literis expoſtulaſti mecum, quid ita præter promiſſa cũctarer, Medicinam ab erroribus & impoſturis & ſuperſtitionib. vindicare. Fateor quidem, id me facturum, in ſympoſio quodam recepiſſe: ſed cum promiſſa præſtare vellem, non experta prius operis difficultas, me ob has cauſas deterruit. Primũ, quod bona pars Medicorum in falſis barbarorum opinionibus adeo conſenuerit, vt ſcirrum quamuis durum citius digeras, quam inueteratas illorum opiniones, à puero cõceptas, ex animo eriperes, Quo ſane ſemel odore teſta recens imbuta fuerit, hũc non facile elues. ἔστ δ', ait Galenus, νόσημα βαθὺ λιυσιτιὸς οὕτως, ὡς τὸ τῆς αὐτοῦ λογισμοῦ πρὸς τὰ μοχθηρὰ δόγματα πάθος. οὐ γὰρ ὅτι μὴ παπτῶσαι τὰς ἐν αὐτοῖς τεκφίνας: Nulla eſt tinctura adeo ineluibilis, vt ad falſa, citra rationis iudicium dogmata animi affectio: quæ in his educatis, diſſuadere non poteris. Non temere Timotheus, celebris Muſicus, à diſcipulis prius male inſtructis, geminam poſtulabat mercedem, quum geminum docendi & dediſcendi laborem ſubire cogeretur: quam Medicus æquius à diſcipulis Medicinæ, perperam inſtructis, efflagitaret. Nam quum Medicina omnifaria ingenuarum artium eruditione, longęua rerum experientia cõfirmata, conſtet: Muſica vero ſola concinna vocum & numerorum

Prima de prauatæ Medicinæ ratio.

Gal. in lib. 1. de cog. & cura paſſ. animæ. Lib. 1. de dyſpnœa.

Quintilianus.

Digitized by Google

rũ harmonia & proportione perficiatur: quis nõ fatebitur, Medicum, dũ recte docet, falſa corrigit, biſque quaterque plus laboris, ne dicam periculi, quam muſicum ſufferre? Nemo plane negabit, niſi rationis impos. Deinde quum magiſtratus & proceres, acceptam à Iudæis & reliquis Medicis δεξεσοφοις parua pecunia, libere in corpora ſubditorum graſſari, eoſque non tondere, ſed deglubere permittant: hac magiſtratuum indulgentia effectum eſt, vt nulla ſit lex (teſte Plinio) quæ capitalem Medicorum inſcitiã puniat: ſolique Medico hominem occidere & Iudæis in corporibus Chriſtianorum experimenta per mortes agere, impune liceat. Hac impunitate freti monachi, apoſtatæ, agyrtę, ambubaiarum collegia, balatrones, anus incantatrices, denique carnifices, & qui paterna obligurierint bona, inſtar Æſchinis Socratici, ex arte Myrepſica alimoniã quærentes in hanc ſacram Medicinæ profeſſionem gregatim irrepſerunt: quam ſuis incantationibus, ſuperſtitionum præſtigiis & nugis, adeo defœdarunt, vt nulla ſit artium, quæ ex illorum ignorantia tot ſit ſuperſtitionibus & erroribus referta. Cuinam, obſecro te, Æſculapius, vel ipſe Medicinæ inuentor Apollo, tantas ingenii ſuppeditabit vires, vt illorum aniles opiniones, magicaſque ſuperſtitiones & errores homicidii ſanguine pollutos, extirpare poſſet? arenas maris citius enumerares, quã illorũ inſcitiam denſa ignorantiæ caligine obſeptam emendares. Οὕτω γὰρ, inquit Gal. ἀνοσιώτατον τι κακὸν ἐστὶν ἀμαθία σφόδρα, καὶ μᾶλλον ἀλυσιτελὲς μιχθεῖσα: Adeo ineluibile vitium eſt ignorã-

Altera depraua tæ Medicinæ ratio.

Plin. lib. 29. cap. 1.

De Æſchine Socratico Athenæus in fine lib. 2.

Gal. hæc lib. 1; Therapeuticæ aut Methodi.

Digitized by Google

tia magna, præcipue si arrogantiæ permixta fuerit. His sane sciolis arrogantiores esse scio nullos, quiita de suis glorientur remediis, ac sua adulatione ignobile inescare vulgus, suamque ignorantiam incessus grauitate, annulorum ostentatione, vestium fastu celare possint. His recte cum Phauorino dicere possis: Pallium & barbam video, Medicum philosophum non video. Postremo, quæso te, qua ratione illorum morbo aut ignorantiæ medeberis, qui ex composito eam celant? Vadimonium deserere (crede mihi) minoris æstimant, quam ignorantiam ingenue fateri. id quod maxime illorum insciriam prodit. Quo enim quisque est doctior, eo minus errorem fateri eum pudet. Nam & Hippocrates, ille Medicorum coryphæus, se futuris cranei deceptum fuisse, fateri non erubuit: More (inquit Cornelius Celsus) magnorum virorum, fiduciam & peritiã magnarum rerum habentium. Nam leuia ingenia quia nihil habent, nihil sibi detrahunt. Magno ingenio, multaque nihilominus habituro, conuenit etiam simplex veri erroris confessio. Nam his, cum sint in barbarorum sectis educati, totiusque philosophię expertes, ignorantia ita aciem mentis & rectum rationis iudicium perstrinxit, vt suam ignorantiam agnoscere nõ possint, & in veri cognitione plane cæcutiant. Ψευδεῖς γὰρ δόξαι περικαταλαμβάνουσι τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ὑ μόνον κωφοὺς, ἀλλὰ καὶ τυφλοὺς ἐργάζονται. Id est, Falsæ opiniones obsidentes animas hominum, eos nõ modo surdos, sed & cæcos reddunt. Hæc dum in animum reuoco, promissi me pœnitet. Tamen beneuolentia doctorum virorum fretus, cotis vice

Tertia deprauatæ Medicinæ ratio difficilis correctionis.

Doctos non pudet fateri errorem.

Corn. Celsus lib. 8. 4. cap. Quintilianus lib. 3.

Galen. in principio lib. 8. de Compositione phar. κωφὸν τόπους.

vicē fungar: & ſi promiſſa non præſtitero, erit tamen aliquid prodire tenus, ſi non datur vltra: & viri boni, voluntate mea ſaturabuntur.

DE CHIRVRGICORVM *in curanda vulnerum apoſtemation imperitia. Epiſtola tertia.*

TVis igitur admonitus literis, vela ventis cōmittam, tu vero oram ſoluenti fœlix auſpicium precare: auſpicaturus à vetuſtiſſima Medicinæ parte Chirurgia, quam primum Æſculapius, deinde eius filii Machaon & Podalirius, ac Chiron Achillis præceptor, Troiani belli tēporibus magno mortalium commodo domi foriſque in bello profeſſi ſunt: quæ cum multarum rerum peritiam, tum maxime humani corporis conſtitutionis notitiam requirit: ſine qua nullus luxata inſtaurare, fracta coadunare, venam aut apoſtema recte incidere poteſt. Obid poſt Hippocratem Herophilus & Eraſiſtratus, tanto ſtudio humani corporis fabricam ſcrutati ſunt, vt latrones morti addictos à regibus ex carcere impetratos, viuos inciderint, quo vitali adhuc micante in corpore ſpiritu, illius organorum actiones, officia, colligantias, & conſtitutiones exacte dignoſcerent. At noſtri ſeculi Chirurgici, quum ſemel vitulum aut porcellum lanium exenterare viderint, totius anatomiæ imperiti, non verentur ineffabili quadam tyrannide in corpora hominū vrendo & ſecādo graſſari: quod cum in aliis morbis, tum maximo

Corn. Celſus in Prolog. lib. 1.

Viuorum & recentium Anatomiæ neceſſitas.

Digitized by Google

in curanda vulnerum phlegmone, eorum imperitiam videre licet. Nam ſi quando fortefortuna caput aut finis muſculorũ, tendo, circa articulos, arbitrarii motus organa ligamẽtis circumſepta, punctim vel cæſim lęſa fuerint, tum ob dolorem & humorum colluuionem vulnus phlegmone inflammatur: qua niſi prius recte curata, fruſtra vulneri medeberis: & membrum læſum nõ tabeſcet modo cancræna, aut ſphacelo putreſcens emorietur, ſed & putridos per arterias & venas ad cor & cerebrum exhalans vapores, & patiens inſomnis delirabit, & tandem ſpaſmo conficietur. Cæterum cum nemo incognita curare poſſit, oporæprecium erit, ſingula apoſtemationis vulnerum accidentia pathonomica ex Damocrate referre.

Ὅταν μὲν πρωθέντος, ἢ νεύρων τινῶν
ἢ σὺν τοῖς τένουσι τὸ σπέος
μετὰ τὸν τέταρτον ἡμέρην πυκνοὶ πόνοι
καὶ φλεγμοναὶ, πυρετοὶ μετὰ συμπτωμάτων,
πολλῆς ἀγρυπνίης, δυσκοπίης, λίψους σφοδροῦ,
καὶ γλώττης χίνησιν σκέλλουσιν,
καθ' ἡμέρην ῥίπτα πρὸς τὰ χείρονα
ἰχὼρ πρυσφόδης, λεπτὸς, ἐρυθρὰ πνεύματα,
ταῦτ' ἐγγὺς αὐτῶν πάντα ἔχοντα σώματα
Ὀργὰς, διαπάσεις, φλεγμονὰς, οἰδήματα.

Quamuis bona pars Medicorum cauſam phlegmonis vulnerum in corporis cacochymiam referunt, Damocrates tamen (meiudice) rectius in dolorem refert, qui ex muſculorum neruis & tendinibus vulneratis oboritur circa articulos

Digitized by Google

los, ſenſus & arbitrarii motus organa: quæ cum fere nulla carne ſint cooperta, acutius ſentiunt, & ob id maiori dolore, quam epigaſtrii muſculi carnoſi affliguntur: qui velut cucurbitula omnifariam humorum alluuiem ad vulnus pellicit, quo tãdem vulnus intumeſcens, tertio, aut plurimum quinto die phlegmone & aliis ſymptomatibus corripitur. Ob id Hippocrates lib. 4. de Morbis inquit: Vlcera ſi curentur, maxime in diebus impatibus inflammantur. venit enim tum humor ad omnes venas, cum criſi turbatur: venæ autem repletæ, dolorem & calorem toti corpori inducunt. Proinde recte tradit Damocrates, poſt quartum diem non ferendos dolores in neruorum articulorumque vulneribus, cum grauiſſimis ſymptomatibus incrudeſcere: qui dolores quum humorum affluxum ad vulnus proritent, quibus venæ arteriæque circa articulorum muſculos infarciantur: quid obſtare poterit, quin doloris exacerbatione & ſanguinis alluuio vulnus rubore, œdemate & phlegmone turgeat, & putredinis doloriſque æſtu adeo efferueat, vt putridus ille calor per venas & arterias cordi præcordiisque communicatus, tãdem febrem continuam incendat, & linguam continua ſiti & ariditate emaceret? Nec cerebrum ab illius contagione intactum manet: quippe cum muſculorum nerui à cerebro & eius medulla propagentur, neceſſe eſt id, lege conſortii, muſculorum & neruorum apoſtemationi compati. Quare dum morbus & dolor ingraueſcit, patiens vigilia & delirio affligitur, & tandem ſpaſmo diuellitur. quæcuncta Galen. de Prænotionibus

Vis doloris actiua.

Digitized by Google

ex pulsu libro qurrto his verbis scitè complexus est; quæ, quum Græca Latinis plus energiæ & leporis habeant, hic inferere placuit: ὑδὲν (ait) θαυμαστὸν ὑδὲ ἀλόγ ὅτις κατὰ ὀπτικώτερόν τι καὶ βάθος ἀκριβῶς ἐπισκοπεῖ τὰ τραύματα. ἔστι δὲ τοῦτο ὅτι οἱ φυσμοὶ μεγάλοι γίγνονται, καὶ ταχεῖς καὶ πυκνοί. ἡ δ' ὀδύνη ἐστὶν ἰσχυρὰ καὶ κνησμῶδης φλεγμονῶν τρόπων, καὶ μάλιστα καθ' ὃ μέρος αὐτὴν ἀκριφῶσιν οἱ πόνοι τες, ἔτι μὴν ἀλόγως καὶ ἀσυμφόρως, ῥᾷστα δὲ οἱ φυσμοὶ πίνουσί τε καὶ σκληρύνονται, σαρκώδεις μὲν γὰρ οἱ τοιοῦτοι τρώματα καὶ χαῦνες, νευρώδεις δὲ ἰσχνοῖς οἵ τ' ἐν χερσὶ καὶ ποσί. ἔτι δὲ μᾶλλον εἰ πίνων φλεγμαίνοι τὴν κεφαλὴν χεῖρας ἄκρας ἢ πόδας, ἔτοιμος μὲν φυσμὸς αὐτῆς γίνεται σκληρὸς, ἕτοιμοι δὲ ἀπῶνται. Expositam satis clare arbitror apostemati vulneris naturã, & symptomata, illorumq; causas: ex quibus Medicus physicus facile totius curę & remediorum indicationes depromere potest. Circa quæ mira Chirurgicorum imperitia manifestatur. Nam quum (teste Galeno) in curãdo vulnere nihil sit prius, quã prouidere ne phlegmone corripiatur: hi nõ modo quid phlegmõ sit ignorant, sed nec musculorum aut tendinum aut articulorum compaginé & situm nouerunt. Nec principio neruorum, ne spasmo corripiatur, prouident: nec febris, qua totum corpus tabescit, rationem habent, quũ vulneratis merum bibere vinum, cibariisque aromatum conditura præparatis libere vesci permittãt: nec vulneris apostemationem agnoscunt, donec pro sanie bene cocta liquorem feculẽtum, oleagineum, & instar seri lactis tenuem vbertim emanare viderint, quem Damocrates perbelle appellat ἰχῶρα πρυσῶδη λιπῶν, Cornel. vero Celsus hydropem & meliteram appellat: Est inquit, quædam sanies, quæ vel hydrops, vel melitera

Galen. lib. 6 Methodi iatrodu.

Pollux. lib 4. hæc ea l. m. G. l in lib. de Tumoribus præter naturã. Corn. Celsus lib 5. cap. 26. de saniei speciebus.

appel-

appellatur. hydrops tenuis, ſubalbidus, ex malo vlcere exit: maxime vbi neruo læſo, inflammatio ſubſecuta eſt. Melitera, graſſior & glutinoſior, ſubalbida, mellique albo ſubſimilis fertur: hæc quoque ex malis vlceribus, vbi nerui circa articulos læſi ſunt, inter hæc loca maxime ex genibus profluit. Quem liquorem, aut ſi mauis ἰχῶρα, noſtrates Chirurgici ineptiſſimo vocabulo Aquam articulorū appellant, & eſſe arbitrantur: licet ex omnibus ſane articulis totius corporeæ molis, non tantum liquoris eliceres, quantum vel vna die & nocte ichoris ex vulnere apoſtemato profluit. At noſtrates ſcioli, hunc eſſe arbitrantur articulorum mucilaginē, quem natura (teſte Hippocrate) illis indidit, ne continuo motu exſiccarētur, & vt illius muci lubricitate facilius & ſine offenſa promouerentur. Audi obſecro illorum dementiam. Ne igitur talis ichor, quem ipſi congenitum articulis humorem arbitrantur, effluat incaſſum: pilis capreolarum, quibus ephippia equorum infarciuntur, oſculū vulneris, appoſito ſpleniorum faſciculo obſtruunt: quo fit, cum ſanies illa effluere non poſſit, vt ſubtercutanea totum perreptet membrum. tandem hoc ſemiputridum, obſtructis vitalis ſpiritus meatibus, ſphacelo emoritur. Dicere me pudet, ſed dicam: quod hiſce oculis vidi Ambergæ chirurgum, vnguentum populeonis in patella feruefactum, bulliens adhuc, vulneris oſculo infundentem. à quo quum remedii rationem ſciſcitarer, Malis mala curari oportere, reſpondit, tū patiens effuſis lacrymis: Certe, inquit, tua remedia non mala tantum, ſed peſſima eſſe ſentio.

Chirurgicorum *Glied vvaſſer.*

Lib. de Locis in homine, & de fractur. offiū.

Ridicula & pernicioſa in vulnerum apoſtematione Chirurgicorū medicamenta.

cui ego poſt biduum, abſciſſo ferra brachio medebar. Hi ſi ſcirent, calorem naturalem, omnis humorum concoctionis in corpore & ſaniei in vlceribus digeſtionis eſſe opificem, facile intelligerent, quaratione tanta crudorum humorum copia, ex inflammatis articulorum & neruorum vulneribus efflueret. Nam perinde ac in corpore hominis morituri, vlcera effœto calore naturali, nulla ſanie bona madida, liueſcunt: ſic in his vulneratorum corporibus, in quibus congenitus corpori & membro calor, febris & phlegmonis æſtu obrutus languet, nullam bonam poſſe produci ſaniem fateberis: quam ſublata vulneris phlegmone & febre facile producerent, vt tandem vulnus facile curare poſſis. Sed quæ ſit vera curandi vulnerum inflammationis methodus, referre, Epiſtolæ compendium non fert: quam Hippocrates, & fidus illius interpres, cum paſſim alibi, tum in libro quarto de Articulis, ac lib. 3. & 4. ac ſexto Methodi, te docebunt: quam etiam in Conſiliis noſtris propediem publicandis leges. Vale, & de his boni conſule quæſo.

Vlcera morituri cur ſicca liueſcunt.

Cor. Celſus lib. 5.

IN CVRA CAVSONIS
Chirurgicorum temeritas. Epiſtola quarta.

NVPER tuis literis, Baro generoſe, petiiſti, vt quisnã fuiſſet morb., qui duce Fridrico comite Palatino (in cuius caſtris vterq; noſtrũ merebat) cõtra Machometicæ factionis Imperatorem in bellũ profecto, in exercitu Romani Im-

ni Imperii ita populatim graſſatus eſſet, vt fere plures eo tum morbo quam hoſtis gladio perierint, tibi iterum in bellum profecturo declararem. Quum itaque commilitoni amico mos gerendus ſit, te celare non poſſum, fuiſſe alteram cauſonis ſpeciem, veteribus Medicis melius quam noſtratibus cognitam. Cuius prima ſpecies, ſi aeris ſicca calidaque cõſtitutio χολωδεις præceſſerit, tunc ab ortu Pleiadum vſque ad ſolſtitium æſtiuale magno mortalium exitio ingraueſcit. cuius interna cauſa fertur cholera ſanguini commixta, in maioribuſque circa cor, epar, ventriculum, ac non raro circa pulmonem in venis putreſcens, feruentem illam febrem ab vrendo καύσους dictam, parit: cuius æſtu lingua aduſta nigreſcit, patientemq; ſæuiſſimis ſymptomatib., nempe cephalalgia, delirio, hæmorrhagia, phrenitide, & tandẽ ventris torminibus & diarrhœa emacerat: & magis interne circa præcordia, ſiti intolerabili, quam in extremis æſtuat. At altera notha eiꝰ ſpecies hyberna, plurimũ ab æquinoctio autumnali vſque ad Pleiadum occaſum, ſi auſtralis aeris cõſtitutio præceſſerit, ingraueſcit: cuius humore & frigore cholera, eius in venis fomes, pituitæ permixta miteſcit, ac longe præfatis mitiora ſymptomata parit, curatuque altera eſt longe facilior: & cum huius febris cauſa procatarticaſit aeris conſtitutio, qui teſte Hippocrate, cõmunis eſt Epidemialiũ morborũ cauſa, & hãc eſſe Epidemiæ aut Endematis morbũ, cõtagionis lue infectũ, quis inficiabit? nemo. Hic eſt ille morbus, qui autũni tẽpore in Pannonia milites præteritis annis toties debel-

Prima cauſonis ſpecies æſtiua, Hipp. & Gal. lib. 1 & 2. Epidem. & lib. 1. de Morb. ac. lib. 4. Reg. acut. libr. 5. de Loc. affectis. Gal. Diocles Charift. ad Antig. regem.

Altera cauſonis ſpecies brumalis & hyberna.

Hipp libr. 2 de natura ho. & Galenus eius interpres lib. 1. Epid & li. 2. de Diæta acutorum.

BIBLIOTECA N.Z. ROMA VITTORIO EMANUELE

ized by Google

lauit & crebro populatim in Rheni acolas sæuit: quem vulgus ab accidẽte modo cephalalgiã, modo ob nigricantis linguæ colorem, fuscedinẽ ineptissime appellãt. Sed cur quotãnis hoc morbo tot hominum millia pereunt, in prõptu causa est. Nam dum hæc Epidemialis febris lues sæuit, tum præcipuè in castris, non naturæ & morbi peritus Medicus, sed indoctissimus quisque chirurgicus, qui nec causam nec substantiã morbi nouit, accersitur. Itaq; in sola huius morbi cura millies chirurgicorũ imperitia plures, q̃ hostis gladio interimi, sancte deierare ausim. Qui cum causam morbi & necis in fusco linguæ colore subsistere arbitrentur, quam (Deus alme) fœda excogitant remedia, quibus linguã expoliant. Hic expresso de cancris succo, os patientis colluit: alter dissoluto equorum stercore, illius colatura linguam ægroti eluit. Taceo quod nefas esse ducunt, alio quam fusci aut rubei coloris panno, aut alio quam prunorum fusci coloris ligno, linguam abstergere: ac si specialis in coloris similitudine subsisteret sympathia. O stulti, quando accidens, neglecta illius & morbi causa, curare satagitis: vmbram quoque corporis creta dealbare frustra laborabitis. Hæc illorum temeritas, sane eos prodit ignorare, quis sit in complicatis affectibus, quos Græci διαθέσεις appellant, curationis methodus, & indicationum ordo ac scopus: quorum primus à causa affectuum & morbi sumitur interna, quæ sui ablationem per contrarium indicat. Constat autem, morbum esse suorum symptomatũ causam. Proinde febris illa feruens, cuius ardor sali-

Der vngelehrten. Feldtscherer Braun.

Delira chirurgicorum in cura causonis remedia & imperitia.

Gal. lib. 3. Methodi, hos ires curationis scopos vberius declarat.

Primus curandæ causonis. scopus.

ſaliualé linguę humiditaté, qua ex adenib⁹ irriga tur, exſiccat, atra incẽſi ſanguinis fuligine linguã obfuſcat, nigredinis linguæ cauſã eſſe, fateri oportet. q̃ niſi extinxeris, citius Æthiopẽ dealbabis, q̃ linguã, niſi prius ablata febre, ab hac nigredine vindicaueris; qua nõ ſolũ in cauſone, ſed in quouis interno epatis ery ſipelate & inflãmatione inficit̃. Vnde Galen. γλῶσσα, inquit, μελαίνεται διὰ τὴν ἄμαξιν θερμασίαν, ὥσπερ τῆς ἡλιθήρου τὸ δέρμα. Alter vero curationis ſcopus, eius ſine quo nõ habet. Sic puritas ac repletio in cura ſordidi & caui vlceris, rationem eius ſine quo non habet: niſi id à ſordibus primum expurgaueris, & deinde carne bona impleueris, fruſtra vlceris conſolidationem molieris: & niſi prius ablata phlegmone, vulneri inflammato fruſtra medeberis. Tertius vero curationis ordinũ ſcopus, vrgentiũ & accelerantiũ, curamq; ad ſe attrahentiũ affectuum rationem habet: vnde homini præcipue imminet periculum, hic curam primum ad ſe allicit: vt ſi ex puncto muſculi capite immedicabilis conuulſio oborta fuerit, nerui per transuerſum inciſio, & in venę aut arteriæ hęmorrhagia, totius vaſis per tranſuerſum præciſio, curã vulneris anteuertit. Pariter, ſi luxatio cum vlcere, præcipue phlegmone obſeſſo, in aliquo maiorũ articulorũ inciderit, vuln⁹ ſanam⁹: & luxationẽ intactã relinquere, periculũ cõuulſionis nos vrget: ſic ſyncopis & lipotomia primas curationis partes ſibi deſpondent. Atqui cum lingua incenſu naturalium vitæ membrorum non ſit, eius diſcoloratio nec cauſæ eius ſine quo non, vel vrgentis, rationem habere poteſt. Quip-

de hac nigredine linguæ Gal. lib. 4. de Dieta ac. & lib. 5. de Locis aff. ct. lib. Epid. lib. 8. de doctrin. Hip. & Plat.

Alter generalis curationis ſcopus.

Tertius curationis ſcopus, & indicationum præſtantia. Cor. Celſ. lib. 5 & Hippoc. lib. de Artic. & lib. 3. de Fracturis, & medici vulnerarii officio.

pe cum non equis modo,ſed hominibus periuris linguam clauis affigere trunco,illiuſque primam præcindere partem,non in Germania tantum,verum & Bononiæ & in Hiſpaniis citra noxá vidi:&Galenus lib.1.de Differentiis morborum refert, quendam in magna corporis conuulſione primam linguæ partem mordicus abſcidiſſe, & demorſam citra ſanitatis offenſam deglutiſſe. At id æquè animaduerſione dignum, quũ in huius febris cura, poſt leuẽ alui deiectionẽ,& phlebotomiam, nulla in præcordiis exiſtente phlegmone, præcipue ſi concoctionis ſigna apparuerint,paulo liberaliori aquæ frigidæ,prius tamẽ,ne circa præcordia moretur 'decoctæ potu,nullum ſit præſentius remedium: ipſi vero tanta ſiti ægros temere macerant, qua nec maiorem ſitibundus ille Tantalus apud inferos ferre cogitur. Quid multis? Præſtaret incidere coruos, quam ſe tam imperitis committere Medicis. illi in cadauer inſenſibile ſæuiũnt, at iſti in viuos graſſantur: quos homicidii reos peragere merito magiſtratus deberet. Verum cum curandi cauſonis rectam methodum præter Arabes medicos,Hip.li.3:Epidemiarum ,& lib,4.de Ratione victus in morbis acutis,Galẽ. in methodo,& eius ſimia Paulus Ægineta docte conſcripſerint,præter Epiſtolæ decorum foret,eam hic repetere. Vale.

IN CVRANDA CÆCA CRANEI *fractura,cæca chirurgicorum amentia.*

Epiſtola quinta.

SCRIBIS, mi Auerbachi,amicorũ optime,nuper

per obortо inter aulicos diſſidio, equitem quẽ-
dam Franciſci tui affinis caput, iactu lapidis ſatis
ponderoſi ſauciaſſe: quo ictus in terram proſtra
tus, aliorum ſubſidio eleuatus, quum domum
rediiſſet, nares & aures illi cruentaſſe. Et quam-
uis vulnus quantitatem fabæ vix excederet, chir
urguſque tantillum vulnus ne pili quidem fa-
ceret, tertio tamen die cholerам patiẽtem euo-
muiſſe, oculos eius caligaſſe, linguaque balbu-
tiente, pedes obtorpuiſſe, & corpus ſenſim fe-
bre lenta incaluiſſe: chirurgicum vero horum
omnium cauſam non in vulnus, ſed paulo
liberaliorem vini compotationem retuliſſe.
Deinde vero quinto die ingraueſcente, fe-
bre, patientem epilepſiæ ſpaſmo correptum, &
toto ſiniſtro corporis latere reſoluto, ſoporife-
ro veterno obtorpuiſſe, nec ſibi tum mente cõ-
ſtitiſſe: at tandem ſeptimo die plane delirãtem,
ſubito ſideratum, obiiſſe: chirurgumque eum
non ob malam vulneris affectionem, ſed apo-
plexia perditum, paſſim proclamaſſe: verum de-
functi hæredes autorem vulneris, compedibus
adhuc detentum, homicidii accuſatum in ius vo
caſſe. At reus pro tribunali cauſam dicturus, vul
nus non fuiſſe mortis cauſam, chirurgum teſta
tus eſt. Hæredes vero chirurgum id dicere, vt
fortaſſe ſuæ curationis imperitiam celaret, aſſe-
ueraſſe. Et quum Iuriſconſultus non tantum de
partu decemmeſtri, ſed & de lethalis conditio-
ne vulneris Medicos doctos conſulendos ſtatu-
iſſet, affines interempti, ab Empirico medicos
phyſicos appellaſſe.

Proinde petis, ſenatus nomine, vt meum de

Hiſtoria de ſympto matib. fra-cturæ cra-nei occul-tæ.

Iuriſcon-ſulti in pleriſque cauſis Me-dicorum iudicio e-gent.

Digitized by Google

causa mortis tui affinis iudiciũ declarare velim, Et cum senatus de me sit bene meritus, id laboris detrectare non possum: simulque vt is intelligat, quantum interfit reipublicę, doctos habere & alere Medicos, rem paulo altius repetam. Multifarias esse in capitis vulneribus & contusionib. fracturarũ cranei differentias & nomina Medici docti nouerunt: quarum vna, quæ cæteris est periculosior, Cæca appellatur, quod detrimenta eius, visui non sint palam obuia. nisi cute prius transuersis instar X literæ lineis incisa locũ cranei affectũ detexeris, ad pericranium vsque. Quæ vt plurimum accidit, quum quis ab alto in caput ceciderit, aut id pauimento aut parieti cadẽs allisserit, aut lapide, fuste, teloue quouis obtuso ictum, conquassatumue fuerit. quo fit, vt cute adhuc integra, vel parũ vulnerata, caluaria cerebri & sensus organorum conclaue, ictu depressa, ad cerebrum subsideat, illiusque mẽbranam futuris cranei adhærẽtem, eiusque neruos comprimat. quo fit, vt lingua & membra arbitrarii motus organa, ad quę nerui coarctati à cerebro vergunt, & spiritum animalem deferunt, παραλύσει torpeant, & æger obmutescat, donec incisa cute caluaria tripodis instrumenti terebra attracta, eleuataq; fuerit. At si caluaria casu vel quauis plaga conquassata & rupta dehiscit, tũ nullo vel angusto existẽte cutis vulnere, sanguinis ἰχὼρ & sanies supra cerebri durioré pelliculá defluit per rimas fracti cranei: quorũ alluuione cerebrũ & eius panniculus, asperitate partiũ fracti cranei læsus, phlegmone corripitur: & eo magis, si intus capitis cõcussione vena rupta sãguine: n

De differẽtiis fractur. cranei Celsus libro. 8. cap. 4. Gal. in Diffini. lib. 6. Methodi lib. 2. de Causis morborũ

Cæcæ cranei fracturæ.

Sanguiné extra sua vasa effusum, intra corpus coagulari, & putrescere, testatur Galen. lib. 6. de Locis affectis. Hipp. lib. 1. de Morbis. & libro. 6. Aphoris. 19.

Altera. occultę cranei fracturæ descriptio, & species.

guinẽ profuderit, qui extra ſua vaſa effuſus, repẽte coagulatur, & putreſcẽs virulẽtis ſuis vaporib. cerebrũ illiuſq; arterias replet, & ſpiritum animalem ſua contagione inficit & alterat. inde fit, vt febris increſcat, patienſque deliret: & ſpaſmo epilepſiæ crebro conuulſus, ſtomachus lege conſortii læſus, choleram euomat: patiẽſq; obmuteſcens, tandem ſideratus moriatur. Proinde recte ait in Aphoriſ. Hippocrates: Quibuſcunque cerebrũ præciditur, his neceſſe febrem & bilis vomitũ accidere. Et lib. de Morbis 1. Si percuſſi, inquit cerebrũ conquaſſatum dolebit, percuſſus obmuteſcet, nec videre nec audire poterit: ſi vero vulneratum fuerit, febrem & choleræ vomitum ſuperuenire, ac aliquam corporis partem ſiderari ac perire neceſſe eſt. Hæc fracti cranei ſymptomata ſi inciderint, ſpes vitæ in anguſto erit: niſi tempeſtiue cute inciſa, depreſſa diſcooperti cranei oſſa tripodis terebra eleueueris, exaſperata poliueris fracta exemeris, rupta que trepano ἀλαπίσῳ perforata lẽticulari ſcalpro excideris, vt tandẽ per ampliatũ caluarię foramẽ cerebrũ, ſanię & eius ſerũ ἰχῶρα expurgare, & putridi vapores exhalare poſſint. Horũ ſymptomatũ cauſas ſimulq; curãdi methodũ, Hippocrates Laconica ſui vernaculi idiomatis breuitate ita explicuit: ἢν δὲ τὸ ὀστέον ῥαγῇ, & ῥογμὴ ἐγγένηται, ἐπιτύνειν ὅπως χρή, ὡς μὴ κατὰ τὴν ῥογμὴν τὸ ὀστέον ἰχωρῴῃ, & μένιγγα σήπῃ. ὥστε δὲ κατὰ τοῦτο μάλιστα, ὅτι ἐξανοῖξαι, λυπέει, & μαίνεσθαι ποιεῖ, τὸν ἄνθρωπον ὅπως χρὴ ποιεῖν ὡς τὸ ὀστέον ἡ τοῦ ἰχῶρι, μὴ μᾶλλον ἔσοδος, εὖρέος διαπρισάντος. & φαρμάκοισι χρῆσθαι. ὅσα ἐφ' ἑαυτὰ τὸ ὑγρὸν ἕλκουσιν, & λύει. His ſy bis monet, os fracti cranei ſerra incidere, & foramen dilatare,

Symptomata & communia. fracti cranei. deſcribit Cor. Celſ. lib. 8. ca. 4. Gal. lib. 6. Methodi. Hip. in lib. de Capitis vulneribus.

Historia pueri in fractura cranei per Langium curati.

vt humores, ne his cerebri pellicula putrescat, effluere possint, & hos pharmacis attractoriis eliciendos. Hac ego olim curationis methodo in Nouoforensi Noricorũ ciuitate vsus, dum puer lanii trimus ex superiori domus tabulato prospiciens, pronus in stratum cecidisset, & in delapsu cecidisset, & in delapsu caput parieti prominenti allisisset: qui quum in domum patris semianimis deferretur, primũ bilem euomuit, & spasmo epilepsiæ bis cõuulsus, obmutuit, & tã brachio q̃ crure siniſtri lateris resolut⁹, cõmate deprehẽsus iacebat. ex quibus signis facile coniicere potui, offensam per craneum ad cerebrum vsque penetrasse. Quare altero die mox caput concussum primum in occipite non longè à futuræ interuallo, & vtroque latere aperui, vnde quotidie cruor sanie permixtus, vbertim profluebat: & cum per hæc caput expurgatum fuisset, puer (vel hodie superstes) citra omnem membrorũ & loquelæ offensam, Deo auspice, conualuit. Quandoquidem ex commemoratis à te accidẽtibus, constat cæcam cranei fracturam vulneri capitis, non illæso cerebri panniculo, vna cum phlegmone coniunctam fuisse: quam si medicus prædicta ratione ab diuino Hippocrate tradita, & à Galeno summopere probata, curare neglexerit: tum nec percussorem, nec Medicum culpæ mortis immunes statuo: nempe quum vulneris autor morti occasionem dederit, vulneris vero curator mortis remedia neglexerit: vnde occasio mortis facta est deterior, quam suis remediis extirpare, non erat impossibile. Ex his iudex, quis, & qualem commeruerit pœnam,

Digitized by Google

At ſi licet ridicula, attamen vera, ſeriis miſcere, quid mihi nuper contigerit, paucis commemorabo. Nuper cum quibuſdam empiricis in conuiuium accerſitus, & vt id genus hominum eſt gloriabundũ, ſingulis ſua chirurgiæ inſtrumenta partim Auguſtæ partim Nurbergæ, ex Norico ferro & calybe facta, commendantibus: tum ego ab illis ſciſcitabar, Ecquis illorum trepanum ἀβάπτιστον, cuius Galenus meminit, haberet, aut vidiſſet vnquam? Obſtupeſcebãt omnes, attentique ora aperta tenebant. tandem vnus ait: Langi doctor, fruſtra quæris in Germania abaptiſta. Non enim chirurgicorum inſtrumenta nobiſcum, ſed campanæ & pueri baptizantur. Tum ego ſubridens, aiebam: Me Romæ, viuente Leone pontifice, apud Vigonem Iulii ex Liguria pontificis chirurgicum, trepana ἀβάπτιστα non vidiſſe modo: ſed etiam qua ratione, ne in perforatura cranei panniculum cerebri offenderent, aut pungerent, indemerſibilia conficerentur, didiciſſe. Tum cæteri, Romæ ea ob præſentiam Pontificis facile baptizari poſſe annuebant. Ego vero, quum riſum continere non poſſem, illis valedixi. Hæc Senatum tuum, ob pleraque in me collata beneficia, celare nolui. Vale.

De trepano abaptiſto Gal. lib 6. Methodi. Corn. Celſ. lib. 10. cap. 3. & 4.

DE FVNGIS, QVI FRActo *cranео & aliis vlceribus adnaſcuntur. Epiſtola ſexta.*

Galeni de Locis affectis, locus obſcurus declaratur de fungis capitis.

PETIISTI à me certior fieri, quare fungos in vulneribus capitis naſcentes, nõ inter tra-

Digitized by Google

ctæ caluariæ ſymptomata enumerauerim, quum tamen Gal. in 1. lib de Locis affectis, eos non obticuerit, dum ex agnatis (vt ait) aliquando locus affectus quoque cognoſcitur. Agnata enim ſubſtantiæ proprietate participant, quemadmodum in capitis fractura fungi, quando membrana cerebri, μήνιγξ Græcis dicta, læſa fuerit, & patitur. Simul quoque oras, vt quales hi fungi ſint, tibi declarem. Nihil certe tam arduum, modo ſit noſtræ opis, noui, in quo non libenter tibi obſecundarem: ob id & in hoc libens tua iuſſa capeſſam. Primum quod fungorum non memini, id à me dedita opera factum ſcito. Non enim apertę cranei fracturæ & vlceris ſymptomata, ſed cæcæ & occultæ accidentia recenſere libuit: in qua raro, vel fere nunquam fungi naſcuntur. Quemadmodum ſane in ſtipitibus arborum, humores ſemiputridi per corticem extuberantes, in fungos coaleſcunt: ſic vulnerato cranio, humores cerebri affluunt, qui (teſte Alexandro Aphrodiſeo) oſſis frigore condenſati, in ſpeciem fungi concreſcunt: qui in ſuperiori parte ampliuſculi, infra vero prætenues, pro ratione loci perficiuntur. Vnde Galen. libro Epidem. tertio ait, τῇ πάχει τῆς χυμῆς τὰς τοιαύτας ὀδηφύσις ἐργαζομένου, καλοῦσι δὲ αὐτὰς οἱ πολλοὶ μύκητας: id eſt, Denſitate humorum tales in vulneribus adnaſcentias efficiente, quos multi fungos appellant. quos quum noſtrates chirurgici in capitis vulneribus enatos vident, ſubſtantiam cerebri eſſe arbitrati, aut ægros tanquam deploratos relinquunt: aut ſi forte fortuna eos curauerint, vulnera cerebri ſeſe curaſſe, tantillūque de cerebro fruſtum exemiſſe gloriā-

De fungis in vulneribus capitis naſcentib. Alexand. Aphrod. lib. 2. Problemate 86. & Gal. in tertium Epid. Hippocrat.

tur.

Digitized by Google

tur. Quid igitur ſint fungi,& qua ratione in vlceribus quoq; naſcãtur,te intelligere puto. Vale.

OCVLI DISCISSI, VISV illæſo,cvratio. *Epiſtola ſeptima.*

MAGNOPERE petis, vt qua methodo oculum ciuis Ambergenſis cultello diſſectum, viſu illæſo curauerim,tibi enarrem:quod vt acciderit,paucis ita accipe. Ciuis erat Ambergæ,cui nomen Neudegker. hic debita exacturus, in quendam pagum peregre ibat. & dum cultello, oblongo rapum ex agro proximo euulſum excorticaret,& ob itineris lubricitatem pedibus vacillaret, pronus cum oculo in cultellum cadens, oculum ab inferiori palpebra ad ſuperciliumvſq; per medium diſſecuit. Chirurgici vero accerſiti, ne putredo intra cranium ſerperet, oculũ excidere ſtatuerant. id ciuis citra mei abſentis conſilium fieri nolebat. Veſperi vero, quum domũ ab ægro,quem in oppido Sulczbach inuiſeram, rediſſem,vidi oculum ad oui galinei magnitudinẽ intumuſſe. quare quamprimum, ne oculos ob dolorem & humoris alluuium phlegmone corriperetur, eum vnguento de alabaſtro illeui: & albumen oui,addito caphuræ momento,cum oleo & aqua roſarum diſſolutum, & othoniis exceptum, ſupra oculum applicui; quibus tumor deſidebat, & tandem oculi recens vulnus, citra phlegmonem & ſuppurationem conſolidaui. Noſti ſane, quam frugiferum ſit in omniũ vulnerum phlegmone coercẽda, vnguentum illud,

Hiſtoria oculi vulnerati à Langio curati.

Vnguendi de alabaſtro vtilitas.

Digitized by Google

quod ex alabaſtritide marmore, frigidæ & ſiccæ conſtitutionis, Beneuenutus Hieroſolymitanus, in libello de Oculorum morbis, confice-re docet. Similem vero diſſecti oculi curam, Galenus de cauſis ſymptomatum libro quarto, his admiratur verbis: Equidem vidi incredibile quidpiam quod antea nũquam videre conſueuerã. Puer cũ iuxta pupillam ſtylo pungeretur, effluẽte protinus humore albugineo imminuta eſt pupilla, ac ceratoides tunica omnino corrugata videbatur: qui mox curatus, viſum recuperauit, inſtauraro ſcilicet paulatim humore, qui antea effluxerat. Sed huiuſmodi euentus raro videntur. Et noſter quoque patiens viſum recuperauit plenarie, vno relicto ſymptomate, quod temulentis quoque accidere ſolet: omnia viſa geminа eſſe illi apparebant. Pupilla ſane oculi ad inferiorem palpebram agglutinati, depreſſior altera ſtabat. Cryſtalloides quippe humor, ſi ad ſuperiora vel ad inferiora declinat, tum (inquit Galenus) quicquid cernitur, id duplum videtur. Sed tandem oculus frequenti motu, quem illi indixeram, ab inferna relaxatus palpebra, à geminati viſus fallacia liberabatur. Hæc non eo nomine tibi peteuri ſcribo, vt mihi honorem, quem Deo acce[illegible]um refero, arrogare velim: ſed vt noſtrates chirurgicos admoneam, quo rationali methodo vulnera curare diſcant. Vale.

Hiſtoria oculi vulnerati, curati à Galeno. cauſam geminati viſus, refert Alexan. Aphrod. Plutarchus & Ariſtotel. in Problema. ſect. 31. & Gal. de Vtilit. parti. lib. 18.

Aliam curam docet Albucaſis parte. 2. ca. 14. & 15.

CHIRVRGI QVARE PHLEBOtomatos ſanguinem ſorbere cogunt. *Epiſtola octaua.*

ALIAM vero æque temerariam chirurgicorum

rum inſcitiã te celare non poſſum: qui cum muſculos temporum, frontis, genæ, aut maxillarum, ab intercutaneo aere diſtentos, contremiſcere vident, illic mox hominis animam, & vitam latere, veluti ergaſtulo incluſam, proclamant. Pariter quoque, quamuis nulla corporis per pharmaca euacuatio, ſit magis ipſa phlebotomia periculi expers: attamen cum ſecta vena ſanguinem in lebete, ob flatulentum incluſum ſpiritum, contremiſcere vident, vitam cum ſanguine effuſam ſuſpicantur: quem ob id repente, antequam tepeſcat, patientem abſorbere cogunt. O audax chirurgicorum ignorantia, qui neſciunt, aerẽ, vitalis & animalis ſpiritus fomentum, nõ modo per arterias cerebri, pulmonis & cordis cauernas, ſed per occultam quoque inſpirationem & poros, vniuerſos corporis artus perreptare. qui ob arteriarũ cum venis coadſtomoſim, ſanguini quoque permiſceretur: quem etiam ex flatulento & viſcoſo humore non in muſculis modo, & omnibus quæ diſtendi poſſunt mẽbris (nempe ventriculo, inteſtinis, iecinore, liene, ſepto tranſuerſo, ac in ipſo puerperarum vtero) crebro generari accidit, cuius tremulo motu matrix agitata, fœtum in vtero moueri puerperæ falſo ſuſpicantur. Hunc inquã tremulũnõ in muſculis & aliis membris tantum, ſed præcipue in corde motum, Græci Palmũ appellant. Proinde Galenus inquit, ὥσπερ αἱ ἔγκατοι τὴν ἐργαζομένην τοὺς παλμοὺς αἰτίαν, ἀτρώδη τινὰ οὐσίαν ὑπάρχουσαν. Et certe ſi magna paruis conferre fas eſt, quemadmodum ventus viſceribus terræ incluſus, erupturus terrã tremulo conquaſſat motu: ſic aer flatulentus muſculorum, aliarumque

Cauſas palmi deſcribit Galen. libr. 5. de Cauſis ſymptomatum, & libro 4 de differentiis pulſuum & lib. 3. de Prænotione ex pulſu.

De cordis palmo, Gal. lib. 5. de locis affectis, cap. 1.

Digitized by Google

corporis partium, quę diſtendi poſſunt, velamine circunſeptus, eaſpalmo concutit, donec per diſtentum velamen eruperit. Huius cauſam quum vulgares illi chirurgi ignorent, illic ſubeſſe animam arbitrantur. Quare ne ab illis decipiaris, & ſanguinem pro anima impurum deglutire cogaris, hæc te celare nolui. Vale. Cæterum quum phlebotomię à nobis facta ſit mentio, nō intempeſtiuum arbitror, & hoc de chirurgicorum imperitia, velut κολοφῶνα adiicere: qui venam incidēdam exploraturi, primum frigido ex populi baccis vnguento inunguint: quod potius ſanguinem ingroſſare ac regerere, quā ad venam allicere poteſt. At veteres rectius, oleo tantum membrum incidendæ venæ irrigatum fricabant, vt eius tepore ſanguinem fluxilem redderent. vnde Galenus inquit, ὡς φλεβοτομουμένοις ὄπισθεν μικρὸν ἔλαιον, εὖρον ἐργάζεται τὸ αἷμα. Vides ne obſecro, quantū intereſt, aliquid ratione duce, quā ſola imitatione fretum, facere? quod ſimiarum eſt peculiare: quibus illi iure conferuntur, nihilo illis ſapientiores, quum fere omnia citra rationis iudicium agunt. Iterum vale.

Temere chirurgos vng. pop. venam incidendam inungere.

Veteres venam incidendam oleo vnxiſſe. Gal. lib. 2. de Simplici medi. & lib. 3. de Complexionibus.

VVLNERA EIACVLATORIIS IGNE † TORMENTIS FACTA, CITRA METHODVM A CHIRVRGIS TEMERE CVRARI. EPISTOLA NONA.

Beuaſolus hæc tormenta ex Græco appellat pyrobolos.

ENIXE deſideraſti, vt tibi in bellum contra Machometicæ factionis principē profecturo, aliquem vulnerariæ Medicinæ peritum mitterem, qui præcipue vulnera eiaculatoriis igne tormentis illata, ac ardorē pulueris, cuius impetu miſſiles

missiles ex ære aut plumbo tormentorum globi eiaculantur, probe extinguere in vulneribus nosceret. Talis certe chirurgi operam libens conducerem, quem in bello ἄνδρα πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων cũ Homero æstimo: quales in Troianæ vrbis oppugnatione fuerunt, Podalirius, Machaon, & Chiron Centaurus. Verum quũ hæc noua sint bellica, à Germanis, & mihi finitimis Bohemis reperta tormenta (nisi quis illis honorem inuidens, horum autorem olim Salmonea fuisse contendat, qui teste Virgilio, flammas Iouis & sonitus imitatus Olympi, demens, Nimbos & non imitabile fulmen cœli, ære simulauit) & nouam quoq; requirant curam, à veteribus speciatim non prius edoctam: ea, me iudice, in censum vulneris ex cõtusione facti recte referre, ac illorum methodo prius tamẽ ærea extracta glande, curare quis posset, quam Hippocrates more Laconum breuiter ita cõplexus est: εἰς σὰρξ ἀπὸ ξύλου τοῦ βιλοῦς ἰθλάσθη ἢ ὑπὸ λίθου ἢ ὑπὸ ἄλλου τοιούτου, ταύτην ἰατρεύειν, ὅπως ὀξέα πυοῦται ὡς τάχιστα γίνηται, ἢν πάντα φλεγμαίνῃ. καὶ αὐαίνειν τὰς σάρκας τὰς θλασθείσας ἐκ τοιούτων, τοῦτον γενομένας ἐκπαγῆναι, ἔπειτα ἐλκοῦσθαι νέας σάρκας. Nã quæcunq; vulnera cæsim vel punctim telo acuto præcipue in carnosa corporis parte facta, recens solis emplastris enhæmis & exsiccatoriis, citra putrefactionẽ, curari possunt, ob id etiã minus ardent. At quæ cõtusa sunt, primũ putrescere, quod non sine ardore fit, oportet. quorum curationem ob id, vt quam celerrime, præuia aliquali putrefactione, ad suppurationẽ promoueantur, exigere Hippocrates hic asseruit. At vulgares nostri seculi chirurgici, differentias & naturas vulnerum ignorantes, illorum curam

Cor. Cel. lib. 1. & 7. in proœmiis.

Methodum curandi vulnera contusionis, docet Gal. lib. 5. Methodi. Hip. in libello de Vlceribus.

Digitized by Google

nulla rationis methodo temere aggredi audent: quorum vniuersum curationis scopum in extinguendo vulneris puluerisq; pyrii ardore cõsistere arbitrabantur, quem ex puluere tormentorum incendiario (qui ex sulphure, cárbonibus tiliæ, ac halinitro conficitur, cuius vix festuca aliqua cum glande missili vulneri ingeritur) citri suspicantur: qui tam exigua, aut fere nulla virtute causticapartícipat, vt eo non scabiem modo, sed vlcera sordida & cacoethica abstergere & consolidare viderim. Taceo quod nitrum, & eius spumam aphronitrum, veteres Medici contra vẽtris tormina cum cymino,& bupresti fungorum, ac taurini sanguinis virus, in aqua dulci aut posca ebibendum dederint. Sed nostrates vulnerariæ medicinę sepłasiarii,nihil prius ducũt, quam hũc puluerem halinitri quamprimum ex vulneribus eluere.quare hic vrinam pueri infantis, alter serũ lactis caprini vulneri instillat. At si ex Galeno didicissent oleum quod sit salis expers, & aqua stillaticii rosarũ liquoris lotũ,ardorem ex thapsiæ vrticæ,aut squillæ applicatione factum,sedare: putredinem quoq;in vlceribus,sine qua contusa curari non possunt, promouere, id in principio rectius infunderent. externe vero ea quæ humorũ alluuionem & phlegmonem fieri prohiberent, quamprimũ applicarent:&deinde reliqua quæad vulneris suppurationem & absterſionẽ, incarnationẽ & consolidationẽ fieri vulneris ratio postulat,tite exequerẽtur. Talẽ si nactus fuero Medicum (qui nobilcũ cygno nigro est rarior) quãprimũ ad te mittam. Et tuum erit officium, vt illum suo merito stipẽndio & honore digneris. Nã frustra

De nitro hæc Dioscorides libro 5 cap. 85. & Plin. lib. 31. ca. 10 Gal. de Simpl medic. lib. 4.

Galen de oleo dulci hæc lib. 2 de Simplic. medic.

Digitized by Google

ſtra merere in caſtris & gratis mederi, par cenſetur eſſe vitium.

Vale.

QVARE VVLNERA IN temporibus periculoſa, & venarum ſectio ſteriles facit. Epiſtola decima.

SCISCITARIS, quamobrem alias caluariæ venas citra noxam incidi, eas vero iuxta aures ſectas, ſteriles facere, ac vulneratos in tẽporibus, ſpaſmo, apoplexia, delirio & febre corripi, Hippocrates tradiderit. Cauſa omnibus quidem Anatomiæ peritis, facile eſt obuia. Verum chirurgicos tuos, illius ignaros teſtaris: eã tibi cauſam explicare non cunctabor. Et vt ſimul intelligas, problema tuum plus in receſſu habere, quã fronte promittat, cauſæ ſcrutinium ab humani ſeminis natura & ſcaturigine paulo altius repetitum auſpicabor. Sperma quidem Græci definiũt eſſe πνεῦμα εὔθερμον ἐν ὑγρῷ, ἐξ ἑαυτῆ κινούμενον, & δυνάμενον τοιοῦδε γεννᾶν, οἷον ἀφ' οὗ καὶ ἀφίεται: id eſt Sperma eſt ſpiritus calidus in humido, per ſe mobilis, potens tale generare, quale eſt à quo emittitur. Hic cerce humani embryonis & fœtus in vtero matris primarum principium & opifex recte fertur: cuius ſubſtantiam, quamuis Philoſophorum Medicorumq; ſchola ab vtili & reliquo totius corporeæ molis & membrorum alimento, in viſceribus exacte concocto, vna cum ſpiritibus decidi affirmet: & Lucretius poeta id quoque fateatur, dum ait libro quarto.

Hipp. in li. de Sperm. de c. vul. de aere & aqua. Auicen. 20. tertii, cap. 3. Gal. in libro Definitionũ.

Lucretius Epicureus lib. 4.

Semen, adulta ætas quum primum roborat artus,
Per membra atq; artus decedit corpore toto.

Potior tamen eius pars triplici ſpiritu turgens, ac cœleſti virtutis informatiuæ energia imbuta, à cerebro, corde, epate, & ſpinali medulla, genuina teſticulorum virtute attractiua, per vaſa ſeminaria, venæ chylis & atteriæ magnæ, inſtar capreolorum vitis intortas propagines: exlumborum quoque venulis, in teſtiũ anfractus, chremaſteras & epidemiadas attracta, quum in ſinuoſis illarum anfractibus exactius coctum & dealbatum ſemen fuerit, tandem in Veneris cõflictu, per variciformes paraſtatas, velut per tubulos & elices, in canalem penis defertur, ac tandem in matricis loculos effunditur. in quibus virtutis informatiuæ adminiculo, ex vtriuſque parentis ſemine, & materno per acetabula in vterũ attracto ſanguine, fœtus ad parentum ſimilitudinem effingit: eoſque parentum, ac non raro proauorum nævis, cicatricibus, & ſtigmatibus, aut cogitationis ſimulacris, deſideratæque rei figuris inſignit. Nec mirum. nam perinde ac magnes ſuam virtutem per cohærentes ordine acus in quartam & vltra effundit: ſic natura virtutem animæ informatiuam de ſemine in ſemen diffundit. Hinc accidit, vt crebro auorum notæ in nepotibus eluceſcant, poſt plures affinitatis gradus. Redditur enim (ait Ariſtoteles) poſt plura genera ſimilitudo: vt in Helide, quæ cum Æthiope concubuerat, non filiam Æthiopi colore ſimilem enixa eſt, ſed natus ex filia Æthiops erat. Sic Niceus poeta Byzãtius, à candido vtriuſque parentis colore in auũ Æthiopẽ degenerauit. Quod Lucretius perbelle his verſibus teſtatur libro quarto:

Fit quoq; vt interdum ſimiles exiſtere auorum
Poſſint,

De iſtis vaſis ſpermaticis omnibus, exacte Gal. lib. 14. de Vtilit. particul.

Admiranda virtutis informatiuæ energia.

Affimilationis prolis vera cauſa formalis.

Quare nepotes auis & non parentib. aliquando aſſimilẽtur.

Ariſt. lib. 1 de Gener. anim. cap. 18. Plin. li. 7. cap. 12. Lucretius lib. 4.

Digitized by Google

Possint, & referant proauorum sæpe figuras,
Propterea: quia multimodis primordia multi
Mista, suo celant in corpore sæpe parentes.

Et ne causam similitudinis, tantum in attentam mentis cogitationem referas, en in Cydone insula plurima Medica malus nascitur, quæ poma Priapo similima ferunt: harum semina in aliud solum sata, cum in arborem adoleuerint, quædam poma mentulæ hominis similima proferunt: alia vero in naturalem citrij mali similitudinẽ rursum degenerant. Quã in producenda prole & fructibus varietatem, dum causa materialis virtutis informatiuæ actioni resistit, accidere arbitror. Has admirandas prolifici seminis vires, virtutis informatiuæ participes, Citicus Zenon Stoicus erudita breuitate in sua spermatis definitione singulas complexus est, his verbis: σπέρμα ἐστὶν ἀνθρώπου πνεῦμα, ὃ μιγνὺν ἀνθρώπου μετ' ὑγροῦ, ψυχῆς μέρους ἔρπαγμα, καὶ σύμμιγμα τῆς ἐφ' ἑκάτερα γενέσεως, οἵου περ καὶ τὸ. Id est, Sperma est hominis spiritus, quem cum humido emittit, partis animæ spoliũ, & generis proauorum permixtio: quale enim ipsum erat, tale permixtum excernitur. Accipis iam, Zenonem, semen, ob eius virtutem informatiuam per se nobilem, esse partem animæ testari: quod ob id etiam esse animatũ, bona philosophorum pars affirmat, Et velut anima per vniuersos corporis artus dispersa, ipsa tamen cerebrum velut Palladis arcem præcipue incolit: sic & virtus informatiua cœlestis animæ dos, in plantarum & animalium singula membra diffusa, in cerebro præcipue residet. Vnde huius & prolifici seminis potiorem

Pererudita Zenonis Stoici de spermate definitio. Gal. libr. Diffinitionum.

De virtute informatiua Galen' in fine lib. de Format. fœtus.

Qua ratione geniturа ex cerebro & spinali medulla ad vasa spermatica fertur Hip. lib. de Naturi offi um doctr.

Digitized by Google

partem à cerebro, & ſpinali medulla, per venas & arterias temporum ac lumborum ad ſeminaria defluere vaſa indicium eſt, quod coeuntes in ſpermatis effuſione oculis nictant, & quod coitu cerebrũ exſiccatur. Vnde qui ſalaces ſunt, citius caluescunt. Hinc illud in triumpho Iulii Cæſaris ſcomma proclamatum fuit: Romani ſeruate vxores, mœchum caluum adducimus. Et cuidam petulantiſſimo hiſtrioni, diſſecto poſt funus capite, exigua cerebri portiuncula reperta fertur. Quare ſpadones, quum coitu cerebrum eorum non exſiccetur, ac pueros nõ caluescere, Hippocrates recte definiuit: & boues ectomi, ideſt, caſtrati maiora ferunt cornua: inde & paſſerum cerebrum, quum ſimile nutriat ſuum ſimile, ad ſalacitatem conferre, pleriſque perſuaſum eſt. Recte igitur Hippocrates ait, quibus prope aures venæ inciduntur, eos in Veneris actu quidẽ ſperma effundere, verum modicum, imbecille, & ſterile. Nam, inquit, plurima ſeminis pars à capite per venas iuxta aures in ſpinalem medullam defluit: quibus cicatrice obductis, genituræ meatus obſtruitur. Et proceres Scytharũ, inciſis iuxta aures venis ſterileſcere affirmat. Et illud Galenum, fidum Hippocratis interpretem, ignoraſſe, Auicenna mihi non perſuadebit. Cæterum illud magis admiratione dignum, quod idem Hippocrates prodit, ſecta quæ per tempora fertur vena, & vulneratos in temporibus, apoplexia, ſpaſmo, ac ſoporifero caro, delirio, & febre corripi. Qui vero temporum cranei, ex oſſibus, muſculis, neruis, venis & arteriis carotidibus conſtitutiõnẽ nouerit: hic plane cognoſcet, quare tã grauia ſymptomata vulne-

Quare eunuchi & pueri non caluescãt, Hipp. & Gal. lib. 6. Aphoriſ. 28. docẽt. De venis iuxta aures diſſectis. HæcHipp. in libel. de Aere. & in lib. de Sperm ate.

Auicennæ in Galenũ calumnia. fen. 10. tertii. cap. 1. HæcHipp. lib. de cap. vulner. & 2. de Art icul Gal. lib 2. de Vul. par-

vulnera temporum excipiant: quorum ossa frontis ossibus, cuneiformi ac iugali inserta, ab vtroq; caluariæ latere, quia sua canicie & macilentia ætatis annos produnt, tempora dicta sunt. Vnde nec temere Homerus, homines à temporum canicie, πολιοκροτάφους appellat. Vt autem causam symptomatum exactius intelligas, scire primum debes, musculum cæteris longe præstantiorem in cauitate temporum recõditum, ab ossibus vertici ac fronti supra aures finitimis, illorumq; additamentis & osse cuneiformi, Græce σφηνοειδὲς dicto, & iugali, cum breui, sed robusto tendine, in maxillæ inferioris processum propagari: cui Massiter mùsculus, ab iugali osse prognatus, in ore deliteſcens tam arcte implicatur, vt ægre vtrunq; secernere possis. Et vt illi suo officio, dilatandi & coarctandi os & maxillã, probe fungerentur, Natura, industriús humani corporis opifex, musculo temporali robustas tertii & quinti paris neruorum cerebri, quinque propagines inseruit: & vt plus roboris illi accederet, tertii paris neruorum cerebri propaginem & surculum circa os tẽporum, instar capreolorum vitis inuolucri intorsit: vnde tantum roboris maxillæ & mento accreuit, vt nuper in Augustanis comitiis viderim quendam histrionem Iralum χοινικιστὴν funambulum, trabem viginti pedum oblongam, mento impositam, nulla apprehendẽtem manu, sed tantum in æquilibrio pendulam, prorsum ac retrorsum, manibus in coxas suffultis, gestasse. & alterum in Schlesia, vas aliquot metretarum cereuisiæ capax, mordicus apprehensum, vltra caput post tergum proiicere vidi. Quid igitur mirum,

tib. Alex. Aphro. li. 1. Probl. 1. Temporalis musculi propago. Gal. li. 4. Anatõ. Hipp. libr. 1. & 4. Præd. & lib. 2. de articulis.

Alii à quarto pari neruorum deriuari asserunt hos neruorum surculos.

Histrionis Schœnobatis robur in gestanda trabe, Augustæ. Gal. lib. 11. Vtilit. partic. & lib. 4. de Præn. ex puls.

Digitized by Google

tam insigni temporum musculo, quo nullus cerebro propinquior & neruosior, punctim vel cæsim læso vel contuso, patientem convulsione, delirio, apoplexia, & febre affici, aut ex altero latere relaxari? An oblitus es, puellam in gynæcio nostro, pugno fatui ad tempora afflictam, quæ multis inde epilepsiæ paroxysmis conuulsa, tandem ægre meo consilio & opera conualuit? Quid tibi commemorem? Nam & tu, qui aderas, probe nosti, equitem in Noricorum Nouoforo, à stabulario iactu lapidis in temporibus, leuiter cute ad pericranium vsq; vulnerata, sauciatum: ad cuius cùram septimo die ego accersebar. quum vero rationem, ac sinistri lateris brachium & crus labascere, & lingua ægrum titubare viderem, & chirurgum nulla opportune applicuisse remedia, breui moriturum prædixi: qui tandem 14. die cõuulsus obiit. Stabularius verò prognostico meo cautior factus, ne manus carnificis incideret, fuga sibi consuluit. Operæ quoque precium est hic obseruare, quam insignes arteriæ καρώτιδες, soporalis surculi & externæ venæ iugularis σφαγίτιδες dictæ soboles, per ossa temporum vario plexu dispersæ, in cerebrum & eius panniculos propagentur, per quas, velut elices, ad cerebri & spiritus animalis alimoniã, defecatior sanguis & spiritus vitalis copia in cerebrum defertur: quibus oblæsis, vel contusis, quid mirum, patientem cataphora, vertigine, aut soporifero caro corripi? Vnde hæ arteriæ Græce Carotides, & tempora in vernacula ligna Schlaff appellantur: quibus rectius Medicus peritus medicamina soporifera, quam fronti illiniret. Hic solers spectanda est

Puella pugno ad tempora cæsa, facta epileptica. Eques lapide in temporibus leuiter vulneratus obiit.

Temporũ venæ iugulares, & arteriæ soporales. Hæc symptomata oblæsis temporib. accidere, Gal. lib. 2. de vtil. par. & Prænot. ex pulf. lib. 4. & in Hip. Prædictio. lib. 1. & 3. & de articulis li. 2.

Digitized by Google

da est indoctæ naturæ industria, quæ ne quid tẽporales musculi detrimẽti paterentur, eos omnifariis ossibus,& illorum agnatis processibus, velut lapidoso aggere vallauit. Hæc sane, quum alia caluariæ ossa, quæ densam cerebri membranam cooperiunt,poris fungosa & squamiformi ac serratili suturarum compage, ad cerebri expurgationem cauernosa affinxerit: temporum vero ossa, vt externis incommodis obsisterent,fere lapidea dotauit duritie: temporalesque musculos, tã præclari officii organa, osse cuneiformi & iugali (quod Pollux ζυγῶμα appellat) duro,medulla experte,ad patiendum obstinace sepiuit,quorũ additamenta vulgus medicorum ossa paris appellat: quum id scire, non modo chirurgicorũ, sed & iudicum (vt quæ vulnera sint lethalia statuere possint) interfit, te celare nolui. Vale. Nec certe ante & post Troianum bellum, vlla apud Græcos fuit bene instituta respublica, quæ non suos ex ærario publico conductos habuisset chirurgos. Ita sacerdos Æsculapij in Pergamo,Galen. nostrũ curandis gladiatoribus præfecit. At nostros imperitos chirurgos, agnita illorum imperitia vix Libitinæ, ad efferenda vulneratorum cadauera præfeciſſent. Haud vero isthæc in eos contentionis studio dico,sed vt mea lucubratio sementem frugi produceret, repastinandus erat ager, ne zizania luxuriaret. Reliquum erit Medicorum, quos Celsus physicos appellat, errorum sementa, quæ plus æquo altius radices egerunt, euerruncare.

Soleꝛs indoctæ naturæ industria.

De osse Zygomate Pollux li. 2. Gal. li. 2. Hipp. de articul. & lib. 2. de Vtil. part.

In Prologo lib 1.

Digitized by Google

DE MEDICIS QVI SOLA VRINA indice, de morbi substantia temere pronunciant. Epistola vndecima.

MIRARIS, mi compater, qui fiat, vt Medicorum Germaniæ nomen apud exteros minus celebre sit, nec ab indigenis magnificatur: quum tamen, Deo auspice, Germania omnifariæ eruditionis fœcunda ingeniis, liberalium artium studiis maxime floreat (adeo vt olim generosus ille Picus, Mirandulæ, stemmate & eruditione vere admirandus Comes, Tiberim defluxisse in Rhenum testatus sit) sola vero medicina despecta iaceat. Causas, mi compater, in meo de Republica symposio recensui quamplurimas, quarum illa est præcipua: quod primaria medicinæ pars διαγνωστικὴ, vel Simæotica, quæ ex suis signis & hypothesibus morbi naturam, causas & substantiam docet cognoscere, vel ignoratur: aut ob desidiã negligitur, dum vulgus Medicorum ex solo fraudulẽto putidi lotii indicio, morbi essentiã discernere studet. Atqui apud omnes Medicos in confesso est, principium inueniendę curationis morborũ methodi esse, morbi & loci affecti cognitionem, quæ non ex vrinæ tantũ indicio dubio, sed (vt Galenus ait) ἐκ τοῦ πεπονθότος τόπου ἐστὶ, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ διαθέσεως: id est, Morbi cognitio ex loci affecti, & illius in ipso præter naturam diathesi vel dispositione habetur: quæ quũ sit interna morbi causa, vel ipse morbus, actionem lædens, nil mirum vtriusq; signa cognitionis esse ambobus communia. Sic morbus & locus affectus ex ipsius substantiæ partibus, & contentis, adhærentibus, actio-

De parte medicinæ diagnostica Gal. lib. 1. Hippoc. de vul. medici officio. Galen. lib. 2. Therapeu.

Hæc Gal. lib. 4 de Præ. not. expul. su.

Quid sit diathesis, Gal. de Cura per venæ sect. li. 1. Meth. & 2.

Ex quibus habeatur

Digitized by Google

actione læsa, & morbi symptomatis dignoscitur. Ex substantiæ loci passi partibus: vt bronchion arteriæ trachææ, tussi eiectum, pulmonis exulcerationem & phthisim indicat. A contentis certe: vt si chylus aut stercus per vulnus excerritur, ventriculum aut intestina vulnerata esse coniicies. Adnascentia quoque morbum & locum passum indicant. Nam si tracto craneo fungi, quos μύκητας vocant, protuberant, membranam, cerebri inuolucrum, affectam esse testatur. Nec minus actionis læsio, eius organum affectum, & morbum ipsum prodit: vt vrinæ retentio, vrethrarum obstructionem, aut illius indigestæ profluuium, quod ad matulam hydropē appellant, renes affectos prodit. Accedunt adhæc locupletissimi morborum testes, illa inseparabilia morborum accidentia, ob id Pathognomica dicta, quorū morbus causa est: vt pungitiuus laterum cum febre dolor, non pleuritida morbum modo, sed & membranam costas subcingentem esse phlegmone affectam arguit. His quoq; perplexas ex arteriarum pulsibus dinotiones, potius quam incerta vrinæ indicia adiunges: quæ non in vniuersum reiicimus: nec tantum illis, quantum Medici impostores; deferimus. Quanta vero diligentia Medici veteres in morborum cognitione desudauerint, vel ex hoc coniicere poteris: qui, vt humoris peccantis naturam deprehenderent, a sudores in balneis strigili exceptos, & aurium sordes, degustabant: nō minus quā veterinarii Medici, equorum stercora, quos ob id Comicorū lepidissimus Aristophanes σκαϐοφάγους appellat. Quid si, autore Hippocrate, corporis &

morbi & affecti loci cognitio. De fungis in fract. cranei, Gal. libr. 1. de Loc. affect. & li. 3. Epid. Hip. Gal. lib. 1. de Crisi de Diabete hęc nomina, & de loc. affectis li. 6. cap. 3.

De symptomatis pathognomicis, Gal. li. de artis const. & l. 6. de Caus. symp. ac l. 1. Hipp. de Medici vul. officio & lib. 4. R. acutorum.

a De sudoris, auris sordium & linguæ coloris indicio, hæc Hip. lib. 3. Epid. & Gal. li. 3. de Locis affect.

Digitized by Google

Aristophanis in Pluto locus.

linguæ colorem certius humorum in corpore & viſceribus diſpoſitionem, quam vrinam indicare probarem? quæ, non viſo ægro, vulgus Medicorum obſeruare non poteſt. Nam vt croceus in arquato morbo corporis color, fellis obſtructi humorem in corpus redundare: ſic plumbeus pallidi corporis & facici liuor, epar aut ſplenem affectum eſſe, vrina certius teſtatur: quos veteres Medici à calore plumbi Molibdochrotos appellabant. Nec minus id linguæ color, guſtuſque præſtare poteſt. Nam qualis in ventriculo aut venis redundat humor, dum turget, tali illius ſapore & colore lingua imbuitur. Quare docte venerandus ille ex Coo ſenex inquit, γλῶσσα οὖρον σημαίνει: Lingua, qualis ſit vrina, & alii humores, ſignificat. Quod ſi pertinacius mecum contendere velles, en Galenum, vt communem Medicorum præceptorem & iudicem appello, qui libr. 4. Salubrium, his verbis litem dirimet: ὁ μὲν ἰδρὼς ὅλῳ κατὰ ὅλον τὸ σῶμα πλειοναζόντων χυμῶν ἐστὶ γνώρισμα. τὸ δ' οὖρον ἐκείνων μόνων, ὅσοι περ αἱ ἐν τοῖς αἵμασι φλέβες ἔχουσι. Quamuis hæc ſint primariæ partis Medicinæ diagnoſticæ, ſine qua altera pars Therapeutica ſubſiſtere non poteſt, prima elementa, tanquam grauiſſimis conuicti teſtibus, tamen non cedunt, nec iſta obſeruant: ſed ſolius vrinæ indicio freti, domi velut Alexandrinorum Medici deſides, in ſolio, velut ſacerdos Apollinis ex tripode, aut anus fatidica ex cryſtallo, non viſo ægro, ſed tantum inſpecto lotii vitro, bone Deus quam ambigue, quam perplexe, de ægrotantis morbo, ſalute & morte pronunciare, & perfricta fronte (ob vile lucrum, quo ſcor-

De linguæ colore, & guſtu, hæc Hipp. li. 5. Epid.

Sudor plus quam vrina de humoribus indicat.

De Alexandriæ Medicorum deſidia Gal. lib. 2. de Naturæ hominis li. 6. Epid. & paſſim alibi.

Digitized by Google

ſcortum non mereret) nugari non erubeſcunt. Quanta hic (obſecro te candide Lector) opus eſt amphibologia, ne in nugis deprehẽdantur? quod ſi ab anu afferente lotium deprehenſi fuerint, hic iam dic tu Quintiliane colorem. Sed forſan parum eſſet ex lotio nugari, ſi non ex libro remedia, de quibus nunquam periculum fecerunt, ægrotis non viſis, dictarent: quibus vetus illud adagium ἐκ βιβλίου κυβερνήτης, id eſt, ex libro nauta, recte obieceris. At Hippocrates, & auiti de genere Aſclepiadicorum Medici, non ad oſtentationem docti, non ex lotio de morbi ſubſtantia ſtatuerunt, niſi aliquando de ſubſtantia renum, aut veſicæ, aut in illis contenta, per vrethra vna profluxiſſent: ſed ex illius colore, ſubſtantia, & hypoſtaſi & enneoremate, virtutis naturalis in præcordiis robur, epatis affectionem & humorum in toto vaſorum venoſo genere cõcoctionem obſeruarunt: vt in febrilibus morbis illorum tempora ſcrutari, futuramq; criſim, an ſalubris aut exitialis ſit futura, præſagire, & purgandi per pharmaca tempus deſignare poſſent. Id quod Galenus fidus Hippocratis interpres, Medicos iuniores his verbis monet: ἀναγκαῖον γὰρ τὸν οὖρον διὰ πάσης μοίρας πᾶσι καὶ νεφροῖς & κύστεσι, & τῷ τὸ αἷμα φερόντων ἀγγείων ῥώμῃ τινὶ καὶ ἀῤῥωστίᾳ τῆς τοῦ χυμοῦ γενώσεως δυνάμενον. τῷ δ' ἢ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον, ἢ θώρακα τί καὶ πνεύμονα παθῶν, ἄλλα συμπτώματα δεῖ καὶ σημεῖα. Accipis ne iam, alia eſſe morborum, qui circa cerebrum, thoracem, pulmonem, articulos, adde & inteſtina ſubſiſtunt, quam ex lotio cognitionis accidẽtia & ſigna? quæ omnia ab ægro prudens Medicus percontando explorare debet.

Galeni adagium, in ſola lectione citra experientiam doctos: Ex libro nauta.

Quid vrina in morbis indicet & quid in ea obſeruandum.

Hæc Galenus in principio 2. li. Prædictionum Hipp. & lib. 2. Progn. & lib. 1. de Criſi.

Digitized by Google

Damaſcenus in ſuis Aphor. & Raſis Arabs lib. 6. Aphoriſ.

Recte præterea Damaſcenus in Aphoriſmis ait: De ægritudinibus non facile proferas iudicium, nec vrinam habeas, niſi poſtquam ægrum videris in præſenti, & de ſingulis eum interrogaueris, & examinaueris. Cui Raſis medicus Arabs his verbis perbelle in Aphoriſmis ſuis aſtipulatur: Decet magiſtrum, ægrum interrogare, vt cauſam ægritudinis interiorem cognoſcat, vt poſtmodum rationale iudicium præſtare poſſit: nec erubeſcat ægrum interrogare, vt ſciat an ægritudo intra vel extra venas ſubſiſtat. At noſtrates ex ſchola Alexandrinorum Medici ſedentarij, ne à vulgo inſcitiæ arguantur, qui Medicos ex lotio omnia noſſe credit: de morborum cauſis & ſymptomatis ægrum perconctari erubeſcunt. ac vt ſe temerario inertis vulgi iudicio accõmodent, de morbis ex vrinę indicio nugari non verentur. O vtinã illis veritas eſſet populari aura potior: & à Perſio moniti, ſi quid turbida Roma eleuaret, illius iudicio non accederent: & quam fraudulentum, nugax & pernicioſum ſit, de morbis omnibus ex vrina iudicium, ab neotericis Medicis & impoſtoribus cum exſecrando mórralium exitio introductum, plebem ingenue docerent, & faterentur: tum morborum naturas ex illorũ cauſis, actione læſa, & ſignis pathognomicis diligentius ſcrutarentur. tũc certè plures curarent, celebriuſque illorum nomen apud ſuos ciues & exteros in auras efferretur. Simulque à Medicinæ profeſſione agyrtæ, circulatores, monachi apoſtatæ, perfidi & Chriſtianis infeſti Iudæi, indoctique parochiarum ſacrificuli, chymiſtæ, & id genus nebulonum (anus quoque fatidicas fere

Perſius Satyra. 1.

præter-

Digitized by Google

præteriiſſem) explodetentur. qui cum nec prima Philoſophiæ naturalis aut Medicinæ rudimẽta didicerint, impune per hominum mortes experimenta agunt: quo nihil reipublicæ vtilius cõtingere poſſet, quam vt tandem Chriſtianorum populus ab illorum impoſtorum latrocinio & tyrannide vindicaretur, qui vulgo ignota vrinæ obſeruatione ſuam celant ignorantiam, & nomen Medici ſibi vendicantes, in Medicinæ profeſſionẽ, vt fuci in aliena apum alueana, irrepſerunt. Ex his tibi patêre cauſas arbitror, ob quas Medicina, & illius profeſſores, ſub noſtro cœlo non magnifiant. Vale.

AN PHARMACA HVMORES *in morbis concoquant. Epiſtola duodecima.*

EX proxima Epiſtola te abunde intellexiſſe arbitror, quam neceſſaria ſit ex lotio & aliis ſignis, præcipue in febrilibus morbis, digeſtionis humorum cognitio: quam niſi Medicus dedita opera obſeruauerit, nec morborum purgationisque tempora noſcet, aut in acutis morbis diætam conſtituere, aut ſalubres præſagire criſes poterit. Non certe fruſtra diuinus ille Hippocrates, digeſta medicari oportere, non cruda, niſi turgeant, edixit. Verum quum Arabum ſchola humorum concoctionem Medicis potionibus, quibus eorum libri referti ſunt, quos Syrupos appellant, Etruſcorum vero ſchola naturę viribus acceptam referat: petis, vt meum de hac contentione iudicium tibi declarem. qua petitione non tantum

Hipp lib. 1. Aphoriſ. & lib. 2. Epid.

Digitized by Google

mihi es iniurius, sed etiam præter æquum, me senem, iam rude donãdum, qui à cunabulis cõtentionum litigia abhorruerim, nimis oneras. Cæterum quia & in hac de humorum digestionis contentione, tota prognosticationis & curationis morborum methodus & artificium consistit, & vt me doctioribus explorandæ veritatis in re tam magni momẽti calcar adhibeam, iterum tibi morem geram.

Triplicem quoque digestionem, non adeo diuersam ab hac distinctione, describit Galen. lib. 5. de Simpl. medic.

Primum omnium scito, trinam esse humorum in visceribus, vasis ac membris humani corporis digestionem. quarum prima est mere naturalis, animæ vegetatricis soboles, alimentum virtute caloris naturalis, & congenita membrorum temperie & proprietate in aliam substantiam alteratione transmutans: quæ non solius congeniti caloris & à corde influxi auxilio, sed ingenita quoque solidorum & similarium membrorum temperatura & proprietate perficitur. quæ quum in diuersis corporibus & animalibus sit diuersa, inde accidit, vt alimentum sit illis quoque diuersum. Vnde hic cascum, alius vinum non concoquit & abhorret: coturnices & capræ elleboro, & sturni cicuta, quam Auerrois napellum vocat, vescuntur. De qua re Lucretius poeta Epicureus, ita docte cecinit:

De hac Arist. lib. 4. Meteorum & lib. 1. ac 2. de historia plantarũ. Hæc Auerroes 4. Colliget. cap. 24. & Gentilis in quæst. de actuatione medici. Gal. lib. 2. de Alimẽtis Lucre. lib. 4. & 5. Pl. lib. 10. cap. 23. & 71 Arist. lib. 1. de Hist. plan. Gal. lib. 3. de Simpl. medic.

Est vtique serpens hominis quæ tacta saliuis
Disperit, ac sese mandendo conficit ipsa.
Præterea nobis veratrum est acre venenum,
At capris adipes & coturnicibus auget.
Quippe videre licet pinguescere sæpe cicuta(num.
Barbigeras pecudes, homini quæ est acre vene-

Quod si sola caloris virtute concoctio fieret,

leo

leo ſtruthione longe calidior, aurum, ferrum, & æs quoque digereret: quæ quamuis ignis calore ſint inexpugnabilia, ſtruthiones tamen ex his conflata numiſmata in horto ducis Ferrariæ deglutire & cõcoquere vidi: & mures qpum metallorum ſcrobem adeo appetant, metalla concoquere, & his nutriri merito ſuſpicabimur. quos Theophraſtus in Syaro inſula, expulſis incolis, ferrum quoqũe arroſiſſe tradit: quos arroſis Lauinii argenteis clypeis, Marſicum portendiſſe bellum: & magnam ad Chalybas, in ferrariis officinis feciſſe iacturam, conſtat. Ob hoc in aurariis metallis, ob auri ſcrutinium aluos eorum non raro excidunt. a Sed quis hæc ſolo calore, quæ vix igne domari poſſunt, in corporibus animalium confici poſſe credet: niſi congenita totius mẽbrorum ſubſtantiæ hęc coquendi proprietas ſuberit: cui & edendi conſuetudo quoque non paruum concoctioni momentum addit. Si enim lenta & moderata primum veſcendi venena & pharmaca conſuetudo acceſſerit, ea quoque in corporibus humanis digeri, & in alimoniam conuerti, nemo mirabitur: quum nihil nutriat, quod non prius naturæ viribus concoctũ ſit. Sic Thraſias pharmacopola, & plerique in Græcia paſtores, integros ellebori manipulos citra noxam deuorarũt, & concoxerunt: cuius frequentes potiones, ob pharmaci aſſuetudinem, Eudemum illum Chium nec vomitu, nec alui deiectione purgare poterãt. Noſti, puellam præſentiſſimo nepalli veneno nutritam, & puellari venere decorã, abrege Indorum Alexãdro Magno, dolo, muneri datam cuius ſcintillantes & ſerpentum more nictãtes, oculos,

Alexandri. in Prolog. l. 4 Probl. Auerrois 5. colliget. c. 24 Chriſtoph. Matcel. lib. 2. de anima. cap. 49. Pl. l. 8. c. 17. Qua ratione venena & pharmaca alimentum fiant, Theophr. l. 9. de Hiſt plant. cap. 18. Pl. libr. 10 cap 72.

a Quare vẽ tricul' nomiſmata concoquit quæ feruentis aquæ calor ventriculo calidior liquefacere non poteſt: Theophraſtus in li. de Igne, cauſam caloris ſiccitatem & ſubtilitatẽ refert.

De Thraſia & Eudemo hæc Theophr. lib. 9. de Hiſt. plan.

Digitized by Google

ra. 18. De virgine hac napello nutrita, Arist. in libr. de Regimine principum, & Auerrois in Proœ. 3. physicorum. Gal. lib. 3. de Nat. simp.

quum Aristot. illius præceptor, vidisset: Caue tibi ab hac inquit, ô Alexander: hac nempe tibi exitium paratur. Nec iudicio Aristotelis defuit euentus. Nam plerique proci virginis commercio intoxicati interierunt. Nemo tamen expertus inficiabitur, ea quæ substantiam & copiam caloris congeniti, & non qualitatē, nisi defectani, adaugent, stomachi quoq; concoctionē promouere: de quo genere sunt aromata deglutita, fomentationes, cataplasmata, exercitia, & frictiones ac balnea, & id genus temperati caloris fomenta: vt catellus aut puer senili stomacho accumbens. Sic Dauid septuagenarius, quum senili frigore torperet, nec pellibus coopertus incalesceret Medicorum consilio persuasus, spectati decoris puellæ Sunamiti Abysagh caste in eius amplexibus condormiuit, vt eius calore stomachi robur foueretur: quibus constat, calorem naturalem & à corde infusum, non modo esse spirituum, naturalis & vitalis vehiculum, sed præcipuum concoctionis organum, & virtutum animæ instrumentū, vt Aristoteles lib. 2. de Anima testatur, text. com. xxxiii. a Est & alia in morbis dicta cruditatis humorum digestio, quæ vt prima in conseruatione sanitatis, sic ista in morborum cura à medico est summopere obseruanda: in qua alimentum in potentia, ob genuini caloris imbecillitatem, aut complexionis viscerum intemperiem, aut eius inaptitudinem, in humores putredini obnoxios concoquitur, qui tandem morbotum alimenta fiunt: quorum digestio (vt Gal. ait

Quæ digestionem stomachi & cruditatis promouent, recenset Gal. lib. 2. Epidem. Hipp. & li. de Salubrib. & Meth. De pueris & catellis, hæc Gal. lib. 5 de Simp. medic. & in Therapeutica. De Dauide hæc Iosephus li. 7. Antiquitatum. ca 15. & Regum 3. ca. 1. ac diuus Hieronymus parte tertia Tract. 3. epistola. 7. Secundæ digestionis descriptio. Hanc digestionem Gal. li. 5.

Gal. ait) eſt alteratio, ceſſare faciens putredinem, remanente ſubſtantia: quam calor naturalis, primarius omnis concoctionis opifex, in benignum corporis alimentum conuertit, & virtutis diſcretiuæ adminiculo benignum à putrido aut corrupto ſecernit: quod tandē natura per criſim, aut ſi ea defecerit, Medicus per pharmaca expurgat. In hac ſane humorum concoctione Medicus naturę auxiliares manus cum diæta & pharmacis ferre poteſt, vt putrefactionis cauſa (quæ teſte Ariſt. eſt in humido caloris naturalis, ab extranea caliditate deſtructio) facile extirpetur, & ceſſet putredo. nā ſi calor naturalis à prętернaturali diſſoluitur, diæta & medicina frigorifera illi ſubueniet: ſi cruditate aut frigore languet, calidorū vſu foue-bitur: ſi copia humorū aut crapula obruitur, abſtinentia & exercitio exonerabitur. Si vero viſcerum imbecillitas & intemperies concoctioni obſtiterit, Medicus alterantib. & corroborantib. opē feret. Quod ſi ob prohibitam inſenſilem per poros tranſpirationē, & internā viſcerū ac vaſorum obſtructionem (quæ non raræ ſunt putredinis cauſæ) calor putredinalis efferbuerit, frictionibus, ſudoriferis, & deopilatiuis Medicus naturæ ſubueniet. Et quamuis hæc non ſint contemnenda concoctionis humorum ſubſidia, & putredinis remedia: niſi tamen calor naturalis prævaluerit, pharmaca ne tantillum quidem efficient. & ob id pharmacorum exedentium actiones in cadaueribus torpent, nec piper inſperſum ea calefaciet, a & vlcera morituri, quibuſuis cooperta emplaſtris, nulla ſanie madida, liueſcere videmus: adeo nihil pharmaca citra na-

Hanc digeſtionem Gal. li. 5. de Simpli. medic. tertiam humorum alterationē appellat. Gal. in 3. Microtechni. digeſtionis definitio.

De putredinis ſpeciebus lege Gal. li. 1. de Diff. febrium. cap. 7. & 8.

De virtute diſcretiua conueniē-tis ab inconueniē-ti, Auerrois ſecundo Colliget. cap. 7. & 9. & 3. Col. ca. 16

Putrefactionis definitionem ponit Ariſt. li. 4. Meteororum. Putredinis cauſæ & remedia.

a Signa morituri ex vlceribus.

Digitized by Google

b Digestio e[st] pus n t[er]æ, ꝯ atis, aut ÿ[us] p[or]ũ. Similem hypostasis & puris generatio[nem] tra[dit] Gal. li. 1. de Diff. febriũ. cap. 7 & l. 2. Hippoc. de Fract. offis. De signis digestionis Gal. in fine lib. 4. de Præn. expul. & ꝑtim in lib. 1. & 2. de crisi. Hipp. 1. Epid. Quare cancer & elephantiasis vlcera non suppurentur, nec curentur. c Id in Aphor. Hip monet.

turæ vires pollẽt.b Quare hanc quoque humorũ concoctionem non pharmacopolarum syrupis, vt Medicorum vulgus credit, sed naturæ acceptã referimus: quæ si euicerit, vt in abscessibus & tuberculis, pus album leue & concretum producit: sic in humoribus venarum & arteriarum hypostasim quæ in vrina subsidet, leuem & candidam, p[ri]ũ concocto similem producit. quæ præter alia est præcipuum digestionis & recuperandæ per crisim sanitatis signum. Vnde Hippocrates, πασσοι, ait ταχυπεπτοτερήσιν, καὶ ἀσφάλειαν ὑγιείην σημαίνουσι. Et recte quidem veteres concoctionem humorum, quæ in conceptaculis venarum fit, apostematum digestioni contulerunt: in quibus nullam medicaminibus saniem concoctam producere poteris, nisi prius affecti membri inflammationem & intemperaturam sustuleris, & apostematis materia concoctioni apta fuerit: id est, à calore naturali cuincibilis. Quare cancræna, elephantiasis, vlcera, & ipse cancer, nullis medicamentis ad maturationis suppurationem promoueri possunt: quæ obid non curari, nisi sectione aut vstione, recte Hippocrat, admonuit. c Sic quoque si in venoso vasorum genere aut visceribus internis extraneus calor aut humorum cruditas caloris naturalis vires superauerit, aut materia morbi concoctioni reluctatur, vt in elephantiasi, nullam exactam humorum digestionem a vel in vrina laudabilem hypostasim produci videm[us].

d Huius digestionis præparatorij memin[it] Gal. li. 4 Salubr. & lib. 6. Epidem. Hi-

b Tertia vero digestio est, humorum ad excretionem præparatio, quę maxime ante purgationem, operam Medici requirit, vt suis ex thymo, pulegio, yssopo, origano, & aliis melicrato incoctis potio-

potionibus, humores craſſos attenuet, lentos incidat, ac viſcerum & venarum obſtructiones aperiat. Nam vt Hippocrates ait *c* corpora cum quis purgare voluerit, oportet fluida facere Hæc de digeſtione te latere nolui. Vale. & hanc poſtremam digeſtionis ſpeciem artis induſtriæ debemus, quã Medici herbarum, radicum, & id genus medicamentorum ſimplicium decoctis quæ Zulapia Actuarius indigitat, moliuntur. Iterum vale.

& lib. 1. Aphoriſ. penultimo Auicenna lib. 1. Fen. 1. doct. 6. cap. 1.

b Tertia digeſtionis ſpecies.

c Hip. libr. 1. Aphoriſmo penultimo.

DE CALORIS NATVRALIS ſubſtantia & differentiis. Epiſtola decimatertia.

CONQVERERIS, mi compater, præcipua de cauſis naturalibus & naturæ operib problemata, ideo eſſe obſcuriora, quod quũ frequẽs in illis hat caloris naturalis & virtutis informatiuæ mentio, nulla tamen de illorum ſubſtantia & nominibus conſtans in Philoſophorum & Medicorum ſcholis ſit aſſertio. Hoc certe ideo fieri arbitror, quum calor ille, vna cum prolifici ſeminis virtute informatiua, ſint præcipua in obeũdis naturæ operibus animæ organa, quod de animæ ſubſtantia, quam ſe ignorare Galenus fatetur, inter philoſophos non conueniat, neceſſe ſit & illos in rerum definitione & nominibus, quæ (teſte Platone) à genuina proprietate rebus imponũtur, diffidere. Vnde Hippocrates & Galen. hunc calorem modo ſpiritum congenitum, animã, naturam modo corporis temperaturam: non raro quoq; virtutem informatiuam appellãt. Proinde vt hũc ſcrupulũ tibi eximã, paucis caloris ſpecies

Gal. fatetur ſe animæ ſubſtãtiam ignorare, libro de Fœt fœtus. & lib. 7. de Vtil. par. Galen. in libel. de Rigore, & de Maraſmo. l. 1. Aphor. 14. & 15.

Digitized by Google

Caloris simplicis diuisio & elementalis definitio.

& virtutis informatiuæ naturam tibi declarabo. Et est sane calor qualitas tactu perceptibilis, cœlesti & animarum virtute moderata, actionum naturalium opifex & organum. Ac quidam est simplex, alius vero compositus. Simplex vero in elementalem & cœlestem diuiditur: Elementalis verò, qui est edax ignis, feruor, quum sit substantia λεπτομερέστατος, in cuncta eius obiecta penitius grassatur, eaque vel in substantiam suam commutat, vel depascitur. Quare solus de elementorum numero ignis nutriri & augeri creditur, qui nisi admixtione innati & cœlestis caloris mitigaretur, & ab animæ virtutibus coerceretur, alimoniam cunctarum rerum naturalium insumeret, quem ideo recte Aristoteles concoctionis & nutritionis causam aut organum esse negat, nullumque ex eo animal nutriri vel produci affirmat. Pleraq; tamen animalia in igne viuere posse, sed non ex eo nasci, de Animalium historia scriptoribus condonamus, vt pyraustam, a pennatum quadrupes in ærariis Cypri fornacibus per medium ignem volare & oberrare: salamandram quoque lacertam cute squamisque carentem, impune in igne versari & viuere non negamus. quem virulento suo frigore temperat vel extinguit. b Vnde Andreas Græcus inquit καὶ πῦρ ἀπὸ τῆς ἢ χεῖρα ἢ ἱμάτια χεισῆς, ἀβλαβὴς ἔσαι ἐκ πυρός. i. Si salamandræ sanguine manus aut vestes inunxeris, igne non adurentur. Vnde vulgus ex salamandræ pẽnis, quas nullas habet, mappas incombustiles fieri nugatur? quę ex amiantho c lapide netili, alũini scissili similimo, cõficiũtur, quarũ sordes ignis illęsa mapparũ substãtia abstergit & expurgat

Aristl. li. 2. de Gener. animal. c. 3. Auer. 12. Metaphys Com. 18.

a De pyrausta & salamandra hæc Arist. lib. 5. de Nat. anim. c. 19. & Pl. l. 10. c. 67. & l. 11. c. 35 Theophr. in l. de igne

b Hæc Nicãdri interpres in Alexipha.

c De amianto hæc Dioscor. lib. 5. c. 100, Pl. l. 36. c. 19 & l. 19. cap. 1.

Alius

Alius eſt ſimplex ille cœleſtis calor, qui ſiderum motu & lumine omnia corpora concauo lunæ orbi ſubiecta penetrat, viuificat, & fœcunda facit. Huius affluxu ver *d* & æſtas frugum & florum amœnitate, velut copiæ cornu exuberant: inſecta quoque, muſcæ, angues, ranæ, hirundinec, quæ brumali frigore ſemimortua rimis tabularum, medullis ſambuci, cauernis littorum, ac intra arborum caudices, ſeſe illatebrarunt, en reuiuiſcunt. At rurſus illius & ſolis à tropico cancri ad Antichthones diſceſſu, cuncta ſqualent & marceſcunt. Hic ille eſt viuificus calor, qui cœleſtia *e* cum terrenis ineffabili ſympathia & cognatione connectit admirationeque dignos effectus producit. Oriente nempa canicula, mare æſtuat, feruent & fluctuant in vaſis vina. A Pleiadum occaſu, ipſo brumali die, pulegium ſuſpenſum in tectis & coronis floret, murium iecora & fibræ augentur, folia in oleis ac populo pleraque malorum ſemina in pomorum medi- tullio ſeſe circumagunt, fides citharæ id temporis alieno ictu reſonant. Quid referam, pro lunari luminis motu, decremento & augmento oſtreas, cancros, conchilia, & id genus oſtracodermorum, adde & ipſa animalium cerebra, ælurorũ oculos, & ipſum cæpe humeſcere, vel augeri, aut tabeſcere? Quum nautæ nouerint, lunæ motu maris æſtus & refluxus gubernari. Recte Lucilius inquit: Luna alit oſtrea, implet echinos, murib. fibras & iecur addit. Minus ſane iſta mirabitur, qui herbam heliotropium, venerandam ſolis pediſſequam ad illius motum conuerti, eiusque flores ſole oriente expandi, & ſole occiduo rurſum

Caloris cœleſtis & æthereiꝰ definitio.

d De hac cœleſti rerum natural. cum ſideribus ſympathia Ariſt. ſectione 20. Probl. 21. Cicero lib. 2. Diuinat. Pli. lib. 2. cap. 40. & 42. Gellius li. 9. c. 7. & li. 20. cap. 7.

e De calore cœleſti accuratiſſime ſcribit Franciſcus Picus lib. Prænotionum. 5. cap. 5.

De æthereiꝰ ignis aut caloris alimento hæc Cicero li. 2. de Natura deorum.

Digitized by Google

Macrob. de Somnio Scipionis lib. 2. Lucret. lib. 5. Plin. lib. 2. cap. 9. & 10.

constringi obseruauerit. Hæc cuncta cœlesti siderum calori, qui diuinum solis & stellarum virtutis fertile est vehiculum, accepta referre oportet. Et si Cleanthi creditur, nec æthereus ille ignis suo fomento caret: cuius causa, oceanus ideo sub torridi cœli zona & zodiaco situs est, vt quum sol cæteris stellis erraticis comitatus, illius circuli latitudinem oberret, ex subiecto oceani humore habeat alimoniã. Illius ergo poëtæ Oceanum & Thetim, deorum & stellarum finxere parentes.

Æthiopes deorum hospites. Homerus passim. & libr. 1. Odyss.

Et Homerus, teste Macrobio, diuinarum omnium inuentionum fons & origo, finxit, Æthiopes oceani accolas, ac cœlestium epularum reges Iouem cum cæteris diis ad epulas inuitasse. Tertius vero calor compositus, complexionalis, naturalis quoque dicitur, qui in generatione mixti, ex

Tertia caloris species.

mutua elementorum actione, & primogeniarum qualitatum, pro suscipienda forma substantiali, refractione resultat; seminibus, plantis, & humido radicali, in omnibus animalium mẽbris, præcipue ex sanguine concretis, insitus. nec nisi mortua, vt in cancræna, deserit: qui, vt ignis in lampade oleo, sic ille in membris humido congenito, sanguine, spiritu, & cordis calore fouetur: qui quum sit actionum naturalium instrumentũ, & fere coadiutor per animæ vegetatricis vires, de potentia in opera concoctionis & nutritionis producitur, quas ex primis spermatibus concipit, & his (vt ferrum magnetis virtute) imbuitur. quẽ Hippocrates passim ἔμφυτον θερμὸν, id est, calorem innatum & congenitum appellat, qui (vt Galenus ad Glauconem, & nonnulli philosophi ac medici summi arbitrati sunt) fortassis substantia virtutum

De caloris naturalis substantia, verba Galeni ex 2. libro ad Glauc. & ex 6. Ep. d.

tum exiſtit, aut ſaltem primarium & maxime neceſſarium ipſarum inſtrumentũ. Et in Epidemiis ait, hunc τ̃ ζωτικῆς δυνάμεως οὐσίαν, εἶναι τὸ ἔμφυτον θερμόν. Atqui Galenus de ſubſtantia animæ dubius, hunc calorem congenitum modo animam, aut naturam, ſiue corporis temperaturam, ac non raro ſpiritum appellat. Vt in 5. libro de Simpliciũ pharmacorũ virtute, ait: Oportet nos cognoſcere cõgenitum calorẽ ab Hippocrate dici, id quod in vnoquoque animali ſpiritum nominamus. Nihil quoque obſtat, ſanguineam & aeream ſubſtãtiam, vna cum ſpiritu congenitum calorem dici, quem Stoici ſubſtantiam animæ eſſe arbitrantur. Habes hic, mi compater, compẽdiariam triplicis caloris, ignei, cœleſtis, & congeniti, quem naturalem & in corporibus viuentium animalem quoque appellamus, explicationem: quorum differentias Cicero magis ab effectu, quam à ſubſtantia, aut ratione formali, in libro ſecũndo de Natura deorum explicat. cuius verba, vt ſummi philoſophi atque oratoris, in ſcholis Mẽdicorum non vereor adducere. Ergo, inquit Cleanthes, quum ſol igneus ſit, Oceanique alatur humoribus, quia nullus ignis ſine paſtu aliquo poſſit permanere: neceſſe eſt, vt ei ſimills ſit igni, ſcilicet elementali: quem adhibemus ad vſum, aut ad victum: aut ei qui corporibus animantium continetur. Atqui hic noſter ignis, quem vſus vitæ requirit, confector eſt & conſumptor, idemque, quocunq; inuaſit, cũcta diſturbat ac diſſipat. Contrà ille corporeus & vitalis & ſalutaris omnia conſeruat, alit, auget, ſuſtinet, ſenſuque afficit: cui ſolis calor ſimilimus eſt, quum is quoque effi-

Ex Ciceronе, caloris ignei animalis & cœleſtis differentiæ.

ciat, vt omnia floreant, & in ſuo quæque genere pubeſcant. Hæc ex Cleanthis philoſophi ſentẽtia Cicero repetit, & probat. Verum præter naturalem & congenitum calorem, vt Galen. de Formatione fœtus refert, eſt alius in corporibus animalium calor, cuius vehiculum eſt ſpiritus vitalis ex defecatiori ſanguine in ſiniſtro cordis ventriculo genitus, cuius in animalibus cor eſſe fons & clibanus recte aſſeritur. Nam perinde ac ſolis lumine & tepore, reliqua ſidera cuncta illuſtrantur & calent: ſic hoc cordis calore, qui per arterias omnibus membris & præcordiis influit, ea fouentur & incaleſcunt, quo congenitus membrorum calor viget & conſeruatur. quod vel ex hoc coniicere potes: quamprimum cor narcoticorũ frigore alget, reliqua cuncta corporis membra torpent & frigent. Quare & hic actualis à corde influens calor appellatur, qui innatum calorem membrorũ de potentia ad actum excitat, & manifeſta & occulta corporis per arterias & pulmonẽ inſpiratione conſeruatur, ac vtraque corporis expiratione, à fuligine expurgatur. quare & aeris ſerenitas, ad illius & ingeniorum ac ſanitatis vigorem magnopere confert.

Quartus calor à cor de influens dictus.

Hæc cum noueris, facile à contrario, quid ſit calor præternaturalis, aduentitius & putredinalis, ſtatuere poteris. Reliquum eſſet, vt te quoque, quid de virtute informatiua Philoſophi ac Medici ſtatuerint, & ego ſententiam, certiorem redderem. Verum quum nuncium, qui domum accelerat, diutius detinere non poſſim, id quod recepi me facturum, proximis literis expediam. Vale.

Digitized by Google

De Virtvte informativa.

Epistola decimaquarta.

DVm ex Bononia, omnium bonarum artium Musæo, visurus Venetias Ferrariam proficiscerer, ac mœnia illius vrbis quæ tum instaurabant, perlustrarem, en forte fortuna venit mihi obuiam Leonicenus, vir de instaurata medicina benemeritus, quam à multis Arabum erroribus & barbarie vindicauit: quem quũ plurima salute impertiissem, simulque orarem, vt si qua Hippocratis aut Galeni opera latinitate donasset, illorũ me redderet participem; tum Leonicenus (vt literis semper cõiuncta est humanitas) benigne respõdit: Mi Langi, tuã salutationẽ beneuolo amplector animo, & vicissim quoque te saluere iubeo & opto: modo vero nihil te dignũ sub Chalcographorum incude habeo. Sed nolo te latêre, inter nostrates Medicos, Cæsarem Neapolitanũ, & Franciscum Caballum, de virtute informatiua esse eruditam altercationẽ, de qua olim cũ Marsilio Ficino ex Platonis Academia multa disseruit: & quandoquidem de eius substantia inter Aristotelem, Galenum, & Auicennam est ingens dissidium, de illa modo Commentarium parturio, propediẽ edituras. Hæcille. Quod si de hac Marsilii & Leoniceni scripta prodiissent, ne velut anser inter olores obstrepere viderer, consulto tacerem. Cæterum, quum boni viri officium, promissa præstare requirat: meã de hac re tam ardua opinionẽ te non celabo. Virtus sane informatiua, est spiritus in aerea seminis substãtia contẽtus, virtutib. animæ vegetatricis imbutus: suo calore viuifico, solis & stellarum calori proportionalis.

De virtute informatiua Auicẽna lib. 1. Fe. 1. doct. 6. cap. 2.

Virtutis informatiuæ definitio.

Digitized by Google

Tria nempe in ſeminis ſubſtantia continentur : Spiritus, quo eius ſubſtantia turget & ſpumeſcit (ideo nõ tenere Venus Aphrodite dicta, ex ſpuma æquoris nata fertur) deinde calor congenitus, vtriuſq; parentis ſemen ad embryonis plaſma & fabricam præparans, & concoquens: hunc cũ calore ſpiritũ Ariſt. in libello de Mundo, his verbis erudite deſcribit, ἡ δ' ἐν φυτοῖς καὶ ζώοις, καὶ διὰ πάντων διήκουσα ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία, πνεῦμα λέγεται. Poſtremo virtus animæ vegetatricis, quam Stoici Plato & Hipp. naturam appellant, quæ materiã embryonis vna cum cœleſtis caloris influxu effingit & delineat. Hæc ſane in ſubſtantia ſeminis contineri Ariſt. ingens naturæ lumen dictus (qui tamen, vt ſepia effuſo atro ſanguine, ne à piſcatoribus capiatur, ſe abſcõdit : ita is arcana naturæ pleraq;, perplexa breuitate obſcurat) cum alibi, tum præcipue in libr. 2. de Generatione animaliũ tradit, dum ait : Ineſt in ſemine [a] omnium, quod facit, vt fœcunda ſint ſemina, videlicet quod calor vocatur : idque non ignis, nõ talis facultas aliqua eſt : ſed ſpiritus, qui in ſemine ſpumoſoque corpore continetur : & natura, quæ in eo ſpiritu ineſt, proportione reſpondens elemento ſtellarũ. Naturam [b] vero in ſeminali ſpiritu nil aliud eſſe ferunt Academici, quam animam vegetatiuam ab anima mundi, mediante calore ſolis & ſtellarum, rationibus ſeminalib. dotata, & illuſtrata, ſecundum quas ex ſperma te pro idea vniuſcuiuſq; ſpeciei ſobolem effingit, & format. Proinde Plotinus [c], fidus Platonis interpres, naturam hanc ab anima mundi profluere, illiusq; eſſe actum eſſentialem, & vitã ab ea dependentẽ, libro tertiæ Enneadis

Venus ex ſpuma nata, Aphrodite dicta.

Ariſtotelis ſolertia. Auguſtin. Ariſtot. naturæ lumẽ appellat.

[a] Verborũ Ariſtot. de ſemine, ex libr. 2. de Gen. animal. cap. 3 declaratio.

[b] Natura in ſemine quid ſit, Druſianus tertio Microtechni, Commen. 29. Plotinus lib. 8. tertiæ Enneadis.

[c] Plotinus de natura formatiua quid ſentiat.

lized by Google

neadis octauo asserit. & Themistius *a* hanc virtutẽ informatiuam esse animã in semine potẽtia animato inclusam, affirmat. Proinde vt anima *b* mundi ab æterna mẽte, omnium rerum opifice, ideis & rationib. seminalib. decorata, suo æthereo spiritu, totius viscera mundi penetrãs & fœcundans: nõ ex spermatib. modo, sed de excrementis quoq; (quæ etiã vitali principio & spiritu participare, Aristoteles li. 2. & 3. de Generatione animalium perhibet) secundum intellectuales diuinæ mentis ideas, *c* animalia effingit & procreat: sic in Microcosmo anima hominis diuinæ mentis ac cælestis animæ & stellarum virtutis particẽps, ex spermate, congenito animalis calore, & spiritu, ad suscipiẽdam formam præparato, sobolem pro illius speciei ratione & idea format & producit. Sic quoque motores orbium & siderum intelligentiæ, sub concauo orbis lunæ cooperante æthereo siderum calore & spiritu, etiã citra semen, in terra & æquore animalia, & illorum (vt conchiliorum, serpentum & cancrorum, & quorundam piscium) effigies in petris effingit: ac ligna querna, & alia robora, præuia alteratione, & stipites terra obrutas in lapides, cotes, & trabes lapideas transformat. Ex foliis brassicæ, rore mãdidis, erucas: ex his tandem papiliones: ex lignis, vermes, cossos, & tabanos: ac ex fimo scarabeos producit: & ex limo Nili mures nasci, Diodorus tradit. Et quod omnem superat admirationem, ex iumentorum corpore terra obruto, apes: ex corpore equorum exanimato, vespas ac crabrones: ex asinorum vero, scarabeos, admiranda quadam metamorphosi procreat. Vnde Ouid.

a Themistius hæc in Cõmẽt. de Anima, & 12. Metaphysicę.

b Animæ mundi actiones. Macrobio libro 1. de Somnio Scipionis, Cicero de Vniuerso, Plato in Timæo.

c De ideis hæc docte Eusebius de Præpar. Euang. lib. 11. cap. 10. & Augustinus lib. 83. Quæstionum.

Effigies animalium vnde.

Ligna cõuersa in lapides.

Erucæ.

Papiliones. Cossi. Tabani.

Scarabei.

De hac spõtanea animalium generatione Arist. li. 5. de Hist. anim. cap. 19. Plinii. 11. cap. 31. & vltra l. 9. c. 58. Ma

crob li. 7. Satur. circa finem. De apum procreatione hæc Virg. 4. Geor. Plin. li. 11. cap. 20. & Ouidius libr. 15. Metamorph. Hieron. parte 3. Epistol. 32. & interpres Nicandri in Alexipharmacis. Arist. in li. de Mundo, eadem asserit, & Virgil. Æneid. 6. & Georg. Macrob. lib. 1 de Somnio Scipionis.

Cognita, inquit, *res vsu: de putri viscere tauri*
Florilegæ nascuntur apes.—— Et,
Pressus humo bellator equus, crabronis origo est.

Cui nã hæc nisi cœlesti animæ mundi & siderũ virtuti accepta referre oportet? Vnde Aristot. tertio de Generatione animalium, cap. 10. Platonis præceptoris sui dogma asserere coactus: Generantur, inquit, in terra humoréque animalia, & plantæ: quoniam humor in terra, spiritus in humore, calor animalis in vniuerso inest, ita vt quodammodo plena sint animæ omnia. Huius spiritum poetæ Iouis nomine dignantur. Ob id Aratus, *μεσταὶ δὲ* (ait) *Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί*: *Iouis omnia plena*. Hæc cuncta Virgilius, diuino afflatus furore, his carminibus complexus est:

Principio cœlum ac terras, camposq; liquentes,
Lucentemque globum Lunæ Titaniaque astra
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudũq; genus, vitæque volucrũ,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo
Seminibus quantum non noxia corpora tardant.

Plato in Timæo copiosius hæc.

Accipis ne modo, à diuina mente, primo omnium rerum principio & opifice, animam mundi suis ideis decoratã emanare, & ab ea stellarũ siderũque intelligentias procreari? quarum virtutes per ætereũ spiritum & calorẽ, velut virtus magne

tis

tis ferro, ſeminibus & animabus noſtris illabuntur: quarum adminiculo natura ſiue anima cuncta effingit, format,& producit: niſi materiæ indiſpoſitio obſtiterit, tum monſtra producuntur. Et certe, quod eſt animæ rationali mens, id eſſe virtutem informatiuam animę vegetatrici,ab orbium motoribus & aſtris cœlitus datam & communicatam, aſſerimus. & vt mens in architecti intellectu ædificii exemplar fingit, ita virtus illa informatrix in anima &ſeminibus pro natura cuiuſque ſpeciei animaliũ, & plantarum ideas producit. Deinde Galenus iure libro 3.6. & 7. de vtilitate particularum,ſapientiſſimę naturę,quãuis indoctæ, ac diuinæ mentis in humani fœtus fabrica, opera admiratur & celebrat. Et his,promiſſa me præſtitiſſe arbitror. Si plura requiris, poteris Platonem, & eius interpretem Plotinum conſulere: qui in Timæo, cuilibet animarum generi peculiare aſtrum attributum eſſe affirmat. Vale.

Sic polus ſeptẽtrionalis eſt peculiare aſtrum magnetis.

DE CAVSA MORBORVM *coniuncta, & duplici illorum conſtitutione vel diſpoſitione. Epiſtola decimaquinta.*

SCISCITARIS à me, an morbus à cauſa ſui coniuncta differat, & an Galenus quoque illam inter cauſas morborum enumerauerit. Hæc certe te, vt tantum mihi faceſſas negocium, quęrere ſuſpicor: quum hæc ſolum ſit de verbis, velut de lana caprina, altercatio, te indigna. Tamen ne deſiderio tuo in tantilla re defuiſſe videar,

Digitized by Google

Morbi definitio à Galeno li. 1. de nat. ho. & Dif. morborũ.

rem ſic paucis accipe. Morbus quidem eſt διάθεσις, id eſt, diſpoſitio quædam in animalis corpore, illius primo lædens operationem. At cauſa coniuncta, quam Græci vocant συνεκτικὸν αἴτιον, ἐστὶν, ὑπάρχοντος, πάρεστι τὸ νόσημα, καὶ ἐξαιρεμένου, λύεται. id eſt, Continens cauſa eſt, qua præſente morb. adeſt, & ea ablata, diſſoluitur. Quæ quum de morborum diatheſi quoque vere prædicari poſſint, & quorum definitio eſt eadem, illorum quoque ſubſtantiam non differre, in confeſſo ſit: morbum quoque & cauſam coniunctam idem eſſe fatebimur. & quum actiones læſæ, ac alia morborum ſymptomata, ſint illius ſoboles: hanc quoque cauſæ rationem habere affirmabimus. Vnde veteres nõnulli Medici, qui actionẽ læſam non ſymptoma, ſed morbum eſſe ſtatuerunt, diatheſin operationes corporis primo lædentem, coniunctam eſſe morborum cauſam decreuerũt.

Gal. in lib. de Medic. & definitionib. Medicis, ac Auic. can. 1.

Gal. quib. in locis ponat causã coniunctã. Cauſam quoq; tremoris coniunctam. ponit Gal. in principio libr. 3. Epid. Hippocr.

Sic Gal. libr. de cauſis ſymptomatum quarto, neruorum à viſcoſis humorib. obſtructionem, aut illorum à torpedinis ſpiritu aut alio infrigidationem, aut coarctationem, ob quã ſpiritus à cerebro in neruos defluere non poſſit, eſſe coniunctã ſtuporis cauſam clare teſtatur. & in veſtibulo primi de Pulſuum cauſis libri inquit, τρίτον γὰρ δὴ τὸ γένος τῶν αἰτίων, οὐκ ἐν σφυγμοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ἅπασιν, ἓν μὲν τὸ πρῶτόν τε καὶ κυριώτατον, ὃ δὴ καὶ συνεκτικὸν καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ συνέχειν αὐτῶν τὴν οὐσίαν, ὀνομασμένον. id eſt, Tertium genus cauſarum, non in pulſib. ſolum, ſed in omnibus aliis, vnũ eſt primum & principaliſſimũ, quod continens appellant, à continendo ipſorum eſſentiam nominatum. Et in 3. Paruę artis lib. Diſpoſitio ea, inquit, quæ primum operationes

tiones naturales lædit, quam quidem ipſam dicimus eſſe morbi eſſentiam, vel (vt vetus translatio habet) cauſam. Quid multis? Lege Gal. in 30. aph. 7. libr. Com. & clare intelliges Gal. ſpumoſi excrementi in diarrhœa, à cerebri in ventriculum defluxu facta ſpiritum flatulentum cauſam illius coniunctam ſtatuere. Ex his confectum eſſe arbitror, diatheſin morbiferã ac cauſam continentẽ, eandẽ eſſe morbi eſſentiã, non ab Auicẽna modo, ſed à Galeno paſſim ſic appellatam: quia reſpectu ſymptomatum, quæ ſunt illius progenies, cauſæ rationem habeat. Cæterum quum hæc de nominibus altercatio curam morborum non variet, plus conduxiſſet ſcrutari, an morborum cura in ablatione cauſæ præcedentis, quam Græci προγινομένου appellant, aut in extirpatione cauſæ continentis, quam συνεκτικὴν nominant, ſubſiſteret. Hæc ſanè vt dinoſcere poſſis, ſcire operæpretium eſt, geminas eſſe morborum conſtitutiones Vnã, quorum eſſentia in facto eſſe ſubſiſtit, non amplius à cauſa præcedente dependẽs, quæ διάθεσιν immediate lædentem actiones, in corpore producit. Hanc Galen. libro de Locis affectis primo, propriam diſpoſitionem vocat, quę ſeparata cauſa, quę ipſam fecit, permanere poteſt. De hac perinde v. cauſa procathartica, nulla ſumitur remediorum indicatio, quoniã euanuit. Altera eſt morborum conſtitutio, quorum eſſe adhuc à generatione cauſę precedentis & efficientis depẽdet. Vt virus ex canis rabioſi morſu conceptum, ac per corporis molẽ diffuſum, per aliquot menſes, aut annos quoq;, velut quædam pharmaca δηλητήρια, diu delitescit, donec viſcerum & cordis naturam

Gal. libr. 1. Methodi copioſe hęc tractat

Idem de Cõſt. Med. morbum causa ſymptomatum nominat.

De hac morborũ conſtitutione Gal. 1. Paruę artis lib. text. Com. 32. & lib. 2. aph. 22.

De rabie canis Dioſcorid. lib. 6. cap. 36. Galen. de chir. ad Piſo. & lib. 2 Prædictorum Hipp. Epid. librum.

Digitized by Google

ſenſim infecerit, tum ſubito rabies illa canina in hydrophobis emergit. Pariter quoque menſtrui ſanguinis impuritas, quo viſcera embryonis concreta ſunt, vt puriori eius parte fœtus alatur, aliquot annos intra viſcera latet, donec eius contagione, ebullitione in ſanguine facta, exanthemata, quæ Arabes variolas & morbillos vocant, producat. In tali morborum genere & conſtitutione, præcipue remediorum indicationes à cauſa antecedente ſumunt: qua ablata, morbus quoq; cum ſuis ſymptomatibus vna aufertur. Vt ſi quem dolor capitis ob bilioſum humorem in vẽtriculo contentum infeſtauerit: aut ſi quis collecto in ore ventriculi tenui excremento, ad cerebrum euaporante, ſcotomia laborauerit: ventriculo ab his per vomitum expurgato, hæc ceſſant. Hæc ideo tibi ſignificaui, vt potius cauſarum cognitioni, quam de nominibus altercationi, animum adiicias. Vale.

De variolis & morbillis, hæc Auicenna lib. 4 Fen. 2. Tract. 4. c. 6.

De dolore capitis & ſcotomia hæc Gal. lib. 1. de Locis affect.

AN IN CVRA EXANTHEmatum puerorum, & ſcabiei, ac morbi Gallici, & bubonibus, & eryſipelate, phlebotomia aut purgatio competat.

Epiſtola XVI.

Eandem quæſtionẽ tractat. Conciliator differen. 180.

PROXIMIS tuis literis ſignificaſti, nudiuſtertius, an in curandis puerorum, morbi Gallici, ſcabiei, exanthematibus, & in ipſa eryſipelate, phlebotomia & pharmacũ alui deiectorium cõpeteret, ingentem inter veſtræ vrbis Medicos obortam fuiſſe altercationem: quam ex ſuperiori Epiſtola, de cauſa morborum coniuncta, & duplici illorum conſtitutione, ad te ſcripta, facile dirimere

Digitized by Google

mere potuiſſes: in qua ſane intellexiſti, hos morbos, quorum eſſentia non amplius à cauſa præcedente dependet, nec amplius eorũ materia in alto corporis ſanguini permixta, præcordiis aut venis inſidet, ſed ad externam corporis molem naturæ viribus integre protruſa eſt, nec phlebotomia nec pharmaco purgatorio egere: niſi aliqua illius portio, aut contra naturam ἀφέστηκε, in corpore adhuc reliqua fuerit. Vnde venerandus ille Medicorum coryphæus Hippocrates recte monuit: Quæ iudicantur, & integre iudicata ſunt, neq; mouere, neque renouare aliquid, ſiue medicamentis, ſiue aliter irritando, ſed ſinere oportere. Has vero integras humoris noxij excretiones in his morbis plurimũ accidere videmus, quę cũ ſanguinis ebullitione oriuntur: vt eſt febris bubonum, ephemera, ſudor Anglicus, eryſipelas, puerorum exãthemata: & hanc ſanguinis ebullitionem, vt in ſuccis & muſto ob aquoſa & cruda excrementa, vel putreſcentia, fieri conſtat. Nam quum in omnium rerum naturalium ſuccis, tria excrementorum genera contineantur: vnum terreſtre, quod in vino fex eſt: aliud aereum, quod dicto quoque in vinis flori reſpondet: tertium aquoſum & crudum, quod tempore aut calore feruefcens, in humoribus & ſuccis ebullitionem facit. Sic quum puerorum viſcera materno ſanguine concreta & enutrita, qui ob deſidem mulierum vitam, & caloris imbecillitatem, plus æquo aquoſior, minuſque concoctus exiſtit: quis non illius contagione & ſordibus tenerum pueri corpus conſpurcari, & ſuperfluitatibus redundare credat? Quæ cum in maſſa ſanguinis, aut præcordiis,

Hipp. lib. 1 Aphoriſ. 20.

Gal. lib. 4. de Simpli. medic. cauſas ebullitionis ſuccorum & ſanguinis ponit.

De ſanguine materno Gal. in lib. de Venæ ſectione contr. Eraſ. med.

Digitized by Google

Exanthemata & vlcera vnde fiant.

calore febrili incaluerint, tum eas natura, velut mustum ebulliens feces, ad externa corporis eructat, vnde exanthemata fiunt. Sic quoque sanguis in epate, aut venis, vtriusque cholerae putredine efferuescens, illius sordes ad ambitum corporis expellit. Vnde in inguinibus bubones, in aliis membris erysipelata, serpigines, anthraces, & phlegmones oboriuntur. Et cum corpus per crisim à noxiis humoribus integrè expurgatum fuerit,

Vrina ex- [illegible] criſis [illegible] Gal. [illegible] Sa- [illegible] bi[illegible]um, & [illegible]allim.

quod vrina, sanguinis serum, sanorum lotio similes facta indicat: tum frustra phlebotomia aut pharmaco sanguinem purgaremus: & tum potius praefata morborum exanthemata ac reliquiae & symptomata, facile externis remediis aut fomentationibus curarentur. Quemadmodum in illa diuturna peste, quae Romae Galeni temporibus saeuiit: His, inquit, qui mortem euasuri erant, pustulae, quas exanthemata

De exanthematib. pestilentia I. hac Gal. li. 5. Meth. & in Libel. de atra bile.

vocant, nigrae toto corpore confertim erumpebant: eratque intuenti perspicuum, reliquias eas esse sanguinis, qui in febre putruerat: quas velut cinerem quempiam, natura ad cutim trusisset, sicut alia ex superuacuis nonnulla protrudit. Verũ, inquit, medicamentis ad eiusmodi exanthemata opus non fuit, cum sua sponte siderent. Sic quoquecgo scabiem & crurium oedemata, cum post aliarum febrium, tum praecipue quartanae febris crisim oborta, sponte exolescere, citra omne medicamentorum subsidium, plus centies vidi. Quod si tum phlebotomia facta fuisset, aut pharmacum exhibitum, ingens fuisset periculum, ne per eas venas, per quas materia morbi expulsa fuerat, rursum ad interna viscera retraheretur.

Scabies post quartanam, & alias febres salubris.

Hanc humorum per pharmaca retractionẽ

Digitized by Google

retur. Nam & ſtomachus famelicus alimoniam viſceribus & membris tranſmiſſam, per eaſdem vias repetere, alioſque humores è viſceribus in ſinum ſuum allicere poteſt. At quum illa fœda cutis aſperitas, vulgo ſcabies dicta, ex impuro ſanguine cholerico, vel aduſto, aut foculento ſalſi phlegmatis liquore, permixto oriatur (qualem epar ob ſuam dyscraſiam, vel non raro ex eſculentis & potulentis mali ſucci producit) quem natura non confertim, ſed ſenſim cum corporis alimento citra ſanguinis ebullitionem ad corporis membra diſpergit, & illa ſua contagione inficit & alterat: vnde fit, vt eius ſucceſſiua regeneratio non modò ab epatis dyscraſia, velut ab interna cauſa antecedente, ſed non raro quoque ab obſtructione ſplenis, cuius officium eſt ſanguinem expurgare: & à membrorum contagione quoque dependeat: proinde hic opus eſt, vt non modo inciſa vena, & crebra alui deiectione ſanguis expurgetur, ſed & vt epatis quoque intemperatura, ſplenisque obſtructio detergatur, corrigaturque. Et eandem corpore prius ſic bene expurgato, operæpretium erit, vt externam quoque corporis molem potionibus ex theriaca ſudoriferis, aut balneis, thermisve ſulphureis, aut vnguentis ex hydrargyrio confectis, exſiccés: & ab hac concepta contagionis lue, membra externa quoque vindices. Quandoquidem verò recentis morbi Gallici puſtulæ, cum ſcabiei præcipue ferè exanthematibus, magnam habeant affinitatem, quam communia vtriuſque remedia arguunt: ac præter externas contagionis cauſas, ambo ab interna corrupti ſanguinis & humorum præcordio-

Gal. libr. 3. de virib. natural. fatetur.

De orificiis venarum per quæ corpus purgatur, Alexánd. Aphr. libr. 2. Probl. 54.

Generationis ſcabiei cauſæ.

Hanc puſtularũ & ſcabiei, exanthematumque curam Gal. in ſecundum Epidem. Hipp. lib. Com. 6. ab unde docet.

Pleraque ſcabiei & morbo Gallico remedia eſſe communia.

Digitized by Google

rum infectione & sordibus dependeant: quis obsecro, etiam post expulsas ad corporis superficiem pustulas, sanguinis per phlebotomiam & pharmaca euacuationem, in vtriusque cura, plurimũ momenti habere inficiabitur? Certe nemo. Cæterum vix vllam scio esse ægritudinem, in qua mulieres decoris faciei, ne ea cauis exanthematum vestigiis deturpetur, maiorem rationem habeant. Proinde peculiare est illarum in hoc morbo problema, de quo nondum inter Medicos conuenit, an exanthemata acu aurea argentiave sint aperienda. Atqui quum hoc problema ad veterem Medicinæ artem κοσμητικὴν dictam spectet, quæ naturalem corporis pulchritudinem conseruare docet, æquum censeo, vt Medicus quid facto opus sit doceat. Proinde si sanies in exanthematibus liuida, aquosa, & indigesta apparuerit, & ea ex aeris contagione pestifera, quam crebro anteuertunt, pullulauerit, tunc ob acredinem & virulentiam humorum, vt illorum virus exhalet, & ne excedant, aperienda censeo: ita tamen, ne illorum crustula, quam Græci ἐφελίδα vocant, vna auferatur. At si sanies spissa alba & bene concocta fuerit, satius esse arbitror, ea intacta relinquere. Nam in huiusmodi saniei generatione carnem quoque succrescere, qua pustularum vestigia explentur, nouimus. Ea verò remedia Cosmeticæ artis, quæ Auicenna in hoc morbo refert, plus ad pustularum exsiccationem, quam ad illorum delenda vestigia conferunt. Quod si faciei decorem conseruare volueris, postquam crustæ sponte deciderint, faciem cum decoctione lupinorũ, aut aqua destillationis florum fabarum mane & vespe-

De cosmetica medicina. Gal. l. de Compositione medic. secundum loca.

Auicenna l. 4. Fen. 7. Tract. 3. cap. 5.

Digitized by Google

veſperi abluito, vel liquore tartari vſti ſtillaticio irrigato, & ſpe non fruſtraberis. Vale, & animæ pulcritudinem corporis venuſtati coniungere ſtude.

AN PHLEBOTOMIA SIT *pharmacis purgatiuis præmittenda.* *Epiſtola decimaſeptima.*

SEDATA nuper contentione, nempe an materia morbi ad ambitum corporis expulſa, venæ ſectio & pharmaca excretoria competerent : interim audio, aliam eſſe altercationẽ inter veſtros Hæmophobos, Eraſiſtrati & Arabum ſectatores, Medicos, obortam, qui ob ebullitionem cholerę, omnem verentur venæ ſectionem: nempe in morborum cura, qui tam per phlebotomiam quam pharmaca, euacuationem requirant, vtra præcedere debeat. Verum quandoquidem diſcordia Medicorum eſt pernicies ægrorum, concordia vero illorum ſalus, hanc quoque contentionem dirimere ſtudebo. Conſtat ſane, quod in omni repletione venoſi vaſorum generis, præcipuè plethorica, ſi primum inciſa vena corpus euacuauerimus, tum pharmacum poſtea datũ inueniet venas & corporis meatus non ita refertos, nec obſtructos vt pharmaci vires, natura duce, impeditæ totam corporis molem penetrare poſſint, & mira facilitate noxios educere humores. Si verò vaſa fuerint ſanguine, aliiſve humoribus repleta, tum obſtructis circa epar & meſenterium venis, pharmacum non ferenda alui tormina, cruciatus, & animi deliquia excitabit, ac venulas diuel-

Eadem docet Gal. 4 Salub. & Auctor lib. III de Affectuum in regionibus dinoſcione.

Hipp. hæc lib. 4 Reg. acuto & Gal. lib. 2. aph. 8. docent.

let, nihil quoque effatu dignum educet. Proinde Hippocrates in omnib. fere morbis acutis in quibus humores non turgent, in phlegmone aliisve internis viscerum tumoribus & apostematibus, & in quibus morbis omnes humores æque seruata eorum proportione augentur, virtute & ætate ægroti consentientibus, curam à venæ sectione auspicatur. At si tantum vnus ex illis humoribus præter sanguinem redundauerit, aut computruit, aut exigua fuerit sanguinis boni substantia, aliorum humorum copia superata, tum primum ab alui deiectione euacuationem molitur. Vnde Galenus, tid⁹ illius interpres, in libro de Medicina facile parabili, in cura Ischiadicæ passionis inquit: εἰ μὲν πολὺς εἴη ὁ ἀνεχλῶν χυμὸς, καθάρσει θεραπευτέον τῷ λυποῦντος χυμοῦ. εἰ δὲ πληθωρικὸν εἴη τὸ σῶμα, πρόσθεν, ἀναιτίων διαλαμβανομένη φλεβοτομίας. id est, In cura doloris coxendicum, si multus fuerit infestans humor, purgatione primum vtendum erit humoris affligentis: si vero plethoricum fuerit corpus, primum omnium suscipienda est phlebotomia. Illud vero tacite non est prætereundum, quum melancholia, velut fex in vino, in fundo vasorum subsideat, & ob eius grossitiem in expurgatione humorum pharmacis sit contumax: Galenum prudenter curam, cancri ac elephantiasis & vlcerum malignorum à phlebotomia exordiri. Proinde in libro de Medicamentorum compositione κατὰ γένη, gloriatur se curam vlceris cacoethici in crure, varicibus atra bile refertis circumsepti, à venæ sectione inchoasse, postea pharmaco quoque melancholiam purgasse, tandem varices per transuersum inci-

Hæ quoque eadē tradit Auicenna quarta primi. cap. 5.

Phlebotomiā morbis ex melancholia competere, testatur Gal. lib. 2. ad Glauc. & de Atra bile.

De hac vlceris curatione plura Gal. lib. 4 de Compos. medice & in li. de Atra bile varices sectione, & uulsione uarix.

disse:

Digitized by Google

dissse: ac sic vlcus, aliis immedicabile, feliciter cõsolidasse. Harum vero euulsionem, quamuis stans animo interrito, ac non contractis superciliis, C. Marius in vno crure tulisse fertur: illarum tamen curam, morbo videlicet grauiorem, in altero crure pati detrectauit. In huius altercationis discussione, vna cum Auicenna, pharmaca ea nominamus, quæ vulgus Medicorum electiue purgare asserit. De quorum numero sunt, vterque elleborus, & sesamoides, thurbeth, esula, mesereon, aut coccognidium & scamonea, quorum virtus vltra epar per vniuersum corpus dispergitur. At aliorum quæ benedicta & lenitiua vocant, qualis est manna, terebinthina, cassia, thamar Indorum, reubarb, epithymus, sene, & id salubrium pharmacorũ genus, ac denique clysteria ex his lenitiuis & medicinarum obstructiones aperientium & humores viscosos incidentium decocto confecta, horum inquam vsum ad eluendas ventriculi & intestinorum sordes & excrementa, ne his virtus pharmaci obruatur, & ratione vacui, in venas phlebotomia exhaustas, succedant: vt his quoque obstructi venarum mesenterij meatus aperiantur, ante phlebotomiam & pharmaca fortia non repudiamus. Nec alio nomine apud vereres Medicos, ante fortia solutiua, & ex ellebore aut narcissi cepe, vomitiua pharmaca vsus syrnesmorum inoleuit, qui erant mediocres ex melicrato & aliis lenientibus & abstergẽtibus euacuationes, quas nostri seculi Medici minoratiuas appellant: horum tamen omnium recta administratio ex a prudentis medici iudicio coniecturali dependet: id

De C. Mario, qui septies cõsul fuit, Pl. lib. 11. ca. 45. & Plutarchus in Apophth. Auicenna Fen. quarta primi, cap. 5.

Minoratiua euacuationes erant apud veteres quoque humorum ad excretionem preparatoria, sicut apud Alexandrũ & Actuarium nõnulla apoxemata.

De syrnesmis hæc Galenus in 2 Hipp. de articulis librum.

a Prudens medici iudicium vsu & ratione constat.

Digitized by Google

quod frequenti vſu & rationis exercitio in explorandis morborum cauſis & curis tibi comparare poteris. Vale.

An Curandæ Peſtis Methodus tam per phlebotomiam quam pharmacae uacuationem exigat, & quæ ſit alteri præmittenda. Epiſt. XVIII.

VErum id eſſe, ingenue fateri cogor, omnes encyclopædiæ artes, velut circulo quodam adeo cohærere, vt altera ſine alterius ope ſubſiſtere non poſſit. Ita quoque fateor, Medicæ artis problemata, velut anulos in aurea Platonis cathena, adeo eſſe connexa, vt alterum ſine altero ægre moueri poſſit, quin alia quoque attingãtur. Nam quum nuper in veſtra Academia diſceptatũ fuiſſet, phlebotomia ne in cura morborum, qui vtraque euacuatione egeant, ſit pharmacis præmittenda: en mox altera illi affinis ſubrepſit quęſtio, nempe An ratio curandæ peſtiferæ febris putredinalis, ante vel poſt alexipharmaci vſum vtranque exigat euacuationem, & quæ alteri ſit præferenda. Quum hæc duo problemata quorũ declaratio ex eiſdem fere indicationibus prodit, ita cohæreant, vt alterum ab altero ægre diuelli poſſit, æquum cenſeo, vt iſte quoque in circulo problematum nodus recte explicetur. Conſtat igitur, non modo plethoram & cacochymiam, ſed potius ipſam morbi magnitudinem, tam phlebotomiam quam purgationem & indicare, & expoſcere. Morbus vero quiuis trifariam magnus vel leuis dicitur: vel ob afflicti viſceris præſtantiam,

De aurea Platonis cathena Macr. lib. 1. de Somnio Scip. Plato in Ione. Lucret. lib. 2.

De magnitudine morborũ hæc Galen. lib. 4. & 7. Method.

tiam, vt cordis, cerebri, diaphragmatis, præcordiorumque phlegmones,& abſceſſus ac vulnera: deinde ob affectus magnitudinem,quam ſympto matum ſæuitia,velut ſyncopis, delirium,& alia eiuſdem farinæ accidentia indicant: poſtremo ob eius malignitatem vel virulentiam, cuius materia (vt in cancro, atra bilis) in virulentis abſceſſibus & gangræna,& aliis, eſt coniunctioni contumax,ac κακοηθες. Atqui quum hæc febris peſtifera, primum cor infeſtet, veneni contagione particeps, horrendis ſymptomatibus, delirio,bubone,& anthrace æſtuet, ac triplici ratione non magnus modo, ſed maiorum maximus iure dictus, vtranque certe, phlebotomiæ & per pharmaca euacuationẽ expoſcere videtur. Atqui hoc diui Hippocratis & Galeni præceptum in omniũ magnarum ægritudinum cura non eſt perpetuum. Nam ſi quis venenoſorum animalium, quæ Græci ἰοβολα dicunt,phalangii ſcilicet, ſcorpionis ictu, aut aſpidis, canisve rabioſi morſu, vel telo virulento externe intoxicatus fuerit, tum horum curationis tantum duplicem indicationem Galenus & Damocrates ſtatuunt, vel virus euacuando, vel alterando. Euacuationem vero non pharmaco vel phlebotomia, ſed eorum medicaminum ope fieri ſtatuunt, quæ ſua vi calorifica virus attrahant & eliciant: velut ſunt cucurbitulæ, aut cornua, quibus veteres illarum vice vtebantur. alii labiis vulneri admotis virus exſugebant: alii locum affectum cauteriis adurebant, & exſiccabant, aut cárnem vulneris excidebant. Vnde Damocrates poeta Medicus recte cecinit:

& in libr. de Artis medic. conſt.

Hanc curandi toxica methodum ſcribit Galen. libr. 13. Meth. & libr. 2. de Antidotis.

Leg. Actuarium de compoſitione diacarcini.

Digitized by Google

Damocratis versus de viuleti vulneris cura.

διὸ ἐκ θεραπείας ὅτι ἐν ὁμογενὴς τρόπος.
ἐκ δ' ὅπη τύποις σάρκα τῶν τετραμμένων
παχέως ἐξικοπτεῖν σμιλίῳ δεῖ, καὶ πυεὶ
συχίας ὑπιβάλλειν, εἰ δυνατὸν, τοῖς τραύμασιν,
τοῖς δ' ἐμπίοσιν τι φαρμάκοις, καὶ καυστικοῖς
πρῆν τὸ τραῦμα πολίονας χρόνοις πλατύ.

Altera vero curandi venena methodi indicatio, in alteratione consistit. Alterabis vero his medicamentis, quæ vel qualitate vel tota substãtia sunt veneno contraria: quorum ingentem sylvam Dioscorides. lib. 6. Nicander, Galenus de Theriaca ad Pisonem, ac Corn. Celsus lib. 5. recenset. Has duas curandi virulentos morbos & toxica rationes dum pestiferis medemur febribus, quamprimum obseruandas consulo: quippe quum omne venenum ex sua genuina proprietate quam primum cor, fontem & domicilium vitæ, petat, ac tum derepente per vniuersa corporis viscera & molem dispergitur: quid obsecro magis necessarium, aut commodius comminisci poteris, quam vt primum omnium cordis cum his alexipharmacis, quæ qualitate aut tota substantia huic exitiali pestis veneno repugnant, subsidium & opem feras? in quorum catalogo præter theriacam Nicandri, & Mithridati compositionẽ, & pleraque à neotericis excogitata antidota, inter simplicia smaragdum, radicem angelicam, zedoariam, scordium, & eringium, ac petasites, primas habere experior. Bolus ex Armenia quum sit nobis ignotus, ei quo vtimur nothonihil confido. Sane præter hæc non minus tribuo ex succo pomorum citri, limonum, aranciorum: mali punici, oxylapathi, iuiule cũ aceto & zuccaro de-

De hac veneni proprietate Gal. libr. 1. de Spermate plura.

Gentilis de nostro bolo Armeno idé suspicatur.

ro decoctis, quæ ſua qualitate & congenita proprietate venenis & peſtifero huic morbo reſiſtũt, cordis quoque robur fouent, quod epithematibus, odoriferis externe applicatis conſeruare ne cuncteris. At ſi circa emunctoria cerebri, cordis aut epatis, id eſt, iuxta aures parotis, ſub axillis abſceſſus, in inguinũ adenibus bubo, virtute expulſiua cooperante eruperit, aut interim carbunculus in brachiis aut cruribus efferbuerit, tum feſtinanter velut in vulneribus virulentis medicamẽta quæ virus extrahant, ad locum affectum applicato: nempe cucurbitulas, aut emplaſtrum ex fermento, theriaca, farina ſinapi & cepe ſub cineribus cocto confectum: additis, opoponacis ac galbani gummis aceto acerrimo diſſolutis, imponito, & abſceſſum ante maturationem ſcarifica, aut aperi, vel cauterio adurito. Si vero patiens ignem veretur, tum cauterium potentiale ex cantharidibus & fermento confectum, aut contuſam ex oleo ſtammulæ radicem applicato: quæ ſua virtute calorifera & ardente, non tantum noxios humores attrahunt, ſed etiam non raro factas ex his collectiones aperiunt. An vero præter hæc, huius morbi noxii humores phlebotomia aut pharmacis ſint euacuandi, hic adhuc ſub iudice lis eſt. Verum cum morbi cauſa intra venas ſanguini commixta contineatur, quid vetat, decima vel duodecima ab aſſumpto alexipharmaco, & finito ſudore, hora refectis ante viribus, venam in eodem latere ſub abſceſſu vel anthrace, in competenti membri loco, ætate & viribus ſuffragantibus, incidere? quum phlebotomia nõ tantũ infectos humores educat,

Eadem ſua der Corn. Celſ. lib. 5. cap. 28.

Digitized by Google

sed & obstructiones aperiat, feruoremque febris remittat. Nec est quod verearis humorum ad interna reuulsionē, quum abscessus validis medicamentis attractoriis sint cooperti, quę reuulsioni resistunt. Vnde Galenus noster, & illius ipsissima simia Paulus ex Ægina, curam anthracis à sectione venæ vsque ad animi deliquium, exclusiue tamen, inchoare suadent: quod nec ego improbo. An vero in cura huius febris fortia purgationis pharmaca æque competant, non certe facile dixerim: quippe quum ea humores noxios magis conturbent, & per corpus dispergant, & rursum per viscera ad intestina reuellant, roburque corporis dissoluant, & venenosa quoq; qualitate participent, ac non raro dysenteriam, a ventrisq; fluorem proritare soleant, qui alioqui huius febris peculiare & vt plurimum lethale est symptoma: quo omnes fere in illa diuturna Romanæ vrbis peste correptos, quos bolus Armenus non iuuit, interiisse, Galenus lib. 3. de Morbis vulgaribus testatur. Proinde Cornel. Celsus: Desiderat, inquit, etiam propriam animaduersionem in febribus pestilentiæ casus: in hac minime vtile est, fame aut medicamentis vti, aut aluū ducere. Si vero vires sinunt, sanguinem mittere optimum est, præcipue si cū dolore febris est. Cæterum si aluus obstructa, sua excrementa nō deiecerit, quis obsecro clysteris lenitiui vsum dissuadebit? Nemo. Et si morbus statum excesserit, vt reliquiæ morbi extirpentur, medicamen purgatorium ex reubarbaro, agarico, siliqua Ægyptia, aut rore Syriaco, vel thamare Indorum, obesse non poterit: perinde ac illa fortia, diagridium,

a Fluxus ventris, pestis symptoma Galen. libr. 3. Epid. & li. 5. ac 10. Methodi.

Libr. 3. c. 7.

dium,colocynthus, thutbet, elleborus albus, lapis lasuli,ac Mercurius ille præcipitatus,quũ venenum redoleant, prodesse nõ possunt. Iam tu probe nosti, me multos ,de quibus etiam conclamatum erat , in hac pestifera lue hac methodo curasse:primum, si aluus aliquot dies ante morbi initium parum vel nihil excreuerat, tum glande imposita,aut leui enemate eam exonetaui:postea alexipharmacum sudoriferum exhibui,quod pro ratione ætatis & virium , sudorem duas vel tres aut plures etiam horas promoueret. Cordi epithema applicui : etsi abscessus vel anthrax erupserat, confestim emplastra quæ virus attraherent & emungerent,accommodaui. Tandem à sudore hora sexta vel septima , refectis tamen prius aliquo iusculo viribus , venam oportunam secui : at mox ab alexipharmaco, aliis singulis diebus mane & vesperi potagia alterantia , quæ sua qualitate & tota substãtia veneno morbi resisterent,exhibui,& cor quoque confortarent:qualia sunt quæ ex succo citriorum, limonum , aranciorum , acetosæ & iuiulæ , cum momento aceti & zuccaro decocta conficiuntur. At in morbi declinatione,si appetitus edendi languebat, vt corpus tuto nutriri posset, sanguinem à reliquis contagionis pharmacis paulo ante commemoratis expurgaui. Postremo chirurgis , ne vlceris aut carbunculi consolidationẽ præcipitarent:cocis vero, vt præscripto tempore commoda esculenta & potulenta ægro suppeditarent, edixi. Qua curationis ratione ingens ægrorum numerus , Deo optimo auspice conualuit:qui te ab hac sæua contagionis lue saluum velit. Vale.

Epilogus dictorum.

Digitized by Google

De causis sudoris Britannici, *& quid sit apud Galenum febris Typhodes.*

Epistola XIX.

PROXIMIS ad affinem meum literis problemata Medicæ artis, ob causarũ naturalium condependentiam, arctissimo quodam nexu, velut annulos in aurea Platonis cathena, cohærere testabar: quo ænigmate diuinus ille Academiæ antistes, causas rerum naturales indissolubili lege consortii condependere significauit. At modo, quum rem pẽsiculatius obseruo, ea Medicorum problemata Lernęę paludis serpenti mihi similima videntur, cui quum Hercules vnum desecuisset caput, confestim aliud subnascebatur: sic modo, vno dissoluto problemate, en mox aliud, de sudorifera illa Britannorum febre, suboritur: nẽpe, an sit pestilentiali homogenea, & sub illa sudorulenta febre, quam Galen. typhodea & helodea appellat, contineatur. Iste sane morbus qui-

Quid sit morbus endemus, Galenus libr. 1. Epid. & lib. Reg. acut.

Britannicus, ob regionis humiditatem, diu fuit ἔνδημος, id est vernaculus, & certę nationi peculiaris: quũ vero in Europa peregrinari & populariter à septentrione versus nos grassari tentasset,

Primaria pestis causa.

plerisque Europæ populis factus est epidemialis, & nostrorum delictorum vindex. Tria sunt certe flagella, fames, gladius, & pestis, quibus iusto Dei Israel iudicio pœnas peccatorum luimus. Peste vere nullum seuerius, quo mandati sui prę-

De Dauide & peste, hæc 2. Reg. cap. 24. 1. Paralip. cap 21. Ioseph. li. 7. Anti. cap. 13.

uaricatores acerbius afflixit olim. Quum Dauid contra Mosaicæ legis edictum, Ioab ducem, populum Israel censere iussit, 70. virorũ millia triduo peste perierunt. Nec cessauit pestis, donec

Dauid

Dauid rex delicti ſibi conſcius, conſtructo in area Iebuſæi altari, cilicio indutus, pronus cadens in terrã, ſupplex culpã deprecaretur. Ita olim quoque, vt nunc ſi quid delirabant reges, plectebantur Achiui. Id quod ethnici quoque verum eſſe cognouerunt. Nam & Apollo, ob raptã Chryſis ſacerdotis ſui filiam Aſtynomen, ſuis peſtiferis ſpiculis totum Græcorum exercitum confeciſſet: niſi Calchas vates Agamemnoni, vt Chryſeida patri redderet, & ea iratum Apollinis numen litare ſuaſiſſet. Ita pariter omnes primariam peſtis cauſam in peccata noſtra referunt, quã Deus noſtris offenſus criminibus noxio ſiderum influxu, & temporum alteratione, ſub concauo orbis lunæ excitat. Proinde ſecundarias peſtis cauſas, vitiatas ab influxu ſiderum, & putrida ex barathris, lacubus, cadaueribus exhalatione, aeris & aquæ qualitates, aut ſubſtantias, recte Medici ſtatuunt: quibus quum carere non poſſimus, illorum vſu primaria corporis noſtri elementa, humores, & ſpiritus quoque inſici fareamur oportet. Ita has eſſe duas peſtiferarum contagionum cauſas communes, & ea ratione in genere cauſarum homogeneas confitemur. At quandoquidem ſunt variæ temporum anni & elementorum alterationis ſpecies, epidemiales morbos ſpecie diſtinctos nemo negabit. Quæ vero ſpecialis ſit externa & interna ſudoris Britannici cauſa, id ſudor plane indicat: qui ſi præter ſyncopen aut vires corporis defectas, præcipue mane acciderit, repletionis vaſorum teſtis eſt locuples. Cuius, præter crapulam, inter externas cauſas, auſtralis temporum conſtitutio, cauſa eſt præcipua.

De hac Græcorũ peſte Homer. Iliad. primo.

Secundaria peſtis cauſa.

Has peſtis cauſas Lucret. lib. 6. deſcribit.

De ſudoris indicio hæc Hip. lib 4. Aphor 41.

Digitized by Google

Auſter ſane ventus miro tepore humidus, àmeridie per deſerta Libyæ, venenoſis animalibus referta, quorum contagione infectus ſpirat. Vnde Statius Papinius:

Stat. lib. 5. Syl. Ouid. 1. Metamor. De auſtro idem Pli. lib. 2. cap. 49. De coturnicibus. hæc Ariſt. lib. 8. de Nat. anim. ca. 12. Virg. li. 1. Georg. Hæc Ariſtot. ſect. 1. probl. 23. Hippoc. li. 3. Aphor. 6. Galen. libro 3. de Differ. auhel. & lib. 2. Prognoſtic. Febrium bimembris diuiſio.

An (inquit) *imbrifero Libyæ ſudauerit auſtro*.

& Ouidius poeta eo antiquior:

Meridies, ait, *nubibus aſſiduis, pluuioq; madeſcit ab auſtro*. qui ſuo tepido humore corpore animalium adeo replet, & aggrauat, vt eo ſpirante minus eſuriant animantes. Et coturnices (ait Ariſtoteles) cum ceciderint, ſi ſerenum aut aquilonium tempus ſit, ſociantur, & proſpere degunt: ſed ſi auſtrinum, moleſte, propterea quod parum volant. Humidus enim grauisque auſter eſt, Græce ab humiditate Notus appellatus: *Arboribus* (vt Virgilius cecinit) *ſatisque Notus pecoriq; ſiniſter*. Sunt enim Auſtri, ait in Problematibus Ariſtoteles ſuapte natura humidi, calidique: qua temporis conſtitutione febris committitur, quæ non niſi per exceſſum ambarum qualitatum illarum oriri ſoleat. Recte igitur Hippocrates, febres ſudoriferas tum maxime oriri definit, quum æſtas auſtrinis flatibus maduerit: ὁκόταν, ait, θέρος γένηται ἦισι ὅμοιον, ἱδρῶτας ἐν τοῖσι πυρετοῖσι πολλοὺς χρή. id eſt, Quando æſtas ſit ſimilis veri, tum ſudores multos in febribus expectari oportet. Et Gal. in Prognoſtica Hippocratis ait, ἐν καύμασιν ἀνύδροις πυρετοὶ ἀνίδρωτοι τὰ πλεῖστα τοῖς δὲ ὕδατι ἔχουσιν ἱδρωτικώτεροι γίνονται. id eſt, Per æſtus ſqualidos & ſiccos, febres fere ſine ſudore eueniunt: per imbres vero, longe magis ſudorulentæ fiunt. Proinde Galenus in Apologia contra Lycum, febrē bifariam diuidit. quaſdam exacte ſiccas, quales ſunt exqui-

Digitized by Google

exquiſiti cauſones, & alii febriles ardores, in quibus vehemens ſitis, lingua ſicca, cutis vt corium dura, & ingens in toto patiẽtis corpore ſqualor & ſitus apparet. alias vero ait eſſe exquiſite humidas, in quibus ægri à primo die cõfertim ſudant, & in ſudoribus aut mediocriter aut nihil alleuiantur, quas Galen. πυρώδεις & ob ſudoris madorẽ ἀπὸ τοῦ ἕλους, ἢ ἑλώδους, id eſt, à palude ἑλώδεις nominat. a Typhodes vero, à Typhoeo gigante, qui Iouis fulmine ictus, ſub ardenti Ætna ſepultus, cum ventorum turbine ſulphureas eructat flammas, & ſaxa. Aut potius à typhone vento typhodes dicta, qui denſa nube incluſus, præceps in terrã eliſus, puluerem ſoli turbine verrit, arbores euellit, ac obuia quæq; peſſundat: cuius exhalatio nubẽ erũpens, fulgure micat, ac nubes in largũ imbrem reſoluitur. Nã poſt has ecnephię typhonis, ac pręſteris ventorũ procellas, repentinæ ingraueſcere ſolẽt pluuiæ. Sic in illa Britãnici ſudoris febre humores & ἰχὼρ ſanguinis, velut in nube vapor, venis incluſus. quã primum natura morbi iudex, noxios humores ab incorruptis ſequeſtrauit, tum velut poſt typhonis procellas imber, ſic hi febrili calore efferueſcentes, cũ ſudore confertim per cutem erũpunt. Nemo igitur cordatus, hanc Britannici ſudoris luẽ, febris typhodeos eſſe ſpeciẽ negabit: veterib. vt creditur non adeo ignotam, vel inexpertã. Accipisne iam, pręter aſtra, auſtrinos quoque flatus (quos diuus Hironymus pluuiarũ pincernas appellat) quibus ann. à Chriſto ex illibata virgine nato 1528, quo primum in Germania hęc ſudoris cõtagio incrudeſcebat, tota illius anni æſtas maduit, eſſe huius febris cauſas? quæ præter

a Febris typhodeos meminit Galen. li. 1. Aphor. 12. & li. 7. Aphor. 43. Quid ſit febris typhodes. De typhoeo gigante Ouidius 4. Faſt. Lucã. li. 5. Man. li 2. ca. 16. Strab. li. 5. De typhone vento Ariſt. lib. 3. Meteor. & Proble. ſectione 2. Pl li. 2. c. 50. Luc. li. 6. Manil. lib. 2. c. 16.

Epilogus Epiſtolæ.

crapulam, etiam venas & arterias humore replebāt: quarū repletio obſtructionem parit, obſtructio putredinē gignit, quę febrē incēdit. Quare ſi quis hanc febrem appellet ephemeram putridam nihil moror. Quum enim huic, & peſtilentiæ vulgari, externæ cauſæ ſint communes, eaſdem quoq; illis prophylacticas eſſe cautelas arbitror. Quod vero ad curam illius attinet, natura citra Medici auxilium huic morbo per criſim medetur: nec eſt quod Medicus agat, niſi vt ſudorem pro ratione ætatis & virium patientis moderetur: quarum robur conſeruare Medicus ſtudebit. Vale. Hoc tamen pro coronide huius Epiſtolæ adiicere libuit, Hippocratem morbum ex phrenitide & lethargo mixtum, πυρομανίδα quoq; appellare.

De Coacta Et Irrita *ſitis in febre tolerantia. Epiſtola* XX.

GAVDEO, mi collega, te Epiſtolam meam de ſudore Britannico approbare. Multo vero magis lætor, quod libellum primum de cura huius, neſcio à quo pſeudomedico, aut ardelione potius, primo editum, Vulcano conſecraueris. cuius auctor, dignior Vulcano fuiſſet victima: qui vtinam cum ſuo libello, quo plures quam morb⁹ ipſe interemit, ad extrema Arabiæ infelicis deſerta & Syrtes proſcriptus, ad illiusque feras dilacerandus condemnatus fuiſſet. Similis ſane illi Medico, qui (teſte Galeno) adoleſcentem ſudore ſyncopali aut diaphoretico languentem in bal-

in balneum hypocausti ablegauit: & cum sudoris copia large profluueret, gauisus Medicus, ac si commodum sudoris tempus designasset, paulo post mortuo adolescente, ac eius necessariis vt homicida accusatus fuit. Qua accusatione digni forent nostrates Medici, qui ægros febricitantes inoportuna sitimacerant. Nam vt illi, resolutis sudoris profluuio viribus, multos suffocarunt: sic hi non paucos inani sitis tolerantia perdunt, adeo vt non iniuria Erasistratus grauiter ob id Apollonium & Dexippum Hippocratis discipulos incesserit, quod de hectimoritis cotylæ cyathis, quorum singulæ vix duas vncias continebant, vnum aut alterum tantum febricitantibus concessissent. In quo certe ab Hippocratis præceptoris dogmate, teste Galeno, longe desciuerunt: qui ait Hippocratem hæc redarguere, ne quis tanta siti affligat ægros, vt illis febricitantibus, aquæ tantum vigesimã cotylæ partem præbeat. Nam & Hippocrates libro quarto de victus in morbis acutis ratione: Causone laboranti ait, aquæ vel melicrati aquosi, & exacte cocti, bibere dato quantum volet. Proinde Galenus gloriatur, se frigida potione vbertim & tempestiue data, omnes causone affectos, morti eripuisse. Intempestiue autem datur plethoricis, ante corporis euacuationem: & si viscera humorum viscedine obstructa, vel phlegmone obsessa fuerint, aut humotis crudi copia obstiterit. Alias abundans frigidæ potio, præcipue in acutis febribus opportune data, inter alia illarũ remedia primas meretur: quę si causonis ardore laborantib. subducta fuerit, eas febre hecti-

Historiam hanc scribit Gal. in Vestibulo lib. 1. Prognostic.

Gal. lib. 1. & 3. de Rego acutorum.

De oppotuna frigidæ exhibitione Galen li. 2. ad Glau. & 8. Methodi.

Digitized by Google

Cauſonis In hectică permutatio. Gal. li. 1. de Diff. frbr.

ca tabeſcere cogit. Vnde coactam in febribus cõtinuis ſitim ob cordis & præcordiorum æſtum, ſanguinis aduſtionẽ, ſpirituũq; reſolutionẽ, plurimum obeſſe, nemo mentis cõpos inficiabitur. An vero potus, in paroxyſmis febris interpolatæ cõpetat, nõ parua eſt altercatio. Sunt qui Aphor. Hipp. edocti (quo ait In acceſſionib. abſtinere oportet: nã cibum dare nociuum eſt. & quib. per circuitum fiunt acceſſiones, in ipſa acceſſione abſtinere oportet) in quouis paroxyſmi tẽpore, non inediam modo edicunt, ſed potum quoq; vetant, etiam picrocholis: quum tamen Hipp. potius de cibo quam potu id ſtatuerit. quo fit, vt ægros ſiti intolerabili, qua nec maiori Tantalus apud inferos excruciatur, miſeros conficiant.

Hipp li. 1. Aphor. 11.

De Iulio viatore hæc Plin. lib. 7. c. 18

His Medicis nempe δοξοσόφοις Iullus viator Romanus eques, oportunus fuiſſet patiens: qui cum in pupillari ętate, aquæ ſubter cutem effuſæ morbo laboraret, & humorum vſu à Medicis illi interdictum foret, aſſuetudine naturam ſuperauit, ac reliquum vitæ tempus abſtemius vixit, ac in ſenecta nihil bibit: quum tamen vetus paræmia, ſenes, vt aquilas ſeniles cadauerum ſuctu, tantum potu viuere teſtetur. At certe Hippocrates in paroxyſmorum declinatione adeo potum ægris nõ vetuiſſe, ſed ob illius commoda in libro de Acutorum dicta primo, fere præcepiſſe videtur, dum ait: Pedibus frigore affectis, non ſolum à ſorbitione, ſed etiam à potione, maxime abſtinendum eſt: ſed tum ſorbitionem & potum dabimus, quũ calor ad pedes vſque peruenerit. Nam hoc tempus maxime opportunum eſt cum in omnibus morbis, tum præcipue acutis, vbi febris & in-

Senectus aquilæ ſuctu ſeruatur.

Et idem Hipp. libr. 1. Reg acut. ca. de Ptiſan. vberius.

gens

gens periculum ſubeſt. Hoc obſeruans Galen. in libro de Criſi, & tertianæ febris puræ cura, recte his verbis Medicos monet: Quum in vigore febris conſiſtit, calorque æqualiter quaqua verſus extenditur, nihiloque thorax plus extremitatib. calet, tum iam bibendi tempus ægrotanti adeſt, & ſtatim à potu plurimus vapor calens per cutem exhalabit, ſudoris nuncius: bilis quoque ſuperueniet vomitus, venter ſoluetur, bilioſum quoque emingent. His, Collega mi, perſuaſus, nil temerarium vulgi iudicium veritus, ſi patiens corpulentus, eiusque epatis ac ſplenis ſubſtantia inoffenſa fuerit, cum tota corporis moles æqualiter incaluerit, tum vel in ipſa febre Britannorum ſudorifera, vires ægroti puto refocillato, eo ſudorem elicies: quo cauſa illius paroxyſmi cõiuncta facilius ſudore diffiari, & digeri per cutem poterit. Vale, meique memor eſto. Et ne de ſiti amplius mihi conqueraris, en poculum amicitiæ (velut apud Brachmanes Indorum philoſophi facere ſolebant) ex Tantali phiala tibi propino. Iterum vale.

Hæc Gal. lib. 2. de Criſi.

De Brachmanibus Philoſtrat. hæc in vita Apollonii.

De Morbo Virgineo.
Epiſtola XXI.

Conquereris mihi, vt tuo fido Achati, filiam tuam Annam primogenitam, & iam nubilem, à multis procis, virtutum integritate ac ſtemmatis claritate, opumque facultatibus, auito tuorum maiorum generi non imparibus, in coniugem deſiderari: quos tu, ob filiæ imbecillitatẽ, abdicare cogaris. Nec id adeo tibi eſſe moleſtum,

Digitized by Google

quam quod hactenus nullus Medicorum internam morbi causam & essentiam explicare, simulque curam præscribere potuerit. Nam vnus esse cardialgiam ait, alius cordis palmum hic vero dyspnœam, ille matricis suffocationem: nec defuisse, qui ex vitio epatis esse ventriculi fastidium suspicarentur. quorum discors de filiæ tuæ morbo iudicium, effeciſſe ais, vt totus animi pendeas, nec quid facto opus sit discernere possis. Ob id à me de morbo filiæ iudicium, ac de nuptiis consilium fidele, pro veteri amicitia efflagitas: simulque quibus morbi symptomatis affligitur, recte primum declaras: cuius nempe faciei indoles, quum anno præterito roseo genarũ labiorumq; rubore floruisset, ea modo velut exanguia, pallescere triste, cor ad quemuis corporis motum contremiscere, arteriasque temporum sensibiliter pulsare, & in choreis adscensuve scalarum dyspnœa corripi, stomachum cibum, ac præcipuè carnem fastidire: & crura præcipue iuxta talos, ad noctem œdemate intumescere. Ex his sane accidentibus & signis morbi pathognomicis, quæ morbi causam & substantiam produnt, eiusque curam designant, miror vestrates Medicos morbi causas & naturam non agnouisse. Quod vero nomen illius non dixerint, id quum ad morbi curam nihil conferat, nihil quoque refert. Multæ sunt in morborum catalogo ægritudines, nomine & non cura carentes. Nec hic morbus propriam habet nomenclaturam, quam cum sit virginibus peculiaris, virgineus quoque indigitari poterit: quem Brabantinorum matronæ febrem albam, ob faciei pallorem, & amatoriam appellare solẽt: quum palleat

Casus & accidentia morbi virginei.

De nomine morbi virginei.

Amantes pallent, teste Ouidio.

Digitized by Googl

palleat omnis amans, & color hic sit aptus amanti, quamuis febris admodum raro coincidat. Sed hic morbus virgines frequenter infestat, quum viro iam maturæ ex ephebis excesserint. Nam id temporis natura duce, sanguis menstruus ad matricis loculos, & venas ab epate defluit: qui quum ob illarum augusta oscula quæ nondum patuerunt, viscosis quoque & crudis humoribus obstructa, & denique ob sanguinis grossitiem, erumpere non possit: tum rursum per venæ cauæ maiorisque arteriæ propagines, ad cor, epar diaphragma, & præcordiorum venas regurgitat: capiti quoque bona pars impartitur, & circa viscera accidentia grauia parit, dyspnœam, tremulum cordis palmum, epatis inflationem, stomachi fastidium, cardialgiam: nec raro cum amentia epilepsiam, & delirium. Quod Hippocrates in libello de Virginum morbis, his testatur verbis: Virgines, inquit, quibus nuptiarum tempus aduenit, maturæque iam viro sunt, spectrorum imaginariis terroribus affliguntur, præsertim quũ menses descendunt. nam ante hoc, non admodum male afficiuntur. postea vero sanguis in matricis locellos, tanquam effluxurus destillat & descendit. quum autem oscula exitus obstructa fuerint, sanguisque ob cibaria & corporis incrementum auctus, illic collectus subsistit plurimus, nec vnde effluat exitus venarum pateant, præ copia cor, septum transuersum, præcordiaque petit: quibus repletis, cor sibi non constat, & torpet: ex torpore vero desipit & delirat. Nil certe mirum: quum epar à feculento mensium sanguine nõ expurgetur, & eo præcordiorũ venæ infar-

De causa morbi virginei. Id quoque Gal. lib. 4. de Causis sympto. & lib. 4. Reg. acut. affirmat.

Quo tempore menses ad matricem descendunt.

Digitized by Google

Cauſæ difficilis anhelitus in hydrope & menſiũ retẽtione.

ctæ fuerint, hypochondriorũ viſcera intumeſcere, & his diaphragma (vt in hydrope) coarctari, quod difficilẽ parit anhelitum, teſte Gal. in fine tertii de Dyſpnœa libri, vbi vniuerſaliter inquit: Si internus tumor aut dolor circa hypochondria conſtiterit, tum parua & crebra fit ſpiratio. Deinde quum cor, ſtomachus & epar, vtriuſque venæ chylis & arteriæ ramis, velut communi vinculo connectantur, his ſane ſanguine groſſo, flatuoſoque ſpiritu & vapore refertis & obſtructis, vt hos cor extrudat, & deoppilet, ne ſuffocetur frequenti arteriarum & ſyſtoles motu eluctatur, & palmo contremiſcit: quo defatigato, quid obſtat ἀσφυξίας, καὶ πνευμάτων ἀπολήψεις, καὶ ἀπνοίας, id eſt, pulſus, & ſpirituum ac anhelitus intercepti ones coincidere? quibus æger obmuteſcat, & vt deploratus iaceat. Vnde mehercle Galenus in acutorum diæta ſcite ait, δυνάται δὲ καὶ πλῆθός τι καὶ πάχος αἵματος, οὐ μόνον τὰς ἀρτηρίας πνευμάτων ποτὲ, καὶ διέξοδον οὐκ ἔχειν, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς ἰδίως ὀνομαζομένας φλέβας. id eſt, Poteſt autem & multitudo & denſitas ſanguinis non modo arterias inflare, & exitium obſtruere, ſed & ipſas proprie nominatas venas. Poſtremo, an filia tua hac affecta ægritudine, nubere debeat, & quæ ſit huius curatio, en fidum ex Hippocratis diuite medicinarum penu conſilium communicabo, qui in libello de Morbis virginum ait: Huius morbi deliberatio eſt, venæ ſectio, ſi nihil obſtiterit. Ego vero, inquit, præcipio, virgines hoc morbo afflictas, vt quamprimum viris cohabitent, & copulentur. ſi conceperint, conualeſcent: ſi vero in pubertate hoc morbo non corripientur, tum paulo poſt eas inuadet,

Hæc eadẽ Gal. lib. 4. de Cauſis ſympto. & lib. 4 Reg acut.

Venus virgineo morbo medetur.

De venæ ſectione eadem quoque ſuadet Hippocr. l. 4. R acut.

Digitized by Google

uadet , nisi viro nupserint. At vero ex maritatis, steriles magis id patiuntur. Hoc salubertrimo diuini Hippocratis consilio, si medicamenta menses prouocantia, & obstructionum aperitiua , sanguinis grossi subtiliatiua adiunxeris, nihil his præsentius reperire & excogitare poteris: quibus ego in huius virginei morbi cura nunquam falsus aut spe fui frustratus. Quare bono sis animo, filiam tuam elocato: nuptiis quoque ego libens interero. Vale.

DE PASSIONE CARDIACA.

Epistola XXII.

QVANDOQVIDEM Hippocrates cor, ob solidam eius substantiam, nullo ab humoribus morbo corripi, ipsumque esse impatibile teste tur, audio plerosque mirari, esse aliquem morbū, qui à cordis dolore Cardialgia appelletur. Proinde scias, cardialgiam non cordis, sed mordacem ab acutis aut venenosis humoribus esse oris ventriculi affectum, quod veteres Græci Hippocrates, Nicander, ac Thucydides etiam, tempore belli Peloponnesiaci, quo Hippocrates opere & scriptis medicinam est professus, cardiam, id est , cor ob sympathiam & affinem loci situm, ac colligantiam appellarunt. Affligitur autem ventriculi orificium humorum acrimonia, quum ob diuturnam inediam, vel tristitiam, aut exercitii lassitudinem, flaua & putrida bilis in ventriculum defluit, & sua acredine bilis vomitum, & alui profluuiū, cū animi deliquio & sudore diaphoretico proritat: aut ob assumptum esculentorum aut pharma-

Hipp. in 1. de Morbis.

Os ventriculi veteres cardiā, cor appellarunt, & vel hodie Germani quoque ita nominãt.

Gal. lib. 2. de Dog. Hi. & Plat. & lib. 4. de Cauſ. ſym.

Digitized by Google

ciæ virus, qualia ſunt quædam fungorũ genera, rana bupreſtis, ceruſa, gipſus lac coagulatũ: & ob matricis ſtrangulationes, & ſuppreſſa in viduis, virginibus & mulieribus menſtrua. vnde nonnulli morbum virgineum eſſe quoque cardialgiam contendebant, quum verius aliquanto illius accidẽs dici poſſit. Sic vero, ob ſenſus acuitatem orificio ventriculi affecto, cerebrum ob neruorũ, cor ob arteriarum colligantiam compatitur. Nã arteriarum maxima à corde exorta, poſtquam ſpinam dorſi perreptat, primum ſtomacho, deinde eius oſculo inſerta, ac tandem deorſum progreſſa, ventriculi fundo ſubtenditur: tum ſane in hoc cardialgiæ affectu longe ſæuiora accidentia ægrum infeſtabunt: nempe morbus Herculeus, ægre expergibilis ſopor, & veternus, catalepſis, delirium, ac melancholia, & cum copioſo ſudoris profluuio ſyncopis. Vnde Cornelius Celſus: Cardiaca, inquit, nihil aliud eſt, quam nimia imbecillitas corporis, quod ſtomacho languẽte, immodico ſudore digeritur, vbi venarum exigui & imbecilli pulſus, ſudor autem ſupra conſuetudinem & modo & tempore è thorace, ceruicibus, ac capite prorumpit, pedibus tantummodo & crutibus ſiccioribus atque frigentibus, quæ citra febris æſtum & animi deliquium raro fieri ſolent. cuius, præcipue ſi à veneno acciderit, theriacam præſens eſſe remedium, Galenus Piſonem docuit. Accipis ne modo, cardialgiam à morbo virgineo plurimum differre? Hic nempe vt plurimum ſine febre, ex menſium conſtipatione, & venarum circa præcordia oppilatione: ille vero cum febre, ſudore, thoracis pulſu exili, ac ſyncopa, & ſtoma-

Oris ventriculi cũ cerebro & corde colligantia, & ob id ſympathia. Gal. lib. 4. de Cauſ. ſympt.

Corn. Cel. ſui lib. 3. cap. 19. Gal. in Dif. Alex. li. 7. ca. 11. Act. lib. 9. ca. 1.

Theriaca ſudoris cardiaci remediũ.

Digitized by Google

ſtomachi roſione ingraueſcit : quæ ſi citra hæc præfata accidentia inciderit, qualis quoque eſſe ſolet ſtomachi ardor, tum non cardialgia ab antiquis, ſed cardiogmus appellabatur. Inuidia quoque, cum cor ipſum macerat, cardialgia dici poteſt: quam illis precor & opto, qui honorem & incrementum liberalibus ſtudiis inuident. Vale.

Cardiogmus.

DE MATRICIS PRÆFOCATIONE

Epiſtola XXIII.

ACCEPTA ex proximis literis occaſione, non fruſtra miraris, cardialgiam, morbum virgineum, ac matricis ſuffocationem : morbos non minus graues quam periculoſos, cum eiſdem fere ſymptomatibus dyſpnœa, epilepſia, veterno, ſyncope, delirio, ſuppreſſa voce, & pulſu latente ingraueſcere. Atqui amicorum optime, ſi tu matricis & ſtomachi cum cerebro & diaphragmate, cuius præfata accidentia ſunt peculiares morbi, per communes neruos & venas ac arterias colligantiam obſeruaueris, eiſdem quoque lege conſortii infeſtari accidentibus mirari deſines. Eſt ſane matricis præfocatio nil aliud, quam vteri ob ſiccitatem, vel ex retento menſtruo, aut humorũ affluxu aut flatu, ſiue exacerbata putridi ſpermatis virulenta exhalatione, ob repletionem verſus diaphragma, aut ad alterum latus conuulſio. Cui non raro ex retento menſtruo venarum obſtructio coincidit. Quippe ſi nerui, venæ, muſculi, adde & cornua matricis, mẽſiũ affluxu, aut viri coitu nõ humectentur, tũ exiccata facile verſus dia-

Matricis præfocatio quid. Gal. lib. 3. de Art. & lib. 6. de Locis affect.

Digitized by Google

phragma,& ad neruorum principium reuelluntur. Pariter ſi menſium repletione diſtenduntur, facile ad ſeptum tranſuerſum contrahuntur. Si denique ſperma in vteri concauitate & vaſis coaceruatum computruit,ineffabile eſt,quanto neruorum muſculorumque nixu matrix conuellitur, vt eius virulentiam expellere poſſit. Quæ ſi ad cerebrum exhalauerit,exhorreſco dicere,quam ſæua accidentia ac deliria proritet. quibus viduas, virgines Veſtales, ac obœſos quoque monachos corripi , cum in Germania,tum Bononiæ quoque vidi. Cum igitur diaphragma, præcipuum ſpirationis organum , & præcordia , vteri ad ſuperiora conuulſione coarctata fuerint,nihil mirum,mulieres ſic affectas ,quas Græci hyſtericas dicunt,ſuppreſſo arteriarum pulſu & anhelitu, velut exanimes in terram concidere. Quæ Hippocrates,aut (vt Athenæus ſuſpicatur) Polybius eius diſcipulus,in quarto de Ratione victus in morbis acutis,his verbis cuncta ſcite complexus eſt: Si quis , ait, repente obmutuerit,is venarum obſtructione moleſtatur. Id ſi ſano abſque euidenti occaſione accideret, venam brachii dextri internam ſecare oportet , & ſanguinem pro corporis habitu ac ætate detrahere. His ſic affectis, accidit faciei rubor,defixus oculorum intuitus , digitorũ in manibus tremor,dentium ſtridor, maxillarum vellicatio , extremitatum refrigeratio , ſpirituum in venis & arteriis concluſio. Si verò ab atræ bilis affluxu,internæ corporis partes corroduntur, aut venæ aridiores factæ diſtenduntur, tum inflã matæ, ad ſe humoris affluxum alliciunt: vnde corrupto ſanguine,& ita ob eius conſiſtentiam concreto,

Libr. 2. Diphnoſoph.

creto, vt ſpiritus per naturales meatus tranſire non poſſint, corpus & viſcera infrigidari neceſſe eſt. Hinc morbos comitiales, vertiginem, capitis grauedinem, loquelæ priuationem, ſpaſmos, & ſiderationem euenire oportet: præcipue ſi talis ſanguis & oppilatio, iam vel ad cor, epar, & cauam eius venam peruenerit. Quum vero Galenus horum Hippocratis verborum ſenſum genuinum recte intellexerit, qui dictorum ſymptomatum & morborum internas cauſas fere omnes complectitur: cur non ad vteri præfocationem & morbum virgineum accommodauerit, certè admiratione non caret. Ex his dictis quilibet facile coniicere poteſt, per virgineum morbum, ac matricis ſuffocationem, ob ſpiritus à ſanguine groſſo in venis præcordiorum coarctationem, calorem naturalem ſuffocari, corporis habitum infrigidari, & ob id inter morbos frigidos iure optimo reputari ab Auicenna & Conſtantino Medicis, & Galeno ipſo libro 4. Reg. acut. dum ait: ὅταν αὐταὶ φλέβες ὑπερπληρωθῶσι, βαρυνθλιῶσι τὴν δύναμιν αἱ ἀγκὼν, καὶ εἰς κίνδυνον ἀφίκεσθαι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν τῶ ἀποσβεσθῆναι, πνιγμῶ τινὶ παραπλήσιον παθοῦσαν. id eſt, Quando venæ ſuperimplentur, virtutem corporis gubernatricem aggrauari neceſſe eſt, & periculum eſt, calorem congenitum extingui, & prope ſuffocari, velut ignis nimia lignorum congerie ſuffocatur. Sed quæ tandem (obſecro) eſt anilis illa amentia, quum experimur, vterum odorifera, muſcum, algaliam, gariophilos, ac galliæ muſcatæ & cyphi ſuffitum adſectari: grauiter vero olentia, vt caſtoreum & fœtentem ex Syria aſſam, aduſti corii & pennæ ni-

Suffocatio matricis, & morbus virgineus ægritudines frigidæ Auicennæ Fen. 21. tetri canonis.

Vterus, an vt animal, motu locali moueatur.

dorem auersari & fugere, vt ob id vterum esse animal sensus & motus particeps suspicemur? & quamuis validis suis cornibus & ligamentis sit coxis & sacro ossi astrictus, in corpore tamen libere oberrare, Medicorum & obstetricum vulgus credat? etsi Plato in Timæo id asserere videtur, non tamen ea ratione, quod matrix anima rationali aut sensitiua prædita esset, sed quia rebus à natura productis omnibus inesse animam appetituam docuit: vnde & plantas ob id animalia esse, ac appetitu congenito ad sibi conferentia moueri censet. Eadem quoque ratione epar dulcia affectare, heliotropium ad solis accessum, magnetem septentrionem versus se inclinare videmus: qua vterum odoriferа consectari grauiter olentia abhorrere experimur. Et cum in hac matricis affectione cor quoque langueat, nolim ea naribus admouenda, ita grauiter fœtere, vt vires cordis ac cerebri offenderent. Quare grauiter olentis assæ virus, ac adusti corii & pennæ nidorem non probo: perinde ac castorii, rutæ, ac scillæ odorem non repudio. Vnde Hippocrates libro primo de Mulierum natura: Si vteri, inquit, ad epar accesserint, muta derepẽte fit mulier, & dentes conserit: tum manibus subtus depelle, ac infra epar & hypochondria, fascia mulierem constringito, ac ore aperto vinum odoriferum infunde, naribus graueolentia offer, subtus vero aromatibus bene redolentibus suffito. Non desunt Medici, qui hoc Hippocratis testimonio freti, Auicennam erroris accusent, quod vino mulieribus hysteticis interdixerit, hic verbis. Cauc ne des eis in potu vinum, quoniam aqua est eis con-

Hip. lib. 1. de Nat. mul. & Gal de Com. medic secundum loca. lib 9.

An fœtor hysteticis competat.

Vinum an hysteticis competat.

uenien-

uenientior: nec carnes groſſas, & ea quæ addunt in carne & ſpermate. At ſi quis vtriuſq; auctoris ſcripta æque expendat trutina, nullum reperiet diſſidium. Nam quia in huius morbi paroxyſmo, ob virtutis languorem, ſpiritusque coarctationē, ſyncope crebro coincidere ſolet: Hippocrates accepta à virtute defecta indicatione, quæ cæteris præpollet indicationibus, pro reficiendo virtutis robore, aperto ægrotantis ore vinum odoriferum inſtillare iubet: Auicenna vero, quum ex ſanguinis redundantia, & coaceruati in vtero ſpermatis copia, matricis præfocatio oborta fuerit, tum ea quæ ſanguinem & ſperma in viduis & virginibus adaugent, recte vetat: qualia ſunt præcipue, caro & vinum. Cæterum quum vteri præfocatio ex obſtructione venarum eius à ſanguine groſſo facta, prouenerit: tum ego aquæ potum penitus diſſuaderem, vinumque album tenue (quod Græci ὀλιγοφόρον appellant) magis vſui eſſe arbitrarer: præcipue ſi in eo, quæ menſes promouent, vt, libanotis, ſchinantum, pulegium, aut grana iuniperi, Græcis ἀρκευθίδες dicta, prius macerata fuiſſent. Vt vero tandem ad ea quæ petis, tibi de morborum differentia reſpondeam, ſcito cardialgiam eſſe primariam oris ventriculi affectionem: matricis ſuffocationem, citra vteri ad ſeptum tranſuerſum conuulſionem: morbū vero virgineum, citra venarum in præcordiis, ob ſanguinis groſſi obſtructionem & conſiſtentiam, accidere non poſſe. Hæc, vt ſorori ac coniugi tuæ mederi poſſis, te celare nolui. Vale, ex Muſæo noſtro.

Differentia cardialgiæ, ſuffocationis matricis, & morbi virginei.

Digitized by Google

De Erotico Amoris Affectu. *Epistola* XXIV.

MAGNAS mihi nomine totius muliebris sexus, egisti gratias, quod proximis duabus Epistolis morbi virginei & suffocationis vteri causas & constitutionem explicuerim: vt iam tam virginum quam puerperarum valetudini facilius prospici possit. Ais quoque, eo beneficio me illarum fauorem mihi deuinxisse penitus. Ad hæc suades subinde, vt simili ratione fauorem adolescentulorum, qui amoris philthro inescati, perdite amant, quoque demerear: & quid sit eros, siue eroticus ille amoris affectus, ab Arabibus *illisi* dictus, doceam: ac quibus tandem remediis demens illius affectio aboleri possit, aperiam. Quum igitur Cadmus Milesius (autore Suida) de hoc 14. libros conscribere non erubuerit, vt tuum quoque & adolescentulorum fauorem mihi conciliem, me non pigebit, de hoc amoris æstro, paruam conscribere epistolam. Et est sane hic amens amoris affectus, animæ concupiscibilis passio, in epate ac corde residens, à desiderio & rei amatæ simulacro, per oculos intra mentem concepta: cuius ægre saturabilis concupiscentia, per imaginationem, per communes quoque spiritus, in epate & corde exardescit. Vnde Plotinus amorem ἀπὸ τῆς ὁράσεως, id est, à visione heroa dici: at Plato à Græcis ἵμερος nominari asserit, quia per oculos εἰσιῇ, id est, animo & epati influat. id quod idem Plato in Timæo clarius his verbis testatur: Videbat, inquit, Deus partem animæ concupiscibilem talem fore, quæ rationem non

De hoc Auicenna Fen. 1. tertii cano nis.

Cadmus Milesius erotici affectus scriptor.

Definitio erotici affectus.

Græca ἵμερος etymologia. Epat animæ cõcupiscibilis sedes. Gal. lib. 3 4 & 5. de Doct. Hipp. & Plat.

Digitized by Google

non exaudiret,& si quo sensu pulsaretur, nec rationi obtemperaturam, sed simulacris & visis nocte dieque maxime rapi. idcirco naturam iecoris procreauit, longe à cerebro rationis domicilio dissitam, & eius habitationem in eo disposuit. Et ideo Lactantius rerum venerearum libidines in epate contineri arbitratur. Et Homerus omnifariæ eruditionis parens & origo, scite finxit, Tityi amatoris iecur, qui Latonam deam deperierat, à duobus non saturandis vulturibus apud inferos nocte dieque discerpi, ac illius tamẽ fibras renasci. Similem certe carnificinam inexplebilis amor ille eroticus in viscerib. adolescentulorum exercet,qui nunquam, etiam re desiderata potitus, ita saturari potest, quin non illius imaginatione rursum famescat, & confestim in præcordia nostra,citra rationis iudicium,effrenis irruat,& intimam ossium medullam exedat. Vnde corpus adeo tabescit, vt Ouidius recte de eo conqueratur:

Fecit amor maciem, & longa internodia crurum.

Exhaustis nempe amore viribus,corpus exangue pallet, oculi intra supercilia conduntur, cibum stomachus fastidit, longo suspirio ex imo pectore pulmo ingemiscit, mens vacillat, cor languet, ex rei desideratæ aspectu, motu pulsus tremulo fluctuat: quin solo nomine amicæ pellicis audito, harmonia pulsus variatur. Ex hac signorum syndrome Erasistratus medicus deprehendit Antiochum Seleuci regis filium, amore Stratonices nouercæ adeo tabescere, vt nisi indulgentia patris, compos voti factus fuisset, vitam cum amore exspirasset. Galenus quoque eisdem indiciis

Lactant. de Op. Dei, cap. 4 De iecore Tityi hæc Hom. Odyss λ. Gal. de Doct. Hip. & Plat. lib. 3. Virg. 6. Aeneid.

Erotici affectus accidentia pathognomica.

De Antiochi amore hæc Gal. lib. 1. Prognost. & Val. lib. 5. De vxore Boetii hæc Gal. in lib. de Præn.

Digitized by Google

agnouit Iustam Boetii, viri Romæ consularis, vxorem, Pyladis in theatro saltantis amore flagrare, & languere. Ah amor seuere, tigride quauis ferocior, non tandem dispendio corporis nostri satiaberis? sed vis etiã esse paterni nostri fundi calamitas? Nam quid miser amator, vtiratam pellicem sibi concilier, non erogat? donec tandem inops factus, ab amica non agnoscitur. idquod festiuo carmine poeta Græcanicus indicat, quo Sosicratem ex amore mendicum, cuius nomen amica eius non agnoscere voluit, ita alloquitur:

Amor paterni fundi calamitas

ἠράθης πλουτῶν Σωσίκρατες, ἀλλὰ πένης ὢν
νῦν ἔτ' ἐρᾷς λιμὸς φάρμακον οἷον ἔχει;
ἡ δέ σε παῖδα καλοῦσα μύρον, καὶ πρωΐην Ἄδωνιν
μηνοφίλα, νεῷ τὸ πρίν ὄνομα πανθάνεται.
πῖ; πόθεν εἶς ἀνίρων; ποῖ τοι πόλις; ἢ μέλις ἴχνος
τῦτ' ἔρος, ὡς ἰδεῖς ἰδὲν ἔχουσι φίλοις.

Hos versiculos miro lepore Baptista Pius Bononiensis sic latine reddidit:

Dines amas? Veneris solita non lampade ferues
Pauper: habet tenuis pharmaca quanta fames?
Te vocat ante rosam, charum te dici: Adonim,
Panthea nunc nomen vix tenet illa tuum.
Vnde? quis es hominum? qua nam tibi patria? nostin
Verba miser? tenues nullus amicus amat.

Amoris remedia scribit Auicen Fen. 3. can. 3. Aeg. lib. 3. cap. 17.

Huius clandestini & atrocis morbi pharmaca diuersi diuersa docent. Plerique nec eum ita seuere coercendum putant, quin amore languens, desiderio aliquando fruatur. Nam (vt Suidas refert) quum Diogenis filius amore desiperet, nisi pater oraculo Apollinis Delphici persuasus,

ſus,amorem filio indulſiſſet, patris ſeueritas filiũ perdidiſſet. Alii otium, vt Veneris fomitem,diſſuadent: ac mentem negotiis onerare,& nouis amoribus,ac honeſtis alio traducere curis,& aſpectum amicæ declinare præcipiunt.id quod Lucretius quoque monet,dum ait: In fine lib.4.

Sed fugitare decet ſimulacra & pabula amoris,
Abſterrere ſibi,atque alio conuertere mentem.

Qui licet plura amoris remedia ſcripſit, alioſque docuit, ipſe tamen ex amatorio poculo furore correptus mortem ſibi conſciuit. Alii tempus & famem hunc compeſcere morbum tradunt. hinc inter Græca Epigrammata legitur, Lucretius poeta amore periit.

ἔρωτα παύει λιμὸς, εἰ δὲ μὴ, χρόνος.

Raſis vero in libro Diuiſionum, remedia amoris, vt naturæ infeſta, non probat, dum ait: Cura amoris eſt, aſſiduatio coitus, ieiunium,& deambulatio, & ebrietas plurima aſſiduè. Nec ex humano ſanguine Magicæ vanitatis contra amorem remedium laudo: quamuis Iulius Capitolinus referat,Fauſtinam illuſtrem Antonini Pii imperatoris filiam, ac tandem Marci Antonini philoſophi vxorem, tali cruento remedio ab amoris affectione vindicatam. Nam quum ea gladiatoris amore flagrans fere contabuiſſet,Marcus imperator ad Chaldæos & mathematicos, qui ſuis nugis medicinam conſpurcarunt, id retulit: qui ſuaſerunt, vt occiſo gladiatore, Fauſtina partem tepidi cruoris abſorberet, viroque ſuo mox concumberet: ex quo concubitu Antoninus Commodus, homo crudelis (qui pugnis gladiatoriis ac cruentis cædibus,rempublicam Romanam fere attriuit) fertur natus. Ex eiſdem mago- In vita Antonini. Sanguis gladiatorum medetur amori & epilepſiæ Plin. li.28.ca.1. Cor. Celſ. lib. 3. cap. 23.

Digitized by Google

rum deliramentis Plinius & Corn. Celſ. epoto iugulati gladiatoris calido ſanguine, comitiales curari morbos tradunt. Quidam (ait Celſus) iugulati gladiatoris calido ſanguine epoto, morbo comitiali ſe liberauit: apud quos miſerum auxi-
Cap. 14. lium, tolerabile miſerius malum fecit. Hæc certe, vt Tertullianus in Apologetico pie docet, ſunt dæmonum præſtigia, quos Magi, eorum antiſtites, cæde humana & ſanguinis effuſione delectari nouerunt: qui ob id ex hominum ſanguine pharmaca & ſacrificia inſtituerunt & finxerunt. At nos has dæmonum præſtigias, quũ per Chriſtum nobis illuxerit veritas, contemnimus & irridemus: in quem vt illius amore rapiaris, confide. Vale.

De Apoplexia, Epilepsia, *caro, comate, catocho, catalepſia, lethargo, & phrenitide, morborum cerebri differentia.*

Epiſtola XXV.

Sacri ſignificationes ex Varrone, Feſto, & Marcello. Liu. lib. 1. Cic. lib. 3. de Nat. deor. Plutarchus in Probl. Sacer, *der fr iſt, oder in der Arbeit.*

CVM nemo mortalium capitis morbos non execretur miraris epilepſiam tamen ſacrum dici morbum. Mirari certe deſines, ſi quam πολυσήμαντος, id eſt, plura ſignificans dictio ſit Sacrum, obſeruaueris. Nam ſacra olim erant vrbis mœnia, quæ tranſilire piaculum erat. Sacra erãt, quæ diis, vt olores Veneri, caper Baccho, dicata aut deuota erant. Sacer quoque is fuit, quem ob facinus commiſſum occidere impune licebat. Vnde Horatius inquit, *Inteſtabilis & ſacer eſto.* Ac quicquid deteſtatione dignum, vt *Auri ſacra fames*, ſacrum quoque dicebatur: & ita eryſipelas ſa-

las ſacer quoque ignis vocabatur Adde quod ea quæ magnitudinem antecellerent, veteres (auctore Plutarcho) ſacra: vt Homerus piſces marinos, & Medici poſtremum vertebrarum ſpinæ os, in volatilibus oropygium, in homine os ſacrũ appellant. Præterea quicquid diuinitus accidere olim ſuſpicabantur, id ſacrum quoque nominabant. Vnde veteris religionis *a* ſacerdotes, dæmonum antiſtites, vt prætextu religionis diteſcerent, deos homines morbis excruciare fingebat: de quorum numero epilepſia, ob id ſacer morbus dicta, cenſebatur. Qua fraude Machometes *b* morbum ſuum comitialem celauit, & fidem ſuæ ſuperſtitionis conſecrauit. nam hic impius Turcarum religionis auctor, quum morbo comitiali correptus, pronus in terram caderet, id religionis ergò fieri cauſatus eſt: nempe quod coruſcam angeli faciem, qui de inſtauranda religione cum eo communicaret, ferre non poſſet, quin auerſo vultu caderet. His credula nugis vxor, faciem eius velo cooperuit: & moritura eum ex aſſe hæredem conſtituit. Sacrum quoque, vt adytus templi, id dicitur, in quo ſacra ſunt recondita. Sic *c* caput ſacram Palladis arcem, quã mens diuinitatis particeps, vna cum ſenſibus incolit, veteres vt rem ſacram obſeruabant. nam per caput iurabant: illius nutu pacta confirmabant. & *d* ſternutantibus ſalutem precabantur: & ab vſu non modo ſuilli cerebri, ſed aliorum quoque animalium, tanquam à fabis, abſtinuerunt. Vnde merito epilepſia magnus & ſacer rei ſacræ, id eſt, cerebri morbus dicitur, qui eſt neruorum totius corporis conuulſio, ob ventriculo-

a De hac ſacerdotũ fraude Hip. in lib. de Sacro morbo, & de virg. morbis. Galenus lib. Prognoſt. Os ſacrum Gal. lib. 4. de vtil. part. Pollux lib. 2.

b Machometis epileptici dolus.

c Caput quare ſacrum Athen. lib. Dipnoſ.

d Conſuetudo ſaluta ſternutantes ante tempora Gregorii inoleuit. Plin. lib. 28 ca. 2. Ariſt. lib. 1. de Nat. animal. cap. 11 Athen. quoque lib. 2. Ab eſu capitis & cerebri, veteres, vt hodie Leodienſes quoque abſtinebant.

Athen. lib. 2.

rum cerebri, à viſcoſis humoribus aut groſſis atræ bilis vaporibus factam obſtructionem: cuius conuulſionis, præcipue circa neruorum principia, tantus eſt impetus, vt non oculi modo diſtorqueantur, & nullus ſenſuum ſuo fungatur officio, ſed ſpuma ex ore, & non raro vrina, citra voluntatis arbitrium, egeratur. Qui hunc morbum Herculeum profligare nouit, huic merito (vt olim Hippocrati, ob depulſum ex Illyria peſtem) diuini honores decernerentur. Quos Menecrates, celebris huius morbi Medicus, ſibi ademptos noluit, dum nunquam ſane in publicum, niſi ſuis, quos curauerat, habitu deorum veſtitis ſtipatus, & ipſe vero purpura veſtitus, aurea corona decoratus crepidatus, ſceptrum denique in manibus velut alter Iupiter geſtans, prodire ſolitus eſt. Hic ſi etiam apoplexiam ſortem curare ſciuiſſet, periculum fuiſſet, ne Iouem cœlo deturbaſſet, & ſe in illius ſubſellium conſtituiſſet. Eſt namque Apoplexia Latinis ſideratio dicta morbus epilepſiæ affinis, totius corporis ſtupor attonitus, ob neruorum cerebri obſtructionem à viſcoſis humoribus, medullari cerebri ſubſtantiæ impactis, factus: per quos cum ſpiritus animalis ad inferna organa defluere non poſſit, ea ſenſu, motu & ſpiratione manifeſta priuantur, donec neruorum cerebri oppilatio, virtute illus, aut pharmaci vel cauterij reſerata fuerit: tum in quamcunque corporis partem humores à cerebro defluxerint, illius neruos obſtruunt ac relaxant: quorum reſolutio Græcis ἀπὸ τῦ λύω, id eſt reſoluo, paralyſis, pareſis & paraplegia quoque dicitur. Eſt quoque alius cerebri morbus, dictis valde

Epilepſiæ definitio.

Menecratis Medici faſtus. Athen. lib. 7. Dipnoſ.

Apoplexiæ definitio.

Paralyſis, pareſis, & paraplegia, idem.

Digitized by Google

valde germanus, Græcis Cataphora,id eſt,procliuis in grauem ſomnum impetus:cuius carus,lethargus,coma, catalepſis ac catochus, germanæ ſunt ſorores.quarum primogenita carus, Latine vetternus &ſopor dicta,eſt frigida & humida anterioris cerebri ſoporifera affectio,ſpiratione tamẽ illæſa, ex pituita vel vini vapore illic coaceruata. Vnde Suidas:κάρος, inquit, ὅτι ἡ ἐξ οἰνοπωσίας ἐγγινομένη μέθη καὶ καταφορά.id eſt, Carus eſt ex vino ebrietas, ſiue crapala, & grauis cum mentis impotentia ſopor,ægre expergiſcibilis, qui in comitialis morbi & febrium exacerbationibus,& craneo, trepano vel ictu depreſſo, aut iugularibus temporum venis aut muſculis coarctatis,coincidere quoque ſolet.Lethargus vero,illius conſobrina, eſt inexpugnabilis & obliuioſa ex frigido cerebri humore vel œdemate ſomnolentia,cuius febris lenta,& obliuio,ſunt inſeparabiles pediſſequæ:quæ ex diametro phrenitidi repugnat. Has eſſe genuinos ſoporis liberos, inexpergiſcibilis dormiendi affectio teſtatur. Reliquum eſt,vt ſpuriam illius ſtirpis ſobolem quoque cenſeamus, in cuius catalogo vtrumque Coma, Catalepſis ac Catochus,non tam ratione quam nomine diuerſa numerantur:quæ cum vigilia ſomni imaginem referunt. Etſi generaliter quæuis præceps in grauem ſoporem propenſio, Coma vel Cataphora dicitur: ſpecialiter tamen duæ Comatis ſpecies apud Hippocratem reperiuntur: quarum prima κῶμα ἄγρυπνον, id eſt vigilans ſopor dicitur, quem Archigenes & Philippus medici proprie Catochum & Catalepſiam appellauerunt, qui medius eſt inter phreneſim & lethargum

Cataphora,coma, catalepſis & catochus,quid Cari definitio.

Lethargi definitio.

Comatis ſpecies & definitio. Gal. lib. 1. Prænot. & lib. 2. prædict. Hipp. & lib. 3. quoque.

Cataphora.

Sopor vigilans, catochus & catalepſis, idem.

Digitized by Google

morbus, vtriuſque particeps: qui ex pituita bili permixta, eſt ſoporifera cerebri affectio, in qua ęger inſtar leporis apertis oculis dormit: nec oculis conniuet, ſed ἀκαρδαμύκτως, id eſt indefeſſe & torue quemque intueri videtur. Altera vero Comatis ſpecies ὑπνώδης καὶ βαθὺ, id eſt, profunda & fere narcotica, cum ſtupore corporis mentis ſomnolentia & ſtupor, adeo ægre expergiſcibilis, vt capillorum in barba euulſione aut acuum punctura vix excitentur: quali ſopore Dionyſius ille Heracleotarum tyrannus præpinguis laboraſſe fertur, à quo niſi acubus punctus excitari non poterat, quas conſilio Medicorum pro corporis obœſitate, longitudine diuerſas parauerat ſibi. Nec mirum. Conſtat enim ſane, omnia animalia obœſa, vt vrſos, glires, vitulos marinos, ob cerebri humiditatem eſſe ſomnolenta.

Leporis ſomnus Plin. lib 11. cap. 37.

De Dionyſii obœſitate & ſomno Athen. lib. 4. Dipnoſoph.

Gliris, viſi. viculi marini ſopor.

Dormitis (inquit Martialis) *nimium glires, vitulique marini:*
Nil mirum, ſi vos craſſa Minerua premit.

Hanc Comatis ſpeciem Hippocrates & Galenus ſub Cari nomine crebro comprehendunt, quæ ſingula, ipſiſſima illorum ſimia Paulus Ægineta, paucis verbis ita conſcripſit: Si autem, inquit pituita bilioſo humori in cerebro commixta fuerit, quemadmodum hic ſopor cauſam mixtam, ita quoque appellationem compoſitam ſortitur. ἄγρυπνον γὰρ κῶμα, vigilans ſopor appellatur. Si autem in vniuerſum cholera præpollet, omni inſania vigil phrenitis fit. Si vero pituita exuperat, tum patiens ſopore ægre expergiſcibili corripitur, quem Medici Galeno antiquiores Catochon & Catalepſiam quoque nominarunt. Et vt res tibi

Paul. Æg. lib. cap. 9. & 10.

Digitized by Google

tibi clarius innoteſcat, horum differentias Galen. de Locis affectis mira breuitate docet. Atqui, ait, ſolutæ apoplexiæ creberrime ſuccedere ſolet paralyſis. Sopore vero finito, bona valetudo magna ex parte ſubſequi conſueuit. Fit autem ſopor, auctore Hippocrate, muſculis temporum affectis: præterea in acutis quoque morbis. Inter ſoporem vero & apoplexiam morbus comitialis eſt medius, conuulſionem afferens vniuerſo corpori, ſed in paralyſim non finitur. horum trium morborum frigidus ac craſsus, aut omnino viſcidus humor cauſa eſt: verum & in ſopore & morbo comitiali, ventres cerebri magis, corpus vero cerebri minus; in apoplexia vero vtraque affici ſolent. in Catalepſi vero, & vigilāti ſopore, poſteriora cerebri magis moleſtātur Quū vero oſſe terebra perforato medius ventriculus fuerit attritus, ſopor hominem occupat: ſed neque conuulſione, neque difficili facta ſpiratione hæc apoplexiæ, illa morbo comitiali eſt peculiaris. in Catalepſi quoque & vigilanti ſopore ſeruatur ſecundum naturam ſpiratio: verum in ſopore palpebræ clauduntur, in Catalepſi manent apertæ. hæc ille. Si vero ex eodem Galeno differentiam phrenitidos ac lethargiæ addidero, tum nihil te in explicatione horum capitis morborum amplius deſideraturum arbitror. Ait namque in libro de Cauſis pulſuum: Vt phrenitis fit ex humore cholerico: ſic ex phlegmatico lethargus, qui intra ſubſtantiam cerebri naſcitur: phrenitis vero ſubtilem cerebri panniculum, & eius diaphragma occupat. Cæterum confido iam, hæc perplexa finitimorum cerebri morborum no

Differentiæ morborum capitis, Gal. lib. 4. de Locis affect. cap. 2.

Phrenitidos & lethargi differentia, Gal. lib. 4. de cauſis pulſ.

Digitized by Google

ratione Hippocratis ſollicitarunt, tibi ſatis fore cognita. Vale.

De Senvm Vigilia.
Epiſtola xxvi.

QVAM vellem, vos, vt honoris Medicorum rationem haberetis, aliquando altercationis finem facere: non certe illius, quæ ſcrutandæ veritatis ergo, aut exercendi ingenii cauſa, in literarum paleſtris fit: ſed illius obſtinatæ contentionis, quæ de re omnib. perſpecta aut nullius ponderis, ad oſtentationem fit. An neſcis, altercando veritatẽ crebro amitti? Medicorum (inquit Galen.) διαφωνία, id eſt diſſenſio, iure ignorantiæ ſuſpicionem arguit: συμφωνία vero, id eſt, concordia, iuſtam & magnam eruditionis ſpem pollicetur. Talem de vigilia ſenum controuerſiam inter veſtros ortam, ex his rationibus accipio ſcil. Quum ſomnus accidat ex venarũ cerebri, à frigidis & humidis cibi, potus, aut pharmaci vaporib. repletione, circa mirabilẽ arteriarum plexum, panniculos cerebri, aut temporum venas, facta: ac præcipue ex ſpirituũ circa cor & ſenſuum organa infrigidatione oriatur: tum omnes ſenſus torpent: ſola vero mens nullo obſtricta organo, ex ſomniis quæ fingit futurorũ prælagia, ſatagit. Vnde Medici rebus frigidis & humidis, lactuca, papauere, tepido dulcis aquæ lauacro, peduum capitisque fomentatione ſomnum conciliãt. Hinc, quum totũ ſenile corpus humidis ſuperfluitatib. abundet: horumq; caput, ſomni domiciliũ, & pulmonem præcipue pituita abũdare, lippoſi ſenũ oculi, ſtillans ex naribus

Medicorũ concordiæ præconium. Lib. 1. de Acut. diæta. Cauſæ, quæ ſenes ſomnolentiæ arguunt.

Somni definitio, ex lib. 2. de Temp. & lib. Gal. de Locis affectis.

Mens in ſomno 1.6 quieſcit.

Pedum lotio alit ſomnum teſte Alexan. Aphrod. li. 2. proble. 42.

Senes pituioſi.

Digitized by Google

rib.coryſa,tuſſis, effluēs ex ore ſaliua teſtētur:ſenes ideo iuuenib. natura calidiorib. eſſe ſomnolentiores cōtendunt. Nā calorem,& quæ calorifica ſunt,vigilias parere affirmant:quale eſt vetus vinum ἄκρατον,id eſt merum,quo cum Grammatici œconomus ſeſe ingurgitaſſet, reliquum vitæ tempus inſomnis tranſegit. Atqui hi toto errant cœlo. Primum quod ſenilis corporis conſtitutio in qua vterque calor humidum radicale depauit, non eſt naturaliter humida, ſed ſicca: id quod atrophia corporis, rugæ, macies, tabes ſiue marasmus,neruorum quoq; durities indicat. Deinde quod ſenum ſanguis & cerebrū non dulci phlegmate,ſed ſalſis humoribus ſcateat, quod ſcabies ſicca, alopecia, vitiligo ac cutis prurigo, peculiares ſenum morbi atteſtantur. Salſi nempe & ſeroſi humores in ſenibus,non tantū ob cutis denſitatem coacteruantur, ſed etiam ob diuturnam concoctionem humorum:quæ teſte Galeno, nō ſanguinis ἰχὼρ, id eſt ſerum modo, ſed iura quoque carnium & leguminum, quanto diutius coquuntur, tanto ſalſiora reddit. Accedit ad hoc, quod virtus nutritiua benigniores humores in corporis alimoniam inſumit: feculentiores vero & terreſtres ab his ſequeſtrat, qui tandem ex caloris aduſtione ſalem reſipiunt. Hinc ſudor,& vrina,& ipſum mare ſalſa ſunt: quod ob terreſtres exhalationes,& thermarum,ac ſalſi liquoris ex eius littorib. & fundo ſcaturigines, illi permixtas, cęteris aquis & denſius ac pōderoſi⁹ ob id exiſtit: præcipue cū ſol,(ſub cuius circulo fluctuat) dulciores illius liqúores exſuxerit:quo ita denſius fit. vt ●ua & nauigia onuſta in eo natēt,quę in flumini-

Ex meri vini potu vigilia.

Ob quas cauſas ſenes ſint vigiles.

Salſedinis cauſa.

De coctione legumi num & carnis hæc clare docet Gal. li. 3.de Natu ris alimē torum.I De ſudoris & vrinæ ſalſed. hæc Ariſt. Proble.ſect. 24. & li.2. Mete. cap.2.Macrob. li.7. Satur. Lucreti⁹ li.2. Arrian li. 1 de Euxini ponti nauigatione. Strab● & Plin. eadem.

bus peſſum irent. Hinc & pontus Euxinus, quoniam ob influxum Phaſidis & aliorum fluminum dulceſcit, congelatur, & potabilis fit. Si quis tamen in profundum eius, vt Arrianus ait (εἰ δέ τις εἰς βάθος καθῆκεν τὴν κάλπιν, ἅλμυρον ἀρύεται) vrnã demiſerit, ſalſum humorẽ hauriet. Ex his liquet, ſalſos humores ex terreno humore, à ſolis æſtu & noſtri caloris diuturna coctione genitos, eſſe ſiccos & caloriſicos, ac ſomni naturalis impedimenta. Quum vero his ſenum corpus ac præcipue caput refertum ſit, ſenes eſſe adoleſcentibus ſomnolentiores, nullus rei medicæ conſultus affirmabit. Sed illud fateri cogetur, phlegma ſalſum in ſenibus, velut acetum ſua acredine, ſomnum turbare. Ac ne id tibi accidat, vino aquæ momento diluto, ac lactucæ ex acetariis eſu, & dulcis aquę temperato lauacro tibi mederi poteris. Veteres quoque ſomni cauſa in cœna lactuca poſtremo veſcebantur, quæ nunc appetitus excitandi gratia ex acetariis in principio eſus. Vnde Martialis:

De lactucis hæc Athen. li. 2. Dipnoſophiſt.

Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat auorum,
Dic mihi, cur noſtras inchoat illa dapes?

Itaque ſi talem mihi ſeneſcenti cœnam condixeris, libenter adero. Vale.

DE VINI CVM SALE ET AQUA MARIS MIXTURA. *Epiſt.* XXVII.

NVPER quum ab Illuſtriſſimis principibus Palatinis (qui ſemper non modo Martis celebre, & ſed paciferæ Palladis decus fuerunt) in eorum ſympoſium, vnà cum fidis illorum à conſiliis miniſtris accerſitus fuiſſem, & nobis iam vino

vino ciboque saturatis secundæ mensæ bellaria offerrentur: tum ego de more antiquorum conuiuii, griphūm Theognidis poetæ dissoluendum proposui: ἤδη γάρ μοι κέκληκε θαλάσσιος νεκρὸς οἴκαδε, ζωὸς φθιγγόμενος στόμασι. Quod de conchis, instar vmbilici orbicularibus, marinæ cochleæ aut limacis testa, qua veteres pro salpinge vtebantur, Theognis ænigmate protulit. Et cum Iohannes Carocalla griphum explicare non posset, tum ego in illius cyathum vini, salem inieci. id quum cæteri cõuiuæ vidissent, me vt hominem temulentum, qui parum salis haberet, ac inter tantos principes ista auderet, torue aspiciebant. Tum ego: Boni consulite quæso, inquam. Nil certe à me temere factum est. Primum, quod apud veterum conuiuas non illaudata olim inoleuerit consuetudo, vt qui griphum propositum dissoluere non posset, is poculum salsuginis humore mixtum vno exhauriret spiritu cogeretur, vt ex Antiphane comico Athenæus his verbis testatur: καί πνα κόλασιν ἐπετίμων οἱ μὴ λύσαντες τὸν προτεθέντα γρῖφον. ἔπινον δὲ ἅλμῃ ἀναμεμιγμένῳ τῷ αὐτῶν ποτῷ, καὶ ἔδει προσανέχειν τὸ ποτήριον ἀπνευσί. Quod & ego illi quoque in pœnam statui.

De pœna griphum non soluentis, Athen. lib. 10. Hesychius in dictione Griphi.

Deinde salem ideo poculo eius insperси, quod vinum in eius cyatho mihi videbatur esse fæculentum, vt sal id depuraret: qui non modo sua grauitate vini fæculentiam in fundum trahit, & à corruptione ac nimia æstus ebullitione præseruat, sed longe quoque salubrius quam sulphur efficit. Vnde Constantinus in Geoponico inquit, ἅλες φερτοί, ἐμβαλλόμενοι, τὸν οἶνον προπαθῆ ἐπέχουσι, κωλύουσι δὲ καὶ πέρα τοῦ δέοντος ζέσαι, καὶ ἀφρὸν πλεί-

ονα ὄπτεσθαι. Imo torcularia quoque marina aqua eluere & irrigare ſuadet. Proinde Græci ac Romani olim, vt vinum defæcatius, ac etiam delicatius redderent, muſtum aqua maris aut muria ad tertias decocta, certa menſura miſcebāt, quam Columella libro tertio his verbis docet : Adiiciuntur, inquit, in aquæ dulcis ſextarios quinquaginta, ſalis ſextarius, & mellis optimi ſextarius vnus. hæc pariter decoqui, & omnem ſpurcitiam expurgari oportet. deinde cum refrixerit, tum quantumcunque humoris eſt, tantum in amphora portionem humoris adiici. Quod ſi vero ager maritimus eſt, ſilentibus ventis, de alto quam quietiſſimo ſumenda eſt aqua, & in tertiam partem decoquenda : tandem muſto in cadis aromatibus ſuffitis admiſcenda. Ob hanc vi-

Muriæ decoctio. Eadem M. Cato de re Ruſt. cap. 104. & 105.

ni cum aquæ maris temperaturam, vetus erat adagium Dionyſium æquore mergendum : & Poëtæ, delphinos maris beluas Libero patri ſacros eſſe fingebant. Verum Galenus vina generoſa in Lesbo & Chio inſulis nata, hanc æquoris cum muſto mixturam non ferre, libro Methodi duodecimo teſtatur. Et vina quæ hac mixtura carebant, ἀπύθεμα Græci nominabant. At ſi quinquaginta ſextariis muſti, vnus aquæ maris ſextarius admiſcebatur, vinum illud αὐθοσμίαν appellabant. Hæc vina maris temperatura recte curata, caput crapala non offendunt, ventrem laxant : ſtomachum tamen vellicant, inflationes commouent, cibi vero concoctionem promouent. At vinum dulce, quod ſponte vel prima & leni præli pondere ex vuis in torculari prælo ſubſtratis, in lacum defluit, Mitylenæi & Græci Pro-

Dionyſium æquore mergēdum prouerb. Delphini Baccho dicati.

Vina aparachyta. Gal. lib. 4. de compoſ. medic. genetalium. & 11. Methodi.

De anthoſmiæ vino, Athen. lib. 1. Dipnoſoph.

dro-

Digitized by Google

dromon,& *Protopon, id eſt, vt Heſychius exponit, πρὸ τοῦ γλεύκους τὸ πρόῤῥυμα, primum ante muſtum vini vuarum profluuium, appellant: quale delicatiſſimum in Noua Palatinatus ciuitate conficitur. quod Columella muſtum lixiuium nominauit, apta ſcilicet ſimilitudinis ratione. Nam vt lixiuium per madidum in colo cinerem deſtillat: ſic pariter liquorem vuarum in torculari de botris prælo ſubiectis ſponte aut leni preſſura primo effluentem, quod reliquum muſtum ante vertat, πρόδρομον id eſt præcurſorem, & πρόπρομον dixerunt: & non id generis dulce vinum, quod tertia tãtum parte, vel dimidia vini per decoctionem derelicta conſtat, à Latinis *a* ſapa, ſiue defrutum dicta: non protropion, vt Montegnana medicus in conſilio de Dyſuria inepte ſentit, dixerunt. Hæc tu vina, ſi corporis maciem curare voles, liberius quam ſalſilagine macerata potare poteris: & abſtinere *b* àdeuteriis vinis, quæ de ſecundaria ex acinis vuarum aqua maceratis colatura conficiebantur, à Romanis lora, à Græciæ vulgo thamna dicebantur, quæ auctore Dioſcoride fiebant ex vinaceis, vnde triginta vini cadi expreſſi fuerant, aquæ cadis tribus mixtis, ſimul calcatis: quodque expreſſum erat, ad tertias decoquebatur, & ſingulis decocti eius vini congiis ſalis ſextarii duo adiiſcebantur, & poſt hyemem in dolia diffundebantur, ac potimum fiebat, & dicebatur. id quod Galenus lib. de Alimentis ſecundo, Conſtantinus in Geoponico, ſine ſalis additione conficere docent. Hoc vino æſtate choleræ ebullitionem, & ſitim, ſedare poteris: quod te latere nolui. Vale.

* De vino protropo & dulci Columella lib. 12. cap. 28. lixiuium appellat Athen. quoque. lib. 1. Dipnoſ.

Vinum prodromum *heet VVein zů der Neuſtath.*

a de ſapa & defruto Columella lib. 12. & Dioſcor. lib. 5. Barth. Montegnanæ error. Vina dulcia corpus impinguant:

b De vino deuterio, id eſt lora, thamna, Dioſ. lib. 5. cap. 6. Gal. de alim. lib. 2. Conſt. lib. 6. copioſe.

Digitized by Google

De maris salsedine, et salis pinguedine. Epist. XXVIII.

LIteris tuis affirmasti, me pleraque obscura de maris & salis cum vino mixtura, medicorum loca, proxima epistolâ illustrasse. Verum quam ob causam sale mustum fiat defæcatius, nempe quod salis liquor vini fæculentiam ei implicitam sua terrestri grauitate in fundum cadi velut hypostasim trahat, id non omnibus probari: quũ sal ob suam pinguedinem potius enatare, quam subsidere debeat. Eius pinguedinem aqua marina clare docet, quæ flammæ insperſa, non tam eam extinguit, quam pariter incenditur: pinguedine eius alimoniam igni suppeditante, ob quam nec sordes vestium aut corporum abluit. Vnde Nausicaa, Alcinoi regis Phæacum filia, quamuis mare paterna vrbis mœnia allueret, vestes tamen suas, & Vlyssem naufragum spuma æquoris madentem, non æquoris aqua, sed flumine abluere iussit ancillas. Proinde Homerus, vates arcanorum naturæ conscius, ita cecinit Odysseæ ζ.

Rationis ob quam sal vinum deputat, confutatio. Pinguedo salis probatur Arist. in probl. sect. 23. Idem testantur Arist. lib. 2. Meteo. Macrob. lib. 7. Sat. Plin. lib. 2.

αὐτὰρ ὁ ἐκ ποταμοῦ χροὰ νίζετο δῖος Ὀδυσσεὺς
ἅλμην, ἥ οἱ νῶτα καὶ εὐρέας ἄμπεχεν ὤμους,
ἐκ κεφαλῆς δ' ἔσμηχεν ἁλὸς χνόον ἀτρυγέτοιο.

Aduersæ opinionis confutatio.

Vlysses, inquit naufragus, & nudus, in littora Phæacum eiectus, ex flumine maris salsilaginem de corpore abluit, quæ dorsum & latos eius exasperauit humeros, & à capite maris abstersit spumam. Cæterum hi quam parum naturas rerum exploratas habeant, vel ex hoc coniicere potes, quod ignorant, corpora non ratione

Corpora non ob grauitatẽ, sed terrestreitatem submergi.

pon-

ponderis, aut leuitatis, natare vel ſubſidere: ſed pro elementorum, ex quibus conſtant, proportione, & dominio, locum inter elementa petere. Vnde paruus ſcrupulus ob terreã & compactam lapidis ſubſtantiam in flumine ſubſidet: in quo ingens trabs lignea, ob aeream eius & poroſam ſubſtantiam ſupernatat. Sic paruulus ſalis grumus, quiã plus terra quam aeris participat, in vino vel aqua ſubſidet: quum vter oleo plenus emergat. Nec ſal tantum, vt Ariſtoteles refert, frigore & humore diſſoluitur, & calido ac ſicco cogitur: imo calido & humido quoque eliqueſcit. Nam ſi ſalem raphano inſperſeris: aut raphani, qui natura calidus & humidus eſt, fruſta, ſalis aceruo indideris, ſal totus liqueſcet. Quare ne ſal tuum (vt illorum qui illud ob pinguedinem ſupernatare credunt) infatuetur, ſalis naturam diligenter explorato: quo melius omnibus aromatibus tua cibaria condies, & ventriculo cibum faſtidienti ſubuenies. quod & columbæ natura duce nouerunt, quæ vt languentem pipionum ſtomachum excitent, ſalem, aut terram quæ ſalem ſapiat, illis in os ingerunt. Vale.

Ligna cur in aqua ſuperemineant.

Error Ariſtotelis in ſecundo Meteor.

Sal raphano liqueſcit.

Sal faſtidium ſtomachi tollit. quod columbæ quoque nouerunt.

DE SALVBRIORE POculorum materia. *Epiſtola vigeſimanona.*

NVPER dum Saturnalia de more veterum accerſitis amicis celebrares, vt conuiuæ Baccho libarent, variis poculis menſam adornabas: in quibus ſpectandis, non tam fabrorum induſtria, quam materiæ varietas, ex qua confecta erant,

Digitized by Google

De cornibus veterum ad regum poculis, Athen. li. 11. Dipnosophi.

omnibus admirationi fuit. Tum quærebatur, quę poculorum materia esset salubrior? Tunc ego, ne asymbolus conuiuio interfuisse viderer: id me ex veterum scriptis, paucis declaraturum pollicebar: antiquissimaque veterum pocula ῥυτὰ dicta, fuisse boum cornua. hinc ἀπὸ κέρατος, id est cornu, crater: & vinum aqua miscere, κερᾶσαι veteres dicebant. Vnde Theopompus, apud Pæonas boues tam magna gestare cornua ait, quæ tribus aut quatuor vini sextariis vix adimplerentur, quorum reges & proceres ex his pocula conficerent, eorumque labra argento & auro obducerent. Regum namque pocula olim fuisse cornea, etiam Philostratus in libro de vita Apollonii Tyanæi testatur. Esse autem in vicinis Phasidos fluuii asinos, qui vnum in fronte cornu haberent, quo cum elephantis ferociter pugnant. ex illorum cornibus Indi pocula conficiunt: asseruntque, quicunque ex tali poculo biberit, eo die nullo morbo, nec vulneris dolore, aut ignis flamma offendi, nec veneno intoxicari posse. Hoc vero animal non rhinocerota, cui vnum ex naribus prominet cornu, sed monocerota Plinius appellat, vnicornes Indiæ boues: quales duos viuos Sultano ex Æthiopia muneri missos, ac circa templum Mechæ septis inclusos, Ludouicus Rom. patricius vel nostra adhuc ætate se vidisse gloriatur.

Regum Indiæ ex cornu monocerotis pocula Philostr. lib. 3. de vita Apolloni.

De virib. cynocephali.

Cornu monocerotis venenomederi.

Ceruini cornu vires. Plin. lib. 8. cap. 22. Virgil. in Georg.

Varius cornuum in medic. vsus Gal.

At non solum monocerotis cornua, sed ceruorum quoq;, contra virus esse efficacia, experimẽto cõstat, quorum nidore fugantur serpentes: & scobe eorum, vermes infantium enecantur. Non temere igitur veterum Medicorũ instrumenta cornea

nea erant: cornibus liquores mensurabant: cornibus in scarificatione pro cucurbitulis, modo ex aurichalco vel vitro conflatis vtebantur: cornibus clysteria, teste Galeno, administrabant. Et si ex læuigatis ceruorum cornibus, quum monocerotis desunt, pocula conficerentur, ea non improbarẽ. At vasis & simulacris quoque fictilibus, quæ plastes ex terra Samia finxerat, vsque ad Macedonũ tempora tam in sacris quam in conuiuiis Græci & Romani vtebantur: nec aliis vasis Numa Pompilius diis litabat, quam (vt Cicero refert) fictilibus vrnulis capeduncul is ac sypullis, quæ erant vasa fictilia, quibus in sacrificiis sacerdotes diis prælibabant. Ex fictilibus quoque tam Romani consules, quam aliarum gentium reges & cœnabant & bibebant. *Fama est* (inquit Ausonius) *fictilibus cœnasse Agathoclea regem*: qui ex plaste Syracusanorũ rex designatus, noluit pocula quæ ipse olim ex luto finxerat, aspernari. Plin. quoque refert, Catũ Elicium, cum Ætolorũ legati ei ex fictilibus prandenti vasa argentea obtulissent, ea non acceptasse. Et tantus consul & victor, vsque ad supremum vitæ diem nec plura quam duo habuit argenti pocula, quæ L. Paulus socer ei ob virtutem, deuicto Perseo rege, donauerat. Nec vsum fictilium, vt insalubrem repudio: modo non sint ex terra palustri quæ putrilaginem oleat, aut mineris participet, sed ex terra pingui & spissa, quæ ignis in fornace coctura lapidescit, cõfecta: qualia sunt in Hispaniis Valentiana, in Germaniis Colonienſia, valde oportuna pharmacopolis (ad seruandos liquores, electuria & eclegmata) vasa. Verum in his eligen-

lib. 1. & 2. de Compos. medica. & li. 13. Methodi Athen. lib. 6. Dipnos. Plin. 35. cap. 12. Cicero in Paradox. & lib. 2 de Nat. deor. Iuuenal. Sat. 6. Liu. libro. 1.

Plin. lib. 33. cap. 11.

Digitized by Google

dis id tibi maxime proderit, quod, vt diuus Hieronymus ait, calix & vrceolus fictilis probantur prius, quam emuntur: sola vxor non ostenditur, ne antea displiceat, quam ducatur. quare empturus fictilia, si vinum infusum, saporem aut colorem mutauerit, vel terram resipit, illa quoque facilius quam vxorem semel ductam repudiare poteris. Quod si ita exacte concocta & præparata fuerint, tum minus admirabor Vitruuium, vasa fictilia melius saporis integritatem quam argentea retinere & conseruare affirmantem. At dum sobrietas & frugalitas ab antiquorum conuictu non exulabant, tum catinus & scyphus ac cisslybium, ex ligno confecta pocula, in censu vasorum nobilium quoque erant. Cuius frugalitatis præclarum specimen de se M. Curius Samnitibus præbuit, qui in agresti sedens scamno, dum ex ... catino suis tostis vesceretur rapis, Samni... legatis ingens auri pondus offerentibus: ...rate (inquit) vestris, M. Curium malle locupletibus imperare, quam ditescere: atque istud vt precio sum, ita malo hominum excogitatum munus referrote: & mementote, me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi posse. Erat sane catinus vulgare vas escarium, quo etiam Romani tempore Numæ Pompilii vtebantur. Vnde Iuuenalis ait:

Vitru. li. Archit. 8. cap. 7.

Plutarch. in eius vita. Valer. 4 cap.

... as ... ta. ...atyra sec ta.

----------aut quis
Simpullum ridere Numæ, nigrumque catinum,
Et Vaticano fragiles de monte patellas
Ausus erat? -----

Athen. lib. 11 copiose.

Certe nemo. In Vaticano autem Romanæ vrbis colle optima conficiebantur fictilia. Erat quo-

que

que Ciſſybium Græcorum ex ligno hederæ poculum, cuius meminit Homerus Odyſſeæ 1.:

Κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων μέλανος οἴνοιο.

Tale ex hedera poculum gemina ratione conuiuia decere arbitror. Primum, quod hedera vini temulentiam ſuo frigore arcere creditur: & ob id Corybantes cornigeri Bacchi ſacerdotes, hedera coronabantur. Deinde quod cauponum fraudes, qui vinum aqua miſcent, eo poculo deprehenduntur. Nam, teſte Catone, ſi vinum lymphatum in vas hederaceum effunditur, tum vinũ per poros reſudat & effluit, aqua vero ob groſſiorem vino ſubſtantiam remanet. Certe præclaras medendi vires pleriſque lignis ineſſe, vt thamariſco & fraxino, nouerunt medici omnes: quorum hoc venenis & calculo, illud vero ſpleni obſtructo prę clare medetur. Quare ligneos ex his cõpactos calices non improbo. Ex ligno quoque Guaiaco pocula torno excauata libens admitto. Sed cum Aſia & Alexandria deuicta Romanorum opes creuiſſent, molliſque Græcorum luxus Roman. grauitatem eneruaſſet, tum quoque repudiatis fictilibus & ex ligno poculis, veſtium & poculorum, ex ære Corinthio, cryſtallis & murrha, luxuria Romę inualuit. ſunt enim myrrhina pocula, ex murrha gemma ſculpta, quæ præcipue in Carmania, ex humore ſub terra ſolis æſtu concreto, velut lyncurium, coaleſcit: quæ non ſplẽdet, ſed purpureis & coruſcis in candore maculis verſicolor, velut murena piſcis nitet, quam ob id Caſſius iuriſconſultus inter gemmas non computat. At ex ea cęlata pocula vini ſaporem fouere, Martialis tradit:

M. Cato de Re ruſt. cap. 110.

Ex fraxino & thamariſco pocula.

Plin. lib. 33. cap. 1.

Murrha eſt lapis Chalcedonius, vnde myrrhina fiebant pocula.

Si calidum potas, ardenti murrha phalerno
Conuenit, & melior fit ſapor inde mero.

Laudatur Auguſtus Cæſar, quod capta Alexandria, ex regia ſupellectile nil, præter vnum myrrhinum calicem, retinuerit. Cryſtallina quoque vaſa, ex cryſtalli glacie, hyberno frigore ſub niuibus intra rupes concreta, ſculpta. in deliciis habebantur: quibus noſtra ex vitro conflata pocula, in cenſu proxima ſunt. quæ eo nomine ſunt metallicis ſalubriora, quod nulla ſulphuris aut argẽti, plumbi, ac ceruſæ virulentia participent: & ſuo congenito frigore, ſaporem vini quauĩs niue & glacie melius conſeruent. At quando cum diuitiis amor quoque argenti & auri creuit, & auri ſacra fames pectora hominum obſederat, tum primum, quamuis ſero, ſalubriora ex figulari terra lignis & vitro pocula metallicis ceſſerunt. Nam vaſa Corinthiaca, χαλκώματα dicta, tum primum ex ære fieri cœperunt, cum Corintho à L. Mummio deuaſtata incendio, ſimulachra ex omnifariis æris, argenti & auri metallis conflata, in vnam maſſam confluxiſſent. Gyges vero, primus Lydorum rex, templum Apollinis Delphici ex argento & auro donariis decorauit: Gorgias Leontinus orator, primus hominum auream ſtatuam, & ſolidam ſibi Delphis in templo collocauit. Ac tam rarus erat tum auri & argenteæ ſupellectilis quoque vſus, vt Fabricius Romanus, imperatores plus quam vnam ex argento pateram & ſalinum habere vetuerit. Vnde Duris ille Samius refert, Philippum magni regis Alexandri patrem, vnicam tantum ex auro phialam habuiſſe, quam noctu ſub puluinari

Plin. libr. 34. cap. 2.

Hæc Athenæus 6. Dipnoſo. Plin. libr. 33. cap. 4.

uinari celare ſolitus eſſet. At poſt tempora Crœſi & Maſſaniſſæ, tantus in tota Europa argenti & auri inoleuit vſus, vt nihil in conuiuiis magnificentius haberetur, quam pleno ſeſe auro proluere: & Poppęa Neronis coniux ſoleas iumentis ſuis aureas indueret: tępla, triclinia, ac mulierum colla, & hoſtiarum cornua, auro fulgerent. Ante hæc tempora, & auri vſum, ex æreis poculis diis libabant, & bibebant: eorum quoque repoſitoria χαλκοθήκας appellabant. Herodotus Ægyptiorum ſacerdotes ex æreis tantum poculis bibiſſe, auctor eſt. At quum æs æruginem, ſtomacho infeſtum virus, facile (præcipue ſi vino vel aceto irrigatum fuerit) contrahat, aurea pocula mihi magis cordi forent, quum id corroborare & exhilare tradatur. At poculū ex electro naturali, quod auro & quinta eius argenti parte conſtat, conflatum, quia ſtridore, & maculoſo in ſuperficie interna arcu, quo nitor eius obſoleſcit, virus infuſum prodit, cæteris etiam ex auro obtizo metallicis poculis præferrem, & fictilia quoque Æginetis relinquerem, quos Herodotus tantum ἐκ χυτρείων ὀστρακίνων πίνειν, id eſt, ex vrceolis aut ollis in Ægina factis bibere tradit. Eſt & aliud aurei poculi genus, icthericis valde ſalubre, erythrodani radicis, quam rubeam vocant, decoctū, quod potum, aureum regii morbi colorem emendat, aureum ab antiquis medicis poculum dicebatur.

Plin. libr. 33. cap. 11.

Poculorū ex ære vſus.

Lib. 2.

Pollux li. 6. cap. 16.

Plin. libr. 24. cap. 2.

Quod cum non magni conſtet, Petro Cyglerio meo nomine donare poteris. Vale.

Digitized by Google

De crapala, sive ex mero Cephalalgia. Epistola xxx.

PRÆCLARAS mihi egesti gratias, mi Cygleri, quod aureo erythrodani poculo te donauerim: quod quantum sanitas diuitias antecellit, tãtum tibi omni tua supellectile charius esse affirmas. Quod si mihi quoque aliud esset populum, quod æque ex mero crapalæ, ac illud ictericiæ, mederi posset: id multis sestertiis in aula principum pluris venire posse, recte mones. At certe non est mihi huiusmodi poculum, quo & ipse aliquando egeo, venale: sed quale sit, te pro veteri nostra amicitia recte docebo. Erat Cothon fictile Laconibus poculum: vnde κωθωνίζειν, id est, inebriari, Lacones dicebant. Qua ratione verò id citra animi & corporis offensam commode fieret, Mnesitheus Athenienss medicus, in epistola sua de Cothonismo, docet. Et ne illius consilium Græcæ linguæ imperitis pariat fastidium, id Latine explicabo. Accidit autem (inquit) vt illorum qui se plurimo mero ingurgitant, corpus & anima grauiter offendatur. Verum quodam dierum interuallo inebriari, videtur mihi corpus expurgare, & animum recreare. Coacernantur enim in nobis ex quotidiana potatione quædam humorum acredines, quarum opportunissimus est per vrinam exitus, & purgatio per compotationem maxime competit. abluitur enim vino corpus, quod est calidum & humidum, & vrina, quæ de nobis colatur, acuta est: nam & fullones cum ea vestimenta abluunt. Tria vero tibi compotanti erunt cauenda: Ne malum vinum

De crapala vide Galen. lib. 5. Aphor. 5. Suidam. & Hesychium.

Athen lib. 11. Dipnosoph.

Cothonismum copiose describit Iul. Pollux li. 6. c. 18.

Compotationis commoda. Athen. lib. 2.

Fullones vrina vestes purgant.

Digitized by Google

num pendulumve bibas, neque merum non mixtum: neque te in compotatione bellariis secundæ mensæ repleas: ac cũ satis te vino impleueris, ne dormias priusquam euomueris: post vomitum vero parum lorus, quiesce. Quod si te non sufficienter euacuare poteris, tum plurimo calidæ aquæ vtaris lauacro. Accipis ne iam ex antiquissimo medico Mnesitheo, quo moderamine Lacones Cothone poculo vtebantur: & quod cothonismo corpus per vrinam & vomitum expurgatur: animus quoque φιλοτησίας poculo exhilaretur. Deinde si quis dulcedine vini inescatus, plus æquo biberit, qua ratione temulentia & crapula curetur. nempe cum vigilia vapores vini dissipat, somnus verò his caput replet, ne temulentus dormiat, priusquam euomuerit. Nec stomachus humorum corporis saburram commodius, quam repletus, exonerare potest. Vnde præter Galenum & Auicennam veteres medici inter salubria conseruandæ sanitatis præcepta, quouis mense alii semel tantum, alii bis vomere constituerunt. Nec stomachus bellariis, quæ sua dulcedine & viscositate epar infarciunt, est onerandus: nisi amygdala amara, aut poma cotonea velcestiana, aut oua tosta coriandro aspersa fuerint. Galenus quoque ad concoquendam calidæ aquæ fotu cruditatem, temulentos altero die lauare, & à balneo capessere somnum iubet. ad quos Lacones speciale lauacrum sudatorium tepidario, vt Vitruuius refert, coniunctum, ac Laconicum dictum, constructum habebant, cuius Columella in prologo his verbis meminit: Mox deinde vt apti

De curandæ ebrietatis ratione Galen. de compositi. med. in gener. lib. 2. & de facile parabilibus. & lib. 2. de Med. se. loca & Rasis ad Almãs. lib. 5. cap. 74. & Macrob. li. 7. Saturn.

Quouis mense semel vomendum. Gal. lib. 4. de Vtil. par. & Auic. 4. sen. primi capitis.

Libr. 5. ca. 2. & 10.

Digitized by Google

veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, & exusto sudore sitim quærimus. Non tamen in quauis Cephalæa lauacris vti Galenus suadet: sed quando caput citra febrim incalescit, tum lauare, & à balneo vesci lactucis, ac sorbere ptisanam præcipit. quando vero à putridis in ventriculo humoribus, flatulenti vapores ad caput exhalant, ac vertiginem commouent, tum balnei vsum penitus dissuadet. Frons quoque hederæ succo irrigata, & folia brassicæ aqua rosarum madida, capiti applicata, ex vino cephalalgiæ medentur. Tantum enim est brassicæ cum vino dissidium, vt vites iuxta consitæ non coalescant: vnde eius comestio ebrietatem arcere creditur. & ideo Ægyptii, inquit Suidas, ante alia fercula brassicam coctam edebant, & primum in symposiis ex ejus olere ferculum fiebat. Merito autem eandem vim quoque raphano tribuunt qui brassicam Græce ῥαφάνους & raphanum dici; nostram vero radiculam, qua vescimur, ab Athenienssibus ῥαφανίδα nominari ignorant. Tu igitur ne abstemius viuas, hac ratione vini incommodis obuiam ire poteris. Vale.

Suidas in dict. ῥάφανος, & Athenæus libro 1. Dipn. Galen. lib. Comp. medic. sec. loca. Gal. li. 2. de Alimentis ca. de brassica.

DE FRIGIDÆ POTV
Epistola XXXI.

Qui Medici frigidæ potum docuerint. Plu. lib. 26. cap. 3.

QVAM efficaces sint gulæ voluptates, vel ex hoc coniicere potes, quod pleræque gentes & hydropotæ plus ob frigus, aquam & niuem, quam vinum, deorum nectar affectarunt: sed non pari ratione. nam hi voluptatis gratia ob frigus arte paratum, aquam vino prætulerunt. alii religionis

gionis ergò abſtemij vixerunt vt perfida Iudæorum gens, ex lege Moſaica: & Thraces, illius ex Machometis conſtitutione æmuli, vino abſtinẽt. & Herodotus regẽs Perſarum tantum aquam Coaſpis fluuij potare tradit, quam peregre profecturi, prius probe decoctam ac vaſis argenteis exceptam, in aurigis etiam ad venationem ſecum deferebant. Aquam quoque Nili inter regia munera adeo in deliciis habuerunt, vt Philadelphus eam ex Ægypto Berenici filiæ quæ Antiocho nupſerat, in Syriam dono miſerit. Et ne præcordia mero nimis incaleſcerent, caput aggrauaretur, aut frigus aquæ interna viſcera oblæderet, Melampos primum aquam vino æquali miſcere pondere docuit. vnde Hermes Ariſtophanis in Pluto exclamat: οἴμοι ὦ κύλικος, ἴουν ἴουν κακοδαίμων. & Hippocrates: Halyce, inquit, (id eſt, anxietudo) oſcitatio, & horror, (ſi adſint) vinum æquale æquali potum, ſoluit ægritudinem. Quid multis? ne vlla potandi illecebra deeſſet, Alexandrini à Protagoride edocti, aquam ſingulari induſtria infrigidabant, qui aquam in teſtaceis vaſis, interdiu ſub aprico ſolis æſtu calefacientes, aut eius terreſtrem cruditatem ignis calore concoquentes, noctu in malo nauis aut feneſtris ædium altioribus, ætheris frigori exponebant: mane vero, antequam ſol illuxerat, ſubducta eius fæculenta hypoſtaſi, puriorem aquæ partem vt ſalubriorem, in fictilibus hydreis, aqua aſperſis, & pampini foliis aut lactucæ coopertis, ſub paleas reponebant. Et nequid ad gelida ganeæ pocula deeſſet, niues ad æſtatem vſque in ſubterraneis foſſis, quernis frondi-

Iudæi & Turcæ abſtemii.

De rege Perſarum, & hydropotis, hæc Athen. libro 2. Dip.

Lib. 7. apho. 56.

Gal. in 4. ſexti libr. Epid. commentario. Athen. lib. 3. Dipnoſoph.

Digitized by Google

bus aut palea coopertas: Græcorum & Romanorum luxuria conſeruare docuit. Vnde diuus Auguſtinus libro de Ciuitate Dei primo: Quis dedit, inquit, paleæ tam frigidam vim, vt obrutas niues ſeruet? vel tam feruidam, vt poma immatura maturet? Hinc Alexander ille magnus, dum præclaram Indorum ciuitatem Petram obſideret, triginta ſubterraneas ſcrobes effodit, quas niue ad infrigidanda militum pocula adimpleuerat. ita luxuria potus, commenta eſt reponendæ niuis officinas. Nam ſeruatur, ait Plinius, algor æſtibus, excogitaturque vt alienis menſib. nix algeat. Heliogabalus quoque Romanorum imperator, in viridario domus ſuæ montem excauit, in quem hybernas niues & glaciem ad æſtus refrigerium reconderet. Sed ante eũ Nero, crudelis Romanæ vrbis pernicies, excogitauit decoquere aquam, vitroque demiſſam in niuem refrigerare, & in piſcinis niue refrigeratis ſub Caniculæ æſtu lauare. Nec niuis algore tum cõtentabantur: ſed eius aquam, per vas ex lapide velut pumice poroſum bibere, ingenioſa ſitis illecebra Romanos & Græcos docuit, quod colum niuarium appellabant, Vnde Martialis inquit:

Ael. Lampridius in eius vita. Plin. lib. 30. cap. 3. & Suetonius in eius vita.

Epigram. lib. 14.

Non potare niuem, ſed aquam potare rigentem
De niue, commenta eſt ingenioſa ſitis.

Has niuis delicias & refrigeria diu ante Romanorũ reges & imperatores Græci vſurparunt, quorũ veteris comœdiæ auctor Stratis inquit, οἶνον γὰρ πίνειν ψυχόμενον ἐν τῷ φρέατι, χιόνι μεμιγμένον: id eſt, bibere vinum in puteo fontis refrigeratum, niue mixtum. Et quamuis ad curandos æſtuãtes ventriculi

tticuli affectus, hanc plurimum conferre, Galenus in Methodo sua prædicet (dum , Vidisti, inquit, tu quosdam die vno, at potius hora, eos frigida potione leuatos, quorum aliis non modo recentem fontis aquam, sed etiam quæ esset niue refrigerata, dedi, veluti Romæ præparare solent, præcalefacientes primum, quam aquæ præparationem bis coctam appellant) hanc tamen frigidæ potionem idem Galenus in libello de Boni & mali succi alimentis, & de Renum affectibus eisdem verbis testatur, adolescentibus primum insensilem, sed morbidam tamen, in præcordiis alterationem parere : & inde ingraueſcente ætate affectus in articulis, neruis visceribus, incurabiles afferre. Quare vt ab hac tibi temperes, fideliter tibi suadeo, ac quicquid veteres de niue scripserunt, id de crystallo & glacie, & sale, nitro vere quoque dici putato. quam niuem etiam nostris temporibus, ad vini refrigerium, Schlesitæ, Bohemi, Hungari, & Moraui in subterraneis scrobibus recondunt. Verum qua hanc stomacho obesse, ac illius villos relaxare, ex vitiata deglutitione vidi & sensi, illius vsum fastidiui, & distluasi. Et data optione, mallem cum Nomadibus galactopotis, & Philino, lac bibere, quem Aristoteles & Theophrastus in tota vita, nec alio potu aut cibo quam lacte saturatum vixisse perhibent. Proinde quoniam viscera tua facile flatu intumescant, ab aquæ potu tibi caueto Vale.

Obscurus Galeni ex 7. Methodi locus illustratur.

Aquæ niuis incommoda.

Glacie in æstate potus refrigeratio.

Arist. li. 3. de Nomadibus. Strabo & Plin. eadem.

Digitized by Google

De Falsa Erysipelatis Cura.
Epistola xxxii.

GAvisvs eras, non tam meo, quam ægrorum nomine, quod meam curandi ægros operam generosis Rheni Comitibus Palatinis, illustrissimis Bauariæ principibus locassem. Primũ, quod terram incultam, cum ea quæ esset vino salubri & frumento fœcunda ac populosa, commutassem: deinde, quod mea opera & recta curandi ægros methodo, accolas Rheni ab empiricorum tyrannide, quos Galenus recte latronibus comparat, & à Iudæorum impostura me vindicaturum speraſſes. At mi germane frater, quam ægre id fieri possit, rationes inexpugnabiles in prima epistola accepisti. Nam vt terra lætis fœcunda segetibus, tribulos, vrticas, lolium & carduos parit, quæ etiamsi eruncauetis repullulãt: ita Rhenus inter præclara medicorum ingenia, nullis secunda, fraudulenta quoque parturit, quæ magistratus indulgentia alit & tuetur. hæc vt cardui lætas segetes, ita illa fraudibus, adulatione optima quoque ingenia opprimunt. Quæ enim ciuitas, quis denique pagus, imperitissimum in re medica empiricum, λογίαβον garrulum, perfidum Iudæum, aut parrochianum totius Philosophiæ ignarum apostatam, non alit? quibus, vt feli cũ muribus captis, ita illis cum vita ægrotantium colludere impune licet: non sanguinem tantum cum vita: sed pecuniam quoque, qua paupercula vna cum liberis vxor alenda erat, emungere his permittitur. Hoc certe est præter boni pastori officium, non tondere & pascere, sed deglu

Empiricos latronib. peiores. Galenus in libello de Prænotione, & li. 1. Prognost. testatur.

bere

bere pecus: cuius sanguinem innocentem Deus, iustus scelerum vindex, ab auaris illorum manibus aliquando eripiet. Verum ne tu omnino spe frustreris, quam falsam curandæ erysipelatis methodum Iudæi, & illorum asseclæ empirici, in locis, Rheno finitimis instituerint, paucis indicabo. Nam si qua etiam citra febrem, vel sanguinis ebullitionem cholerici, pustula vel macula rubea in aliquo corporis membro, præcipue in capite, temporibus, crure eruperit, id erysipelas esse exclamant: ac miseris ægris omni humectatione & lotione interdicunt. quo fit, vt magni nominis proceres neque caput aut barbam in viginti annis lauerint, nec ægri sordes manuum abluere audeant. Vide quæso, quomodo falsa opinio rationẽ captiuam ducit. Quare vt illorũ temeritatẽ agnoscere possis, scito erysipelas Latinis sacrum ignem dici: qua diuum Anthonium, qui incendiis præesse creditur, eos qui eius numen non reuerentur, affligere arbitrantur: & quia eius imago, & quicquid donariorum vel porcorum illi conseceratum fuerit, campanulis insignitur, accidit, vt hic quoque morbus à Germanis glockfeuer, & ob rubeum affecti loci colorem, das rothlauf appelletur. Hic sane morbus erysipelas est feruens, raro citra febrem ephemeram, sanguinis cholerici in epate & visceribus ebullitio: in qua cholera flaua, naturæ viribus à sanguine bono sequestrata, per inguina, epatis emunctoria, ad crura defluit, & protruditur: vel ad collum, caput, faciem & pectus, sed cum maiori periculo, regurgitat: & non raro vulnera quoque obsidere solet. Quare vt phlegmon sanguineæ, sic

Glockfeuer vnd rothlauff Germanice.

Erysipelatis definit Gal. lib. 14. Methodi. & lib. 2. ad Glauco. Paulus li. 4. ca. 21.

Digitized by Google

Erysipelata definit Gal. lib. 14. Methodi. & lib. 2. ad Glaucō. Paulus li. 4. cap. 21.

erysipelas bilioſæ fluxionis ſoboles: quæ inter vtranque cutem citra ſubiectæ carnis offenſam diffuſa, erysipelas purum appellatur. Si vero bilis flauæ craſſior & acrior ſubſtantia, ſupremam corporis cuticulam, quam Græci epidermida vocant, & ſubiectam illi carnem exulcerauerit: tum erysipelas quoq;, ſed nothum, aut herpes illi affinis dici poteſt. Ex his, ô germane frater, te ſatis intelligere arbitror, vtrumque phlegmonis & erysipelatis morbum, eſſe, præter ſolutionem continui, ex repletione abſceſſus calidos. Quare vtrumque per venæ ſectionem, aut pharmaca cholagoga, euacuationem cauſæ antecedētis exigere, ac cauſæ coniunctę, per eum qui ſenſum fugit halitum, digeſtionē, ac loci affecti & feruentis choleræ cum reſolutione refrigerationem poſtulare. At quoniam, vt Galenus ait, erysipelas non quantitate modo affligit: ſed etiam ex vehementi inflammatione ac qualitate ſicca excruciat: quare ipſum ampliorem refrigerationem & humectationē quam phlegmonem, requirere: proinde Hippocrates, Galenus, Auicenna, Paulus & Aetius, medicorum coryphæi, erysipelas curaturi poſt vacuationes rite factas, fomentationes ex ſuccis vel decocto ſolatri, lactucæ, ſemperuiui, vmbilico Veneris, aut emplaſtra ex pſyllii mucilagine ac lente paluſtri cum oleo Omphacino confecta applicuerunt, donec rubeus erysipelatis color liueſcere, vel obfuſcari videretur. poſtea emplaſtra quæ temperato calore materiam impactam diſcuterent, ex aqua marina vel muria, & ὠμηλύσει, id eſt farina ordei aut polentæ compoſita, applicabant: in principio tamen

De cura erysipelatis Gal. lib. 13. & 14. Methodi. ad Glauc. lib. 2. de comp. medic. general. libro 1. & de ſimpl. medic. lib. 3. Paulus li. 4. ca. 21.

exa-

Digitized by Google

exacerbationis, ne bilis efferuescentis fluxus fisteretur,& ad aliquod viscus internum principaleregereretur, à frigidis, humectantibus, apocrusticis, penitus abstinuerunt, præcipue circa emunctoria, applicare. Id quũ nequissimi paperũ &ægrorũ expilatoresludęi,agyrtæ& aliptę nũ intelligant,qua ratione id veteres medici statuerint, & cauerint : omnibus vel semel erysipelate affectis, per omnem ætatem humectatione, lauacris, capitis quoque lotione interdicunt : quo fit, vt à sordibus corporum poris obstructis, corpus per insensilem exhalationem non expurgetur, sanguinem putrescere, corpus psora,vitiligine ac omnifariis scabie pustulis conspurcari cõringat. Sed hos nebulones λοιμέβους, qui ob turpe & ville lucrum animam prostituunt, missum faciamus. Vadant igitur ὡς κόρακας & ad alteram erysipelatis speciem, prædictis longe perniciosiorem, Galeno & aliis Arabum medicis vel non visam,vel non cognitam, accedamus. de qua Plinius ille polyhistor,libr.vicesimosexto : Ignis, inquit, sacri plura sunt genera : inter quæ mediũ hominem ambiens,qui zoster appellatur,& enecat, si cinxerit. & certe merito à cingulo ζωστὴρ appellatur : quoniam ob nimiam febre continua efferuescentis choleræ copiam : inflammatione à lumbis,vmbilico & testiculorum osseo vsque ad genua hominem cingit,sepit,& circũdat. Hoc illustris Princeps & Marchio Brandenburgensis Georgius in Onelspachio correptus, ex vlcere cruris intempestiue à chirurgo quodam consolidato, quod idẽ chirurgus,ne quid ad vlcus effluereret, fascia arctissime strinxerat, interiit.deinde

Sic Scribonius cap. 106. Hiera inquit, Pachi ad sacrum ignem,quẽ zonam vocant,bene facit, ex aqua mulsa,detracto prius sanguine.

post biennium, eodem ervsipelatis zostere, illustris Princeps & Comes Palatinus Otthenricus, dux vtriusque Bauariæ, à lumbis ad genua vsque circundatus, ac febre continua ad deliriũ vsque æstuabat: quem ego Heidelbergæ, incisa vtriusq; pedis saphena, adhibitis quoque quæ febrem restinguerent, Deo auspice, à morte vindicaui: qui [illegible] hoc sacri ignis æstu, sui spiritus refrigerio, sospitem nobis conseruare velit oro. Vale: & qui in amore nostri frigent, hoc sacro igne incalescãt velim.

DE MAGIA ET RERVM NATVRALIVM SYMPATHIA.

Epist. XXXIII.

MIRARIS, amicorum optime, postquam lux veritatis nobis per Christum affulserit, æstus & dæmonũ præstigias nondum exoleuisse, & religionem ac medicinam adhuc esse adeo magicis vanitatibus refertam. Sed mirari desines scio, si reminiscaris, cacodæmonem, illum humánæ salutis hostem, ob superbiæ fastum, cum sua cohorte cœlo deiectum, se suosque simulacris idolorum insinuasse, ac suis oraculis, diuinationibus, & sceleratis sacrificiis non modo hominum mentes perstrinxisse, sed & religionẽ ac medicinam Magorum nugis contaminasse. quibus vt maior auctoritas accresceret., Magorum solertia in occultandis fraudibus sagax, medicinam, sacrosanctum Dei donum, sibi arrogauit. Ob id Ægyptiorum sacerdotes, à quibus Pythagoras, Empedocles, Democritus & Plato magiam didicerunt, quo quisque remedio sanitatem recupera-

De præcipitio dæmonum, Esa 14. Lact. lib. 2. cap. 7. Euse. lib. 7. cap. 6. August. de ciu. Dei passim.

Plin lib. 29. ca. 1. & lib. 30. cap. 1.

De sacerdotibus Ægyptiorum &

perauerat, id conſcriptum, Memphis in Hephæſtio, Vulcani & Iſidis ſacrario, deponebant: & pariter Græcorum ſacerdotes, Magiæ antiſtites, ea in adytis templorum Apollinis & Æſculapii in Pergamo etiam recondita ſeruabant: quæ ſacerdotes velut oraculo Æſculapii edocti, ægrotis communicabant. quæ illi tanta fiducia acceptare ſolebant, vt plerique, ſacerdotum conſilio perſuaſi, quindecim dies à potu abſtinuerint. Accipiſne iam, quomodo medicina ad ſacerdotes, magos, dæmonumque cultores ſit deuoluta? Vnde Nicomedes in Euangelio ſuo, Magos Pharaonis, qui Ægyptiacis incantationibus in conſpectu Moſis & Aaronis virgas in colubros conuerterant, nõ temere Medicõs appellauit & Dioſcorides noſter, à ſacratiore vaticiniorum profeſſione, Prophetas non raro nominat. Ac vt rem totam exactius poſſis dinoſcere, quid ſit Magia paucis ediſſeram. Non erant olim Magi plebeiæ ſortis homines, ſed apud Perſas, Æthiopes, Chaldæos ac Indos, ex regia ſtirpe proceres, qui in ſecretioribus Philoſophiæ & artis Mathematicæ arcanis educati, ſagaciſſimi ſympathiæ rerum naturalium & diuinarum exploratores: ex quarum ſympathia & antipathia admiranda, & vulgo incredibilia opera producebant. Ineſt ſane cunctis vniuerſis rebus congenita inter ſe conſortii aut diſſidii proprietas, qua etiam citra viſibilem contactum mutuo afficiuntur, & alterantur. vt aurum hydrargyrũ, ſuccinum paleas, magnes ferrum libens amplectuntur. at illud oleũ, hic vero allium & adamantem reſpuit & fugit: qui cum ab omnib. aliis inui-

Græcorũ hæc Gal. lib. 5. de Cõp. med. gen. & lib. Epidemi. Herodotus lib. 1.

Sacerdotes olim medici & magi.

De Magis Pharaonis Exod. 7.

Sympathia rerum natu. & cœl.

Adamantis & magnetis antipathiam experientia negat.

ctus maneat, sanguine tamen hircino dissoluitur. An ne & hoc est præclarũ naturalis dissidii specimen, quod tympana lupino obducta corio, alia pelle cooperta agnina, sonitu suo disrumpunt: & leo, qui nec tigrim, nec elephantem aut vrsum timet, gallum tamen his longe imbecilliorem expauescit, vt plerique homines, qui muris aut felis conspectum ferre non possunt: alii caseum, qui inter delicatiora secundæ mensæ bellaria offertur, ad nauseam vsque fastidiunt. At brassicam & hederã naturali odio dissidere, & cucumeres subiecto, dum crescunt, oleo intorqueri, agricolæ etiam norunt. Nec minus præclara sunt naturalis sympathiæ & rerum consensus exempla: cuius insigne exemplum in fidibus citharæ aut testudinis apparet, quarum si vnam digito contrectaueris, confestim vnisona alterius testudinis chorda, illi correspondens, sua sponte mouetur, & festucam sibi impositam abiicit. Et herbas quoque cum astris eundem habere consensum, quotidie experimur, quum heliotropii & molochi flores motui solis obsequi, & pulegium ipso brumali die Pleiadibus occiduis in coronariis florere videmus. At Orpheo, Theophrasto, & Proclo iudice, lapidibus longe efficacior est cum astris ac spiritibus consensus, quam herbis: qui non astrorum nominibus modo, sed animis quoque hominum imperare videntur. Iaspis nempe non modo sacrificia diis accepta reddit, sed Achates quoque animos coniugum conciliat, & supplices voti quoque compotes reddit. Vnde Orph. cecinit, vates magiæ peritus:

ἰμαρτόν-

Lupinæ & ouillæpellis dissidiũ. Oppianus lib. 3. Cynegeticon.

Leo gallũ timet.

Brassicæ & hederæ cũ vitibus dissidium.

Cucumer oleo supposito incuruatur. Pallad. lib. 4. tit 9.

Chordarũ in diuersis citharis sympathia ex Boetio.

Heliotropii & maluæ cum sole sympathia. De pulegio id Plin. & Cic. in lib. Diuinat.

Digitized by Google

ἡμιρτόν τ᾽ ωαξί δεωήσεται αἰέρα δεῖναι,
καὶ ἥλξει μώθοισι βροτὸς, καὶ ἐπ αὐτα νομίζων,
ἄστα κεν αἰτήσιας, ἀφίξεται οἴκαδε χαίρων.

Lapides vero virtutis aſtrorum conſortio frui, inficiabitur nemo, qui ferreum compaſti perpendiculum, magnete confricatum, ſemper poli ſeptentrionalis ſtellam ſpectare obſeruauit: & qui Selenitem, candidum ex Arabia lapidem, pro lunæ incremento creſcere & decreſcere vidit. Ex his conſtat, plantas, radices, lapides, & aſtra, ac ſpiritus quadam diuina lege conſortii conſpirare. Quod non aliunde accidit, quam, vt Plato in Timæo docet, quod cuilibet rerum ſpeciei peculiare aſtrum, vt polus magneti: & cuilibet aſtro peculiaris intelligentiæ dæmon, vt proprius cuilibet homini genius, à diuina mente dicatus ſit. Quicunque horum ſympathiæ conſenſum & antipathiæ diſſidium nouerit: hic admiranda per herbas, lapides & ſpiritus producet magiæ opera: & horum illecebra, ſpiritus in ſui colloquium allicere poterit. Ideo Druides Gallorum magi, nulla ſacrificia abſque viſco, aut eius roboris vel quercus fronde Ioui ſacra celebrabant. Et quia horum omnium oportet magnum eſſe gnarum, ethniçorum magi philoſophiam naturalem, aſtrologiam & reliquas artes mathematicas, ac medicinam in ſuæ artis conſortium traxerunt, quod Plinius his verbis teſtatur: Magia, inquit, fraudulentiſſima artium, ſola tres alias imperioſiſſimas humanæ mentis cõplexa, in ſe vnam redegit. Natam primum è medicina, nemo dubitat: ac ſpecie ſalutari irrepſiſſe, velut ſanctiorem altioremque quam medicinam:

De felice, hæc Proclus in lib. de Mag. & Dioſ. li. 5. cap. 100.

Magiam ex ſympathiarum conſtare, docet Proclus in libello de Magia & ſacrificio: Pſellus de dæmonib. clar. Cæſar. lib 6. Plin. lib. 16.

Lib. 30. c. 1

ita blandiſſimis deſideratiſſimiſque promiſſis addidiſſe vires religionis, ad quas etiamnum maxime caligat humanũ genus: atquevt hoc quoque ſuggeſſerit, miſcuiſſe artes Mathematicas, nullo non auido futura de ſe ſciendi, atque ea è cœlo peti veriſſime credente. ita poſſeſſis hominum ſenſibus triplici vinculo, in tantum faſtigii adoleuit, vt etiam hodie in magna gentium parte præualeat, & in Oriente regum regibus imperet. Quod vel hodie verum eſſe, Nouæ inſulæ, auſpicio regum Portugalliæ repertæ, teſtantur: quorum reges magorum iuſſis, & nefariis illorum ſacrificiis obtemperant & dæmonum cultui parent. à quo CHRISTVS nos redemit: quo ex deipara virgine nato, repente omnia dæmonum oracula conticuerunt. vnde Druidum religionem, inquit Suetonius, apud Gallos diræ immanitatis, ab Auguſto, ſub quo CHRISTVS natus eſt, ciuib. interdictam, Tiberius Claudius Cæſar penitus aboleuit. Et ne magiæ arcana diuulgata vilelcerent, primum ea non monumentis literarum concrediderant: ſed velut Iudæi ſecretiorem diuinæ legis interpretationem Cabala dictam, nephandis magiæ nugis quoque defœdatam, alter alteri vſque ad Eſdræ ſacerdotis tempora, veluti hæreditariis reuelationem ſucceſſionibus communicabat: ſic quoque Perſarum & Ægyptiorum magi, ac Gallorum Druides, non fas eſſe cenſebant, ea literis mandare, ne in vulgum ſacra efferrentur, vſque ad tempora Numæ Pompilii regis & pontificis Romani, qui Pythagorica ſacra duodecim libris conſcripſiſſe fertur, quos etiam in monumento ſuo recondere voluit:

Nouæ inſulæ dæmonum magia gubernantur.

Sueton in vita Claudii Plin. lib. 30. cap 1.

Cabala Iudæorum. magorum nugis referta.

Numa Pomp & Dardanus, mag. Liuius lib. 10. Dec. quartæ.

Digitized by Google

voluit: exemplo Dardani Ægyptiorum magi peritissimi, qui libros de Magia conscriptos in sepulchro suo absconderat: quos erutos Democritus, vir in perscrutandis naturæ viribus sagax, tum commentariis à se editis illustrauit. Cæterum quum illorum magia mentes hominum præstigiis dæmonum perstringeret, & à vero sacrosancti Dei conditoris cultu auerteret, factum est CHRISTI, pro nostra à dæmonibus redemptione passi, benignitate, vt ea artium perniciossima, fraudibus plena, tandem exoleuerit: cuius auspicio, & doctorum virorum labore, breui futurum spero, vt ea quoque è Medicina (quam suis Physicis ligaturis & φαρμακοις ac ἐπῳδαις & incantationibus, ad perniciem vitæ & salutis hominum conspurcauit) exstirpetur. Nec aliquem modo viuere arbitror, qui exactam illius cognitionem habeat: nisi perditos quosdam ardeliones, qui mentiri non erubescunt, & ob pecuniæ aucupium animas dæmonibus prostituunt, & deuouent: quos nec primis quidem labris magiam naturalem, quæ rerum naturalium ac cœlestium sympathiæ innititur, degustasse certum est, quæ tandem in varias diuinationis, species degenerauit: quarum prima est à luctu dicta Goetia, quæ autore Suida est, ὄπτασις δαιμόνων κακοποιῶν περὶ τοὺς τάφους γινομένη, id est, inuocatio dæmonum maleficorum iuxta sepulchra facta: quæ ob id aspergine lustralis aquæ & tædarum igne expiabantur, ne vel dæmones ea obsiderent, vel obesse nt: quem ritum ad nos emanasse, quispiam suspicari posset. Huius Goetiæ germana soror est

Christus à dæmonũ potestate nos liberauit.

Magia hodie ignoratur.

Goetia quid ex Suida.

De aquæ aspergine, & igne, hæc Athe. ex Clidamo, lib. 9.

Necromantia. ipſa Necromantia, quæ ad euocandos defunctorum manes, præter ſupplices coniurationis precationes, ſanguinem humanum, quo dæmones effuſo delectantur, vel ſaltem nigri pecoris aut agnorum cruorem requirit. vnde Vlyſſes conſilio Circes, diffuſo in ſcrobem cubitalem pecorum cruore, & melicrato, heroum Troiani belli animas, & ipſius Achillis vmbram & ſpiritum, ab inferis accerſiuit: quem Apollonius Tyanæus ſolis ſacerdotum Indiæ deprecationibus, quas Græci νεκυομαντείας vocant: ſicut Appion grammaticus Homeri manes, vt illius natale ſolum exploraret, ab inferis in colloquium accerſiuiſſe, gloriantur.

Sanguine in ſacrificiis dæmones delectari. Hō. Odyſ. λ. Horat. lib. 2. Sat. 8. Lucanus lib. 6 Philoſt. lib. 4. De Appione hæc Plin. lib. 30, cap. 1.

1 Reg. 28. & in decre. cau. 26. quæſt. 5. can. Nec mirū.

Sic quoque vatidicam anum in Endor, Pythone dæmone obſeſſam, ad Sauli regis colloquium Samuelis prophetæ vmbram verius quã animam, euocaſſe, Sacræ teſtantur literæ. Erat certe Pytho dæmon, qui Delphis & alibi, ſub ſpecie ſerpentis venerabatur. à quo D. Paulus virginem vatidicam in Philippis obſeſſam, vindicauit. At certe has non fuiſſe defunctorum animas, ſed dæmonum ſpectra, præter Auguſtinum & Iſidorum, diuus etiam Chryſoſtomus recte ſentit. quæ theologis diſcutienda relinquamus, & alias Goetiæ ſpecies, quæ in medicinam irrepſerunt, percenſeamus: inter quas altera eſt ἐπῳδή, epode, id eſt, incantatio. Vnde Sophocles ait: οὐ σοφὸς ἰατρὸς σοφῦ, θρασὺν ἐπῳδαῖς σχεσομένου πήματι: id eſt, Non eſt ſapientis medici, damnũ affectanti incantatione obſtrepere. Epodos quoq; , teſte Gal. hymnus, quo heroum & deorum præconia ante altaria in ſacrificiis decantabantur: ac lyricorum poetarum

Act. 16.

Incantatio.

Triplicem Epodi ſignificationem expoſuit Galen. in fine operis ſui de vtilitate partiũ.

ſcripta

προφὴ & αἰπροφὴ dicebantur. & epodium carmen, quo dimidii versus integris iambicis subiiciebantur. Epodos quoque, vt Hesychius & Suidas, ἡ ἀπαδουσα τοῖς νεοσυοις παιδι, id est, mulier dicebatur, quę pueris, à lamiis aut strigibus fascinatis, noctur nisque lemuribus lacessitis, carmine medebatur: quibus allium quoque appensum auxiliabatur. Vnde Q. Serenus poeta medicus ita cecinit:

De strigib. hæc Ausonius. Luc. li. 6. Ouid. lib. 6 Fast. Plin. li. 11. cap. 38.

Prætereà si forte premit strix atra puellos,
Virosa immulgens exertis vbera labris,
Allia præcepit Zitini sententia necti.

Est igitur Epode incantatio, quæ solis ᾠδαῖς, id est, carminibus & verbis, vt plurimum barbaris, dæmonibus consecratis, constabat. Ob id Lucanus:

Mens, ait, *hausti nulla sanie polluta veneni*
Incantata perit.---

Habuit & hoc maleficii genus in Græcia, ac nõ adeo ante multos annos adhuc in Germania, suæ artis, sub medicinæ prætextu, suos professores. quos Plato libro de Republica secundo agyrtas, ariolos & vates nominat: qui ante ianuas diuitum, stipem petituri, oppidatim quæstus causa oberrabant, & diuina quadam virtute, carminibus & sacrificiorum mysteriis se morbos infligere, inflictos quoque curare: & si quid sceleris à diuitibus, aut eorum proauis esset commissum, id magica sacrificiorum celebritate, suffimentorum que odore expiare, eorumque inimicos tam sontes quam innocentes ἐπῳδαῖς, id est, carminibus oblædere posse gloriabantur. Quos non tantum argute, sed pie & sancte diuinus Hippocrates, in libello de Sacro morbo ita redarguit, & impie-

Agyrtæ, germ. *Die fahrende schuler.*

Sancta contra Goetiam diuini Hippocr. verba.

Digitized by Google

tatis accuſat: Qui, inquit, luſtrationibus & magicis incantamentis morborum affectiones depellére ſe iactitant, hi victus indigi, verba eorum ad dæmonium referunt, vt quiddam ſe amplius ſcire vulgo oſtentent, & homines decipiant. Expiantenim morbo correptos, ſanguine & ſceleribus inquinatos, iniuſtos & intoxicatos: ac expiamenta alia ſub terram defodiunt, alia in mare proiiciunt: alia ad montes deſertos, ne quis ea contrectet, aſportant. At Deus (inquit) qui maxima ac ſceleratiſſ. peccata purgat, noſtra eſt liberatio. Qui certe ſui filii natiuitate & immolatione nos à cruento dæmonum cultu & poteſtate liberauit. Si enim, vt idem aſſerit Hippocrates, homo carminibus lunam deducere cœlo poſſet, tum certe Deus & mens diuina, aſtrorum conditor ac rector, hominum poteſtati magorumque incantamentis (quod dicere nefas eſt) eſſet obnoxius. Sed, vt Plutarchus tradit, Aganice, Hegetoris Theſſali filia, ſiderum in pleniluniis defectus perita, ac temporis, quo luna obiectu terræ vmbra obſcuraretur, gnara, quum hæc mulierculis credulis præſagiret, lunam ſubducere cœlo viſa eſt. Quare rectè Socrates dixiſſe fertur, incantationes eſſe verba animas decipientia humanas: quæ ne quidem aſſis facio, quum nullum effectum realem naturaliter producere, nec ob id ſanitatem in ægritudinem commutare poſſint, niſi diuinæ cenſuræ maieſtas annuat: aut niſi quis forſan, vt ex confidentia in medicum, pharmacis plus energiæ, ſic ex fide verbis incantationum aliquid vitium accreſcere, non temere ſuſpicetur. Eſt etiam tertia alia Goetiæ ſpecies, quæ

Plutar. de præcept. connub.

Fraus Theſſalorum incantandi ſidera.

Fidei & fiduciæ efficacia.

Digitized by Google

quæ Medicinam quoque ſuis veneficiis polluit, Pharmaca dicta, amatorii poculi aut pharmaci (à Græcis philtrum dicti) præparatio: cuius Iuuenalis ſatyra ſexta meminit:

Hic magicos affert cantus, hic Theſſala vendit
Philtra, quibus valeant mentem vexare
mariti.

Nam inter hæc amatoria veneficia, hippomanes equi, & in ſ extrema lupi cauda pilus, & os de ranâ viridi, in formicarum aceruo exeſa, reputantur. ſiniſtri enim oſſis contactu amorem, dextri vero diſſidium excitari, tradunt. Sunt & huius Goeticæ plures ſpecies: nempe epatoſcopia, hydromantia, geomantia, haruſpicina, & reliqua id genus diuinationum artificia, quibus cum medicis nihil commune eſt. Ea igitur dæmonum cultoribus condonamus: & vna cum Eccleſia Chriſtiana gratias Deo agimus, qui ſua natiuitate nos liberauit de diabolica poteſtate.

De hippâ, & lupo. Plin. lib. 8. cap. 22. & 42. de rana lib. 32. cap. 4.

De physicis medicorvm *Ligaturis, & periaptis, & annulis.* *Epiſtola* xxxiiii.

Qvandoqvidem ex magia, Phyſicæ ligaturæ, characteres, periapta, ſigilla, & annuli in Medicinam irrepſerint, petis, an hæc in curandis & præcauendis morbis, vſui eſſe arbitrer, tibi vt reſcribere velim. Itaque quum hactenus nihil æque ex animo deſiderauerim, quam Medicinã ab impoſtorũ fraude expurgari, & à ſuperſtitione vindicari: vt tuæ honeſtæ petitioni pareã, æquũ eſſe cẽſeo. Quare primũ õiũ ſcire debes, phy-

Digitized by Google

De physica ligatura. Arnoldus in libel. de part operat. Ligaturas & decreta pontif. tau. 26. qu. 5. can. Nec mirã, detestantur.

ſicas ligaturas ab occulta rerum proprietate dependere: nempe ex cœleſti ſiderum conſtellatione, & impreſſione, pro vniuſcuiuſque ſpeciei conſtitutione, omnib. indiuiduis, aut pro ſingulari cõplexionis gradu aliquibus tantum illius ſpeciei indiuiduis congenita. Vnde cum ſaphirus oculos non oblædat, repertus eſt tamen vnus, qui prima applicatione aciem viſus obtudit: & in Auſtria gemelli, qui obiectis ſolis ad ianuas corporis lateribus, ſeras aperiebant. Si cõſtat, animalia, mineralia, & vegetabilia, ratione ſpecificæ aut indiuidualis conſtitutions, in generatione illorum cœlitus aliqua imbui virtute, aliis rebus adeo contraria & interneciua, vt illarum operationes ſiſtat, & liget. vnde phyſica ligatura originem & nomen habet. Sic præſentia adamantis, & alij, magnetis actiones, ne ferrum attrahat: & oleum, ne ſuccinum paleas alliciat, obſiſtit, & ligat. Alyſo, hypericoni, & moly herbis tantam ineſſe contra malignos ſpiritus antipathiam, vt quemadmodum luporum capita ianuis affixa, ſic has herbas in ædibus ſuſpenſas, ab hominibus & pecore veneficia, ne faſcinentur, arcere & amoliri, grauiſſimi authores tradant. Vnde Homerus, magiæ peritiſſimus vates, Mercurium moly contra veneficia Circes Vlyſſem muniuiſſe, cecinit. Proinde de his periaptis & amuletis, quæ ratione nituntur naturali fidem non derogamus: de quarum ſubſtantia, vaporum deſluuia inſpirata, vires corporis reficere, internamque morbi cauſam alterare poſſunt. nam † contacta tridente torpedine marina piſcatoris manus obſtupeſcere: & & echeneida piſculum quamuis velocem, nauis pro-

Gemellorum Auſtriæ admiranda proprietas.

Adamantis, allii & magnetis antipathia.

Succini & olei antipathia.

Dioſ. li. 5. c. 37. Plin. libr. 28. cap. 10.

Odyſſ. 10. & 11.

Gal. de vtil. reſpir. Plinius li. 9. & paſſ. Plin. lib. 32. c. 1.

Digitized by Google

procella ventorum agitatæ cursum sistere videmus. Sic quoq; melanthii semen, catarrho: radicẽ pœoniæ albæ, quæ altera est nostri dictami speciés, epilepsiæ: & stercus lupi alligatum, colicis mederi experimur: non, vt Pamphilus medicus sentit incantationis viribus: sed quod ab illorum substantia vapores quidam, velut atomi, defluerent, qui inspirati cerebrum siccarent, morbique causam suis viribus alterarent. Vnde Galenus experientia horum edoctus: Periaptis (inquit) sic confidere oportet, vt substantia illorum, & nõ incantationis magorum verba, iuuet. Cui Theophrastus libro de Plantarum histor. nono ita subscribit: Potius, inquit, absurda illa putentur, quę alligata, & veneficiorum aduersantia vocantur, & tum corporibus, tum domibus vnice opitulari creduntur: quæ commenta hominum esse plana videntur, qui suas artes magnificare celebrareque cuperent. Vnde non temere Antoninus Caracalla imperator, teste Ælio Spartiano, eos condemnare statuit, qui contra tertianas & quartanas febres periapta gestarent. Quare merito aniles illos versiculos, ex sacræ scripturæ verbis, aut barbaris dæmonum nominibus concinnatos, vna cum diuo Augustino despuimus, qui in Euangelio Ioannis tractatu septimo ait: Illi qui homines seducunt per ligaturas, per precationes, & per machinamenta inimici, suis precationibus miscent nomen CHRISTI, vt lateat ipsa seductio. Et quamuis Costa ben Luca apud Hebræos, quorum Cabala his ligaturis scatet, de his librum cõscripsit: ac Alexander Trallianus, Iater à Mesue dictus: & Gordonius quidam, ac alii medici, non

Gal. lib 6. & 10. de simpl. med.

Lucianus in Dial. Philos. periapta lepide irridet.

August. de Periaptis sententia.

paruam illis fidem adhibent: ego tamen eas, præcipue quæ verbis constant, non assis facio. Simili vanitate, præter annulos & sigilla, eos quoque characteres nectere videmus. Affirmant enim, quasliberres naturales à stellarum radiis, illis proprie dicatis, peculiari charactere virtutis illarum participe insigniri, quam in res quibus applicatur diffundit. Ob id omnib. tam erraticis quam fixis suos effingunt characteres, quibus se morbos & infortunia depellere posse gloriantur: adeo nullum tam est impudens mendacium, quod teste vel prætextu aliquo careat. Sed esto, quod ita se res habeat. attamen vt stellarum nomina & numerus soli Deo cognitus, sic illarum circa hęc inferiora effectus & signacula soli Deo sunt explorata. Proinde recte regius ille propheta Dauid de Deo cecinit: Qui in numerato habet, innumeras alioqui, stellas & singulas illarum suis appellat nominibus: quæ nullus humanus intellectus assequi potest, & sine quibus magi suos producere effectus non possunt. Fuerunt & alii Ægyptiorum Magis characteres, quibus sacra deorum nomina, & religionis arcana, vulgo celabant: quos D. Hieronymus, & Orus illarum scriptor & interpres, literas Hieroglyphicas appellant, inter quas, ollæ ardentis effigies Ægypti caliditatem, calix verò passionem significabant: quem Christus tamen, pro suis patris arbitrio, à se auferri petiit. Sed his ad morborũ curas non abutebantur. Erat & aliud characterum genus, quod cœlitus plerisque ex diuina reuelatione datur: qualis per somnium Antiocho regi, cognomento Soteri, sub figura triplicis pentagoni,

De characterum potestate & generib.

Plinii Secundi dictum lib. 8. cap. 22. Vis & nomina stellarum soli Deo cognita.

Psal. 146.

Hieroglyphicæ Ægyptiorũ literæ.

Olla ardentis & calix.

Tertium characterum genus.

Digitized by Google

gòni; qui in Græcas ὑγίεια id est sanitatis literas resolueretur, contigit: quo signaculo quum pro bellica tessera in vestibus militum intexta vteretur, de Galatis insperatam adeptus est victoriam. Et Iudas quoque, cognomine Machabæus, accepto ab angelo sacri tetragrammatis signaculo, Antiochum Eupatorem primum cum quatuordecim millibus hominum & plerisque elephantibus, postremo cum triginta hominum millibus feliciter prostrauit. Et quis nescit, Cõstantinum Magnum, viso in æthere crucis charactere, iussumq; in hoc signo vincere, Maxentium tyrannum apud Miluium põtem debellasse? cuius præclarum victoriæ monumentum, vel hodie adhuc arcus triumphalis Romæ, & regionis Amphitheatri conspicitur. quare non temere illum crucis character, futuram significãs salutem, inter sacras Ægyptiorum literas, quo & Serapidis Dei pectus decorabant, reputatus fuit. Sed has admirandas characterum & verborum operationes, à solo Deo, & hominum fide dependere, veræ pietatis cultores recte affirmant. Nam & Philippus Apostolus ennuchũ, nisi prius fide bene instructum, sacro baptismate initiari noluit. tanta etiam vis sacramentorum verbis, ex fide accrescit. Recte igitur Rabi Moyses ille Ægyptius, libro primo Perplexorum, capite septuagesimo secundo, mendaces & stultos esse illos pronunciat, qui soli figuræ, soli scripturæ, solis lineamentis, solis denique vocibus, aere facto natis, tantam miraculorum vim & potestatem tribuant. At certe superstitiones Magicæ, relectis hydræ capitibus, & ex eadem cerui-

Amuleti character pro signo bellico.

Machabæi character.

Constantini character, Euseb. lib. 9. Eccles. hist. cap.

Character crucis apud Ægyptios.

Capnion de arte cabalistica idem sentit.

Act. 8.

nascentibus, similes videntur. En vix vna & altera è Medicina superstitione ligaturarum ac characterum extirpara, mox altera ex eadem Magiæ & Astrologiæ radice, superstitio annulorum & sigillorum suboritur: quos hac ratione confici, Thebit philosophus, & Magiæ antistes, ad conciliandam alicuius stellæ virtutem tradit: dum luna eandem stellam in medio cœli aut ascendente constitutam trino vel sextili aspectu feliciter intuetur, tum ex auro siue argento, aurichalco, aut quouis metallo stellæ huic dedicato, annulum conflare præcipit, in cuius σφενδόνῃ, cauitatem, lapidem, subiecta herba, huic stellæ appropriata, defigere iubet. his annulis animum exhilarari: hostes, cacodæmones, & morbos, profligari, miraculaque fieri perhibent. Sic Gyges Lydorum rex annulo suo, in cuius σφενδόνη lapidem, draconis capite exemptum, incluserat, sese (regem, & obstantes occisurus, vt impune cum regina concumberet) inuisibilem reddidit. Et Alexander Trallianus medicus Herculis imaginem, leonem suffocantis, annulo inclusam, cholicis medeti asserit. Tradunt quoque Eudemum philosophum, annulos contra serpentum morsus, fascinationes, dæmonia, & morbos confeciſſe. Vnde Iosephus gloriatur, se, præsente Vespasiano imperatore, vidisse quendam de gente Hebraica Eleazarum, naribus cuiusdam à dæmone obsessi, annulum, cuius signaculo radix à Salomone reperta erat subdita, applicuisse, & dæmonem de naribus odorantis extraxisse: qui cum repente in terram concidisset, Eleazar coniurationis Salomonis cantico, dæmoniũ proscripsit. Hinc idẽ Ioseph. Salo-

Annulorũ & sigillorum confectionem Albertus quoque libro 2. Mineralium docet tract. 3. cap. 1. & 3.

Plato lib. 2. de Rep. Philost. lib. 5.

Tral. lib 10. cap. 1.

De Salomone & Eleazaro hæc Ioseph lib. 8. antiq. cap. 2. Crinit. lib. 9 cap. 5.

monem

monem magicæ artis peritiſſimum fuiſſe,& Moſen Hebræorum legislatorem in Ægypto magia initiatum: annulos amoris & obliuionis confeciſſe tradit. Sed qua magia inſtructi fuerint, non docent. Erat enim quædam magia, quæ inuocatione malorum dæmonum, eorum præſtigiis & ſpectris mentes hominum perſtringebat, & cruentis ſacrificiis, verbis coniuratoriis, additis quibuſdam ſuffumigiis lapidum, & herbarum (vt cnebiſii cardui viribus) dæmones in colloquium alliciebat, quam Goetiam appellarũt. Hanc Moſen & Salomonem non arbitror ignoraſſe: ſed eo nomine didiciſſe, vt illius impietatem redarguere poſſent. Erat altera ſacratior magię ſpecies, à Græcis Theurgia dicta, quæ erat per ſacroſancta nomina & precationes, angelorum & bonorum ſpirituum (qui veri vnius Dei Iſrael operum ſunt nuncii & executores) imploratio. Huius Salomonem & Moſen, vt vnius veri Dei cultores, peritos fuiſſe, in confeſſo eſt. Ideo Plinius Moſen & Lotopeum Iudæos aliam Magices factionem inſtituiſſe ſcribit: nec eum vnquam fallaci dæmonum Magiæ addictum fuiſſe, Ioſephus contra Apollonium & Lyſimachum, qui illius impietatis Moſen accuſarunt, argutiſſime probat. Salomonem vero, diuinum ſapientiæ antiſtitem, tantum à ſuperſtitioſa dæmonum Magia abfuiſſe conſtat, vt auctore Ioſepho, Deus ei præſtiterit virtutem & artem contra dęmones, ad vtilitatem hominum, qua eorum morbos mitigaret. Vnde dæmoniorum, qui humana obſidebant, & morbis affligebant, exorciſmi inuen-

De duplici Magia hęc Suidas, & Pſellus ac Iamblicus.

De Cnebiſio cardduo, quę Ægyptii appellant Cuus, Proclus de Magia & ſacrificio. Dioſ. lib. 3. cap. 15.

De Moſe hæc Plin. lib. 3. c. 1. Euſeb. de præpar. Euang. lib. 8. cap. 2. Ioſeph. lib. 2. contra Appionem, in Act. Apoſt. ca. 1.

Ioſeph. lib. 8. antiquit. c. 2.

Digitized by Google

tio, Salomoni accepta refertur. Quare qui tam sanctos viros Goetiæ insimulat, iste eos iniuria afficit maxima: quæ artium nugacissima, falsis promissis mentes hominum adeo inescauit, vt de morborum cura consilium petituri, tamen neglecto medico, nec implorato Dei auxilio, qui Plutonis tartara ac magicam illam annulorum cathenam confregit, ad sagas dæmonumque cultores confugiunt à quibus Ieremias propheta iure scisciari posset: Nunquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi: Verum hæc dæmonum præstigia & ludibria olim aliquid ponderis habuisse, non inficior: verum quum Christo ex illibata virgine nato, omnis illis potestas, de qua nos captiuos in libertatem asseruit, adempta sit, hæc magorum incantamenta esse nugas constat: quas vt Christi blasphemias & decreta pontificum 26. quæst. 5. canone, Nec mirum, seuere detestantur. At nos in Deum & medicum, quem creauit altissimus, confisi, eius verbo & medicinæ subsidio sanabimur.

Ieremi. cap. 8. diuus Hiero. parte 3. tract. 14. epist. 76.

AN DIVINATRICIS ASTROLOGIÆ *obseruationis & Mathematica Ephemerides medico conducant.*

Epistolæ XXXV.

ADRAS tu quoque, amice multis nominibus obseruande, dum in Lipsensi Academia, frequenti discipulorum consessu Procli sphæram, & reliqua Cosmographiæ rudimenta interpretabar: tum te audisse arbitror, quantis præconiis Astronomiam diuinitus ab Ægyptiis reper-

Digitized by Google

repertam, commendaueram. Hæc enim ſane ſiderum cœleſtium varios, ſed certa tamen lege, progreſſus, ſitus, motus, & coitus docet: quæ ſummum ſummi Dei opificium illuſtrant, Deumque tanti operis opificem teſtantur, ac cuncta ſublunaria lumine & motu ſuo fœcundant, alterant, & conſeruant: ex horum obſeruatione totius orbis climata, regionum ac vrbium ſitus, locorumque interualla metimur: anni mẽſes, dierum horas & tempora, cum diuerſis horologiis, ſiderum ortu & occaſu menſuramus. Et horum polique obſeruatione Phœnices freti, primum fragilem truci pelago commiſerunt ratem: ac ſolis lunæque ecliples ad temporis momentum certe præſagire poſſumus. quæ quum Chriſto pro nobis paſſo intempeſtiue incidiſſet, Deum mundi auctorem pati, Dionyſius Areopagita agnouit. Quas ſolis obſcurationes, ſed ſtato motus cœli tempore factas, niſi Gallus Sulpitius, cum Macedonibus conflicturus, militibus prædixiſſet, exercitus eius ſubito ſolis defectu perculſus, turpiter fugam arripuiſſet. Hæc eadem reliquorum etiam ſiderum ortus & occaſus agricolas & medicos docuit: penes quos, temporum anni qualitates ac aeris conſtitutiones, plurimum variantur: quod ſcire, & diligenter obſeruare, præcipue ad morborum vulgarium prænotionem, medicorum maxime intereſt. Vnde ſcite Hippocrates in libello de Aëre & aqua: Oportet, inquit, aſtrorũ exortus & occaſus cõſiderare, præcipue canis Arcturi, & Pleiadum. morbi. n. his in dieb. maxime iudicantur: alii ſane perimunt alii deſinũt, aut in aliam ſpeciẽ ſtatumq; mutantur.

Aſtronomiæ præconium.

Verba Horatii lib. 1. ode 3.

Hippocrates lib. 2. aphor. & Gale. in tertio cõmen. lib. 1. Epidem.

Digitized by Google

Aëtius li. 1. cap. 164.

Quod & Aetium medicum dedita opera obſeruaſſe, præceptum eius teſtatur, dum inquit: Vigeſima quinta Septembris æquinoctium fit autumnale, quod triduum maxima aeris præcedit intempeſtas. quare cauere iubet, ne à 15. die Septembris, vſque ad 24. diem, venam incidamus, aut pharmacis, aut quouis alio vehementi motu corpus tentemus. Has certe temporum & partiũ anni mutationes, ad morborum cognitionem & curam, ac de his prognoſtica, operæprecium eſt medicum obſeruare. quas ſol & luna ac reliqua ſidera, non ob diuerſos illos lunæ imaginarios angulos, aſpectus & configurationes, ſed ob ſigniferi circuli obliquitatem, qua ratione nobis appropinquant, vel à nobis ſecedunt, & radiorum diuerſas in ſublunaribus rebus & locis refractiones, ſuo illo cœleſti & viuifico vniformis ſubſtãtiæ calore producunt, qui omnis qualitatum contrarietatis expers elementorum tamen qualitates ſuo lumine & motu excitat, fœcundat, fouet, & conſeruat: ac ſub concauo orbis lunæ pro infinita materiæ ſubiectæ varietate, diuerſos ac infinitos, & ob id nulla arte comprehenſibiles effectus producit. Nil igitur mirum, noſtros aſtrologos, ne dicam planetarios illos circulatores, dum ex aſtris futura præſagire volunt, toties à ſcopo veritatis aberrare. Recte igitur Ptolemæus in libro qui Aliarba inſcribitur, effectus ſtellarum ait eſſe varios & incertos: quoniam incertum eſt, qua ratione materia ſubiecta cœleſtem fluxũ recipiat. Hoc ignorantes, inquit Albertus, multi qui ex aſtris diuinant, ſæpe mentiuntur, & abominabilẽ faciunt ſuis mendaciis ſcientiam,

Cauſæ mutationis temporum anni.

Cœleſtis caloris ſubſtantia.

Materia variat aſtrorum affectus. Gale. lib. 2. de dieb. Criticis.

Contra aſtrologos diuinatores.

Albertus lib. 2. de mineralibus tract. 3. cap. 3.

Digitized by Google

entiam,quum tamen ſit alioqui bona & vtilis. Sic & medici,qui ex ſolo vrinæ indicio de morbis decernunt,ſtatuunt,& diuinant, ſuis nugis medicinam defœdant,& exoſam reddunt. Ptolemæo ſuccinit Auerrois in Auicennæ Canticis,dum ait: Ars aſtronomiæ eſt debilis, & falſum eſt plurimum quod in ea exiſtit. At hæc de ſola aſtrologia diuinatrice dici putato,cuius aſſertores plus illi attribuunt, quam præſtare ars poſſit: cuius perfectam cognitionem, vt Magiæ, nec habent, nec vnquam aſſequentur. Vnde Philoſtratus: Sed ergo,inquit,aſtronomię ſcientiam,atque adeo omnem diuinandi artem,humanę naturę metas excedere puto: & an quiſpiam vere ipſam nouerit,neſcio. Diuus tamen Auguſtinus,eos interdum aſſequi veritatem,occulta dæmonum afflatione tradit, qua neſcientes afficiuntur. Obid Ptolemæus in primo Centiloquiorum libro, ſolos numine afflatos particularia prædicere poſſe affirmat. De hoc genere hominum ſunt olim à Chaldæis plus ſeducti quam edocti aſtrologi, quos Genethliacos vocamus: qui ex planetarum coitu,aſpectibus ac dignitatib.,quas ex cœleſti natiuitatis figura, quam cœli thema appellant, nati vitam,necem,fata,morbos,coniugia,&vtrãque fortunam prædicere audent. Vnde Phauorinus refert, id præſtigiarum offuciarumque genus homines æruſcatores eſſe commentos, qui cibum & quæſtum ex mendaciis captarent. in quos &Gellius illud Accianum detorquet:

Nihil credo auguribus, qui aures verbis diuitant
Alienas,ſuas vt auro locupletent domus, & loculos.

De his Auguſtin lib. 2.ſupra Geneſ. & libr. 2.de doct.Chriſtiana, & lib. 5.de ciuitate Dei copioſe.

Contra aſtrologos Genethliacos.

Ephéerides aſtrologorum Decreta. cau. 26. q. 7. cap. quis exiſtimaret. dãnant, ob quas &

Paulus Galatas cap. 4 grauiter inceſſit.

Gell. lib. 14. cap. 1. Hæc Iamblicus de Myſteriis ex Porphyrio adduxit.

Nec adeo nuper hæc fatidica, ne dicam vaniloqua aſtrologorum hæreſis fuit oppugnata: ſed & olim Porphyrius, teſte Iamblico, totius eorum artificii fundamentum his verbis euertit, & abnegauit, dum ait: Si quis cognoſceret figuram natiuitatis, dominumque figuræ, inueniret quoque dæmonem ſuum, & ſolueretur per ipſum à fato natiuitatis. Sed ſubdit, illam ſcire, & hunc inuenire, eſſe impoſſibile: & regulas aſtrologiæ eſſe incertas & incomprehenſibiles, auctore Chæremone. Nam certe, quis in tam præcipiti ſiderum nocturna & diurna vertigine, quum minima momenta ingentes parturiant mutationes, quæ vix quiſpiam cogitatione aſſequi poſſit, quis inquam, exacte natiuitatis thema cõſtituere poſſit, non video. Adde, quod obſeruationes aſtrorum motus organa, raro ſunt ad amuſſim facta, ſed plurimum manca. At his longe inſolentiores ſunt, qui faſtos dierum, aut Mathematicas ephemerides, quas Calendarum tabulas appellant, quotannis edunt: in quibus quo die nouas induere veſtes, pecuniam numerare, emere & vendere, peregrę proficiſci, pueros ablactare, (vix riſum continere poſſum) quando vrguium præſegmina abſcindere, adde & caput aut barbam radere, fauſtum felixque ſit, ex lunæ cum reliquis aſtris aſpectu præſcribunt. Sed in his citra damnum ludere & nugari poſſunt. Nec tantum id refert, quantum hoc, quod nullo habito temporum periodi, concoctionis morborum & criſis diſcrimine, quo die pharmacis aut venarum ſectione, cucurbitularum applicatione, corpus euacuare competat, ſtatuere audent. O flagris dignum

Digitized by Google

gnum facinus, quo innumeros perdunt ægros. Nam esto, quis plethoricus, luna leonem subeunte, vel combusta pleuritide corripiatur, huic ne venam incides? at astrologi, quia luna subintrat leonem, domum Soli planetarum principi & illustratori dicatam, hoc vetant. At si biduum vel triduum, donec luna solis domum exiuerit, distuleris, ex affluxu humorum apostema ita augmentabitur, vt nec resolui nec maturari possit. Vnde miserũ ęgrũ auxilio destitutũ, mori vel peripneumonia, aut phthisi cõtabescere oportet. Siquis angina vel febre synocha laborauerit & luna fuerit infortuniis obnoxia, differesne venæ sectionem, donec luna suis infortuniis fuerit exuta? tũ certe, nisi morbi principiis obstiteris, ægrũ perdes & nimis sero frustra medicinam parabis. Has lunæ obseruationes adeo Galenus nihili fecit, vt etiam magnopere laudet medicum, qui quinquagenarius in Cephalalgia nocte sibi venam inciderit: At longe magis desipiunt, dum opportuna exhibendis pharmacis tempora designant. Gal. li. 12. Therapeuticæ.

En Hermes propositione 74. pharmacum purgatorium, quum luna subit signa Zodiaci ruminantia, dare vetat: vt arietem, taurum, capricornum. Ridiculum certe. Veretur enim, quum hæc animalia cibum ruminent, ne pharmacum quoque ad os regeratur, & ex deiectorio alui fiat vomitorium. Non minus ridiculum est, quod Ptolemæus in Centiloquio ait, pharmaca exhibita dum luna fuerit Ioui coniuncta, hebetari. Si vero maleficis Saturni vel Martis aspectibus configurabitur, ea periculosa fore asse-

Digitized by Google

rit,quoniam vita noſtra in calido & humido ſubſiſtit,quibus qualitatibus Iupiter præeſt. Quare ſi luna huic acceſſerit, tum vires & robur corporis adeo inualeſcere tradunt, vt vigorem pharmaci ſuperent,adeoque eneruent, vt humores noxios expurgare non poſſit. At longe rectius ſentiunt medici qui corpora effœtis viribus languida,pharmaco aut venæ ſectione vacuare diſſuadent: quibus tum recte vtimur,quum vires corporis probe conſtiterint. Norunt certe,virium naturalium robore & calore operationes medicinæ promoueri. Nec adeo ſenile Saturni frigus,aut Martis calorẽ verentur,vt quum luna his coniuncta fuerit, opportuno auxilio deſtituant ægros. Nam neque hic adeo inflammat corporis humores,vt non ſub eo exiſtente luna, etiam frigidi inualeſcant morbi:nec ille adeo infrigidat,aut eos congelat,vt nõ, in quouis eius ad lunam proſpectu, etiam calidi morbi increudeſcãt. Fruſtra igitur illius calorem,& huius frigus verentur aſtrologi. At bone Deus,tũ ſibi maxime ſapere videntur,dum membrum ferire ferro aut phlebotomo vetant:& cauent, ſi luna ſignum huic membro dicatum peragrauerit. Aiunt enim, quum luna corpus maxime humecter,tum membrum id humoribus præcipue redundare: quo nomine, euacuatione tum potius egeret. At huic Ptolemæi & Almanſoris dogmati, Meſſahalæ doctrina ex diametro repugnat: qui curam morborum auſpicari iubet, quum luna ſigna loco affecto appropriata ſubintrauerit. Ergo ſi quis phrenitide aut angina correptus fuerit,quãuis luna arietem, taurum vel geminos pererrat, Meſſahala,& quiuis peritus medicus,curam à ve-

næ

næ humeralis ſectione inchoabit : quod tamen Almanſor, Ptolemæus, & omnes alii aſtrologi prohibent. At illorum ſucceſſores aſtrologi, & medici planetarii, hoc tenaci contradictionis viſco impliciti, Dædaleas ſuæ vanitatis pennas non aliter extricare poſſunt, quam quod ea præcepta in morbis, quorum cura ad tempus differri poſſit, ſint obſeruanda: vbi vero morbus non fert inducias, ea nihili eſſe curanda. Ergo iſti ſiderum aſpectus in morbis acutis nihil ponderis habebunt? id quod tamen in veſtris mathematicis ephemeridibus vulgus non admonetis, aut fateri erubeſcitis. At prudenter Galliarum, Angliæ, Hiſpanorum & Italiæ aſtrologi ab infamia ſibi cauent, qui nullas huiuſmodi præſagiorum, aſpectuum, & ne dicam mendaciorum tabulas, in vulgus edunt: quas populo & ægris eſſe pernicioſas, hoc proprio eorum præcepto eos facilè conuincam. Tradunt, ſi quis pharmacum ſumpſerit, aut venam inciderit, dum luna natalitia ſigna ſextæ aut octauæ domus obſederit: hunc mortem ægre euaſurum. Quum igitur cuilibet homini propria ſint ſui natalis ſigna, neceſſario infertur, quoſdam dies ad medicinæ vſum aliis eſſe ſalubres, aliis vero hominibus lethiferos. Quæ igitur eſt illa veſtra dementia, qua dies phlebotomiæ & pharmacorum, tanquã æque omnibus profuturas, in veſtris ephemeridibus ita indiſcriminatim aſſignatis? At obiicies mihi Galenum, qui tempora partus, ac dies & motus criticos, lunæ acceptos refert, proiectione ſedecim angulorum, quos luna quouis menſe peragrat: & Marſilium Ficinum, qui integro libro de vita cœlitus conſeruanda conſcripro, hanc aſtrologorum

Gal. lib. 2. & 3. de diebus criticis.

curandi morbos methodum docuit,& approbauit. Hæc Marsilium Ficinum scripsisse, etiam si reuiuiscceret, inficiari non posset: qui agnita veritate, tandem palinodiam Angelo Politiano & Pico Mirandulano canens, ingenuè fatetur, has astrologorum obseruationes, vt quomodoliber ad vitæ conseruationem profuturas, se concessisse, non vt eas probaret, sed potius cum Plotino grauissimo Platonis interprete derideret. ac ambobus congratulatur, quod astrologica vanitatum & superstitionum portenta tam argute quam sancte confutauerint: & quod contra astrologos, qui Ioui eripere cœlum frustra more gigantum molirentur, hic vt Palladis alumnus, ille vero vt alter Hercules, egregie decertauerint.

Vide Marsil Ficin. lib. 12. Epistolarū.

Quantum vero ad Galeni Mathematicam de diebus criticis rationem attinet, nos medici vna cum philosophis concordi suffragio quoque fatemur, partus, animalium fœtus, arborum fructus pro ratione lunaris motus & luminis augmento coalescere, maturari, & eniti: ac dies morborum criticos, siue præliatorios dicere mauis, promoueri, nisi materiæ illius actioni subiectæ indispositio obstiterit, quæ has lunæ, solis & astrorum omnium actiones euariat: quod & Galenus lib. de diebus criticis secundo his verbis fatetur: ὡς πταγμένου τὸ χρῆμα ὄντι τῇ φύσει, καὶ πειθομένῃ κρατεῖ τῆς ὕλης αἱ σελήνης ποιὰ ἀφιγμέναι, καὶ ἀφεστῶσαι πταγμέναι, αἱ κινήσεις ἀσθενῆ γίνονται. τὸ δὲ ἀλίγου παρεμπίπτον πότε, καὶ συγχέοντα τὴν τάξιν, ἐπιδεὲς μὲν κρατεῖ τῆς ὕλης, ἀλλὰ ἐμποδίζοιτο: tum citra omnem ordinem, astrorum natura, non euicta materia, effectus producit.

De materia sublunarium eadem tradit Auicen. li. 4. fen. 2. trac. 2. capit. 1.

Gal. in princ. 2. libri de diebus criticis. De natura siderū hęc Gal. loquitur.

Digitized by Google

ducit. Constat igitur, has dierum indiciariorum, prouocatoriorum, & criticorum obseruationes, & effectus, magis ex causæ morbi materialis, præcipue febrilis & acuti dispositione, concoctione, statis morbi temporibus, & symptomatibus dino sci, & dependere, quam ex astris: vt recte Hippocrates in Aphorismis, Prognosticis & Epidemiis passim docet. qui quare diebus imparibus coincidat crisis libr. 4. de Morbis, scite causam reddit, dū inquit: Diebus parib. corpus de ventriculo & vasis humores attrahit, quos dieb. imparibus propellit, & protrudit. cuius certum hoc est signū. Quicunq; enim febre continua correpti, pharmaco in diebus paribus vsi sunt, hi nunquam nimium sunt purgati: qui vero diebus imparibus forte medicamentum sumpserunt, hi crebro nimium purgati interierunt. humor (inquit) ægroti magis diebus imparibus turbatur, nimirum corpore humorem ad ventriculum transmittente. Hinc quoque videmus, tertiana febre correptos, vt plurimum in principio vel augmento paroxysmi, morbi humorem, qui ad stomachum regurgitauit, euomere. At nostri astrologi, nulla habita dierum morborum paris vel imparis ratione, dies purgationum & phlebotomiæ præscribunt. Quas tamen dierum obseruationes, in victus ratione & tempore constituendo, Asclepiades iure, vt vanum, repudiauit: neque in vllo die, quia par vel impar esset, maius vel minus periculum subesse dixit. Proinde recte Corn. Celsus horū accessiones intueri, ex hisque quando cibus dandus sit coniectare iubet. Sed quando vena incidenda, aut eger purgandus, rectius causa & morbi cōcoctio,

Diuina Hippocr. ex libro 4. de morbis verba.

Cor. Celsus lib. 4. cap. 4.

Digitized by Google

vires corporis, ac acceſſionum tempora, quam aſtra indicabunt. Et ne ſub hoc ardenti caniculæ æſtu aſtrologis ſtomachum vel bilem moueam, neue mihi ſuccenſere poſſint, verbis doctiſſimi philoſophi & aſtronomi, Auguſtini Niphi Sueſſani hanc Epiſtolam concludam. Currant, inquit, huc in noſtrũ libellum Mathematici noſtrorum temporum, qui vanitatibus Arabum, maxime Albumaſaris innixi, multa, vti circulatores, aut fabulatores, in eorum annuis emiſſionibus ſcribunt: & hoc, quia Ptolemæi præcepta negligunt, quem non minoris facimus Ariſtotele: hũc Phyſicorum deum, illum Mathematicorum monarcham, edam (inquit) nunc nunc. O vtinam morte non præreptus fuiſſet. vbi vanitates horum legere poteris. Interim tamen hæc mea & Auguſtini Niphi ſcripta & dicta, vt à Cynicis maleuolorum oblatrationibus defendas, oro.

Hæc Auguſtinus Niphus li. 4. de diebus criticis.

De ephemeridvm astrologorum origine. *Epiſt.* xxxvi.

Qvam pernicioſæ ſint aſtrologorum noſtri temporis ephemerides, ex intempeſtiua Petri Wirth Lembergij, adoleſcentis ad præclaram literarum frugem nati, morte facile coniicere potes. qui quum non ferendo pleuritidis dolore ad ſpatulas vſque conflictaretur, & medicus ſecare venam præcepiſſet, aduenit ſubito male feriatus [illegible] poſtata, qui medicinæ impoſturis quæſtum [illegible]abat. qui quum in epheme ride neſcio cuius nam aſtrologi hunc diem nullo auſpicato phlebotomiæ ſigno crucis ſignatam videret

deret,exclamauit ſubito Medicũ longe aberraſſe, & hunc diem eſſe ſectioni venæ infeſtam: quam triduum differre,donec luna ſubiret piſces, diſſua ſit. At miſer adoleſcẽs,altero die ad veſperã,vitã cũ morte cõmutauit. At bone Deus,quãtũ pſtaret,vt principes & vrbiũ rectores, has aſtrologorũ ephemerides in vniuerſum abdicarent, & more veterum tantum dierum faſtos inſtituerent, quorum pontifex & rex ſacrorum,quibus diebus pro menſium ratione ſacra deorum myſteria celebrari deberent,& ius dici populo, indicabat. Nam primum menſem, & dies impares, diis cœleſtibus conſecrabant: alterum vero menſem & dies pares diis inferis, in quibus luſtrabant ſontes,& mortuis parentabant, quos dies inauſpicatos, Græci ἀποφράδας, Romani vero nefaſtos appellabant: quales erant dies menſium poſtridie Calendas,Nonas,& Idus, in quibus Do,dico,& addico,hæc tria verba dicere, Prætori religio & nefas erat. At alios tres menſium dies primarios, Calend.nonas & iduum diis ſuperis conſecrarũt: quos faſtos quoque appellabant, in quibus ſacris operari,& ius dicere fas erat. Hos Numa Pompilius ex Hetruſcorum magia Romanos pontifices concipere & ſtatuere docuit. quos,ne ſacra vileſcerent,populo non diuulgabant: ſed horum obſeruationem pontifex minor, ſacrificiorum regulus,plebi in Capitolium calatæ,id eſt conuocatæ, iuxta Calabram Romuli caſam indicebat. Sed tandem Cn. Flauius, libertino patre natus, nempe qui cornicum oculos confixerit,vt à populo Ædilis curulis deſignaretur, ius ciuile repoſitum in penetralibus pontificum, euulgauit, fa-

De his diebus Macr. lib. 1. Sat. cap 19 Suidas & Heſychius. Ouid. lib. 1. Faſt. Gel. li 4. cap. 9.

De Cn. Flauio hæc Cic. in orat. pro Mure. Plin. lib. 33. ca. 1. Liu. lib. 9. decad. 1.

Digitized by Google

ſtoſque circa forum in albo propoſuit, & populo ſagaci quidem ingenio promulgauit: vt quando lege agi liceret, populus ſciret, quos dies ante[a] à pontificibus tanquam à Chaldæis petere oportebat. At poſtea his ex annalibus pontificum inuulgatis, & in epheinerides relatis, aſtrorum peritiſ, ſiderum ortus atque occaſus, pluuias quos partium & temporum annitempeſtates, & aeris nos ambientis conſtitutiones mutarentur, quas medicum, nautas, & agricolas ſcire operæ precium eſt aſcribebant. vnde Columella: Nec me fallit, inquit, Hipparchi ratio, quæ docet, ſolſtitia & æquinoctia non octauis, ſed primis ſignorum cancri, capricorni & arietis ac libræ partibus confici: verum in hac ruris diſciplina, ſequor nunc Eudoxi & Metonis traditionem, antiquorumq; faſtos aſtrologorum, qui ſunt aptati publicis ſacrificiis. Huiuſmodi duodecim Roman. menſium faſtos, in antiquis monumentis Romæ repertos, ipſe domi habeo: vna cum Cl. Ptolemæi de inerrantium ſtellarum ephemeridibus & ſignificationibus, quas Nicolaus Leonicenus, olim meus præceptor, latinitate donauit. Huiuſmodi fane Ephemerides, quæ ſiderum ortus & occaſus ac tempeſtates dieſque myſteriorum faſtos & nefaſtos indicarent, nobis ſatis foret: quas nugigerulum aſtrologorum vulgus ſuis ex imaginariis lunæ & planetarum aliorumq; aſpectibus, infortuniis, exaltationib. atque triplicationibus, dierum electionibus defœdauit: qui vt imperitus Scytotomus ex vno calopodio omnibus ſorularia conficit: ſic illi aſtrologi ex eadem anni conſtellatione hominibus, etiã ſub diuerſiſſimo cœli the-

Vide Auicennam in Canticis propoſ. 103. & ſeq.

Columella lib. 10. ca. 14. hæc ſcribit.

Digitized by Google

li themate natis, qua die secare venam, corpus pharmaco purgare, cucurbitulis aut hirudinibus sanguinem emungere, pueros ablactare, mercari, peregre proficisci, nouas induere vestes, caput & barbam radere, resecare vngues faustum sit, indiscriminatim omnibus præscribunt. Tacco, quod bella, principum mortes, annonæ caritatem, perfricta fronte prędicere non erubescunt. Quorum nugis vrbium moderatores confisi, nec eorum prudentia & ratione habenas reipublicæ moderari nec medici ægros recte curare possunt. At id Reipublicæ parum interesse censes? Nequaquam. Digniores certe essent, in quos omnes anus scommata iacerent. quam Thales fuerit Milesius, qui primus solis eclipsim prædixit, stellas vrsæ minoris nautis monstrauit. hic enim egressus domum, vt astra contemplaretur, inque subiectam decidens scrobem, irrisus ab anu fertur: quod ea quæ in cœlis essent, scrutari vellet. quum quæ pedibus essent subiecta, non videret. Si hæc anus nostri seculi astrologorum deliramenta vidisset, quid eam dicturam arbitraris? an nõ exclamaret: O vanitas vanitatum, & super omnia astrologorum vanitas,

De Thale. & hæc Diogenes Laer. lib. 1. Euseb. de Præpa. euang. lib. 11. ca. 20.

De Crisis Etymologia, *Epistola* XXXVII.

Ignorantia nihil doctius, & natura indocta.

NVPER in symposio Andreas noster Dipnosophista, vt eleganter, ita quoque acute, Nihil esse ignorantia doctius & audacius, naturam vero nihil indoctius & iniustius esse asseuerabat. Nam quanto quis imperitior, tanto eum plus in rebus arduis sibi cõfidere & arrogare

De natura & inscitia Gale. de doctr. Pla. & Hipp. & de Vtilit. partium copiose.

audere: naturam vero nullo præceptore doctam, in totius vniuersi & humani corporis fabrica ad Polycleti fere (vt aiunt) regulam, cuncta adeo perite & iuste dispensasse, vt eius opificio nihil rectius & doctius excogitari possit: & tandem medicos non temere, subitam illam naturæ cum morbo pugnam & mutationē, crisim quoque, id est iudicium appellasse. Tum ego subridens: Fateor, inquam, mi Andrea, summam diuinæ naturæ sapientiam, iustitiam & æquitatem, in mundi totius, & præcipue humani fœtus opificio elucescere: sed duram, ne dicam ineptam, esse iudicij ad naturæ cū morbo pugnam, analogiam: quum crisis non sit iudicium morbi, sed præceps & subita morbi, præcipue febrilis vel acuti, in statu eius ad salutem vel perniciem permutatio, & humoris peccantis excretio. Fit autem, inquit Galenus, præcipue in statu & diebus decretoriis, dum prius in diebus indiciariis aut prouocatoriis sæuiora morbi accidentia increduerint: natura tamen prius, per concoctionem separante à bonis mala, & ad excretionem præparante. Siquidem, ait, oportet concoctionem præire, subsequi vero discretionem, & postea euacuationem, vt salubris fiat crisis. cruda quidem & indigesta humorum mole, aliquid arte vel natura recte euacuari & excerni, est impossibile. Proinde Hippocrates, Archigenes, atque alij his antiquiores medici, hanc naturæ cum morbo pugnam, & humorum sequestrationem & excretionem, vtrūque vno verbo recte κρίσιν appellarunt, ἀπὸ τῆς κρίνειν, quod auctore Hesychio & Suida, numerare, sequestrare, & veluti per cribrum aliquid excernere

Crisis descriptio, & quæ sit vera in morbis digestio. Gal. lib. 2. Aphor. 13. & lib. 4. Aph. 22. & lib. 1. Epidem.

nere, & pugnare quoque significat. Vnde Homerus κρίνεσθαι ἄρηϊ id est prælio decernere inquit. Et Hippocrates libro quarto de Artic. vbi de tẽpore quo in sphacelo fit ossis corrupti sequestratio, inquit, οὐκ ἔστιν ἐν ὀνόματι ἀριθμῷ τῷ χρόνῳ θίσθαι, ὁπόσῳ ἕκαστα πύτων κρίνεται: idest, quo dierũ numero ossa putrida excernantur. Ex mox subdit: αὐτὰ γὰρ ἑαυτὰ κρίνει μόνον. Et quamuis κρίνειν iudicare quoque significet, nulla tamen iudicii cum naturæ & morbi decertatione analogia, nisi dura & insolẽs, excogitari potest. Nam si lis inter naturam & morbum contestari deberet, quem obsecro iudicem statues? non quidem medicum, quum ipse sit naturæ minister, & eo nomine suspectus: nec ipse, sed natura morbum curet, & corrigat. Naturam ne iudicem constitues? at eandem esse actricem, quæ morbum reum agat, & iudicem, ius non fert. Ob id Galen. libro de Crisi tertio, crisim ait non primum à medico, aliquo iudicium dici cœptum, sed ab homine aliquo vulgari & idiota inoleuisse, qui quum ægrum sæuissimis accidentibus crisis affligi videret, & excruciari veluti supplicio, territus, de ægro iudicium fieri proclamauerit. quare cum iudicium non sit genuina & primaria crisis morborum etymologia: miror venerandum spectatæ eruditionis senem Nicolaum Leonicenũ, ac reliquos vt eruditos medicorum Græcię interpretes, ita de re medica optime meritos, potius pro crisi nomen Iudicii, quam morborum resolutionis, excretionis, aut cum natura pugnæ nomen affectasse: quum Hipp. dicat in medicorum præceptis, νόσου ἀταραξίη μόνος σημαίνει, κρίσις δὲ, λύσις νόσου: id est, Morbi tranquillitas, siue impertur

Morborũ crisis cum iudicii analogia non quadrat.

Vocabuli crisis in medicinis pro iudicio origo.

Contra Leonicenum Ferratiensem.

Hippo. in fine libri præceptorum. & li. 1 ac 2. Aphor.

batio, eius longitudinem significat: pugna vero, est morbi resolutio. At illis iure hoc condonamus: quandoquidem Gal. in Prognosticis, hanc iudicii cum morborum & naturæ pugna comparationem, non penitus repudiasse videtur, dum ait: Crisis, morborum iudicatio, de foro translatitia appellatione, dicta est, significans præcipitē in morbo mutationem. At quum de rerum natura & substantia constat, non magni refert, quibus nominibus medicus vtatur. Non enim sane verborum facundia, vt Celsus ait, sed ars medici, ægrum curat. Quamobrem, mi Andrea, an hanc morborum crisim rectius naturæ cum morbo pugnam, an sequestrati excretionem nominare velis, penes te sit arbitrium.

Galen. lib. 3. Prognosticorum.

Verba rerum non curant.

De Prodigiis Et Dæmonvm *in morbis præstigiis, Epistola* XXXVIII.

Plvrima sane, mi Petre, admiratione digna quotidie in morbis & animalium generatione, quorum causas vix ratione vlla assequi possumus, præstigiis similima, vel dæmonum astu etiam non raro naturæ viribus accidere videmus: adeo etiam natura Synesio & Plotino plerumque videtur esse maga. Nam ludit, & crebro, in humanis diuina sapientia rebus. Latet enim in toto sensibili & æthereo mundi corpore, spiritus & cœlestis ille siderum calor viuificus: omnes alias elementorum qualitates simplici eminentia virtualiter continens: & in spiritu viget anima, in anima vero effulget mens & intelligentia, quæ admi-

Digitized by Google

admirandos cum in morbis tum in animaliũ fœtura parturiunt effectus, etiam ſine ſemine. Sic exocymo herba, ſcorpio: ex boue mortua naſcũtur apes: & ex ſaluia ſub fimo putrefacta, dum ſol & luna ſecundam leonis faciem occupant, Perſarum Magi auem merulæ ſimilem procreabant: cuius aduſti cinere, lampadi inſperſo, domus ſerpentibus referta videbatur. Nihil igitur mirum, & ſteatomatum, & atheromatum, aliorumq; apoſtematum concauitatibus carne exeſa, de viſcoſis & putridis humoribus ac fibris calore putredinali ſiccatis, res lapidibus, tophis, harenis, vrceolorum teſtis, lignis, carbonibus, capillis, & amurcæ ſimiles naſci, quæ vulgus incantationi & præſtigiis dæmonum accepta refert: cum ſimilima altu dæmonum in corporibus ægrorũ præcipue maligno obſeſſis ſpiritu, plerumque accidere, etiam noſtra ætate viderimus. Bononiæ dũ rei medicæ operam nauarem, mulier quædam circa pudenda vlcere fauoſo, meliceride laborabat: & quum ſpem conſolidationis maxime lęto chirurgo oſtentaret, tum repente nouus χώρ, humor melli ſimilimus vbertim erumpebat: donec dæmone, quo obſidebatur, diuinis exorciſmi deprecationibus expulſo, tum eadem nocte, nullo relicto cicatricis veſtigio, vlcus ſua ſponte conſolidabatur. At Florentiæ mulier quoque ſpiritu obſeſſa maligno, dum intolerabilibus ventriculi torminibus diuelleretur, nec medici vllam opem ferre poſſent, en repente oblongos & recuruos clauos æneasque acus, vna cum cera & capillis conglomeratas, euomuit: & poſtremo ingens carneum ientaculi fruſtum, quale nec

Admiranda naturæ opera ex ocymo, boue, & ſaluia.

De his variis apoſtematum contentis, Gal. lib. 2. ad Glau. & libro 14. Met. Celſus lib. 7. cap. 6.

Dæmonũ in morbis præſtigiæ. Mulier Bononiæ meliceride laborans.

De muliere Florentina hæc Beniuenius de admirandis morborũ cauſis.

Digitized by Google

gigantis fauces deglutirent, eructauit. Non mi-

Miracula in oppido Thenern.

nus certe illud horrẽdum dictu, viſuque eſt, quod in Thenern, Iuliacẽſis ducatus oppido, crebro accidit: vbi ægroti in templo ante diuæ Annæ altare & venerandum caput eius ſupplices proſtrati, fruſta & fragmenta vitrorum, vrceolorum, & obſum de piſcib. quæ humana gula & ſtomachus deglutire non poſſet, ad loculos quoſdam cum nummis euomuerunt. Sed illud quod à Chriſto ex Deipara virgine nato 1539. in quodam Eiſtetenſis Epiſcopatus ditionis pago, Fugenſtal, acci-

Cultelli, ferramenta, claui, capilli in ſtomacho ruſtici reperta.

dit, omnem ſuperaret fidem, niſi oculati ſpectatæ fidei teſtes adhuc ſupereſſent: in quo pago Vlricus Neuſeſſer agricola, cum crudelibus dolorum tormentis, in altero hypochondriorum latere conficeretur, ſubito clauum ferreum ſub illæſa cute manu apprehendit, quem chirurgus illic balneator nouacula exciderat. nec tamen dolores ceſſarunt, ſed indies magis incrudeſcebant. Quare cum nec aliud doloris fore remedium miſer quam mortem ſuſpicaretur, arrepto cultello ſibi guttur abſcidit. Itaque dum tertio die mortuus ad ſepulchrum efferretur, aderant tum Euchari-

Digitized by Google

us Roſenbader ex Vueiſſenburg Noricorum oppido, ac Iohannes ab Ettenſtet balneator, qui aſtante magna hominum frequentia demortui agricolæ ventriculum inciderunt: in quo lignum teres & oblongum, quatuor ex chalybe cultros, partim acutos, partim inſtar ſerræ dentatos, ac duo ferramenta aſpera reperta fuerunt, quorum ſingula ſpithami longitudinem excedebant. aderat & capillorum inſtar globi inuolucrum. Sed quid potiſſimum hic admiraberis? an quomodo

tot &

tot & tanta ferramenta in ventriculi cauitate cõtineri potuerint: an, qua arte ſint ingeſta? Certe non alia, quam dæmonis aſtu & dolo: à quo Chriſtus, qui in eum confidunt, tueri poteſt: qui Salomonem diuinis carminibus hos curare morbos, & fugare dæmones docuit. id quod & Eleazarus, Iudaicæ factionis ſacerdos, vidente Veſpaſiano, & eius filiis ac tribunis, palam feciſſe in exercitu traditur, Vale.

De Salomone & Eleazaro hæc Ioſephus li. 8. Antiq.

AN IN VNIVERSALI FEBRIVM *principio competat euacuatio.*

Epiſtola XXXIX.

LÆTABAR ex animo, Nicolae, mi compater, dum intellexeram te ex Florentina Etruſcorum Academiá, ad celebre Sueuorum gymnaſium Tubingam, incolumem rediiſſe: quorum medicos ſaltem aliquos, audio euacuationes lenitiuas, quas veteres ſyrneſmos, vel apozemata, iuniores minoratiuas apellarunt, in principio febrium vniuerſali materia morbi indigeſta, concordi ſuffragio abdicaſſe, & Galeni teſtimonio penitus condemnaſſe: nempe quod harum frequentia ægri tabeſcerent, & fruſtra ideo macerarentur, cum in morbi principio nulla per concoctionem ſit humoris noxij facta ſequeſtratio, medicus fruſtra illius excretionem pharmacis moliri: cum Hippocrates concocta, non cruda, medicari oportere edixerit niſi turgeant. Sed longe præſtare, in principio alterantibus inciſiuis & aperitiuis, quam pharmacis purgatoriis vti. & ob id Hippocratem, præcipue in febribus fortibus, medicamenta alui deiectoria vetuiſſe aiunt.

De Syrneſmo Galen. in lib. 2. Hippo. de Articulis.

Hip. lib. 1. Aph.

Hæc eadé Gal. lib. 8. & 9. Meth.

Sed horum dogma à vera curandi febres Galeni methodo longe discrepare, paucis docebo. & quid eos in hoc ambiguitatis præcipitium compulerit, breuiter manifestabo. Nosti sane, ea corpora febribus maxime esse obnoxia, quæ praui, viscosi, crudi, aut putridi humoris redundantia onerantur. hæc enim in visceribus venarum & meatuum obstructiones, obstructio vero putredinem, hæc autem febres vt genuinam soboIem parit. Si igitur obstructionibus detergendis, nondum euacuata constipationis causa incubueris, periculum, erit ne commota humorum redundãtia, meatus magis infarcias, & impingas. Si vero alterantibus frigoriferis calorem febrilem extinguere voles, periculum ingens erit ne humoris putridi copia ingrossata, intra viscera detineatur, maioresque obstructiones aut abscessus pariat. In hanc, inquit Galenus, consilii ambigui inopiam deueniunt medici Erasistratii, qui non statim à principio corpora vacuarunt. Et ne arbitreris Galenum hæc contra Erasistratum tantum de euacuatione, quæ per venæ sectionem fit, statuisse, & eam quæ pharmacis fit dissuasisse: in vtramque euacuationem in principio morborum competere, testimonio Hippocratis probat, qui in Aphorismis: Dum morbi inchoant, inquit, si quid mouendum videtur, move: cum vero cõsistunt ac vigent, melius est quietem habere. In expositione huius Aphorismi, inquit: Circa initia morborum curabilium maiora oportet afferre remedia: qualia sunt, venę sectio: nonnunquã vero & purgatio, quæ in morbi statu non competunt, in quo cõcoctiones maxime fiunt. Vt igitur

Galenus lib. 9. Methodi.

Hippocr. lib. 1. Aphor. 19.

hæc

Digitized by Google

hæc citiùs eueniant, melius eſt circa principia euacuare: quo minorem iam facta materia, facilius natura eam poſſit concoquere. Nam vt ignis ſub nimia congeſta lignorum ſtruę: ſic calor naturalis, digeſtionis opifex, ſub nimia humorum copia ſuffocabitur, quam ſi in principio pharmaco aut phlebotomia diminueris, tum natura reliquũ facilius concoquet, & coctũ in fuliginoſas digeret exhalationes, per ſudorem, vrinam, ſeceſſum: & emunctoriorum abſceſſus κένωσιν, id eſt excernet. At Hippocrates medicamenta purgatoria tantum in febribus continuis & vehementioribus, vt ſynochis, veruit: in quarũ principio & nos venæ ſectionem pharmacis lõge præferimus: quæ tamen per clyſterẽ, quoties opus fuerit, iniici non diſſuadet. & in cura pleuritidis, ſi dolor vel grauitas ad iugulum vſque, vel brachiũ, vel mammillam extenditur, aut partes quæ ſupra ſeptum trãſuerſum ſunt, infeſtat, internam cubiti venam ſecare iubet. At ſi partes infra ſeptum tranſuerſum dolor affecerit, & ad iugulum non aſcendit, tum vel nigro veratro, aut peplio, aluum ducere admonet. Nemo igitur inficiabitur, pharmaca redundantis & noxii humoris deiectoria, in principio febrium vniuerſali magnopere conferre: quibus niſi putridi humoris copiã ademeris, tum non modo tantam crudi humoris copiam calor naturalis concoquere nõ poterit, ſed præcipue in ſtatu & morbi declinatione, reſoluta per calorem febrilẽ & ſudorẽ ſubtiliori humorũ ſubſtãtia, fæculentior pars derelicta fungoſam & rarã epatis ac lienis, ſubſtãtiã ita infarciet, & obſtruet, vt tãdẽ vtroq; viſcere vel altero ſcyrrhis obſeſſo & indu-

Hippoc. lib. de Medicament. purgat.

Hippoc. lib. 2. regim. acut.

Epar & ſplen ſcyrrhis obnoxium. Galenus lib. 13. Methodi.

Digitized by Google

Deutſch der fieber kuche Cal. in expoſ. Aphor. 52. libri quarti.

rato, hydrops, aut crurum œdema, febrem excipiat. Quod tum maxime accidet, ſi alterantibus frigidis citra euacuationem lenitiuam aut euacuatiuam vſus fueris, quæ materiam plus ingroſſant quam reſoluunt. Quare, ne in febribus interpolatis nimis diu frigidæ potu vtaris, diligenter caueto.

DE SANGVINIS SPVTO, VOMITV *& ex mortuis proſtnuio.*

Epiſtola XL.

TABELLARIVS tuus, mi Lembergi, nudiustertius lugubres de obitu fratris tui nænias mihi obtulit: quibus, quum per noctem tuſſiret, & ſpumoſum ac rubicundum de pulmone eructaſſet ſanguinem, eum antelucano tempore animam ſubito efflaſſe, lamentaris: & admiraris, quando pleroſque alios videris cruenta tuſſicula diu infeſtatos, priuſquam morerentur, phthiſi contabuiſſe. At mi conterranee, hominibus id obœſis, vaſorum pulmonis repletione oneratis accidere, nil mirum: quippe eroſione, falſo catarrhi defluxu, tuſſi, vomitu, aut caſu præcipiti, vel ictu, rupta ſub pectore vena, aut arteria, ob continuum pulmonis motum, ſanguinem ita repente & confertim in pulmonis concauitatem defluere, vt æger ſuffocetur, non raro contigit. Quare & ego viciſſim tibi Georgium Wirth, ſpectatum rei medicæ doctorem, conſobrinum meum, ante aliquot annos Gerlicii eodem morbo obiiſſe, cogitandum propono. At ſanguinis ex ventriculo vomitum, cum nulla venarum oſcula in

Digitized by Google

la in eum aperte pateant, crebro iuuenibus & se- Hippoc. li. 5. Aphor. 32. & contra Iuliauum.
nibus esse, & crebro quoque fuisse salutarem, quis piam potius admiraretur. Hippocrates quidem virgines nobiles, retentis menstruis non raro sanguinem affatim euomere & à morbis vteri liberari, his verbis testatur: Mulieri sanguinem vomẽti, erumpentibus menstruis, solutio. Vnde mulier Florentina, cum intolerabili capitis dolore ex retentione mensium affligeretur, his vomitu eiectis conualuit: & ne morbus iterum increscerat, saphenæ sectione sibi cauit. Huius euentus hæc est certa ratio: per quas venas & meatus epar chylum sugit & attrahit, per easdem sponte, aut virtute pharmaci, humores ad ventriculum quoque regurgitant. quando vero sanguis in matricis locellos effluxurus, descendit, & venarum oscula obstructa fuerint, tum sanguis ibi collectus, per venas matricis ad epar, cor, & venæ chylis ramos regurgitat, & in ventriculum per venas quæ eius orificium & fundum ambiunt, destillat, & vomitu expurgatur. Obid Hippocrates in Prænotionibus ait: Qui sanguinem spuunt, dextrum dolentes hypochondrium, de epate spuunt, & sterilibus ad conceptionem prodest. Atque in Aphorismis: Quicumque, ait, sanguinem euomunt sine febre, salutare: cum febre vero, malum. curare vero eos refrigerantibus & stipticis oportet. At hoc in succi plenis iuuenum vtriusque sexus corporibus, in quibus ob venarum obstructiones hæmorrhoidarum aut mensium effluxus coercentur, aut mutilis accidere, nihil mirum: in quibus natura cæteris occlusis meatibus, sese à copia aggregati sanguinis per nares, secessum, & vomitum cre-

De muliere Florentina hæc Beneuentus de morbi causis. Testis est Gal. lib. 1. de virt. naturalibus.

Hippoc. in lib. de morbo virg. & Gal. lib. 4. de caus. sympt. ratio. ac Auic. f. n. 21. tertii, tractat. 3. cap. 1.

Hippoc. li. 7. Aphorif. 17.

De mutilis hæc Gal. lib. 3. de viribus naturalibus & lib. 4. de art. Gal. li. 5 de locis affect. cap. 4.

bro exonerat. Nam Galeni testimonio constat, vasis gulæ aut ob solam sanguinis plenitudinem, vel casu ex alto disruptis, aut præcedente vlcere, vitio humorum erosis, sanguinem per os, æque ac in aliis venis omnibus, vbertim effluere. At in his dolor sedem affectam indicat: aperto autem alicuius vatis oculo sponte, tum sine dolore profluit. Sed quod idem accidat in corporibus senum vtriusque sexus, profecto admiratione nõ caret. Nã in mõasterio Nor-

Vomitus sanguinis senibus salutaris aliquando. Abbatissa in *Selgepfort*, & Bernhardus bombardarum magister.

icorum, prope oppidum Nouumforũ, cui nomẽ Selgepfort/quum Abbatissa, quæ quinquagesimum octauũ annũ excesserat, tussiret, & circa hypochondria quotannis dolore citra febrem corriperetur, spontaneo copiosi sanguinis vomitu à morbo liberabatur. Ciuis quoque Heydelbergẽsis, pyrobolorum magister, fere septuagenarius, quum magnis circa præcordia torminibus diuelleretur, en repente noctu sanguinis plus quam libram euomuit, & conualuit. Nisi causam sanguinis in corporibus senum redundantis, in crapulã & ociũ referre licebit, cuius copiam cum natura virib. effœta in alimoniam corporis, cuius augmẽtum naturaliter desiit, transmutare non possit, ne

Quare occisorum corpora præsente homicida cruentent.

cesse est, vt eam vomitu, aut quauis alia ratione expellat. Sed quam obsecro afferes causam, cur occisorum corpora præsente sicario cruẽtent, quum mors sit caloris naturalis extinctio, cuius frigore sanguis congelatur & torpet? an aliquas sensilis animæ, cupiditatis scilicet & vindictæ vires, etiam post mortem adhuc in sanguine, donec putrescat, subsistere, cum philosophis quibusdam affirmabimus? quod certe Lucretius, poeta & philosoph⁹ Epicu-

Lucret. lib. 4.

Digitized by Google

Epicureus,his carminibus vtrumque fateri videtur,dum ita cecinit: ----*libido*

Incitat,irritans loca turgida ſemine multo,
Idque petit corpus mens, vnde eſt ſaucia, amore.
Namque homines plerunque cadunt in vulnus,& illam
Emicat in partem ſanguis,vnde icimur ictu:
Et ſi cominus eſt,hoſtem ruber occupat humor.

Ac ſi diceret: perinde ac ſalax mentis libido affectat ſemen effundere in amicam,cuius amore irritata & ſauciata fuit mens: ſic quoque caro vulnerata,rubro ſanguine aſpergere hoſtem præſentē deſiderat. Sed quā mihi reddes rationē,de hæmorrhagia vxoris nobilis viri Bertholdi à Flerſcheym, de nobili Helmſtetterorū ſtēmate natæ? cui grauiter ægrotanti, quum in ſcapulis cutem, adhibitis cucurbitulis,inciderent ſcalpello,nemo ſanguinis fluxum vlla arte vel carmine ſiſtere potuit.altero die mortua, etiam cruentauit, donec ad ſepulchrum efferretur. An chirurgus ea fuerit vſus arte,quam quidā balneator in Monacho, ducum Bauariæ metropoli, noſſe fertur: qui cucurbitulis tantum ſanguinis, quantum voles, vel ad ſyncopim vſque elicit? at illius hæmorrhagiam quando libuerit,ſiſtere poteſt. Hunc vero aiunt ſuum ſcarificationis ſcalprum, puluere quodam quibuſdā ſpecieb.ſalis mixto, expolire,qui ſanguinē concreſcere non ſinit.nā & ideo in cancrænæ ſcarificatione,inciſiones aqua ſalſa calente,ne ſanguis ingroſſetur,irrigamus:quem ſi ſpongia recenti marina,aqua ſalis aut maris humectata, abſterſeris & fomentaueris, etiā liquidior fluet. At tu,mi Lēbergi,quæ vera ſit iſtorū hæmorrhagię ratio,vt

Corpus mulieris mortuæ cruentauit.

De admittenda ſcarificationis hęmorrhagia.

Scarificatio balneatoris Bauariæ.

Aqua ſalis & ſpongia hæmorrhagiam proritant.

Cancrænæ fomentatio.

Digitized by Google

Theoremata ingeniorum cos.

ingenium tuum exerceas, meditare: malo enim sane officio cotis fungi, quam temere quicquam effutire. Vale.

DE PRIMARIIS DOLORVM CAVSIS

Epistola XLI.

NATVRA ingenia multorum ita comparata esse video, vt malint videri quam esse docti: qui quum aliis eruditionis honorem, qui calcar virtutis est, inuideant, aliorum obtrectatione eruditionis famam aucupantur. quos nempe maleuolos priscorum vitilitigatores, vt laruas cum mortuis luctari, Plancus non illepide dixit. De quorum censu fuit olim Zoilus Homero mastix, qui editis aliquot libris Homerum, omnifariæ doctrinæ fontem, apud Ptolemæum Ægypti regem calumniatus est. Quid tibi Leontium, triobolare illud scortum, commemorem? quod Theophrastum, diuinæ sapientiæ & eloquentiæ virum, scriptis incessere non erubuit: vnde nata est adagij occasio, arborem suspendio eligendam potius, quàm tam indigna ferre opprobria. qualib. & Galenum, medicorum coryphæum, Auerrois & Auicenna traducere audent: nempe qui solum continuitatis diuortiũ, & non loci affecti intemperiem, primariam doloris causam statuisse ipsum insimulent. Deinde vicissim Auerrois in tertio suorum Collectaneorum libro, Auicennam redarguit, quod præcipuam doloris causam, vtrumque simul, esse censuerit: quum solam loci passi intemperiem, à qualitate contraria, vel repentino dissolutionis continui motu introductam, vni-

Plin in prol. lib. 1. Laruas cũ mortuis luctari, in vitilitigatores veterum adagium.

Cic. lib. 1. de nat. deor. Quintil. lib. 8. Plin. in Prolo. Arbor suspẽdio eligenda, in mulieres maledicas adagium.

Auicenna li. 1. fen. 2. tract. 2. ca. 19. & 6. Naturalid.

vnicam & primam esse doloris causam, idem Auerrois contendat. Sed vt hanc controuersiam exactius, quam Petrus de Appano conciliator, dirimere possis: primum quid sit dolor, deinde quę fuerit vera de causa doloris Galeni sententia, vt breuiter, ita quoque clare docebo. Est itaque dolor, tristis in sensu tactus affectio, à membri intemperie & continuitatis diuortio subito facta. Proinde Plato in Timæo inquit: Pathos præter naturam violenter & affatim incidens, dolorem excitat: dum vero ad naturalem habitum affatim & derepente redit, delectationem parit. quod enim sensim paulatimque fit, sensu non percipitur. Sed has repentinas & dolorificas corporis mutationes, ob duas incidere causas, nempe propter subitam temperamenti similariū alterationem, aut compaginis illorum dissolutionem, Socrates in Philebo Platonis testatur, dum inquit: Harmonia in animantibus soluta, vna naturæ solutionem, generationemque dolorum, in eo mutationis tempore, fieri consentaneum est. Rursus harmonia contemperata, & in sui naturam protinus restituta, voluptatem fieri dicendum erit. at corporis humani harmoniam, in primarum similarium qualitatum proportione, & illorum compaginis vnitate consistere, in confesso est. Ergo illorū intemperiem & diuortium esse doloris causas, inficiabitur nemo. Vnde & Hippocr. Platone vetustior: Quæ naturam (inquit) mutant ac corrumpunt, dolores excitant. Id vero faciunt disproportionata singulorum sensuum obiecta, quæ non tantum eorum qualitatibus sensuum organa alterant, sed etiam illorum vni-

Conciliator differentia 76.

Doloris definitio ex Platone.

De singulorum sensuum dolore, Plato in Tim. & Gal. lib. 4. de causis sympt.

tatem diuellunt & corrumpunt. adeo vt recte Aristoteles dixerit, Excellens sensibile, corrumpit sensum. nam plerosque terrifico tonitrui sono surdos fuisse factos constat. Ea quoque ratione Carthaginenses M. Regulum Romanum, prius in atra carceris caligine detentum: & ne conniuere posset, assutis vtrinque palpebris, obiectu coruscо solis splendori excæcarunt. Quis igitur æquo feret animo, Auicennæ & Auerrois calũnias, qui perfricta fronte asserere audent, Galenum solum continuitatis diuortium doloris causam statuisse: & disproportionata sensuum obiecta ac qualitates intemperaturarũ, non alio quã solutæ continuitatis nomine, excitare dolorem? id quod Galenus nunquam somniauerit, qui cum in omnibus suis voluminibus intemperaturam inæqualem esse quoque causam doloris, tum maxime in libello de ea conscripto docuit, dum ait: Neque enim absque alteratione sensus doloris est: neque vbi iam perfecta est alteratio, dolor existit. vt in his qui ethica aut elephantiasi exquisita, aut sphacelo correpti sunt, quorum iam totius corporis habitus, æquali intemperatura contabuit, vnde nec hic punctura acus, nec ille calorem febrilem, nisi stupide sentit. At quantum energiæ intemperaturarum qualitates ad inferendum dolorem habeant, exemplis quoque in libro de Locis affectis probat, dum manus hyberno frigore torpentes, igni derepente admotas, intolerabili circa radices vnguium dolore, ob subitam caloris cum frigore alterationem, affici tradit: qui solum vitrei flegmatis frigus, non minoris doloris tormina in visceribus excitare, suo peri-

De M. Atilio Regulo Gel. lib. 5. ca. 4. Oros. lib. 4. ca. 8.

Galeni à calumnia Auicennæ & Auerrois defensio.

Sensus in ethica & elephantiasi quare torpet. Galen. lib. 2. de locis affectis. Alexan. Aphr. li. 1. Problem. 42.

Gal. 12. Meth. hæc vberius.

Digitized by Google

periculo edoctus fuit. nam dum in eo ſpacio corporis, per quod vretheres à renibus ad veſicam protenduntur, veluti terebro inteſtina perforarentur, dolorem ſentiret, iniecto per clyſterem oleo rucaceo, magnam frigidiſſimæ pituitæ copiam, quam ob ſimilitudinem vitri liquidi Praxagoras humorem appellat vitreum, excreuiſſet, à dolore conualuit: hunc humorem vitreum, nõ ſua acrimonia, ſed ſolo intenſo frigore, colicum excitaſſe dolorem fatetur. Illud tamen paſſim Galenus teſtatur, dolores intemperaturarum eo magis exacerbari, quod cum illarum qualitates quędam rarefaciant, diuaricent, alia extendãt, aut infarciant doloris membra: quod continuitatis ſolutio, altera quoq; doloris cauſa, intemperaturæ accedat. & ob id Hippocratem omnes morbos eſſe vlcera affirmaſſe, dum in libro περὶ ἀγμῶν tradiderit, εἰ μή τις φήσει πάλαι νοσήματα ἕλκεα εἶναι. ἔχει γάρ πως καὶ οὗτος ὁ λόγος ὑπόκειται. Hic Galen. fidus Hippocratis interpres, ait: Quod enim continuitatis ſolutio ἕλκος, id eſt vlcus ſit, omnibus notum eſt, & quod valida facta per dyſcraſiam mutatio, continui diuortium quoque faciat, in libris de natura pharmacorum, & alibi ſatis demonſtratum eſſe. Ex his patet, non intemperaturam tantum, ſed continui quoq; ſolutionem eſſe primarias & vniuerſales (auctore Hippocrate, Platone & Galeno) doloris cauſas. qiubus quoque in vaſto ſuo canone Auicẽna ſuffragatur, quẽ Auerrois Hiſpanus in ſuo Colliget, his verbis perſtrinxit: Solutio, inquit, cõtinuitatis nõ eſt cauſa doloris, ſicut dicit Galenus: ſed eſt cauſa complexionis, quæ facit dolorem: nec ſunt ambæ duæ ſimul

Galenſ ex phlegmate vitreo colica. lib. 2. de locis affect.

Gal. lib. 3. Hippocr. de fracturis offium.

Auerroſ in Auicennam calũniz. lib. 3. Colliget, cap. 31.

doloris causa, sicut dicit errans Auicenna. At ob secro te Hispane, si quis acu aut venabulo te pungeret, aut crabro aculeo te figeret, nunquid in momento temporis eodem sentires dolorem, priusquam membrum læsum alteraretur, aut intumesceret? Atqui non enim spiritus & sanguis tam repente ad membrum defluet, nisi prius dolorem ob solutam continuitatem senserit: qui velut cucurbitula, humores ad locum affectum allicit. Quare vtrasque doloris causas, aliquando simul, & non raro alterna successione incidere, cum Galeno fatemur, qui in Microtechna ait: Dolores secundum quem incumbunt locum, aut continuitatis solutionem, aut alterationes subitas ostendunt. Soluitur enim continuitas, incisione, corrosione, fractura, & tensione. Alteratur vero substantia, caliditate, frigiditate, siccitate, & humiditate. Ex his facile cõiicere potes, Auicennam & Auerroim, forsan ob deprauatam Galeni in Arabicam linguam versionem, adde quoque & ipsum Mesue: non ob id semper veram Galeni sententiam assequi potuisse: quemadmodum nec nos illorum. Quare illorum in Galenum calumnias æquiori animo ferimus. Vale.

Gal. lib. 2. Microtec. & Drusianus ibidé, Commento 88.

De causa doloris, et apostemation ossium in morbo Gallico. Epistola XLII.

NVDIVS QVARTVS tabellarius Ducum Bauariæ tuas mihi obtulit literas, quibus significas, post Australem anni præteriti constitutionem

Digitized by Google

tionem, in qua tanta fuiſſet imbrium facta inundatio, vt plerique tempora Deucalionis diluuij reditura ſint veriti: morbum quoque Gallicum longe diſpari puſtularum ratione, & doloris ſæuitia, quam poſt Deiparæ virginis partum anno nonageſimo ſupra mille & quadringentos, inter aulæ veſtræ proceres incruduiſſe. Petis igitur, vt mutationis morbi, & tantæ dolorum tyrannidis, qui noctu plus quam interdiu ingraueſceret, cauſas tibi explicarem. Itaque præter officium veteris noſtræ neceſſitudinis fore arbitrarer, ſi veteri amico honeſta petenti quicquam denegarem. Quare tibi gratificaturus, cauſas & naturã morbi, ac eius ſymptomata ab ouo (vt aiunt) repetam. Eſt ſane huius Neapolitanæ luis morbus epidemialis, omnigenus, ex varia, humorumq; vtriuſque bilis putredine, vlceribus, ac præcipue ex lenta & marcida pituita, circa oſſa & lacertos ac panniculos, apoſtematibus coaceruatus, & tandẽ Veneris contagione ad pleraſque orbis nationes propagatus. Nempe dum anno à Chriſti natali prius commemorato, aer, alterum ſpiritus & cordis noſtri fomentum, ex morbiferis infortunatorum ſiderum, erraticorum præcipue configurationibus imbribus & tepido auſtri flatu maderet, non per anhelitum tantum, ſed per inſenſilem arteriarum per poros inſpirationem imbibitus, totam corporis humani compagem & humores ſuo humido tepore alterauit, corrupit, & putredini obnoxios reddidit. Ad id quoque acceſſit Veneris cum mulieribus hac lue vel elephãtiaſi infectis commercium, in quo cum ſpiritus &

Morbi Gallici definitio & cauſæ.

ſanguis,pudendorum affrictu,efferuerent, huius contagionis virus per verendorum venas,arterias,& neruos,velut animalium iobolorum venenum per anguſti orificii vulnera,ad epar, ſanguinis officinam, & cerebrum præcipuè irrepſit: & totam humorum corporis colluuiem in viſceribus,& extra,ſuæ contagionis virulentia conſpurcauit:quorum pars ſubtilior,& ſua putredinis acrimonia edacior primum per emiſſarium epatis ad inguina, mentum ac frontem diffuſa, reliquam quoque corporis ſuperficiem variis puſtularum & vlcerum generibus,nempe phlyctænis,pſydraciis, meliceridibus, achoris, herpetibus, ſerpiginibus, & id generis exanthematum, polluit. Nec etiam defuerunt anthraces, & in barba & capite ſycoſes, theriomata, vlcera phagedænica, telephia, & chironia, quæ ſane Chironis cẽtauri medici, & Achillis præceptoris, opem poſcebant: quæ cum mucoris viſcidi ſordibus plus quam ſanie maderent,male olebant fere omnia. His quoque non raro ſe intermiſcebant lichen & Græcorum lepra: & quum hac Hiſpanicæ luis contagione,præter epar, præcipue cerebrum, illorum qui cinnabaris ſuffitu aut hydrargyri vnguine curati fuerant, inficeretur:ab illo ad oſſa crurum & brachiorum & lacertos rheumate exedentia, præſertim ad faucium tonſillas, & gargareonem, & pulmonem deſtillabant. His aphthis & vlceribus purulentis arroſos pleroſque, tabe perire vidimus:plerique vero & naribus polypo & male olente ozæna exeſis,palatoque diſtillationum acrimonia exulcerato, potum per nares regerebant:& facie Satyris deformibus ſimilimi,

Capitis rheumata in morbo Gallico.

Pulmonis & fauciũ exulceratio & phthiſis ex rheumate cinnabari & hydrargyro.

Perſona aut facies Satyrorũ in morbo Gallico.

Digitized by Google

limi, miseram traducebant vitam, quam præstaf-
fet mehercule cum morte commutasse. At post-
quam Deo auspice (iusto quidem peccatorum no
strorum, sed benigno, vindice) hæc morbida side-
rum constellatio sæuire desiit, & talis annorum
australis constitutio humida, putredinum fomes,
exoleuit, tum modo sola huius tetri morbi semi-
naria sunt in corporibus nostris derelicta, tam fœ
da atrocis huius morbi vlcera rariora, & pauciores
pustulæ conspiciuntur: quibus in principio, cum
seminaria essent, & temporum constitutio suc-
culentior, tota corporis moles scatebat, & mate-
ria doloris in pustulas insumebatur, & ideo nec
tam sæuis doloribus ægrotos affligebat. At mo-
do constat, quod omnis sane contagio, quanto
plus à prima origine distat, tanto illius seminaria
ex adustione fieri sicciora, & illorum materiam &
fomitem magis tenaci viscositate lentescere. quo
fit, vt non adeo confertim morbi huius materia
ad ambitum corporis expellatur: sed ob grossiti-
em, qua iuncturas, vt in arthritide, penetrare non
potest, circa lacertos, illorum tendines, pericrani-
um, & ossium panniculos resideat: & illorum præ
cipue pãniculorũ quib. circumsepta & quasi in ca-
rcerata est: frigore ingrossata, in apostemata sche
rotica, aut steatomata, siue atheromata, & qua-
si in tophos coalescit: vnde circa ossa, & ex gypseo
lentæ pituitæ mucore, fungi tam tenaces inna-
scuntur, quos nouacula excisos vnguibus discer-
pere non potui. Hæc sane calloſa ossium apo-
stemata, recta nominis analogia quispiam tubera
appellabit. Nam vt tellus intra se tubera, Ge-
rania dicta, solo vndique circumsepta, nullis

Mutationis morbi Gallici causæ.

Seminaria contagionis.

Dolor Gallicus ab Arthritide differt.

Plin. li. 19. cap. 2. Plutarch. in Sympos.

fibris nixa, cortice denique tenui incluſa, in ſicci & ſabuloſis locis, dum autumnus tonitru & crebris madet imbribus, parit, quæ tandem vere edendo ſunt, vt Iuuenalis ait:

Iuuenalis Satyra quinta.

—Poſt hunc raduntur tubera, ſi ver
Tunc erit, & facient optata tonitrua cœnas.

Pluuias namque, coruſcante fulgetro, cœlo demiſſas, non frugum modo, ſed fungorum quoque & tuberum eſſe altrices, agricolæ prædicant. Sic in humida & tepida auſtralis anni conſtitutione, ex pituitoſo ſanguinis mucore intra lacertorum velamenta & oſſium panniculos, quemadmodum etiam in arboribus, & præcipue in oleis, ex earum pituita fungi ac noti Græcis μύγξοι, ἤ κρετῶναι dicti, adnaſci ſolent. Nam vt Hippocrates teſtatur, circa oſſa contuſa, fracta, aut quouis modo læſa, mucilaginoſa accreſcit pituita, qua (vt ipſe ait, τὸ τε ὀστέον νοσηλότερον γίνεται) os fit morboſius: quæ adeo tenax eſt, & viſcoſa, vt nec vllis malagmatis aut pharmacis maturari, aut vllis fomentationibus in halitum digeri poſſit. Hæc ſi ſub oſſis panniculo computruerit, & in oſſium poros penetrauerit, oſſa ſideratione aut ſphacelo: quæ illorum caries eſt, diuturna putreſcere, & non ferendo dolore ægrotos excruciari oportet: quæ nullis emplaſtris, niſi ſublata carne, oſſa putrida celte aut ſerra exciſa, aut illorum caries cauterio aduſta fuerit, curari poterunt. Vnde qui curam reſpuunt, gangræna vel herpete eſthiomeno tandem pereunt. Merito igitur quiſpiam ſciſcitari poſſet, quum Hippocrates, & poſt eum Plato in Timæo cenſuerint, tunc dolorem fieri, cum præter naturam corpus ſenſile,

Hippoc. lib. 3. de Artic.

Gal. lib. Hipp. de Artic. 3. hæc copioſius.

An oſſa doleant & apoſtament.

Doloris duæ cauſæ ex Platone.

file, ſubito & confertim alteratur, aut continuitas eius ſoluitur: at quum oſſa ſint ſenſus expertia, & tam ſolida, vt ferro vix findi poſſint: quî igitur fiat, vt hoc morbo laborantes, tanto, præcipue ad veſperam & noctu, dolore excruciati, lamententur, ac ſi quis oſſa adacto cuneo finderet, aut ad medullam vſque terebello perforaret. Fateor quidem, eos id conqueri: ſed pleroſque medicorum quoque ignorare, oſſa quantumuis ſolida quaſi phlegmone & apoſtemate quoq; corripi poſſe. Quicquid ſane nutritur, creſcit, augmẽtatur, aut influxus recipit, id quoque putreſcere, & apoſtemate aliquando turgere fatemur. At oſſa, & præcipue dentes, qui quotidiana eſculentorum maſticatione atteruntur, per omne ætatis tempus quoque nutriri & refici certum eſt. Proinde Auicenna, & Galenus ſuo periculo edoctus, dentes proprio dolore affici, apoſtemate quoque diſtendi aſſerunt, & Hippocrates, os ſacrum empyemate quoque computreſcere nouit: cuius putredine, & incredibili doloris tyrannide, duos ſpectatæ probitatis viros, N. Wurmhauſer in Neoburgo, & alterum Iohannem Caſtnerum, efflictim & diu emanceratos, tandem contabeſcere & mori hiſce oculis vidi. Sed oſſa quoque influxus recipere, & abſceſſibus turgere, Galenus Hippocratis teſtimonio fretus, his verbis in ſeptimo Aphoriſmorum commentario perbelle probat: Solers, inquit, natura, ſi robuſta fuerit, excernendis ſuperfluitatibus, etiamſi craſſæ fuerint, per anguſta foramina meatus parat, quando etiam per oſſa abſceſſus fieri Hippocrates docuerit.

Dentes ſentire & apoſtemari. Auicen. ſen. 2. primi doctr. 2. Sum. 2. cap. 18. & Gal. ſopioſus lib. 5. de medic. loc. affect. appropriatis.

Os ſacrum empyemate putreſcere: Gale. de introductione medic.

Oſſium ex defluxu apoſtematio. Galẽ libro 7. Aphor. 54. Auicenna 14. tertii tract 4. cap. 5.

Hi certe purulenti & acres rheumatum ichores, in ossium poris coaceruati, quemadmodum teredo vermis lignum exest, arrodit, & perforat: sic hi eorum acredine ossa corrodunt. vnde hic vitiati ossis morbus, Græcis τερηδὼν dicitur, ὃ ἐστιν ὀστοῦ κατάτρησις, ἀπὸ φθορᾶς τ' ὄνομα τοῦ πάθους, ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τε ἡμάτων, οἱονεί τις τερηδὼν οὖσα. id est, teredo est à corruptione putrida ossium perforatio, ab accidente rosionum quasi terebra vel trepanum dicta. Hanc vlcerosam ossium affectionem, siue mauis dicere putrilaginem, Auicenna *a* ventositatem spinæ appellat: cuius causam ait esse humores acutos, os penetrantes, & ipsum corrodentes, doloresque dolori iunctarum similes efficere: & hoc solo differre, quod huius materia in carne & neruis, illius vero in osse consistit. At si huius putrilaginis ichores, in ossium cauernis coaceruati, confertim intra ossium panniculos eruperint, vel etiam aliunde, vt à cerebro defluxerint, illorum viscositatis pars grossior intra ossium membranas in tubera & gypseos quasi tophos concresceret: altera vero subtilior sua acrimonia ossa & panniculos arrodet & distendet, quorum panniculorum ratione ossa dolere, ac veluti terebra perforari videtur. vnde scite Argines: Dolores inquit à membranis ossa circumdantibus, Græcis περίοστα dictis, dependentes, perinde affligere videntur, ac si in ossibus ipsis consisterent: quos Græci *a* ὀστεόκοπους, ob penitiorem in lacertis, tendinibus & paniculis, qui ossibus adhærent, doloris sensum dixerunt.

Quod vero noctu atrocius huius morbi dolores ostocopi ingraueſcunt, id ea ratione fieri arbitror,

Ossium teredo. Gal. in libello diffinit.

a De ventositate spinæ hæc Auicenna sen. quarti tractatus tertii capite nono.

In ossa ratione tendinum & membranularum, quibus vestiuntur, sentire videntur.

a De ostocopo hæc Galenus libro secundo de locis affectis, & libro tertio de salubribus.

Digitized by Google

bitror, quod pituita atra bili commixta, pra-
pua apoſtematum & ſeminariorum huius m[illegible]
fomes, ad veſperam ſole occiduo intra &[illegible]
lacertos & oſſa magis commouetur, & motu dio-
lorem exacerbat: deinde quod nocturnum frigus
oſſibus & neruis infeſtum doloris membra lacef-
ſit, nec illius materiam obſtructis poris per inſen-
ſibilem euaporationem in halitum digeri ſinit. Ad
hæc accedit, quod calor naturalis, verũ ſolis heli-
otropiũ, lumine ipſius excitus, mane & interdiu
vna cũ ſpiritibus, virtutis motiuæ vehiculis, ad ex
terna motus & diuturni laboris organa diſperſus,
ea ſuo tepore fouet, ac doloris materiam, quæ
lacertos, neruos, tendines, & oſſium membranu-
las vellicabat, & flatu vaporoſo diſtendebat, con-
coquit, & in vaporem diſſipat: noctu vero ad in-
terna præcordia, & cõcoctionis opera retractus,
membra calore deſtituta magis algent. itaque
dolores extremitatum frigore exacerbari, calo-
re vero & motu miteſcere, vel hoc maxime ap-
probat, quod qui his noctu affliguntur, vt dolor
miteſcat; deambulare, & doloris membra frica-
re, donec incaluerint, ſolent. Cæterum quũ nul-
lum ſit tam atrox, in hac Hiſpanica cõtagionis lue
puſtulatum, apoſtematum, phlegmonis & vlce-
rum genus, quod olim nõ fuiſſet: & Hippocrates
hæc eadẽ huius morbi ſymptomata, in ſimili au-
ſtrali temporum conſtitutione ſua ætate accidiſ-
ſe, in Epidemiis ſuis teſtetur: quis obſecro hunc
morbũ eſſe veterem, & rurſus noſtris temporib.
incuduiſſe denuo negabit? Nemo mehercule,
nemo. Nil quippe mirũ, quoſdam morbos vulga-
res, ſub certa ſiderum & tempeſtatũ conſtitutio-

Morbum Gallicum eſſe non nouum, ſed veterẽ morbum Hippoc. lib. 3. Epidemiarũ.

Lucret. idem docet. libro 6.

ne, in certis quoque regionibus graſſari: & tandem cum tempeſtas illa exoluerit, ac morbi ſeminaria contagionis deferbuerint, eoſdem morbos deſinere & latere: & poſt aliquot annorum interualla, redeunte ſimili annorum intemperie, repullulare: aut ſaltem per huius contagionis ſeminaria, ad exteras nationes propagari. Sic horrenda illa pluſquam ſcabies elephantiaſis, olim peculiare Ægypti malum: ob quod Iudæos ſuillæ carnis eſu ſibi temperaſſe, ac Ægyptum exceſſiſſe †Iuſtinus aſſerit: ante Pōpeii Magni tēpora morbus Italiæ incognitus, ſed celeriter reſtinctus: cuius ſeminaria paſſim in terrarum orbe repullulare videmus. Nunquid & carbunculus primum Narbonenſis prouinciæ incolas aduſſit? qui tandem L. Paulo & Q. Martio cenſoribus Italiam irrepſit. Sic lichen popularis Aſiæ morbus, quia mentum occupabat, Mentagra latine dictus, qui totū vultū, illæſis tamē oculis, collū, pectus, manuſque fœdo impetiginis furfure & tabo infecerat, primum ſub Tib. Claudii principatu Italiam inuaſit: cuius tetra contagii ſeminaria Petruſius eques Ro. ex Aſia Romam attulerat. Nunquid febris illa ſudorulenta Anglis vernacula, proximis annis coloniam ſuam in ciſmarinas & tranſrenanas regiones duxit? quæ poſt bienniū fœuire deſiit: quā, faxit Deus ne noſtri nepotes reducem videant. Tanta namque, & toties explorata eſt ortus & occaſus morborum viciſſitudo. En dum hæc meditaremur, morbum expaueſcendæ turpitudinis in Dania & Noruegia, ac Lituania, & aliis locis maritimis ex confinio, arcturo ſubiectis, quem vulgus Scherbock appellat, graſſari accepimus

Plin. libr. 26. cap. 1. Lucret. libro 6.

Libro 1 pen. ult. Oroſ. lib. 1. ca. 8. Tacit. 11.

Sudor Anglicus.

Occaſus & ortus, morborum viciſſitudo.

Morbum Daniæ *Scherbock* nō eſſe in Germania nouum.

Digitized by Google

pimus: cuius peſtifera lue dentes exciderent, gargareon & fauces virulentis vlceribus tabeſcerét. Hic illis ſeptentrionalem plagam incolentibus nouus videtur morbus, quem Plinius olim ſub Cæſare Germanico in Germania ſæuiiſſe, his verbis teſtatur. In Germania, inquit, trans Rhenum caſtris à Germanico Cæſ. promotis, maritimo tractu, fons aquæ dulcis ſolus erat, qua pota, dentes intra biennium deciderét, compageſque genuum ſoluerentur. Medici hoc σκελοπύρβλιν, id eſt, crurum eneruationem, illud vero σομακάκλιν, quod hoc malum in ore conſiſteret, denteſque labefactaret, appellarunt. Huic malo in ſubſidium reperta eſt herba Britannica dicta, non neruis modo, ſed oris quoque vlceribus ſalutaris, & contra anginas & ſerpentes efficax, quam Friſii, prope quos caſtra erant Romanis, monſtrarunt: & Britannicam dixerunt, quoniam in Oceani Britanniæ confinio erant. Nec tum hæc duo mala in Germania primum viſa, ſed Strabo quoque ante in Arabia ex eſu illius regionis fructuum, exercitum Gallorum infeſtaſſe ſcribit. Hęc de natura & ſymptomatibus morbi Gallici ad te referre volui: in quo nihil, præter nomen noui reperies. Vale.

Plin. lib. 25. cap. 3.

Stomacacia quid.

HYDRARGYRI VIRVLENTIA DENTES vacillare, oſſa putreſcere, ſtrumas naſci, cerebrum & epar & nervos debilitari, apoplexiam aut paralyſim quoque ſolo eius vapore excitari Epiſt. XLIII.

QVÆRIS, mi Michael, omnibus meis Me-

cœnatibus, ex metallorum ſcaptenſulis locupletatis, liberalior, quidnam cauſæ ſubſit, quod argenti viui illitu, vel ſolo vapore, aut ex cinnabaris, eius ſobolis, ſuffitu, dentes, alioqui ignib. inuicti, qui nec in rogo cum reliquis mortuorum oſſibus concrementur, ita vacillent & marceſcãt: & his qui quaſdam aquas ex alpib. ſcaturiẽtes potarunt, excidant: tumorque ex gutture & collo pendulus, Græcis βρογχοκήλη dictus innaſcatur. & cur denique metallorum foſſores in ſcaptenſulis vapore minerali afflati, extinctis lucernis concidant, & moriantur: & aurifabrorum, dum pocula argentea inaurant, quos hydrargyri vapor corripuerit, colla manuſq; tremant, crura vacillent, & ſcelotyrbo laborent. Crediderim certe, quandoquidem inter metallicos illos auaritiæ cuniculos, qui montes cruunt, & ſcrobibus ad Plutonis fere tartara effoſſis, & in terræ deorum hominumque matris viſcera ſæuiunt, ita crebro verſaris: ab his te metallorum naturas, & ineffabiles hydrargyri vires dudum exploraſſe. At quia illi potius metalla quam illorum naturas ſcrutantur, facile adducor, vt credam, eos harum eſſe imperitos. Verum quum nuper mihi aliquot argenti & auri obryzi fruſtula, ex tua argenti fodina eruta, dono miſeris, ne ingratus videar, ſi hæc ſplendida munera tantillo labore compenſare potero, libẽs faciam. Primum igitur ſcias, dentes mandibulæ cauernis, ac genarum oſſi, velut clauos infixos: illorum radices neruo ſubſtraro, & agnata gingiua arctiſſime conſtrictas, ob varias quidem cauſas labaſcere. Primum quidem ex atrophia: quippe quum quotidiana ciborum maſticatione atterã-

Plin. lib. 7. cap. 16.

Plin. lib. 2. cap. 65.

Ob quas cauſas dẽtes vacillent.

De dentiũ nutritione & reparatione Ariſt. hæc li.

tur,

Digitized by Google

tur, operæpretium erit eos quoque quotidiana alimonia refici. Niſi enim (inquit Ariſtoteles) dentes per omne ætatis tempus nutrirentur & accreſcerent, breui tempore attritu conſumerentur. Obidque Galenus etiam inquit: ἔστιν δ' αὖ ξαινται, πόνον ἐκ τῆς σιτίων λειώσει τελουμένων. Quod ſi ingraueſcente ſenio, aut ob quamuis venarum obſtructionem, alimentum illis defuerit, illorum ſubſtantiam & in oſſibus malarum & mandibulæ ergaſtula, quæ Græci φάτνια appellant, marceſcere, & radices dentium extenuari neceſſe eſt. vnde Celſus dētes nonnunquā moueri ait, modo propter radicum imbecillitatem, modo propter gingiuarum areſcentium vitium. Hic vero agyrtarum & empiricorum inſcientiam deprehendes, flagris dignam, qui hunc ex atrophia dentiū maleſinum, aluminis decocto curare ſatagūt, quod ſane dētes gingiuaſque ſiccat & depaſcit: quum huic malo nullum eſſe remedium Gal. aperte doceat. Vacillant quoq; dentes, quum ex defluxu catarrhali, aut quouis pituitæ affluxu, neruus radicib. dentium implicitus gingiuæ ac reliqua dentium retinacula relaxentur. At genuina eſt hydrargyri proprietas, pituitā ab vlceribus & membris extremis arcere & ad caput, faucium adenes, pariſthmia, & per oris poros & gingiuas expurgare. Quid igitur obſtare poterit, quin corporibus vnguine ex hydrargyro illitis, aut quouis modo eius virulentia infectis, tanta marceſcentis pituitæ copia ad dentes affluat, qua illorum vincula & compages relaxentur, dentes quoque liueſcant, fauceſq; exulcerentur? Eſt ſane hydrargyrum epati, cerebro, neruis, oſſibus, dentibuſque non tantum ſuo frigore, ſed à tota ſubſtantiæ eius forma ſpecifica, adeo no-

1. de gener. animaliū, cap. 4. Galen. lib. 5. de medica. loco ad dictis.

Lib. 7. cap. 12.

xium :epatis vero temperaturam adeo vitiat, vt ſi qua corpora paulo imbecillioris cõſtitutionis eo inuncta fuerint, ea tandem hydrope turgere videamus. Sic quoque cerebrum eius virulentia infectum, grauiſſimis morbis, vertigini, apoplexię, & ſoporifero catocho ſit obnoxiũ: à quo tandem catarrhi edaces per fauces & arteriã aſperã in pulmonem deſtillantes, exeſis tonſillis & gargareone, eum pituita putrida infarciunt: vnde miſeros purulenta tabe marceſcere, aut aſthmate ſuffocari oportet. Oſsibus vero adeo eſt infeſtum, vt eo inũctos, noctu tamen pluſquam interdiu, intolerabili oſtocopo, aut oſsium teredine excruciari, inueteraſcẽte morbo, experiamur: ſub quib. ferro exciſis, ipſe guttulas argenti viui tremulas non ſemel reperi. Sed quid ego tibi tanta, de eius ſubſtantia, mala commemoro? cum viroſus illius vapor, æq; ac cinnabaris, eiꝰ prolis, ſuffitus, qui vtpeſtilẽs virꝰ derepẽte ſeſe internis inſinuat viſcerib. ea ſit multo nocentior. Dic amabo, nunquid crebro vidiſti aurifabros, ærea aut argentea vaſa hydrargyri illitu inaurantes, hauſto, vel tantum vapore illius afflatos, ſubito reſolutos, aut attonitos, in terram cadere: quoſdam & aſthmate anhelos, aut paralyticos, collo, manibus, pedibuſque tremulis vacillantes, miſeram traducere vitam? Hæc eadem & plura alia mala foſsoribus metallorum, quorum ſulphur & argentum viuum ſunt principia, ex virulento mineralium vapore, in ſcaptenſulis intra venas delitescente, crebro accidere, Lucretius quoque poeta vetus his vetuſtæ dictionis verſiculis teſtatur:

Lucret. li. 6.

Nonne vides etiam, terra quoque ſulphur in ipſa

Gignier?

Digitized by Google

Gignier? & tetro concreſcere odore bitumen?
Denique vbi argenti venas auriq; ſequuntur,
Terrai penitus ſcrutantes abdita ferro,
Quales expiret ſcaptenſula ſubter odores?
Quidve mali ſit, vt exhalent aurata metalla?
Quas hominum reddant facies? qualeſq; colores?
Nonne vides, audisve, perire in tempore parvo
Quam ſoleant, ac quam vitai copia deſit?

Hæc peſtilens in argenti fodinis aura vulgo *Schvvaden* appellatur.

Probe igitur Plin. monet, pernicioſum hunc & letalem in metallicis flatum, ex argenti viui ac minii, mineralium exhalatione præcipue coacer-uatum, omni ſolertia euitandum. Quare non temere, qui minium effodiebant, vel ex eo hydrargyrum, & huic addito ſulfure cinnabarim decoquebant, ne exitialem hunc vaporem aut puluerem inſpirarent, laxis veſicis faciem obligabant. Nec eſt quę mireris, peculiares hydrargyro ineſſe vires, quibus præcipuè cerebrum ac dentes oblę-dat. Natiua namq;, & congenita pharmacis quibuſdã, inſitaq; facultas eſt, qua certa mẽbra, velut ipſis dicata, lædant, aut iuuẽt. Sic eupatorium epati affecto, myrobalanos & aſplenium lieni, betonicam & ſaxifragam renibus mederi experimur. At leporem marinum, Indici æquoris animalculum, ſolum pulmonem: & cantharides ſolam veſicam, cæteris interaneis illæſis, exulcerate videmus. Et perinde ac rhabarbaricum choleram ab epate, agaricus pituitam à pulmone, congenita proprietate, per inferna alui viſcera expurgat: ſic pariter hydrargyrum inunctum externe, à membris & vlceribus pituitoſos ichores ad collũ, fauces, adenes ſaliuales, ac dentes & gingiuas regerit, perque illorum poros ſuperne expurgat,

Dioſcor. li. 2. & 6. Auic. ſexta quarti tract. 2. cap. 4.

Noxius mulieribus ex hydrargyro fumus.

& ad dentes ac pulmonem protrudit. Vnde aliptę Hiſpanorum & Italorum, ex hydrargyro, ceruſa & minio vna maceratis, fucum præparant: qua cũ mulieres earum genas quacunque inunxerint, his dentes breui marceſcunt, anhelitus male olet, fronteque corrugata, oculi caligant, & ſeneſcentes aſthmate pereunt. Nil igitur mirum, quorundam fontium hauſtu, qui ex metallorum montibus ſcaturiunt, dentes excidere: quippe teſte Vitruuio, ex his montibus, in quibus argentũ, aurum, & horum parens hydrargyrum latet, vberrimi ſcaturiunt fontes & herboſo ceſpite virent. Nam qui ſolerti induſtria horum venas ſcrutantur, mane menſis Maii ſereno nebulas in vertice montium emergentes, ac inſtar lanæ vel cotti goſſypii, ſupra ceſpitem pendulas velut fontium ac metallorum indices, dedita opera obſeruant, ibique argenti viui venas ſubeſſe coniiciunt, quãdoquidem aquarum ſcaturigines per metallorũ venas, ac præcipue in alpibus erumpunt. Has viroſa metallorum qualitate dentibus noxia, imbui, credere par eſt. Vnde Plinius ſcribit, in Germania trans Rhenum caſtris à Cæſare Germanico promotis, maritimo tractu fontem fuiſſe, cuius potatoribus dentes intra biennium decíderent, compagesque in genibus ſoluerentur. Et Vitruuius: Suſis, inquit, quæ erat Perſarũ metropolis, fonticulus erat, ex quo qui bibebant, dentes amittebant. Diximus paulo ante, hydrargyrum non modo pituitam ab infernis partibus ad colli glandulas & caput regerere: ſed etiam congeſtam in capite, ad partes capiti ſubiectas, ceruicem, guttur præcipitare. Hinc, qui has hydrar-

Vitr. lib. 8. cap. 3.

Plin lib. 2. 5. cap. 3.

Vitr. lib. 8. cap. 5.

Digitized by Google

drargyro medicatas bibunt aquas, iis chœradibus & brochocele, tumore à gutture ad pectoris furculam fere pendulo, collum turget. obidq; Victruuius erudite mehercule, ex membratura & & habitu corporis incolatum pulchro vel deformi, naturas aquarum illius regionis explorare præcipit. Vnde in Senensi comitatu, ad Lucam, celebrem Italiæ ciuitatem, vitio aquarum incolis in collo scyrrhos, scrophulas, & strumas nasci tradunt. Et Victruuius auctor est, Equicolis, olim bellicosis Italiæ, de natione Medullorum prope alpes, populis guttura bronchocelis turgere. Nil certe mirum, quū Alpes metallorū venis, per quas aquarum scaturigines emanant, abundēt: earum accolas gutturosos fieri, præcipue Noricos, vltra Saltzburgium, Oenospontem, & Curiam Rhœtiæ oppidum, ac eos qui Styriam & Carinthiam incolunt, quondam Carni & Tauriſci à Tauro monte appellati: quorum montes etiam nostro æuo ferri, auri, argenti quoque mineris, & olim quoque fuisse locupletes, Æneas Syluius tradit. Nec id tantum illic natis incolis vernaculū est vitium, sed etiā aduenis: qui si collo etiā anserino graciliore aduenerint, & aliquot annos de his fontibus potauerint, guttura eos, veluti taurorū colla, quibus pallearia dependent, referre videbis. Et quod omnem superat admirationem, nec hoc corporis vitium tātum homines, sed ligna etiam siue virgulta in fontes quosdam proiecta afficit: quibus, viribus aquarum, intortis, tubera velut in oleis arboribus, adnascuntur. Cæterum id tumoris genus quondam in collo tantum concreuerat. At nostro æuo Florentinæ mulieri, cui

Vitr. li. 8. c. 4.

Plin. lib. 3. c. 20. Noricos, Carnos, & Rhætos, contermi-nos alpū accolas tradit esse.

Incredibile aurifabri & Florentinæ mulieris strumæ pondus.

nomen erat Oline, ſtruma pondo ſexaginta librarum, coxæ innaſcebatur: cuius pondus quum progreſſum defatigaret, mulier totum quinquennium in lecto decumbens, tandem induſtria Antonii Beneuenii medici, arctiſſimis ligaturis, & ferro candenti, curata fuit. Struma quoq, haud multo minoris ponderis Ambergæ, ſuperioris Palatinatus metropoli, circa genu Michaelis aurifabri (qui cum auro argenteam ſupellectilem obduceret, non ſemel hydrargyri vapore fuerat læſus) concreuerat: ſed is mortem ſubire potius, quam cum cauteriis & ſectione curam ferre, maluit. Poſtremo illud quoque, tanquam parergon, in Epiſtolæ huius colophone addere libuit: bronchocelem, id eſt gutturis herniam, longe diuerſum à ſtruma fuiſſe veteribus tumoris genus. eſt namque Cornelio Celſo ſtruma, tumor, in quo ſubter concreta quædam ex pure & ſanguine, quaſi glandulæ oriuntur, quæ præcipue medicos fatigare ſolent: quoniam & febres mouent, nec vnquam facile matureſcunt, ſiue ferro, ſiue medicamentis curentur. nam plerunque circa cicatrices ipſas iterum reſurgunt. Naſcuntur maxime in ceruice, ſed etiam in alis, inguinibus, & in lateribus.

Struma quid, Cor. Celſus lib. 5. c. 28.

In mammis quoque fœminarũ ſe reperiſſe, chirurgus Meges auctor eſt. Has Græci à χοιροδόντων, petris è mari prominentibus, & porcis natantibus. dum capite eminent, ſimilibus, aut ἀπὸ τῶν χοίρων, id eſt ſcrophis & porcis, qui hoc malo circa adenes colli frequenter affliguntur, Chœrades: Latini vero ab eodem animali multipari, Scrophulas, dicunt. At bronchocele, pendulus circa guttur tumor,

Quid bronchocele, Cor. Celſus lib. 7. cap. 12.

Digitized by Google

tumor, à bocii ventroſi poculi ſimilitudine, bocium appellatus, inter cutem & aſperam arteriã, auctore Celſo, increſcit: in quo modo caro pituitoſa, modo humor aliquis melli, adipi, aut pulti ſimilis membranula includitur: interdum etiam pili minutulis oſſibus mixti reperiuntur. At quũ præſtet viuere moribus præteritis, ac vti verbis præſentibus, conſuetudoque dicendi magiſtra ita inoleuerit, bronchocelen & chœrades, ſtrumas quoq; appellari, parum refert: modo de ſubſtantia rei nobis bene conſtiterit. Vale.

De Plvmbeis Aqvæductvs canalibus, & aquæ ſalubris indiciis. Epiſtola XLIIII.

Lætor ex animo, commilito fidiſſime, quo-uis Achate mihi charior: principem tuum, de quo vniuerſa Chriſtianorum reſpublica ſpem maximam concepit, non deſidia & compotationibus vires corporis eneruare: ſed opportunis, pro temporis ac negotiorum ratione venationis & aucupii exercitiis & oblectamentis: animum, corporiſque robur reficere. id quod erat olim peculiare Perſarum regibus inſtitutum. Accepi namque à tabellario tuo, Principem tuum, omni virtutis ſplendore illuſtrem, generoſis aulæ ſuæ proceribus concomitatum, ſub hoc Caniculæ æſtu, mane ſereno intra montes, qui ſtadiis vix tribus à caſtro ſuo diſtant, in valle quadam, arboribus variis, riuulis piſculentis, concentuque auium amœna, deambulare ſolitum: in qua alios turturum ſcrutari nidos, alios ſciuros de arbore,

in arborem desultorios iaculari, hos mira canum sagacitate lepores circa vineta inuestigare: alios infixis hamo lumbricis piscículos inescare defessos tandem, suoque defunctos officio, non adeo procul à Principe sub vmbrosa quercu considere: & tandem singulos suam venationis prædam, vt milites bellorum imperatori spolia, principi offerre: quarum partem archimagirus cocum opipare præparare iubet, alteram vero in penu frigidum & siccum refert. Et quod reliqua oblectamenta longe superat, aiebat, circa hanc quercum, non ex loco palustri, musco & iuncis obsito, sed ex petra versus orientem, fonticulum leni susurro vbertim scaturire: cuius aqua limpida, pondere leuis, & omnis qualitatis gustu vel olfactu perceptibilis, expers, adeo defecata, vt in versicoloribus lapillis, per quos ebulliret, nihil limi relinqueret: & quæ hasta, nec circa præcordia moraretur, nec ea inflaret. Affuisse quoque tum cocum dicebat, qui situlam ex ære Corinthio conflatam, ea aqua plenam in culinam detulerit, eamque celeriter calefactam, ocyus ob tenuitatem deferbuisse, & legumina quæque, præcipuè pisa, citius (vt aiunt) asparagis decoxisse, nullamque in vasis ærei fundo vel maculâ vel limum apparuisse. & cum singula salutaris aquæ indicia in ea apparerent, tum principem, solertem in rebus naturalibus causarum exploratorem, accersitis suis architectis seuere edixisse, vt hanc per elices ac euripos, quos Græci σωλῆνας appellant, ex salubri materia præparatos, & firmiter sibiipsis in sertos, in culinam deriuarent. Tum aiebat tabellarius, ingentem inter architectos fuisse obortam con-

Salubris aquę indicia hæc Galen. lib. 1. de Salubribus lib. 5. Aphorism. 26. & 3. reg. acut. Auicen. fen. 2 primi doctri. 2. cap. 16. & 17.

Hæc de aquæ bonitate experimenta ponit Vitr. lib. 8. cap. 5. in principio.

contentionem alios, canales ex ære aut plumbo conflatos: alios, ex piri arboris trunco, torno excauatos; plures vero, fictiles tubulos à plaſte bene vitreatos, prætuliſſe. Addebat poſtremo, me hac in re clementiam & beneuolentiam tanti principis maxime demereri poſſe, ſi meam ſententiam illi explicarem: quam ob id te non celabo. Cõſtat ſane, ſulphur & hydrargyrum eſſe primogenia metallorum omnium principia: quare ſingula eorũ virus pro gradu perfectionis reſipiunt. aurũ namque calore naturali exactius concoctum, & à ſulphure depuratum, magna tamen eius cum hydrargyro ſympathia in deaurandis poculis videtur. Proinde Albertus: Verum eſt, inquit, de omni metallo, quod propter ſulphuream ſubſtantiam, aliquid habeat acuitatis: quamuis ſapor in plumbo & ſtanno id minime indicat. probatur tamen per illud, quod aqua quæ diu currit vel ſtat in fiſtulis plumbeis, aut ſtanneis, efficitur inteſtinorum ſiue viſcerum excoriatiua. vnde Galenus lib. de Medic. general. ſeptimo, Τὸ ὕδωρ διὰ τῶν μολυβδίνων σωλήνων ἐχπυόμενον, φευκτέον. ἰλύματα γάρ τινα τοῦ μολύβδου κατ' αὐτὸ πεφύκασι. διὸ καὶ οἱ πίνοντες ὑποστόμωσιν τοῦ πιστοῦ ὕδατος δυσεντερικοὶ γίνονται. id eſt: Aqua quæ per plumbeas ſolenas deducitur, fugienda. ſordes namque & limus plumbi, his adhærent. ob id qui illius ſubſiſtentiam bibunt, dyſenterici fiunt. Vnde Vitruuius ait: Aqua per blũbũ ducta, ideo videtur eſſe vitioſa, quod ex ceruſa fit & naſcitur. Ceruſa namque, Græcis ψιμύθιον dicta, auctore Nicãdro, pota, ac dentibus & gingiuis, quas albo colore inficit, impacta, linguam & pariſthmia aſpredine exulcerat, tuſſim ſiccam & ſingultum commouet, & ex ventriculo nauſeabundo perni-

Albert. li. 3. de Metallis, tract. 2. cap. 4.

Gal. lib. 7. de Medic. loco affecto appropriatis.

Vitru. hæc in fine lib. 8 Pallad. lib. 9. c. 11.

De ceruſa hæc Nicander in Alexiph. Dioſcor. lib. 6. c. 28. Aet. li. 13. cap. 77. Raſis ad Almanſi. 8. cap. 43.

Digitized by Google

cioſum halitum eructat, ea caligine oculos ſuffundit, corpus veterno algere, membraq; & crura torpere ac vacillare cogit: & quum ſoboles parentis referat vitia, & plumbum ceruſam, dum aceto infunditur, euaporet, aut cum ſulphure decoquitur, parturiat; quis plumbum eadem ceruſæ virulentia participare negabit? cuius ſolo viroſo vapore, dum funditur, artifices plumbarios pallere, artus & ſanguinem exuri, Vitruuius aſſerit. Proinde Plin. Dum plumbum, inquit, coquitur, munienda ſunt ſpiritus foramina. alioquin plumbi è fornacibus halitus noxius ſentitur, & peſtilens, ac canibus ociſſime. Quare tam præclaris teſtimoniis & ratione fretus, fiſtulas aut ſiphones ex plumbo, ad aquæductus nō probo: ſed fictiles tubos, à plaſte diligenter vitreatos, ne aquarum limus illis adhæreat, longe præfero. At ii ſi defuerint, aut ſuperingeſtam terræ molem ferre non potuerint, tum præcipue, ſi ſub terra defodiendi erunt, canales ex pini arboris trunco torno oblongo excauatos, ob inſitam illis reſinam, qua ipſorum & aquarum putrefactioni reſiſtunt, non improbarem. Hæc vt ad principem tuum diligenter referas, obſecro: cui omnem meam operam animumque ſpondeo.

Plin. lib. 34. cap. 17.

Vale.

De ventriculi in nephritide *anatropa, & crurum ſtupore.* Epiſt. XLV.

AEstate præterita, dū Sirius flagraret æſtu, ac Cæſar Carolus, eius appellationis quintus, viſurus comitia Auguſtæ imperij proceribus indicta, Spiram appuliſſet, ac illuſtrem principem Fridericū, Comitem Palatinum, ſacri Rom. Im-

perij

perii electorem, variis conflictari morbis intellexisset: tandemque sacrę Cęsareæ maiestatis iussu, de tanti Principis morbis consulturi, in templo Deiparæ virginis conuenissemus: benigne rogabas, ob quamnam colligantiam ventriculus renibus, calculo, arena, phlegmate viscoso, aut sanguine grosso obstructis, tanta ἀνατροπῆ, id est subuersione stomachi compateretur, vt omnem fastidiret cibum, & ingestum eructaret. Deinde, qua nam lege consortii, in omni diuturna nephritide pes aut crus reni affecto κατὰ ἴξιν, id est è directo subiectum, stupore torperet Verum in hoc de variis morbis colloquio, tantam esse tuam in re medica eruditionem singulari experientiæ, sed non citra rationem & prudens iudicium, coniunctam, cognoui, vt hæc te latere suspicari non possim. Sed cum præclara doctorum hominum ingenia, pleraque ita comparata esse videam, vt quę ipsi probe nouerint, aliorum suffragio approbari velint: & quum has renum cum ventriculo & cruribus colligantias & sympathias, vulgo medicorũ ignotas animaduertã, vt illorũ studio subueniam, paucis explicabo. Primum operæprecium est scire, ventriculum duabus tunicis vario fibrarum plexu contextis constare: ac tertia, omnibus à peritoneo, interiori epigastrii mẽbrana natis, crassiore, & ab eodem in confinio diaphragmatis, qua id stomachus penetrat, prognata, veluti operculo, ab elatiori ventriculi ostiolo, ad piloron vsque vestiri, in quam omnes à vena portæ, & à magna arteria, ventriculi venæ & arteriæ, ac à sexto neruorum cerebripare, nerui eius primum propagantur: quibus ventriculus fouetur & in-

Stomachi anatropa, Gal. de Comp. medic. locis affect. appli. 8.

De tribus ventriculi tunicis Gal. lib. 5. de Vtil. par.

Tertia ventriculi tunica à peritoneo orta.

calescit. Deinde vero renes serosum ac bilioſum ſanguinis humorem, lotium per venæ chilis ramos illis inſertos emulgentes, quem colatum per οὐρητῆρας, neruoſas vrinæ elices illis agnatas, in veſicam præcipitant vltra ilia proxime ſubiecore & liene, alter altero tamen paulo altius, infra ſeptum tranſuerſum vertebris ſpinæ accumbentes, duabus quoque velari tunicis, quarum interna tenuis, illis cognata, nullis venis, nulla denique pinguedine obſita, ſexti paris neruorum ramulis, ſub coſtarum radicibus enaſcentibus intexitur. Externa vero tunica multis venis & arteriis inſtar omenti referta, à peritoneo, qua infernam diaphragmatis circa extremas coſtas partem ambit, nata, veluti pingui inuolucro renes circunuallat: vnde non inepte renum faſcia vulgo dicitur. Accipis ne modo, excellens mi domine doctor, ventriculum ob mutuam per peritoneũ colligantiam, renum affectibus compati oportere? Vtrunque enim viſcus, panniculis ab eadem fere peritonei parte productis veſtitur, qui ab eodem ſexto pari neruorum ramulis implicantur. Quare renibus aut horum vretheris, his neruoſioribus, arena, calculis, aut quouis lento aut groſſo humore infarctis, neceſſe eſt humorum alluuione panniculos renum diſtendi: quo dolore non ferẽdo, quo & ventriculum velut in coli cruciatu vellicari, ac ad vomitum prouocari, Hippocrates & Galenus in Epidemiis, his verbis teſtantur: ἡ δι᾽ ὑπερβολὴν τῶν ἄνω χωρίων ἔκκρισις ἢ γίνεται κοινόν τι σύμπτωμα τοῖς κώλου παχέσι καὶ νεφροῖς. καὶ γὰρ οἱ καὶ σωματικῶς οἱ νεφροὶ τῷ κώλῳ, καὶ τὸ κῶλον τοῖς νεφροῖς τοῖς σωματικῶς τούτοις αὐτὸ τῷ ἀφεστῶτι. id eſt, Per vẽtrẽ ſuperiorẽ excretio aut vomi-

De duabus renũ tunicis.

Externa renum tunica à peritoneo orta.

Renum & ventriculi colligantia.

Gal. commentatio 1 in ſextũ Hippocr. Epid. librum.

Digitized by Google

vomitus, commune colicis ac nephriticis ſymptoma. nam renes colo inteſtino, & colon renibus continue, mediante peritonæo, adaptantur. Cur autem nephriticis pedes aut crura ac coxæ narcotico dolore torpeãt, (νάρκη τῶν μηρῶν κατ' ἴξιν, inquit Hippocrates) in promptu cauſa eſt. id enim fieri Gal. tradit, ob magna venæ chylis deſcendentis, ac arteriæ magnæ vaſa, ſpinæ dorſi ſubſtrata: à quibus inſignes rami primum in renes ac lumbos, tandem in coxas & crura multifariam diuaricantur: quorum repletione, quæ obſtructis renibus vretheris, venis emulgentibus accidit, neruos & muſculos, ſpirituum ſenſitiuorum meatus quoqué obſtrui, vel ſaltem coarctari neceſſe eſt. Atqui, cum renum dolores, podagricis longe atrociores, ex ſanguine groſſo in venis renumque panniculis coaceruato, cum phlegmone & vrinæ difficultate crebro coincidant, ad detergẽdas illorum oppilationes, ac exhauriendas vaſorum repletiones, ſectionem venarum poplitis, aut iuxta talos, multis nominibus vtilé Hippocr. cenſuit: excremẽtorum quoq; cibi euacuationẽ dolores renum compeſcere, & calculos ad exitum promouere, docuit. Proinde nõ ſatis admirari poſſum quoſdam noſtri ſeculi medicos in curãda renum obſtructione ennematum vſum dãnare. Sed de his oblata occaſione vberius agemus. Modo vero viciſſim te, ob tuum erga me amorem, obteſtor, vt quæ ſit veſicæ cum ventriculo colligantia, mihi declares. Nam aliquam eſſe non dubito, cum Cor. Celſus, medicorum alter Cicero, orto in veſica cancro ſæpe afficiſtomachum, cui cum veſica quoddam conſortium ſit,

Quare ſtupor pedes & crura nephriticorum infeſtet: Aetius lib. 2. cap. 4. & Montegnana cõſilio 182. Conſtant. Viatici li. 5. cap. 12. Renum cum coxis & crurib. colligãtia. Gal. in 6. Epidem. Hippoc. libel.

Hipp. 6. Epid. & Apho. l. 6. ac 7. Aphor. 48.

Clyſteria in calculo competere.

De veſicæ cum ſtomacho colligantia, hæc Corn. Celſus lib. 7. cap. 27.

Vesicæ tunicas á periton. nasci Galen. quoque lib. 5. de Vsu it. part. fatetur.

scripserit: ex quo fieri, vt neque retineatur cibus, neque si qui retentus est concoquatur, neq; corpus alatur, ideoq; nec vulnus purgari aut ali posse: quæ necessario mortem maturare ait. Sit sane iste qualiscunq; stomachi cum vesica consensus, maius tamen & arctius illi cum renib. affectis esse consortium experimur: quippe vesica lithiasi laborante, nec stomachus adeo subuertitur, & cibum nauseat, ac cum calculus in sinu renum, qui sensum obtusum habent, delitescit. Sic affectos plures, plus quã annuo ciborum fastidio tabescere vidi, nec vnquam esuriisse, in quorum cura, cũ alii medici ventriculi imbecillitatem, alii venarum mesenterii & epatis, siue splenis, nihil achoris in stomachi orificium effundentis, obstructiones causarentur: nihil aliud assecuti sunt, quam quod quotidiano medicaminum insipidorum vsu & fastidio nauseam stomachi adauxerint, & ægros ex atrophia corporis marasmo pene confecisse sent. Quos ego pharmacis lithotropis, aut froquẽti haustu aquę fontis natura acidi, calculis dissipatis, ac tandẽ à renibus expurgatis, pristinæ sanitati, Deo auspice (qui te à crudeli hoc calculorũ tormento liberũ, diu Cæsari nostro, semper Augusto incolumem conseruet) feliciter restitui. Vale.

Ex nephritide diuturnum cibi fastidium & atrophia.

Aquam acidi fontis calculos dissipare, Vitruuius libro 8. cap. 3. docet.

DE ARDORIS IN VRINÆ STILLICIDO CAVSIS. *Epist.* XLVI.

SCRIBIS Antoni philiatrorum amantiss. nuper tibi epistolæ meæ de ventriculi in nephritide nausea, & eius cum renibus colligantia, factã fuisse legendi copiam, quam omnes docti, qui tũ ade-

Digitized by Google

aderant, concordi ſuffragio approbaſſent: tibique datum negocium, vt ob quam cauſam præcipue ſenes à Pleiadum occaſu, dum hibernum ingraueſcit frigus, ardore & ſtillicidio vrinæ diſcoquerentur: aliorumque veſicæ ſymptomatum & affectionum cauſas perſcrutareris, de quorum catalogo eſt Stranguria, Latinis vrinæ ſtillicidium dicta, quam hac hyeme vterum ferentibus, & puerperis, ob recti inteſtini & vteri phlegmonem crebro accidere vidi. vnde recte Hippocrates libr. 5. Aphor. 58. inquit: recto inteſtino aut vtero inflammationem patiente, & renibus purulentis, vrinæ aduenit ſtillicidium. quod etiam fit, dum ob veſicæ ex frigida dyſcraſia imbecillitatem, vrina guttatim defluit, aut ob eius acrimoniam, & in collo veſicæ ardorem ſenſim deſtillat, quæ ob varias cauſas & humorum affluxum, exardeſcit. Primum quando, teſte Galeno, ob membrorum concoctionis dyſcraſiam, ſanguis nimium ſeroſis ac nitroſis humoribus permixtus conficitur, quos cum renes per venas emulgentes attraxerint, & per vretheras in veſicam manauerint, fit vt lotium his exacerbatum, veſica ad maturum excretionis tempus ferre non poſſit, ſed continue guttatim etiam ſeſe excernere ſatagit. accidit id quoque ob acredinem puris, quod à ſuppuratis renibus per poros vrethides, aut à rupto iecoris abſceſſu per venas emulgentes à renibus attractum: aut etiam ab empyemate, purulẽta pulmonis vomica per lenem arteriam in ſiniſtrum cordis ſinum, & inde in magnæ arteriæ deſcendentis ramos, qui renibus inſeruntur, in ipſos & veſicam deſtillans, ſua mordacitate eam adeo

Primam ardoris vrinæ cauſam docet Gal. lib. 5. de vtilit. partic.

Secunda ardoris vrinæ cauſa, Gal. lib. 6. de cauſis ſympto. Aetius lib. 11. & Paulus. Hos ſanctè ex pate & pulmone meatus declarat. Galenus, lib. 6. de locis affect capite 4. & lib. 2 prog. ca. 6.

Digitized by Google

vellicet, vt ad lotii, cum hac ſanie exacte commixti, excretionem intempeſtiuam proritet: quod Diocles medicorum paucis ſecundus his verbis teſtatur: καὶ ὃ ἐν θώρηκι ἐμπύημα πάθοι, ὅτε συῤῥηγνύμενα εἰς πλὼ ὀπὶ νεφρὲς καὶ κύστιν φέρουσαι ἀρτηρίαι, ταύτῃ ἀποκρίνεται σὺν τοῖς οὔροις. Vnde non temere inquit Hippocrates, Quibus intra ventriculum & ſeptum pituita repoſita eſt, his per venas pituita in veſicam verſa, morbus ſoluitur. Natura enim, ſiquidē robuſta fuerit per meatus ſenſui reconditos, ac non raro per ipſa oſſa expurgationē molitur. Quis obſecro crederet, niſi venæ in tēporibus ſectæ ſterilitatem facerent, genitale ſperma per tantos arteriarum & venarum anfractus, à cerebro ad teſticulorum variciformes chremaſtiras deriuari poſſe? Nunquid pariter à cerebro, præcipue ſenum ſeroſos pituitæ humores per varios venarum meatus ad veſicam defluere, eamque ad vrinæ ſtillicidium, pituitæ ſalſedine laceſſere, in hyeme præcipue experimur? nam tum frigore hyberno caput incaleſcit, pituitaque calore diſſoluta facile ad vertebras ſpinæ, lumbos & pectus diffluit. Vnde Hippocrates: Vrinæ, inquit, multum emingitur, vbi caput nimium incaluerit. liqueſcit enim in ipſo pituita, & liquefacta ſecedit partim ad nares, & coryzam facit: partim ad guttur, & bronchum, ac tuſſim, ac raucedinem efficit: partim per venas ad pudendum defertur, ac ſtillicidum vrinæ cum ardore commouet. incaleſcit autem, inquit Hippocrates, caput à cibis, & ſole, & frigore, & laboribus, & febrili calore. Hic certe merito quiſpiam inertem quorundam de ſchola medicorum ignorantiā deteſte-

Galenus, lib. 6. de locis affect. capite 4. & lib. 2. prog. cap. 6.

Gal. de introductione Medic. Hippocr. lib. 7. Aphor. 54.

Tertia ardoris & ſtillicidii vrinæ cauſa, ex Hippoc. lib. 2. de Morbis.

Cerebrum hyberno frigore incaleſcere.

Digitized by Google

teſtetur, qui catarrhos à cerebro ideo hyeme frequentius & affatim in ſubiectas capiti partes deſtillare nugantur, quod tum coarctatis externo frigore cerebri membranis, pituita velut per manus complicatas à cerebro exprimatur: quum tãto ad cerebri pãniculos penetrãte frigore pituitã potius cõdenſari q̃ liqueſcere par eſſet. Sed quid multis? nec hanc panniculorũ cerebri coarctationẽ citra cõuulſionem fieri poſſe, in confeſſo eſt. Proinde longe vero ſimilius eſt, id quod Hippocrates tradit, quod obſtructis pericranii à frigore poris, nec calor exhalare poſſit: vt ventres hyeme calidiores fieri, ita quoq; cerebrum incaleſcere credamus, & pituitam cerebri calore eliquari. Vnde homines in hyeme frequentius tuſſire, ac catarrho laborare, frigidiſque & pituitam fluxilẽ ingroſſantib. curari experimur. Horum quoque omnium, aut etiam ſingulorũ acrimonia veſicam exulcerari, ac purulenti lotii acredine, in quo ſanies cruenta non exacte commixta eſt, ad ſtillicidium irritari, nihil mirum. Vnde Hippocrates: Si, inquit, ſanguinem aut pus mingat, aut renum aut veſicæ vlcerationem ſignificat. Verum cum ſenes nitroſa humorũ acredine natura abundent, eos quoq; ſtranguria citius quam iuuenes corripi: ſed etiam ægrius curari videmus. Proinde mi Philiater, quum iam tacito pede tibi obrepat ſenectus ab omnibus quæ humorum ſalſedinem adaugent, tibi cauebis. Habes hic igitur magis reconditas ardoris & ſtillicidii vrinæ cauſas. Alias vero vulgares quæ ob arenularũ aſperitatem, & lapidis qui in veſica concreuit, confricationem incidunt, vt tibi notas, libens prætereo. Vale.

Falſa de catarrhis Arabum ratio, ex comment. 12. Gal. in 6. rium li. Aphor. Hippocratis, acceptæ.

Quarta ardoris vrinæ cauſa.

Hippoc. lib. 4. Aphor. 75.

Sanum ſtrãguriam ægre curari.

Ex Cantharidvm Potv Stranguria, & earum virulentia & vsus. Epist. XLVII.

PÉTIS mi Philiater, vt tibi historiam de Galli amatoris stranguria conscribam: quam vt veram, ita quoque non illepidam, vt acciderit, ita paucis accipe. Erat Bononiæ ex Gallia adolescēs diuitiis & stemmate nobilis, gallo quouis gallinaceo salacior: qui puellam non adeo longe ab æde diui Dominici habitantem deperibat. quæ quum illi noctem condixisset, illius amore inescatus, consilio sui commilitonis, ne in Veneris conflictu succumberet, ad coitus illecebram cantharidum puluerem in iusculo quodā absorpsit. postea quum ad primam noctis facem pruritum circa pudenda sentiret, lætus, ac ratus esse libidinis ex pharmaco tentiginem, amicam adiit. in concubia vero nocte, quum punctionibus corpus vellicaretur, & in ore cedrini picis saporem percipere, nec mente sibi probe constaret, ac animæ defectu & vertigine pene concideret, tristis, auxilii & consilii inops, domum rediit. vbi cum cruento vrinę stillicidio ac ardore continuo distorqueretur, deûm hominumque, & præcipue Ludouici de Leonibus, mei in re medica præceptoris, opem implorauit. quem quum eius ex Gallia conterranei noctu consultum accessissent, (nempe cui noctu egredi, ob quorundam Bononiæ factionum insidias, tutum non foret) mihi accersito negotium visendi ægrum dedit: iussitque, vt dato ad sorbendum oleo, vomitum prolicerem: ventrem clysteri ex mercuriali, maluarum, radicis al-

De amatore Gallo, historia vera.

Hæc ex potu cantharidum accidentia tradit Dioscor. lib. 6. Rasis li. 8 ad Almās. Auicen. li. 4. fen. 6. tract. 2. cap 4.

Cantharidum alexi pharmaca Dioscor. lib. 6. cap. 1. Hippocr. lib. 1 & 2. de Morbis

Digitized by Google

cis altheæ decocto, in quo caſſia addito liliorum ac violarum oleo, diſſoluta eſſet, eluerem: & vt ſingulis horis plenum lactis caprini aut bubuli cyathum patiens ebiberet. Quod ſi hoc deeſſet, lac ex nucleis pinearum ac melonum & cucurbitæ ac papaueris ſeminibus contuſis, cum ſtillaricio maluarum ac halicacabi liquore, aromatarium per colum emungere iuberem, ac id loco veri lactis patienti, etiam ſi in ſolio aquæ calidæ deſideret, affatim potandum præberem. Poſtquam iſtis remediis Gallus ſanitatem recuperaſſet, & tam temerarii conſilii auctor, ſupplex culpam deprecatus, medicinæ adminiſtrationem in perpetuum abiuraſſet: tum omnes qui tum aderant, vno ore quærebant, quæ nam eſſet tam atrocis & ſæui cătharidum virus cauſa, vt cæteris interaneis corporum viſceribus non adeo multum oblæſis, ſolum veſicam exulceraret, & cruentæ vrinæ ardore emaceraret: Quibus tum reſpondi congenitam eſſe quibuſdam pharmacis à forma ſpecifica proprietatem, qua vt ferrum in compaſto pendulum, magnete confricatum poli arctici ſidus: ſic illorum virus, certa corporis viſcera, quaſi illis per ſympathiam naturalem ex cœleſti influxu dicata, peteret: idque non ſolum intra corpus aſſumpta, ſed etiam foris applicata. Nam & Barthol. Montegnana, non vulgaris Italorum olim medicus, refert, quendam Franciſcum Braccam, ciuem Paduanum cum genui cantharides applicuiſſet, plus pondo quinque librarum ſanguinis eminxiſſe. Idem quoque accidiſſe qui eas ad vnguium leproſarum ψώρας vel ſcabriciem tollendam, pollici pedum applicuiſſent. Sic pariter crebro expertus

mulis. Auicen lib. 4 fen. 6. tract. 2. ca. 4. Raſis ad Almā. lib. 8. & Actius lib. 13. cap. 49.

Delectata quare certis viſceribus plus ſint noxia. Galen. lib. 1. de cōp. medic. gen. & de theriaca ad Piſon.

Cantharides genui applicatæ ſanguinis per vrinā profluuiū excitatūr. Montegnan. conſi. 181. ca. 10. Mercur. præcipitatus vlceribus inſper-

fus, dentes lædit, & pituitam per os expurgat.

sum quum sordidis in genu ac iuxta talos vlcerib. Mercurii præcipitati puluerem paulo frequentius inspargerem, illius virus, cæteris membris illæsis ad dentes penetrasse, & os ac pharyngas, diurno nocturnoque saliuæ effluxu maduisse. Ex his certe constat, cantharidibus non temere, vt vulgus medicorum assolet, esse vtendum.

De Cossino equite, hæc Plinij lib. 29. cap. 4.

Tradit nempe Plinius, Cossinum Romanum equitem, singulari amicitia Neroni principi deuinctum, lichene peculiari olim Ægypti morbo, correptum, à medico ex Ægypto per Neronem Cæsarem accersito, potu cantharidum interemptum. Ego vero potius Cossinum externa cantharidum applicatione, quæ sua virtute caustica lichenas, psoras, lepras, & duros atque callosos in plantis pedū & digitorum clauos extirpare solent, interiisse, quam interna cantharidum potione, quæ nihil ad lichenis curam prodest, suspicarer. †

Rectus cantharidum vsus veteribus ignotus. Gal. de simp. med. 11. & lib. 4. de victu acut. vtrobique in fine.

Cæterum in qua corporis earum parte virus illud vesicæ noxium lateret, teste Plinio, nec inter antiquissimos medicos conueniebat olim. Hippocrates quippe in libro de Mulierum morbis, ad proritandum mestruorum effluuium, ex solo cantharidum corpore addito thure & myrrha, pessaria cōficere docet: & ad excutiendos fœtus in vtero emortuos, ac contra sterilitatem & hydropa, ex solo cantharidum ventre, ablatis capite, cruribus & alis, ac tribulis marinis potionem conficere docet. Non defuerunt medici, qui abiecto illarum ventriculo, solis pedibus & aliis vtebantur: quas esse illarum malefici virus alexipharmacum crediderant vna cum Dioscoride. At Galen. noster integras pharmacis miscuit, quæ illarum virus

Hippoc. alas cantharidum, & Rasis quoque. lib. 9. cap. 73. abiecit. Alæ veneni cantharidum alexiphar. Plin. li. 29. cap. 4. Dioscor. lib. 2. cap. 57. Gal. lib. 3. de Temper. & de Sim. med. lib. 3. 4. & 11.

obtun-

obtũderent: ſicque eas innoxie tradi poſſe paſſim docet. Egó vero illarum ex aduſtione puluerem, addito ceraſorum gummi, vt magis ſalutarem ita minus noxium in electuariis diureticis, cum apozemate morbo conuenienti diſſolutum, crebro expertus ſum. Verum nuſquam illarum vſum commodiorem comperi, quam ſi crudum illarum puluiſculum pomis, aut prunis, ficubus, perſicis quoque venuſtioribus ab ima arbore pendulis inſeueris, filluramque reducto putamine celaueris: quæ ſi pomorum fures decerpta deguſtauerint, intolerabilis vrinæ ardor & ſtillicidium, furtum illos redarguit, & grauitate ſupplicii cõpenſat: vt hoc remedio, melius Lampſacenorum deo, fures pomorum ab amœniſſimo horto tuo in ſuburbio arcere & deprehendere poſſis. Id te celare nolui. Vale.

Puluere cantharidum fures pomorum deprehendi.

DE HYDROPE ET QVARTANA FEBRE *& huius encomium. Epiſt.* XLVIII.

MIRARIS Nicolaum fabrum ferrarium, vicinum tuum, vt fidum, ita quoque officioſum, hydrope à quartana laborantem, ita breui tempore humanis exceſſiſſe: quum Phauorinus febrem quarto quouis die reducem, vt ſalutarem, argutæ orationis lepore collaudauerit: eiuſque declamationis thema, Platonis teſtimonio, qui à quartana conualeſcentes, recuperatis viribus conſtantiori valetudine dixerat victuros, corroborauit. & deinde non illepido Græcorum adagio approbauit:

De febre quartana, hæc Gel. lib. 17. cap. 11.

ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ. id eſt,

Dies quandoque parens, quandoque nouerca.

Ipsa dies quandoque parens, quandoq; nouerca est.

Ita hanc quartanam febrem biduo sanitatis medio interuallatã, eo ait esse fortunatiorẽ, quod in ea esset μία μήτηρ, δύο δὲ μητέρες: id est, vna nouerca, duæ vero matres. At mi Patrocle non ita facile Gellius, tuus amasius, excercendi ingenii gratia hac ἀδοξοπάτῳ de febre quartana ὑποθέσει, Phauorinum lusisse, mihi persuadebit, quin serio id eum censuisse credam: quum multis ante Phauorinum & Platonem annis, Hippoc. alter medicorum Apollo, statuerit, hanc febrem natura sua esse securissimam & ob exacerbationis intercapedinem toleratu leuissimam, quæ noxios depasceret humores, ac plerosq; à magnis, Herculi etiam ineuincibili b. morbis liberaret. quod in sexto Epidemiarum libro, his verbis luculẽter quoq; affirmat: οἱ ὑπὸ τεταρταίου ἁλισκόμενοι, ὑπὸ τῆς μεγάλης νόσου οὐχ ἁλίσκονται, ὧν δ' ἁλίσκονται πρὸς τοῦτον, ἢν ὀπτήσιν τεταρταῖος παύσῃ, id est, Qui quartana corripiuntur, à magno epilepsię morbo non infestantur: si autem hoc primum corripiuntur, si quartana superuenerit, tum cessat. Vterque enim morbus ex atra bile, aut lento & frigido humore, in cerebro aut splene coaceruatis, frequenter oritur: quare, quod alter in alterum degeneret, & alterius materiam insumat, nihil mirum. Proinde scite Galenus inquit: Melancholici magna ex parte comitiali morbo afficiuntur, & contra epileptici fiunt melancholici. Cæterũ si quartanæ male curatæ hydrops accesserit, ægros ea commori. Galen. crebro vidit: quod & vicino tuo contigit. & tum maxime accidere solet, si ægrotus in victu aberrauerit, & intempestiuo frigidæ potu caloris

De quartana hæc Hipp. lib. 1. & 6. Epidem.

Melancholici fiunt epileptici, & vicissim Galen. lib. 3 de loc. affec. ca. 6.

Digitized by Google

loris lenimen quæſiuerit : quo humores ingroſſati obſtructiones & ſcirrhum in epate ac liene pariũt : & tum præcipue ſi detecti in paroxyſmo particulari caloris putridi exhalationem externo quæſito frigore cohibuerint, qui impulſus vtrũque hypochondriorum viſcus adurit & indurat : & quandoquidem ſplen ſit quartanæ febris, & ex ea hydropis domicilium, & altera ſanguinis perficiendi ac depurandi officina : ideo animalia exanguia ſplene quoque carent : & vitiato à quartana ſplene etiam, primogenia affectione ſubnaſci aquam intercutem, & in omentum defluere, Hipp. libr. de Mul. mor. atteſtatur. Si, inquit mulier, ſplene ipſius aqua turgente, aqua intercutem laborauerit (quod tum accidit, cum febris hominem detinuerit, & patiens aquam affatim ingurgitauerit, & eam non reuomuerit, nec per veſicam aut ſudorem excolatur) tum ſplen ratus & ſpongiformis, à tergo ventriculi ſitus, eam attraxerit, quo repletus & intumeſcens per venas in omentum effundit. At ſi epar primaria affectione, ex aquę, niuis aut glaciei liquore vitiatæ potu : aut per conſenſum ventriculi, renum, pulmonis, lactium meſeraicarum, habituali intemperatura frigida vitiatum, vel obſtructum fuerit, tum aqua intercus ex epate non in omentum, ſed intra peritoneum in lumborum & ilium caua prorumpit & diſtillat. quod Galenus in ſeptimo Aphoriſm. Hippocr. commentario, aperte his verbis declarat : Si, inquit, aliquando contingit hydatidas, veſicas epatis aqua plenas, diſrumpi, effunditur aqua ad locum membranæ abdominis interioris epigaſtrio reſpondentem,

Deſcriptio epatis & ſplenis hæc Gale. 13. Methodi.

Hydrops ex ſplene. Hipp li 2. de Mul. mor.

Locus aquæ hydropicorũ intra peritoneum. & in omẽto.

Galen. hęc li. 5. de locis affe. ca. 6. 7. Apho. 55. & li. 4. Aphor. 11.

De omento, hæc Auicen. 1. 3. tertii & 14. tertii tract. 4. cap. 5.

in quo etiam hydropicorum aqua congregatur. ad omentum enim, quod est instar marsupii, solidum & firmum vndiquaque, nisi vetus epar arrosum fuerit, effluere ab epate non potest: nisi ex ventriculo, colo, ac liene, à quibus partibus enascitur. Ex hoc humorum & vaporum flatulentorum ab vtroque viscere intra peritoneum & omentum defluxu, duas hydropis species nasci videmus: alteram ab vtris impilitudine asciten, alteram vero à tympani tympaniten dictã. hæc flatulenta, illa vero humidura. Sed ascitis à splene vitiato eadem esse accidentia cum illo quæ ex epate affecto enascitur, Hipp. libr. de Morbis quarto fatetur, dum inquit: Manat potus ex gula in ventriculum, quo expletus splen de ipso fugit: clauiculæ, collum, pectus ac brachia, quibus obstructis venis alimentum irrogari non possit, extenuantur: ac humor aqueus per venas in omentum & in decliue ad crura, tibias, pedes vergit: quibus morbo inueterato ruptis, aqua instar roris destillat, qua scrotum adimpletum, fit instar vesicæ aqua refertæ perlucidum, vnde herniæ species Græcis, & Cor. Celso hydrocœle, ab aqua dicta enascitur, pueris & senibus cachecticis communis morbus. Vnde Hipp. Pueris hydropes in testiculis & ostheo fiunt, quamdiu parui fuerint, deinde in ætatis progressu euanescunt. id quod pueris nuper genitis etiã in bimatu atq; trimatu crebro accidere vidi. Sed horũ causæ symptomatũ sunt omnib. obuiæ. At istæ non æque, ob quas nempe hydropici ficca tussi & anhelitus difficultate, pulmone illæso, torqueantur, & maiori siti quam apud inferos Tantalus ille, excru-

Ascitis à splene & epate, eadem accidentia.

Cels. lib. 7. cap. 18. Hipp. in li. de aere & aqua.

cien-

cientur: adeo vt quo plus sunt potæ, plus sitiantur aquæ, quibus totus venter tumet prius. Tussis quidem aridæ & difficilis spirationis in hydrope causam, recte in pulmonis & diaphragmatis à subiecta tumidi iecoris splenisque mole, coarctationem recte referimus: quæ cum ventriculo flatibus pleno, præcordiis incubuerint, tum eque ac in saturis & obœsis, pulmonem, spirationis follem: à thoracis musculis & diaphragmate ad aerem hauriendum distendi non posse, quiuis coniicere potest. Quare plerique sedentes, non nisi recta ceruice spirare coguntur. dorso enim incubantes, facile suffocarentur. Hanc præcordiorum & septi angustiam, pulmo voluntario & naturali motu percitus, tussi excutere laborans, dum nihil promouet, aut ex pulmonis cauernulis excreare potest, tussire quoque cunctatur. Vnde Hippocrates: Quibus, ait, à iecore aqua inter cutem oboritur, tussire quidem desiderant, sed nihil effatu dignum excreant: Verum quum sitis sit appetitus frigidi & humidi. & in hydrope vniuersi corporis habitus, ac præcipue epar intemperatura frigida & humida laboret & lãgueat, ipseq; vẽter tanquã vter, humore frigido distentus, veluti aqualiculus sesquipede prostet: quæ sit intolerabilis hydropicorum sitis causa, exactiori scrutinio eger. Primum, quam sitibunda insit sali siccitas, vel ex hoc coniicere potes, quod plerique nautarũ æquoris salsi aquã bibẽtes, inexplebili siti iuterierint. Modo cõstat, omnes secundæ digestionis in epate splene ac venis humores, & illorum excrementa, vt sudorẽ & vrinã, salem resipere, ac indigestos facile putrescere. Atqui cũ in hoc morbo

Difficilis spirationis & tussis in hydrope causa.

Hipp. & Gal. in prin. lib. 1. Prognost. & fine lib. 2. de locis affect.

Hipp. lib. 2. Prognostic.

Sitis hydropicorum causa ab Alex. lib. 1. Probl. 79. explicatur.

Causæ corruptæ sitis Gal. lib. 4. de caus.

sympromatum. & lib. 2. Microtech.

venæ peritonei, omenti, & quæ à porta in splenẽ vergunt, ac fundum ventriculi, eiusq; orificium, sitis subiectum, multifariam amplectantur & nutriant, his humoribus refertissimæ sint, necessario illorum salsedo in ventriculum resudabit: quorum etiam vapores putridi, interna viscera ac vẽtriculi osculum, æque ac vini veteris. vel in quo dipsas serpens submersa fuit, siccabunt, & lethali siti excruciabunt. Accedit ad hoc, quod cum aeris inspirati refrigerium, sitim quoque alleuiet, vt ob impeditam & coarctatam in hoc morbo inspirationem, cor & pulmonem siti quoque æstuare oporteat. Ex his quoq; haud obscure causam elicere possis, quare mulierib. vt Hippocrates ait, ὑδατώδεσιν, id est hyposcara, aut cachexia laborantibus mensium effluxus cũctetur, vel sistatur: quippe cum sanguinis conficiendi officiũ in epate infrigidato vel obstructo langueat, nec nisi sanguis aquosus, crudus & viscidus generetur, qui suo lentore venas vteri potius obstruere, quam erumpere possit. Atqui quum hæc omnia tam sæua accidentia in hydrope ex quartana coincidere possint, nil certe mirum, ægrum in tam violenta huius morbi spiratione, animam quoque efflare. Sed magis quispiam fabri vicini tui socordiam mirabitur, qui cum præsentissimũ indurati splenis remedium, quotidie in officina sua ferro ignito cõficeret: quod eo in morbi principio vti neglexerit, quod Cor. Cels in lienis morbi cura his verbis summopere laudat: Potui, inquit, ieiuno dari debet absinthiũ incoctum, & post cibum aqua à fabro ferrario, in qua cãdens ferrum subinde tinctum sit. Hæc enim vel præ-

De dipsade hæc Alex. Aphr. in fine lib. 2. probl. Dioscor. lib. 6. cap. 49. Gal. de theriac. & Nicand. in Alex.

Menses hydropicis sisti. Hipp. lib. 6. Epidem tradit.

Aquam in qua candens ferrũ extinctũ, splenenticis mederi Cor. Cel. lib. 4. cap. 19. docet.

cipue

cipue lienem coercet. Quod animaduersum est in his animalibus quæ apud hos fabros educata, exiguos lienes habent. Hac sola aqua, & capparorum esu, Anton Beneuenius Florentinorum ciuem septennio splenis scirrho laborantem, se curasse gloriatur. Qua si dextre vsus fuisset, forsan auxiliares fidelis vicinus manus adhuc tibi porrigeret. Sed fata nos sulque deque ferre oportet. Vale.

De Sterilitatis Scrvtinio, & veteri obstetricum officio.

Epistola XLIX.

CONQVERERIS mihi duabus epistolis, nõ certe perfunctorie scriptis, quę acre tuum ostendunt ingenium, te ob vxoris sterilitatem, sine liberis vitá degere: qui tibi silicernio, vt ciconiæ parentibus eorum senio enervatis, sustentaculum præberent, & ἀντιπελάργωσιν, gratam beneficiorum remunerationem referrent, aut alimoniæ ἀντιφόρια redderent. Deinde quod vetus obstetricum officium in republica vestra exoleuerit, atsque illarum vna perierit, quæ non modo ægre parturientibus opem ferebant, sed vt peritus agrorum colonus, qualem agrum quoduis semen póscit, optime nouit: sic illæ tanquam pronubæ in conficiendis nuptiis, in confœderandis coniugiis, quam cuique ad generosæ prolis procreationem iugare oporteret, optime callebant. quarum officium eo nomine institutum fuit, quũ crebro in aliquo stẽmate, ad quod sacerdotii vel regni dignitas spectabat, hæres desideraretur ob

De ciconiarum pietate & gratitudine, Ælianus de var. hist. Ambros. in hexam. Petron. Arb. in Satyr.

De veteri obstetricũ officio, hæc Plato in Theæteto.

Gal. lib. 1. Apho. 59.

vxorum ſterilitatem, ne tanta dignitate ſtemma illud priuaretur, facto diuortio, aliam coniugem fœcundam in ſterilis locum ſufficiebant. Verum quod liberis te carere conquereris, temere id quidem illorum hominum more ſ[illegible] qui nunquam ſua ſorte contenti viuunt. Nam ſi ex vxore tua liberos ſuſtuliſſes neſcis vt inexpertus, quãta ſolicitudinum mole obrutus fuiſſes. primum vt enutritos recte educares, educatos honeſta dote elocares: deinde ne ab auita ſtemmatis tui virtute degenerarent, & lenocinio congerronum ſeducti, paterna bona multo ſudore parta ob ligurirent & mille alia incommoda, quæ prudẽs prætereo: vt Euripidem recte dixiſſe fatear, carere liberis bonum eſſe incognitum. quod Automedon hoc lepidiſſimo epigrammate approbauit:

Ex liberis ſolicitudo & ærumnæ.

εὐδαίμων πρῶτον μὲν, ὁ μηδὲν μηδὲν ὀφείλων.
εἶτα δ' ὁ μὴ γήμας, τὸ τρίτον ὅς τις ἄπαις.
ἰῶ δὲ μανεὶς γήμῃ τις, ἵν' χαίρων, ἢν κατυρίζῃ
εὐθὺς πὼ γαμετὼ, πρεσβῦ κα λαβὼν μεγάλω.

Felix quidem primum, qui nihil debet: deinde, qui vxoris expers: tertio, qui ſine liberis eſt. Quod ſi quis inſaniens vxorem duxerit, gratia illi cõtingit ingens, ſi ſtatim vxorem humauerit, & dotem acceperit vberem. Deinde ſcias, alterã obſtetricum officii partem exoleuiſſe: artẽ vero nõdum nobis ſubductam, ſed eruditis Hipp. ac Ariſt. monumentis concreditam extare. Nam quæ veteri muliebris vitio ſteriles ſunt, has diuinus Hipp. ſuo oraculo ita perſtringit: Quæcunq; frigidos & ſpiſſos vteros habent, & quæcunq; prælumidos vteros habent, non concipiunt: extinguitur enim in eis genitura. & quæcunq; ſiccos, & magis aduren-

Vteri qui ſteriles ſint. Hipp. lib. 5. Aphor. 62.

rentes. nam ex defectu alimenti corrumpitur semen, quæcunque vero ex vtriſque mediocrem habent temperaturam, hæ fœcundæ ſunt. Vides ne Hippocratem eiſdem rationib. matricis fœcunditatem, quib. agricola ſui agri fertilitatem metiri? Nã vt feminis fœcunditatẽ frigiditas, & agri ſpiſſitudo, vt emergere non poſſit, coercet: ſic per anguſta frigore inſpiſſati vteri vaſa, ad incrementum embryonis nõ niſi ſanguis ſeroſus perlabi poteſt, quibus nec ſecundę aut cotyledones cum vmbilico fœtus firmiter adnaſci poſſunt: & perinde in vteris humidis genitura, vt in paluſtri ſolo cerealia ſemina extinguũtur & ſuffocãtur. Et vt in agro ſicco & calido defectu alimẽti ſemẽta marceſcũt, ſic arida matricis caliditate prolifici ſeminis humorem inſumi & aduri par eſt. Neceſſaria igitur eſt ad fœcunditatem commenſurata materni vteri & virilis ſeminis temperatura. Nec tamen inficiamur, diſpares in qualitatib. vtriuſque coniugis intemperaturas, mutua actione corrigi, & fœcũditati non obſtare. Vnde crebro viduas in primo cõiugio ſteriles, aliis vero maritis nuptas, leporibus (vt aiunt) fœcundiores vidimus. At quibus ſignis hæ ſterilitatis cauſæ in mulieribus explorentur, Ariſt. & ante eum Hipp. ea non celauit: qui mulierẽ pannis vndiquaq; circumſeptam thuris, ſtoracis, ſilphii aut cyphei, delicatiſſimo deorum in templis Ægyptiorũ ſuffumigio, deſubter ſuffire, in Aphor. ſuis iuſſit: & ſi odor tum videatur per corporis meatus internos, ad nares & os penetrare, tum mulierem id ex ſe ipſa, non ſterilẽ eſſe, approbare. Et in lib. de Sterilib. netopum vnguentũ, lana exceptum, obſtetricem vti peſſũ vtero im-

Vterus agro aſſimilatur: Hipp. in lib. de ſperm. & fœt.

Hæc fœcunditatis ſigna Hipp. lib. 5. Aphor. 59. de morbis mul. lib. 1. & in lib. de ſterilibus.

ponere iubet: ac si subditi odorem per os mane olfecerit, mulierem fœcundam fore, & concipere posse affirmat. Aut (inquit) caput allij derasum & depurgatum, integrum ad vterum apponat: & si per os postridie olfecerit, concipere poterit. At qui cum oculi spermaticis à cerebro poris affines, qui adeo coitu alterantur, afficiunturq;, vt genituram emissuri plerique conniuere vel nictari cogantur: quid obstare poterit, vt illitis eorum cum vnguento ex croco angulis, fœcunditatem, & an seminales pori obstructi sint, experiri non possimus? id quod certo fieri posse, Plin. naturalis historiæ autor testatur, dum ait: Fœcunditatis in fœminis prærogatiuam accepimus, inunctis medicamine oculis saliuam inici. At Aristotel. hæc de oculis, in libro de Animalium generatione, cum vberius ac apertius declaret, ac in latina Theodori versione, verbum Extremum, pro Excremento, falso vel interpretis, aut potius chalcographi errore scriptum sit, libuit verba Aristotelis græca adscribere: τὰς δὲ γυναῖκας βασανίζουσι τοῖς δὲ περὶ θέσεις, ἐὰν δύνωνται αἱ ὀσμαὶ περὶ τὸ πνεῦμα διεκθεῖν κάτωθεν ἄνω, καὶ τοῖς ἐγχρίσεσι ὅτι ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς χρώμασιν, ἐὰν χρωματίζωσι τὸ ὂν τῷ σώματι πύελον· ταῦτα γὰρ ἅ συμβαίνοντα, δηλοῖ τὸ σῶμα τὸς πόρους, δι' ὧν ἀποκρίνεται τὸ περίττωμα, συγκεχωμένους ἔχειν καὶ συμπεφυκότας. ὅ τε γὰρ περὶ τὸς ὀφθαλμὸς τόπος, σπερματικώτατος τῷ περὶ τὴν κεφαλήν ὑπάρχει δηλοῖ δ' ὀνομάζων ὁμιλίαις μεταχειριζόμενος ὅτι δηλος μόνος καὶ τοῖς χρωμένοις πλείοσι ἀφροδισίοις, ὃν δίδοασι καὶ ὄμματα φανερῶς. αἵ που δηλοῖ ὅπ ἡ τῆς γονῆς φύσις ὁμοίως ἔχει τῇ περὶ ἐγκεφάλου. Id est, vt Theod. vertit: Mulierum fœcunditatis probatio suffitu fit, vt odores subeuntes vterum, efferantur ad locum spirandi, & af-

Ex oculis inunctis fœcunditatis examen. Plin. libro 7. cap. 16. Hipp. lib. de superfœt. Obscurus Plinii locus illustratus.

Aristot. li. 2. de gen. anim. ca. 5. quæ Gentilis sen. tertia tertii Auicen. canonis, tract. 1. ca. rep. 1. et tit. De oculis hæc vberius Arist. sec. 4. probl. 2.

Sperma vtile tertiæ digestionis excrementum.

& afficiant halitum. atque etiam illitu: vt coloros oculis impositi, saliuam oris inficiant. nam nisi hęc ita fiant, meatus corporis, per quos † excrementum decedit, conclusos, obstipos & obcæcatos esse significatur. sedes enim oculorum maxime omnium capitis locorum seminalis est: quod patet, cum sola ipsa per coitum venereum manifeste immutetur, & immodico rei venereæ vsu oculi aperte langueant & subsideant. Causa est, quod natura genituræ similis cerebro est: aquosa enim materia eius est, & calor aduentitius. Et ne tibi molestus sim, multa vtriusque sexus sterilitatis signa consulto prætereo. vnum tamen adhuc de galbano, pro colophone huic epistolæ adiiciam: quam si igni emollitum, sericoque inclusum, muliebris vteri stomacho nocte indideris, & caput mulieris pure lotum, linteolo & reticulo, inodoratis tamen, obligaueris, mane si vertex mulieris galbanum redolet, mulierem probe purgatam, & esse fœcundam ne dubites. Sed iure dubitare posses, per quosnam meatus odor illorum ex vtero ad olfactus organa & capitis verticem spiraret. Et mehercule nisi axungia porci genibus illita, vel alligata, sapore, eius os ita imbueret, vt exspui videretur, & hydrargyri virus etiam per se, & cuius axungia potest esse vehiculum, cruribus aut plantis pedum inunctum, ad os & cerebrū regurgitaret: odorem aromatum à virtute specifica, quę in rebus dubiis est commune medicorum asylum, petere caput asseuerarē. Sed hos meatus, veluti in Dædali labyrintho, imperscrutabiles, anatomiæ peritis explorandos relinquamus. Illud tamen plus quam centies expertus sum, in hyste-

& maior pars eius à cerebro. Aldi liteta habet Extremum, sed male, pro excremento.

Ex galbano fœcunditatis signum. Hipp. de superfœtatione & sterilibus.

De axungia hæc Plin. lib. 28. ca. 19. Axungia hidrargyri vehiculū in vaguētis.

Vertex capitis matrici affectæ condolet.

ricarum & quauis vteri affectione, verticem capitis, prope futuram coronalem, qua glaciei frigus & pondus se sentire fatentur, vtero affecto, lege quadam consortij condolere. Quod si obseruaueris, ad discernendum, quando caput per matricis consensum doleat, tibi plurimum proderit. Vale: & de his omnibus secure periculum facere ipse poteris, & obstetricum opera in considerandis coniugiis melius carere potes: quarum officium quod desierit, partim culpam in mulierum pudorem, partim in sordidam magistratuum stipendiorum parcitatem refero. Iterū vale.

De veteri balnearum fabrica & vsu. *Epist.* L.

Dispeream, si Romanorum luxus & deliciæ vllo in opere magis & clarius spectētur, quam in magnificis balnearum fabricis, ob quas olim consules, ædiles: & Cæsares quoque, totos & solidos excauarunt montes, vt tam feruentem quam gelidam aquam, per tubulos & euripos in balnea deriuarent: quorum pauimenta vitreatis tesserulis, versicoloribus lapidum crustis, cæmento aut maltha compactis radiabant, quæ Græci à variegato lapillorum colore lithostrata, & quod cœnæ analecta non scopis cōuerri, sed manu colligere, ac spongia detergi oporteret, ob mundiciem asarota appellarunt. Parietes sectili & omnifario marmorum genere, Phrygio, Carystio, & Porphyrite incrustati, ac staruis ex ære Corinthio conflatis, insertis quoque gemmis adornati fulgebant. Hæc pauimentorum pigmēta (vt

De lithostratis Nōnus poeta in Euangelio Iohannis.

Digitized by Google

tã (vt prona ſunt luxuriæ vitia) M. Agrippa ædilis, quamuis vir ingenio ſubruſticus, vt vulgi gratiam demereretur, in cameras ſuarum thermarũ trãſtulit: Vitreas dubio procul (inquit Plin.) facturus, ſi vitri vſus tum repertus fuiſſet: & ne in amœna proſpiciendi locus deeſſet, porticus triplices miliarias, marmoreis ſuffultas columnis, & ad pilæ ludos trigona quoque balneis aſtruebant. Quid vero tibi argẽtea balneorum vaſa & epiſtomia cõmemorem? quib. Ethruſcum ciuẽ Rom. ſua adornaſſe balnea, Papin. ita ſcribit: Hæc Plin. lib. 36. c. 15. & 25. Statius Papin. libro primo Syluarum.

Effulgent camerę, vario faſtigia vitro.
Nil ibi plebeium: nuſquam Temeſæa notabis
Æra, ſed argento felix propellitur vnda:
Argentoq; cadit labriſque nitentibus inſtat.

Qua vero induſtria balneorum fabrica, pilis, columnis, cameris, apodyteriis, hypocauſtis præfurnio, miliariis, vaporariisq; caldariis, & additis ad natandum piſcinis, olim cõſtruebatur. Victru. in ſua Architect. & Palladius in ſua Agricultura, ita obſcure verbis depingũt, vt ne Dædalus, quãuis Vulcano adiutus, aut quantumuis noſtræ ætatis ingenioſus faber, quãuis balneorũ in Galliis & Romæ fragmenta, & vetus etiam illud in Hiſpaniis Granati, regum Mauritaniæ balneũ, in arce Alhambręviderit, ad illorũ normam cõſtruere poſſit. Taceo, quod ægre vel architectũ aut grãmaticum reperias, qui Suetonium intelligat, dum ſcribit, Neronẽ Cæſ. nouam ædificaſſe domum tanta laxitate, vt porticus triplices miliarias haberet. Et quãuis iniuria tẽporum & bellorũ hæ balneatũ ædes conciderint, ita vt de illarum fabrica potius diuinare quã exacte tradere aliquid quiſ- Vitr. lib. 5. ca. 10. Pallad. lib. 1. tit. 39. Balneum Maurorũ in Alhandra Granati.

piam posſit: vt tamen præcepta veterum medicorum de balneis & gymnasiis melius assequi posſimus, illorum partes & vasa tibi vtcunque describam. Fuerant olim non in balneis modo, sed etiá in porticibus ac diuitum areis columnæ posítæ, nõ tantum vt ædificium sustentarent, sed etiam decoris & necessarii vsus ergò constructæ: qualis erat aurea in capite Romani fori sub æde Saturni columna, miliarium aureum dicta, cui omnes Italiæ & Romanæ vrbis ad singulas portas, numero 34. viæ erant insculptæ. Et C. Gracchus postquam vias incusſis lapidibus, & sabuli aggeribus insperſis strauisſet, teste Plutarcho, dimenſo viarum spacio singulis miliariis, quæ octo fere stadiis constabant, columnas lapideas, spacii signa præferentes, constituit: vnde columnas nihil sustentantes, miliarias dictas arbitror. quales etiam olim in balneis prope solia, insertis ex ære aut plumbo tubulis, vt in horum anfractu, aqua substratæ fornacis feruore incalescerent, constituebantur. Vnde Palladius: Miliarium plumbeum cui ærea patina subesſet, inter soliorũ spacia forinsecus in balneis statuere iusſit, fornace tamen subiecta. In quem vsum, facere (inquit Seneca) solemus dracones & miliaria, & complures formas, in quibus ære tenui fistulas struimus, per decliue circundatas, vt sæpe eundem ignem ambiens aquà, per tantum fluat spacii, quantum efficiendo calori sat est. Frigida igitur intrat, effluit calida ita quoque Empedocles, thermas igne sub terra cooperto incalescere credebat. in quib. vero balnearia sine igne calefiunt, spiritus in illa fernẽs loco æstuanti infunditur: hic per riuos lapsus non

De hac militari columna Plin. lib. 3. cap. 5. Sueton. in vita Othonis, Plutarch. in Galbæ vita.

Miliares columnæ vnde dictæ.

Calefaciendi aquam & balnea modus. Seneca li. 3. quæst. natur.

Digitized by Google

nō aliter quam igne ſubdito parietes & vaſa balnei calefacit. omnis enim frigida tranſitu mutatur in calidam : nec trahit vaporem euaporatio, quia clauſa perlabitur. Veteres enim nec ignem, nec ad exitum fumi ſpiracula in cubiculis, ſed cōclauia, zetas à ζέω, id eſt ferueo, dicta habebant: quibus hypocauſtum ſuberat, in cuius pauimentum calida aut frigida pro temporis ratione aqua diffuſa, illius vapor per meatus & tubulos parieti incluſos zetas calefaciebat. Vnde Paulus iuriſconſultus, tubulos eſſe definit, per quos paries torretur. Habebant enim in domibus iuxta columnas balnearia, & præcipue Lacones, ad ſudandum hypocauſta, ἀπὸ τοῦ ὑποκαίειν, id eſt, ſuccendere dicta. Habebat enim hypocauſtum ſub pauimento locum vacuum, in quo ignis ſuccenſus, calidis vaporibus ſudorem eliciebat. cui ex vno latere præfurnium. parua fornax adſtructa erat, in quo ignis incluſus, partim hypocauſtum calefaciebat, partim aqnas. ſupra quam tria æneavaſa diuerſis graduum faſtigiis, vt aqua ex vno in alterum defluere poſſet, collocata erant. In ſuperiori faſtigio erat frigidarium, ex quo frigida: in medio tepidarium, ex quo tepida: poſtremo caldariū ex quo aqua calida *a* hauriebatur. quantum enim aquæ calidæ à caldario exibat, tantum ex tepidario in caldarium, & ex frigidario in tepidarium influebat. Vnde Cicero : In balneariis, inquit, hypocauſta, in alterum apodyterij angulum promoui : propterea quod ita erant polita, vt eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, eſſet ſubiectum cubiculo. Erat apodyterium conclaue, ante balnei aut hypocauſti ingreſſum,

Antiquorum vaporaria, zetę: de quibus Lampridius in Heliogabalo.

Vit. hæc li. 5. ca. 10. & Cornel. Cel. lib. 2. c. 16. de Laconico ſudoris balneo ficco.

Hypocauſti ſtructura. & præfurnii vaſa, vide Pli. lib. 5. in epiſt. ad Apollinarē.

a In cellarum alueolos defluebat.

Apodyteriū in balneariis.

ſitum, ἀπὸ τῶ ἀποδύεσθαι, id eſt, exuere dictum, quod balneaturi in eo veſtes exuerent. Erat & aliud in balneis hypocauſtum temperati caloris, vnctuarium dictum: quod in ea homines ante & poſt ſudorem & lotionem, pro diuerſa corporis habitus ratione, inungebantur. Erat in publicis quoq; balneis locus, à triquetra vel triangula figura Trigon, qui hyeme temperato calore tepebat, ne homines ad trigonalis pilæ ludum exuti rigerent, aut ludendo exerciti minus æſtuarent. Pilæ vero mẽtio, me quoq; admonet pilarum, quas Victruuius & Palladius in balnearum ſtructura deſcribunt, quas alii eſſe ſphæras ex ſtupa pice ſulphure illita compactas contendunt, quibus in hypocauſti præfurnium cõiectis, ignis ſuccenderetur, vel extinctus repararetur: quum tamen vterque auctor pilas balneorũ laterculis argilla cũ capillo ſubacta conſtrui non ex pice, iubeat. Proinde ego pilas fuiſſe puto, in ſuperna vaporarii parte caſulas, aut vaſa concaua: in qua flamma à ſuccenſis piceis pilis, vnde nomen obtinuerunt, reflecteretur. Quare vel vtrumque ſignificare, nonnegauerim. vnde Statius de Ethruſci balneis inquit:

Quid nunc ſtrata ſolo referam tabulata? crepantes
Auditura pilas, vbi languidus ignis inerrat,
Ædibus; & tenue volunt hypocauſta vapore?

Cameræ enim ſiue teſtudines alueolorum ex communi hypocauſto calefiebant: nouo quodam inuento, vt Seneca ad Lucilium teſtatur: Quædam, ait, etiam noſtra demum prodiiſſe memoria ſcimus: vt ſuſpenſuras balneorum, & impreſſos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor, quo ſimul ima & ſumma foouerentur æqualiter.

Hypocauſtum vnctuarium.

Trigon in balneis ad pilæ ludũ.

Pilarum in balneis deſcripuo.

Sen. lib. 14. epiſtola 90.

Digitized by Google

ter. Sed maior certe luxus in conficiendis piſcinis à Romanis impendebatur, quas balneis æſtiuis ad ſeptentrionem ſpectantibus aſtruebant. has Græci à natando κολυμβήθρα appellarunt: qualis piſcina fuit Hieroſolymis illa probatica, ſed diuiniore vſu ad curam ægrorum quinque porticibus vallata. At in iſtis inenarrabili impendio, marmore Thaſio ac porphyrite conſtructis, & circumſeptis, corpora natando exercebant, ac multa ſudatione languida reficiebant, & corroborabant, quæ Paulus Ægineta ψυχρόλουτρα, Sidonius à mergendo Baptiſteria appellat. Vnde Plinius ad Apollinarem inquit: Apodyterium balnei laxum & hilare excipit cella frigidaria, in qua baptiſterium amplum & opacum ingrédior. In has piſcinarias cellulas ex fontibus, riuis, ac lacubus, per varios euriporum anfractus & ductus, veluti per mæandros, aquam per fiſtulas vnguenta & crocum redolentes deriuabant. Vnde Seneca ad Lucilium inquit: Vtrum ſapientiorem putas, qui inuenit, quemadmodum in immenſam altitudinem crocum latentibus fiſtulis exprimat, & qui euripos ſubito aquarum impetu implet, aut ſiccat? & Ælius Lampridius refert, Heliogabalum, in euripis vino plenis nauales ludos circenſes exhibuiſſe, nec vnquam niſi vnguento nobili aut croco piſcinis infectis nataſſe. & Oroſius Neronem tam effrenatæ luxuriæ fuiſſe prodidit, vt frigidis & calidis vnguentis lauaretur. Et vt paulo clarius intelligatur, miliariũ fuiſſe vas inſtar columnæ rotundum, altum & anguſtum, ad quod fiſtula frigidaria dirigebatur, & ab hoc ad ſolium ſimilis magnitudinis fiſtula pro-

De Piſcinis baln. & pſychrolutris. Pl. li. 5 ad Apol. & lib. 2. ad Gal. Paulus Aegineta li. 1. c. 51. Pollux 7. & Galen. lib. 3. ſalub. de pſychrolutris.

Seneca lib. 14 epiſt. 90. De vnguen. & croci balneis vſu.

Clarior miliarii notificatio Pallad c. 10. lib. 1. & lib. 3. fin.

cedebat, quæ tantum calidæ duceret interius, quantum fistula illi frigidi liquoris intulerat: in fine hic, de balneorum apparatu, corollarii loco verba Palladii de enecandis aut capiendis inter aluearia papilionibus asseribam: Vas æneum, inquit, miliario simile, id est altum & angustum, vespere inter aluearia collocemus, & in fundo eius ponamus lumen accensum. illic papiliones conuenient, & circa lumen volitabunt, & angustia vasculi ab igne proximo interire cogentur. Et ne quid balnearum deliciis deesset, Sergius Orata primus pensiles excogitauit balneas: quarum illecebra, & lectulis pensilibus, quorum leni succussione vel morbos alleuiarent, aut somnium allicerent, Asclepiades medicus ægros sibi deuinxit. at olim Troiani belli heroes & Romani consules, dum habenas totius terrarum orbis moderarentur, non in tam magnifico balnearum apparatu, sed in pyelis & alamintis, id est labris & scaphis ex lapide aut ligno excauato factis, corpora labore fessa lauarunt. vnde Homerus inquit:

Plin lib. 9. cap. 54. & lib. 26. ca. 3. Macrob. 3. Saturn.

Odyss. ρ.

ἐς δ' ἀσαμίνθους βαίνετ' ἰὺξέσας, λόεσαντο.
τὼς δ' ὅτε δὴ ῥ' ἔν μφοὰ λόεσαν, & χρίσαν ἐλαίῳ.

Vnde & Scipio, terrificum illud Aphricæ fulmen fertur corpus suum rusticis & militaribus laboribus squalidum, in Linterno, sua in Campania villa, in exili balnei ergastulo abluisse. Et quum olim in ergasteriis Tyrrheni vniuersas corporis partes pilis obsitas raderent ac Abantes, gens bellicosa, Euboiæ incola, ne capiendi ansam hostibus crine præberent, primi sinciput abradere instituissent, vnde Curetes dicti: Romani tamen,

Athen. li. 12. Plutarchus in Theseo.

quum

quum primum psilothris, vnguentis depilatoriis, pro nouaculis vterentur, sero tamen, nempe ab Vrbe condita anno 454. tonsores admiserunt, quos tum P. Ticinius Mena ex Sicilia primum Romam adduxit. Cogitarunt sane, barbam viros decere, hirtasque in pectore setas. Tandem vero auctis Romanorum opibus balneorum quoque luxus & deliciæ vna creuerunt, quibus virile animorum robur eneruabant: sed corporis habitum pædotribæ, gymnastæ, his & palæstræ exercitiis, adhibitis frictionibus apotherapiæ, inunctionib' olei & vnguentorum in bona valetudine conseruare, & per insensilem pororum euaporationem expurgare, & quaslibet corporis lassitudines curare apotherapia studebant Est namque Apotherapia, & erat olim, omnis exercitationis probe peractæ pars postrema, quæ friction e, & olei inunction e ante & post balnei ingressum fiebat: cuius duo erant scopi, nempe excrementa corporis per halitum expurgare, & corpus à lassitudine leuare, præcipue quæ exercitiis successissiet. cuius præcipua pars erat balneum, quo recte administrato ab exercitio, friction e sudorem & puluerem gymnasiorum eluebant, artus corroborabant, induratos laxabant. Vnde Homerus speculatores à Troia redeuntes, laboreque fessos, sudorem aqua marina abluisse, corpusque oleo vnxisse ait:

Plin. lib. 7. ca. 59.

Veterum balneorum vsus.

Gal. lib. 2. & 3. salub.

Iliad. 2. & Athen li. 1. Dipnos.

αὐτὰρ ἐπεὶ σφιν κῦμα θαλάσσης ἰδρῶ πολλὸν
νίψεν ἀπὸ χρωτὸς, καὶ ἀπ' ἴψυχθεν φίλον ἦτορ,
ἐς ῥ' ἀσαμίνθους βάντες ἐυξέστας, λόσαντο.
τὼ δ' λοεσαμένω, καὶ ἀλειψαμένω λίπ' ἐλαίῳ,
δείπνῳ ἐτίζανίτην. Vnde nouerunt, inquit Athenæus, Troiani belli heroes λουτρὰ εἶναι ἄκρα πόνου παυ-

τοῖα : id est, lauacra esse omnifaria lassitudinum pharmaca: quas aqua marina, quæ neruis maxime est accommoda, soluebant, ac musculorum distensiones ἰμβάσεις, lauacri insessione laxabãt. postea ne aquarum aspergine corpora rigerent, oleis & vnguentis acopis inungebant: in quorum catalogo vnguentum gleucinum, irinũ, amaracinũ, & abietinũ censentur, & nobile illud ex nardi spicis vnguentum, cuius libram diua Maria Magdalena in sacrosanctos Christi pedes lotos effudit. Eadem ratione frigida loturi ante balnei ingressum frictione, & olei inunctione (oleum enim corpus à frigore munit) & post exitum balnei curabantur. Sed annis viginti quatuor natu minoribus psychrolusia vti, id est frigida lauari, non licebat. Ob id merito Galenus grauiter Germanos & Celtas increpat, qui (teste Strabone) matris pudicitiam exploraturi, infantes nuper editos in Rhenum frigidum velut adulterii vindicem mergebant, cuius vorticibus spurii suffocabantur: legitimo vero thoro conceptos Rhenus, intemeratæ pudicitiæ testis, tranquilo suspendens alueo, in tremulas genitricis manus subuehebat. Vnde apud diuum Gregorium, Nazianzi episcopum, Nicobulus cecinit:

Gal. li. 4. & 6. salub. & li. 2. sim. med. Cels. l. 1. c. 2. & Dioscor. li. 1.

Strabo lib. 5.

Legitimi partus Rheno probati.

ὡς νόθον εὐγενέος Ῥήνου κεκριμένα ῥείθροις. id est,

Lacedæmonicum ceroma.

Vt spurium generosi Rheni iudicatum fluentis. Nec hi tantum, sed & Lacedæmones quoque aqua frigida, quod Lacedæmonium ceroma appellabant, puerorum corpora ad tolerandos æstus atque algores obdurabant. Vnde Virgilius cecinit,

Natos

Digitized by Google

---Natos ad flumina primum
Deferimus, ſæuoq; gelu duramus, & vndis.

Vitru. lib. 5. cap. 10. Cel li. 2. cap. 16.

Id quod Lacones, id eſt Lacedæmonios feciſſe, Seruius tradit: qui & balneum ſudatorium ab eis Laconicum dictum aſſerit, quod erat teſtudo ſiue fornacula ad hemiſphærij rotunditatem ex tegulis mammatis, argilla tomentoque compactis cõſtructa, quæ incluſo igne per ſpiracula parua caleſiebat, in qua (vt Celſus ait) ſicco calore ſudor eliciebatur, & in qua clypeus æneus catenis pendebat, cuius reductione & demiſſione (vt Victruuius refert) ſudationis temperatura perficiebatur. At poſt Aſclepiadem mutata medendi ratione, ſub Antoninis imperatoribus dum Galenus medicinam profiteretur, hæc balnearum publica ædificia, excepto apodyterio, quatuor caſulis conſtabant: in prima non frigido, vt Auicenna tradit, ſed ingredientes calido aeri temperato obuerſabantur: qualis erat Cypri in metallorum ſcaptenſulis, vbi (inquit Galenus) ἐν ἁπάσῃ δὲ τῇ καταβάσει θερμασίας χλιαρᾶς, ὡς μηδὲν πλησίον τῇ τοῦ σώματος οἰκείᾳ θερμασίᾳ αἰσθάνεσθαι θερμοτέραν ἀέρα καλῶν. id eſt erat in vniuerſo deſcenſu caliditas tepida, ſimilis calori primis in domib. balneorum, quas Promalecteria appellant. Primæ calore domus, corporis humores calefacti liqueſcebant: at adæquati, vt ſub cute rarefacta euaporare poſſent, deinde vncti & deterſi, in calidam ſecundæ domus aquam deſcendebant, qua corporibus macilentis vtilem madorem ingerebant. ab hac in frigidam tertiæ caſulæ aquã ingrediebantur, qua totum corpus refrigerare, & cutim denſare, vireſque firmare ſtudebãt. in quarta domo corpus per ſudores expurga-

Quatuor balneorũ caſæ Gal. li. 10. Meth. Pli. li. 5. epiſt. ad Apoll. Error Auicennæ li. 1. fen. 2. doct. 2. ca. 19. de bala.

Prima. Gal. li. 9. de ſimp. Med. & 3. ſalubr.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

bant,&eos citra refrigerationis noxam,fricti one & oleis detergebant. Habes, mi fide Achates, ea quæ de veteri balneorum fabrica, ex veterum lectione, & vſu, coniectura aſſequi verius,quam demonſtrare potui. Quem vero in marasmo, & febribus tam putridis quam ephemeris,curandis vſum præſtare poſſit,in aliud tempus differemus: quando & medicatas thermarum vires, & à mineris ſcaturigines conſcribere, nobis animus eſt. Vale.

De Veteri Palæstræ, Et in Ea balnearum ſtructura, ac olei & ſtrigmentorum vſu. *Epiſt.* li.

ID quod omnibus architectis, mi compater, accidere ſolet, qui ædificiorum amœnitate capti, vel ea inſtaurare, aut noua illis annectere non ceſſant aut dum vnum inſtaurant, alterum collapſum præter ſpem reficere cogũtur: id quoq; mihi accidit,qui dum veterem balnearum fabricam meditor, en mox hac nedum abſoluta, altera veterum palæſtrarum ſtructura, medico certe ſcitu æque neceſſaria, ſe ſe offert: quam tibi, quantũ calamo aſſequi poſſum, libens depingam. Scis nempe, principium omnium artium eſſe rude: at temporis ſucceſſu & experientia adaugeri, & excoli. quod certe Medicina, omnium mortalium voto expetita, ac toties immutata,indicat. Hanc ante & ſub Troiani belli temporibus Æſculapius, & tandem eius liberi Machaon & Podalirius, ac celebris ille Achillis præceptor Chiron, vulnerũ medelis & pharmacia exercebant, ſolisque his duabus partibus,nempe Chirurgia & pharmacia, tum

Medicinæ principiũ, incrementum, ac partes. Cor. Celſ. lib.1. in procem. Plin. lib. 29. cap.1. Galen. ad Eraſiſt.

Digitized by Google

tum medicina constabat: quarum alteram, nempe pharmaciam, sapientes Indorum medici, vt maleficam despuebant: ac tertiam eius partem διαιτητικὴν dictam, quæ salubri victus ratione absoluebat morbos, impense obseruabant, quam ætate Homeri & apud veteres Asclepiadas non fuisse adeo excultam, Plato & Hippocrates testantur. Nam inquit, De diæta veteres medici nihil memoratu dignum scripserunt, & tam magnam medicinæ partem præterierunt. At Hippocrates ex Coo insula natus, succenso in Epidauro Æsculapii templo, in quo pharmaca morborum longo vsu comperta, inscripta erant, sibique cognita, hæc velut è tenebris eruta, & ab igne vindicata inuulgauit, & his diæteticen, reliquasq; medicinæ partes locupletauit, ac lecto decũbentium medicinam, Clinicen dictam, instauauit. Gymnasticen quoque salutaribus præceptis breuiter, primus vere conscripsit: quamuis Plutarchus Homerum in sua rhapsodia omnes medicinę partes insinuasse contendat, Galenus tamen gymnasticę artis nomen Homeri ætate non extitisse, Thrasybulo indicat. Hæc exercitiis omnifariis, frictionibus, apotherapia, balneis, inunctionibus, inculpatum corporis sani habitũ, quẽ Græci εὐεξίαν appellant, conseruare, aut defectum instaurare, lassitudines curare, & corpus ab excrementis subtercutaneis & musculorum expurgare docuit: nõ certe postrema salubrioris medicinæ prophylacticæ, id est sanitatis conseruatricis parte. Nam vt medicus coco salutaria præscribit fercula, sic gymnastes pædotribis & athletis exercitii, frictionis, balneorumq; modum dictabat olim. Hanc

Strab. lib. 15. Hippocr. li. 1. de victu. acut. & de Diæt. lib. 1.

Plutar. in vita Homeri De gymnastæ officio Gal. ad Thrasyb. & libro 2. & 3. salub.

Digitized by Google

Celſ. lib. 1. cap. 13. & Plin. libro 26 cap. 4. Palæſtrarũ ſtructura, ex Vitru. li. 5. ca. 11

poſt Hippocratem ætate Pompeii Magni, blandiori balnearum penſilium, frictionum ac geſtationum lenocinio, Aſclepiades adauxit, mutata veteri medẽdi ratione. Et ne quid ad ſanitatis cõſeruationem reliqui fieret, primum Græci, deinde Romani illorum in deliciis æmuli, incredibili impendio palæſtras conſtruxerunt: intra quarum duplices porticus, in medio Ephebeum. i. exedra ampliſſima erat, in qua rhetores, philoſophi & alii liberalib. ſtudiis addicti, ſedentes diſputabãt, huic à dextro Coryceum, deinde Cõiſterium, ab exuẽdis veſtib. apodyterium dictum. ab eo in verſura porticus erat, frigidarii cella, ἄψυκτον Græcis dicta. proxime vero ad ſiniſtram Ephebei erat elæotheſium, & alipterium Græcis, vnctuariũ Latinis dictum, in quo aliptæ athletas vngebant, conſtructum. Hoc continuo ordine excipiebat frigidariũ alterum, à quo erat iter in propnigeum hypocauſtum, & eius prefurnium, in quo carbones accenſi hypocauſtum calefaciebant. At eregione frigidarii introrſum erat cõcameratum ſudatoriũ collocatum, duplo ſua latitudine longius, quod habebat in verſuris ex vna parte Laconiũ balneum, & ex aduerſo Laconici calidum lauacrum. Præterea erat in palæſtra porticus ampliſſima Xyſtus dicta, in qua athletæ hyberno tempore ſub tectis ſtadiis exercebantur. & ne aliquid amœnitatis luxui deeſſet, erãt quoq; intra duas porticus viridaria ex platanis, lauro, buxo, acantho, roremarino, hedera & aliis arbuſculis, opere topiario in variis animalium ac nauigiorum effigies graphice detortis, conſita: quæ quoque Xyſta dicebantur. Vnde Plin. ad Apollinarem: Ante porticũ, in-

Ephebeũ.

Cotyceũ. Coniſterium Apodyterium. Frigidarium. Elæotheſium. Alipterium.

Vitru. lib. 6. ca. 9. Pli. lib. 2. & 5. epiſt. ad Gallum & Apollin.

Viridaria palæſtræ

Xyſta quoque dicta, in neutro & maſc. genere.

Peridromides deambulationis hypæthræ loca ſub dio.

quit,

Digitized by Google

quit, Xystus violis odoratus, & concisus in plurimas species, distinctusque buxo erat. At prope Xystum & porticum duplicem erant hypæthrę, id est sub dio deambulationis loca designata, quæ Græci περιδρομίδας appellarunt, in quæ per hyemem sereno cœlo ex Xysto athletæ prodeuntes exercebantur: quos prius frictione præparatoria, quæ modice calefaciendo, tenues corporis meatus recluderet, excrementaque intercutanea fluxilia redderet, solidasque corporis partes, olei vnguine emolliret, ad colluctandum aliptæ præparabant. Exercitatos vero in balnearum cellulas demittebant, egressos in alipterio frictione apotherapia curabant, quæ pluscula olei pinguitudine administrata, corpora humectabat, distenta relaxabat, & frictione vapores in habitu corporis detentos in halitum digerebat: & postremo, ne corporis robur nimium diffluere tur, corpora athletarum psychrolusia in frigidario, aut baptisteriis, vel piscinis astringebant.

De duplici frictione Gal. li. 2. Salubrium Celsi li. 2. c. 13, & Paul.

Cur exercitati vngebantur oleo, docet Gal. prope fine li. 2. de simplici. medic. & li. 4. de loc. affect. ac Plutarc. in vita Homeri. De gymnasiisofficio, Plato in 7. dialog. de repub. & Gal. de bono corporis habitu

Et non athletas modo, sed quosuis labore, venatione, peregrinatione fessos, ideo ea ratione curabant, quoniam exercitiis membra similaria exsiccarentur, & colliquescerent: & ne vapores intra cutem & musculos coacerυati, lassitudinem aut musculorum distentiones parerent, aquæ dulcis lauacro & lubrica olei frictione corpora humectabant, & subtercutaneas excrementorum reliquias euaporabant. His remediis gymnastes non macilentos modo habitiores reddebant, sed paulo obœsiores, pro sanitatis ratione, macilentiores facere nouerant. Ad id Græcia solers, & omnis luxuriæ auctor, magna

induſtria ex oleo & terrarum puluere ceromata conficere docuit, & vnguenta acopa, laſſitudinum expultricia excogitauit. At non ex quauis terra, ſed vt plurimũ ex alba illa fullonum cymolia dicta, aut illa pertenui ex Albano agro allata, aut Baiano puluere, quin iuxta ardentem montem Veſuuium colligebatur, conſtabat. his enim corpora fieri ad tolerandos æſtus & algores firmiora, arbitrabantur. Profecto non vulgarem eſſe vnguinis ex oleo virtutẽ, id celebre Romuli Pollionis reſponſum teſtatur, qui à D. Auguſto Cæſare rogatus, qua ratione victus, illum corporis decrepiti ac animi vigorẽ centũ annos illæſum conſeruaſſet? reſpondiſſe fertur; intus mulſo, foris oleo. Et Democritus conſultus, qua ratione quis ſanus perſeueraret: reſpondit quoque, Si interna viſcera melle, externa vero oleo irrigaueris. auctor Plin. libr. 22. cap. 24. Athenæus libr. 2. Diphn. Oleo enim vtebantur, quod natura membra tepore foueret, & contra algores muniret, & ad agilitatem artus redderet lubricos. oleo verò terrarum puluis, teſte Hippocrate, admiſcebatur, vt ſuo frigore & ſiccitate olei æſtum & humiditatem temperaret. Vnde erat & Græcorum corporis exercitium, ἀλινδησις dictum, quo oleo delibuti in puluere ſe volutarẽt. Proinde non temere Patrobius Neronis libertus, magnis impenſis tenuiſſimam Nili arenulam ex Ægypto, ad conficienda athletarum ceromata, Romam aſportari curauit. Ob hunc luxum Plinius excandeſcens: De terræ vſu in ceromatis, inquit, non Hercules magis dicturus ſum, quib. corpora noſtra inuentus exercẽdo, vires animorum perdi-

De olei & pulueris mixtura. hæc Hipp. lib 2 de diæta. Plin. lib. 15. c. 4. Alindeſis in puluere.

Hippocr. lib. 3. De diæta.

Plin. lib. 35. ca. 13.

Digitized by Google

perdidit. Sagina quidem corporis, athletarum ingenii acumen obtundit. vnde Gal. Thraſybulo ſcripſit, χασὶρ ἡ παχεῖα τὸν νοῦν οὐ πίκτει λεπτόν. i. Venter craſſus ingenium non parit ſubtile: niſi, inquit, puluis ſolus ſapiẽtiam athletis donaſſet. aut quis ſuſpicetur, lutum in quo volutantur, ſapientiæ eſſe opificem? videns & ſues in luto diuerſari. Peractis itaq; in palæſtra exercitiorum ludis ceroma de corporib. athletarum oleo illitis, vna cum ſudore & cœno concretum, in balneis ſudoriferis, ſtrigili deſtringebatur. Vnde hæ balnearũ ſordes ſtrigmẽti appellationẽ obtinuerunt. eſt enim deſtringere, lacinia, aut incuruata fricantis manu, vel ſtrigili, ſudorulẽtas corporis ſordes detergere. Et quãuis Hippocrates mauult ſpongia quam ſtrigili ſũdores in balneis abſtergi, Menelaꝰ tamen, aliiq; Græcorum heroes, & Romanorum proceres, conuiuia ingreſſuri, corpus prius inunctum & lotum ſtrigili ex auro vel argento facta, expurgabant. Nam & Ariſtot. ait, ἀπερπὶς χθὲς ἦκεν εἰς τὸ συμπόσιον, σωὶ ἱδρῶτι πολλῷ & κονιόρτῳ. id eſt, indecorum erat ſudorulentos & puluere cõſperſos conuiuium ingredi. Vnde Perſius ait:

Puer & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer.

Et Strabo refert, Indos, & eorum reges, corpora ſtrigili ex hebeno facta abſterſiſſe. Veteres quoque medici, ſolliciti morborum exploratores, ſudorem in balneis concauitate ſtrigilis excipiebant: ex cuius colore & ſapore, qualis eſſet humorum in venenoſo vaſorũ genere miſcella, facile dinoſcebant. Nec adeo mirum hæc olei in balneis, gymnaſiorum parietibus & ſtatuis coaceruata ſtrigmenta, magiſtratus ludorum o-

Crapula pinguem parit Mineruam.

De ſtrigmentis balnearũ. Strigilis in balneo vſus.

Hippoc. li. 3. reg. acut.

Ante conuiuia lauabant. & ſordes deſtringebãt. Athen. lib. 4. Dipnoſ. Hom. Odyſ. λ. Strab. lib. 15.

Ex ſudoris ſapore & colore morbi cognitio: Galenus lib. 5. de locis affect.

& lib. 3. de cauſis ſympt. & lib. 10. de fal. medic. De precio ſtrigmentorum, & vſu Plin. lib. 31. c. 13. Dioſcor. l. 1. cap. 28.

ctingentis ſeſtertiis vendidiſſe, quum illorum vſus in depellendis morbis non eſſet vulgaris. Calefaciunt enim (inquit Dioſcor.) quæ in balneis colliguntur olei ſtrigmenta: molliunt, diſcutiũt, aniragadia & condvlomata his vtiliter inunguntur. quæ vero ex palæſtris concretum puluerem habent, concretis in digitorum articulis nodis, coxendiciſque dolori, malagmatis vice impoſita, proſunt. At quæ in gymnaſiorum parietibus, & illic ſtatuis, vnguinis ſordes adhæſerunt, pannos ægre ſuppurabiles diſficiunt, deſquammatis & inueteratis vlceribus quoque accommodantur. Erat præterea in palæſtris terra athletarum & deambulantium pedibus conculcata, ſudoreque illorum vel olei aſpergine irrigata, κονίσαλος dicta, quæ fere eundem cum ſtrigmentis vſum in molliendis & diſcutiendis bubonum & lactantium vberum, & aliis tumoribus præſtabat. Cęterum quum raro aliquod ædificium ſine podij ad proſpiciendum appendice abſoluatur, libuit & noſtræ de balneis fabricæ, & hypocauſtis, ex Plinio iuniore appendicem addere: vnde clarius reliqua balnearum ædificia proſpici poſſint. Erat nempe hypocauſtum in thermis locus concameratus, cui præfurnium (Græcis propnigeon dictum) annexum erat, in quo ſuccenſo igne hypocauſtum incaleſcebat: per cuius ſpiracula, veluti per feneſtras, calor pro temporis ratione etiam per tubulos & intra parietes fornaceos in cubicula, ſudatorium, vaporarium, & balnei cellas, ſubibat. Vnde Plin. ad Apollinarem: Cohæret, inquit, cubiculo hypocauſtum, & ſi dies nubilus eſt, immiſſo per anguſtas feneſtras calore, vicem ſolis ſup-

De terra Coniſalo Galen. lib. 10. de ſimplic. medic. Podium, eſt Anſilade, Erycer. De hypocauſtis appendix, ex Plin. ad Gallum & Apol.

Digitized by Google

ſupplet, & ſuppoſitum calorem, vt ratio temporis exigit, aut effundit, aut retinet. Erant autem parietes fornacei, ex terra, & fornacum modo intra duas tabulas infracti lateribus crudis, ex albicante & cretoſo ſolo in vere compactis circumſepti, imbribus, ventis igneque incorrupti, omnique cæmento firmiores, per quorum tubulos illis inſertos ex hypocauſto in ædificiorũ conclauia calor penetrabat. Erãt in balneis tres, vt accepiſti, cellæ, frigidaria, tepidaria & calidaria: qua ſolo olim vtebantur, donec Anto. Muſa, Cæſaris Auguſti medicus, & eius frater Euphorbius, inſtituerunt, à balneis calidis, quas thermas appellabant, corpora in baptiſteris, piſcinis, frigidoque lauacro rurſum aſtringi & corroborari. Vnde Plin. Thuſculi & Laurentinæ villæ delicias Gallo ſuo prædicans: Inde, inquit, à cubiculo, balnei cella frigidaria, ſpacioſa, & effuſa: cuius in contrariis parietibus duo baptiſteria, velut eiecta, ſinuantur, abunde capacia, ſi nare in proximo cogites. adiacet vnctuarium, imo hypocauſtum: adiacet & propnigeum: mox duæ cellæ magis elegantes, quam ſumptuoſæ. cohæret & calida piſcina mirifica, ex qua natantes mare aſpiciunt, nec procul abeſt ſphæriſterion, in quo pila trigonali ludebant. His, mi compater, arbitror ſingula veterum balneorum ædificia, & veluti membra, abſoluta: in quibus ſi veterum more in hyeme hora planetarum inæquali & diurna, nona: in æſtate vero octaua laueris, poſtea ad veſperam mihi cõuiua lautus eris: vbi tandem lactuca ex acetariis, & ouis ſorbilibus, vinoque ſaturum te mollis excipiet lectus. Vale.

De parietib. fornaceis, Plin. l. 14. ca. 14.

Ordo ædificiorum balneis.

Sphæriſterium.

Quibus horis diei veteres balneum indixerint. Plin lib. 3. Epiſt. 1.

Digitized by Google

QVIBVS TRIA ILLA APVD HIPPOcratem exercitia acrochiriſmus, chironomia, & corycomachia & alindeſis conſtabant.

Epiſt. LII.

FRVSTRA quidem miraris, mi Nicobole, tam ſalutaria conſeruandæ & reparandæ ſanitatis exercitia deſiiſſe, cum in horum vſum magnis impendiis parata ædificia etiam corruerint, vt horũ vix nobis relicta veſtigia, illorum vero nomina nõ facile agnoſcamus. quotus enim quiſque, obſecro te, medicorum eſt, qui hæc Hippocratis de diæta ventriculi plus æquo calidi & humidi exercitiorũ nomina ex integro intelligat: dum ait: ἀλλὰ τρίψις μὴ πολλὴ προστιθέω. ἀλλὰ ὀλίγη, μηδὲ πάλη, ἀκροχειρισμὸς, Hippoc. II. 3. de Diæta. καὶ χειρονομίη, καὶ κωρυκομαχίη, καὶ ἀλίνδησις ὀπτηδίη, ἀλλὰ μὴ πολλή. id eſt, Sed ne frictio multa applicetur, ſed modica: acrochiriſis, & chironomia, & corycomachia, & alindeſis ſunt accommodata, ſed non multa. De horum nominibus quid mihi perſpectum ſit, te non celabo. Erant enim acrochiriſtæ, athletæ, qui citra corporis complexum, ſummis tantum apprehenſis manibus concertabant. Veteres Græci & Hippocrates, à ſcapulis ad extremos digitorum vngues, brachium, cubitum, & ipſam manum, χεῖρα ſimpliciter appellabant. & id quod à cubito ad extremum digitorum apicem protenditur, ἀκροχεῖρα, id eſt extremam manum dicebant. inde ἀκροχειρίζεσθαι, eſt conſertis tantum manibus certare. Vnde Poſſidonius libro Hiſtoriarum vigeſimotertio, καλεῖ, inquit, ἐνίοτε καὶ τὸ δεῖν πονομαχεῖν. ἐν γὰρ τοῖς ὅπλοις ἐγκρινόντες σκιομαχοῦσι. καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀκροχειρίζονται. id eſt, Gal. lib. 5. Anat. & Hipp. de Fracturis. Verba Poſſidonii repetit Athenæus. lib.

Celtæ

Celtæ Galli aliquando à cœna ſingulare certamẽ committunt, aut inarmati vmbratili pugna congrediuntur, & inuicem ſummis tantum manibus concertant. Erat & alia corporis exercitatio, à Cicerone palæſtra, ſed Græcis à manuum geſtu chironomia dicta, qua præceptores & pædotribæ ingenuos pueros motus geſtusque corporis docebant, ne ſtatus corporis indecorus, aut manus & brachia inepte proferrentur, & ne caput & oculi ab aliis corporis partibus diſſiderent, & pedes appoſite proferrentur. Horum ignaros apalæſtritas nominabant. Hac geſtuum induſtria Perſas, generoſæ idolis pueros exercuiſſe plurimum & eorum corpora quaſi formaſſe, Xenophõ auctor eſt. Nec Cic. hanc geſtuum, & pronuncia tionis ſolertiam ab Æſopo & ſuo Roſcio tragœdis diſcere erubuit, quem adeo attente in theatro agentem ſpectabat, vt etiam in oratione ſua populum Romanum obiurget, quod Roſcio geſtũ agente tumultuarit. Hunc L. Sylla dictator aureo annulo donauit, cuius tanta apud ædiles fuit gratia, vt mercedem diurnam de publico mille denarios, ſine gregalibus ſolus acceperit. & Æſopus ex pari arte ducenties ſeſtertiũm filio reliquiſſe traditur. Verum cum hæc potius oratorum quam medicorum interſint, alteram chironomiæ ſpeciem percenſeamus, quæ læta ſaltationis ſpecies, à varia & verſatili manuum geſticulatione, chironomus quoque dicebatur. quam Hiſpanorum mulieres, in earum choreis, dum digitorum ad pollicem alliſione obſtrepunt, referre videntur. Sed qualis lucta Hippocrati fue-

Celtarum monomachia & acrochiriſmus.

Chironomia Quintil. lib. 9. ca. 12.

Xenoph. in Cyropæd. & rep. Perſ. Macrob. li. 3. Saturn. ca. 9.

Altera chironomiæ ſpecies ſaltatio.

Digitized by Google

Corycomachia. rit corycomachia, non satis liquet. Si Hesychio creditur, tum corycidium fuit olim concauum ex pellib. scutum vel inuolucrum, quod sagittantes siniſtro cubito apponebant. Erat & corycos ciſtula pannaria aut vasculum, vtri vel folli similimum, ex pellib. consutum. Fuisse quoq; nauicu-

Corycus. lam. & lanceam, plerique testantur. Verũ vt credã fuisse follem grandem, qua in corycino balnei ædificio colluderent, veluti pila, verbis Galeni adducor. Superest, inquit, vt de exercitiis dicamus, quæ celeritate peraguntur, citraq; robur & violentiam. id genus sunt, cursus, & vmbratilis armorum meditatio, & cum duo summis manibus concertant, ἀκροχειρισμὸς Græci vocant, tum quæ per corycum & pilam exercitatio fit, vtiq; cum à distantib. & currentib. administratur. Alindesin vero fuisse in puluere volutationem, prius diximus. Vnde & loca puluerulenta in quibus equi se volutabant. ἀλινδήθρα Græci nominabant. Si plura exercitiorum palæstræ genera & illorum nomenclaturas ac commoda scire desideras, Iurisconsultorum de his in Pandectis conscriptas leges, & Galeni De salubri victus ratione, & Plutarchi aliorumque historias legito: quibus si te exercueris, ea corporis excrementa per insensilem ex poris halitum digeri, robur membris accrescere, caloremque naturalem, omnis concoctionis opificem, adaugeri percipies. Vale.

Digitized by Google

De Origine Alchimiæ, Distillationis aquarum, & olei modis, ac illorum vſu. *Epiſt.* LIII.

QVAS tuus tabellarius nudiuſtertius attulit literas, fronte hilari excepi: quæ impendio probabant, quod omne bonarum artium principium eſſe rude dixerim. Sed cur non in noſtro hoc tam præclaris omnifariæ eruditionis ingeniis fœcundo ſeculo expolirentur, quærere videbantur. Quibus facile reſpondere poſſum, eſſe quoſdam ventricoſos lurcones, neſcio quibus Bacchi ſacris initiati, qui veluti ignaui fuci mella apibus, ſic iſti ſtipendia eruditis præripiunt, & cum ſuis meretriculis obliguriunt: de malis quidem loquor, bonos omni honore dignor, Deinde cum contraria in eodem conſiſtere ſubiecto non poſſint, nil mirum, quoſdam inertes aulæ proceres, doctos ferre non poſſe. Deinde quod vulgus, ſol licitus futurorum explorator, & percunctator, ac auidus lucri auceps, eas acceptat artes, quæ tam infirmis fulciuntur fundamentis, vt nihil duraturum diu ſuperſtrui poſſit: quales ſunt vatidica illa aſtrologia, & ſpe diues alchimia. quorum prima rudimenta, Ægyptii primi omnium artiũ auctores excogitarunt: ad quos ob id Pythagoras & Plato nauigarunt, & quib. non inepto ænigmate Moſes Ægyptum egreſſurus, populum Iſrael aurea & argentea vaſa, id eſt reconditos ſcientiarum theſauros furripere iuſſit. Magnas nempe arte chimica opes ſibi parauerant. Vnde Diocletianus Cæſar, poſtquam Achillem Ægyptiorum ducem octo menſes in Alexandria Ægypti obſeſ-

Ob quam cauſam artes incrementa nec ſuſcipiant.

Ægyptii aſtrologiæ & alchimiæ inuentores.

Aegyptiorum aurea vaſa. Exod. 2. Hieron. in Epiſt. & Euſeb. de Præpa. euang. Bellum Diocletiani.

Digitized by Google

Diocletianus libros alchimiæ combussit. auct. Suidas. Oros. lib. 7. cap. 16. & Paul. Diacon. in eius vita.

sum profligasset, omnes chimicæ artis libros, diligenti studio requisitos conflagrauit: ne reparatis opibus Romanis repugnarent. Nec sane chimia, χημεια, quæ metalla cruda in meliora trãsformat adeo noua ars est: nec temere poetæ finxerunt, Iasonem à Pelia patruo ex Thessalia cum Argonautis ablegatum in Colchos, ad afferẽdum δέρας id est aureum vellus, ab igniuomis draconib. custoditum, nauigasse: quod Medeæ astu acquisitum, in Thessaliam attulit. non erat sane δέρας vellus aureum sed liber, vt olim fieri solebat, δέρεις id est membranis compactus: in quibus ars conficiendi aurum conscripta fuit. Huius artis beneficio, metallorum formas substantiales, chimeutica quadam admiranda metamorphosi transmutare satagebant. Ad id, illis aquis causticis, ex calcantho & sulphure oleis, ex metallorum mineris, salibus, & plerisque aliis empyreumatis, sicco calore eliquatis, opus erat, quibus metalla dissoluerent, & fluxilem Mercurii substantiam fixam sisterent, ac elixir suum ab omni fæculentia expurgarẽt. Cogita, obsecro, quanto vel hodie sublimationis studio & impendio, ex optimo vino & omnibus terræ nascentibus, quintam essentiam, quã suum appellãt cœlum, Mercuriumq; vegetabilem, elicere per alembicum laborant: quã tandem, vt lento putredinis calore defæcatior reddatur, in torto vitrei vasis inuolucro, aut pellicano Hermetis vase exceptum, in acinorum aceruos, vel olearum recrementa, aut si diis placet, in fimo diutius quam mensem recondunt. Tali quidem chimistarum artificio pleraq; pharmaca, aquas salutares & causticas, ex aromatibus olea odorifera, le-

Aureum Colchonivellus, alchimiæ libet δέρας dictus Suid.

De quinta essentia, Ra. Lullius.

Ex alchimia pleraque pharmaca vti-

Digitized by Google

ra, leniterque edaces ex hydrargyro pulueres, putridi vlceris sordes abstergentes, quib. momento auri addito, temere pestis virus expiare audent, & pleraq; alia magni in cura morborum vsus, confici posse non abnego. Sed cur stillaticii per alembi cum aquarum liquoris vsus, tã sero à Græcorum & Arabum medicis acceptus sit, admiratione nõ caret: quippe quod ego sciam, primus, sed fere etiam postremus Græcorum medicus Actuarius, aquæ rosarum meminit, dum ait: Stillaticii rosatum liquoris, quem Rhodostagma nominant, libra vna, cum saccharo feruefat, donec euanescat. At inter Arabes Mesue, sublimationis aquarum absinthii & rosarum meminit primus: Aqua, inquit, sublimationis absinthii, fit sicut aqua rosata, & similia, quæ fiunt in vasis sublimationum. At postquam Rasis, Serapio, & Auicenna, alchimiæ animum adiecerunt, tum illarum vsus sero quidẽ, sed prope nimis cito dixissem, in medicinam ideo irrepsit, quod stillaticius ille ex herbis, stirpibus, radicibus, & aliis terræ nascentibus liquor, longe à suorum parentum virtutibus ideo degenerat. Certum enim est, terræ nascẽtia cuncta ex diuersis & fere insectilib. elementorum frustulis, velut atomis, esse coadunata: ac in illis diuersas & contrarias, sub vna tamen totius compositi forma residere virtutes. Vnde illa decantata rhei barbarici radix aluum laxat, eandem astringit, & epatis obstructiones tamen aperit. En rosarum succus ventrem à cholera expurgat, quem illarum aqua & sicca substantia astringit. sed vicissim illarum in vnguibus amaritudo referat, pulmonisque vlcera consolidat. Nunquid externa

Mercurii præcipitati pulueris noxius.

Serus distillationis aquarum vsus, & eius causa.

Mesue & Actuarius primi aquæ rosarum & absinthii meminerunt.

Rasis libr. 7. ad Alm. cap. 5. & Auenzoar arg. viui sublimationem docent.

In diuersis vnius subiecti partibus virtutes contrariæ.

vrticæ ſuperficies prurit, & vrit: internus vero eius ſuccus arteriis applicitus, febrilem cordis æſtum infrigidat? nunquid & quotidie videmus, ex eadem venæ ſubterraneæ minera in furnibulo diuerſa plumbi, argenti, vel cupri & auri ſimul eliquari metalla? quorum tamen non parua pars in fumum reſoluitur. Quum igitur fæculentiores partes in fundo alembici ſubſideant. aereæ vero in ſpiritus fatiſcant, ac humidiores cooperculi frigore ingroſſati, ex illius alueolo in ſubiectum vaſculum guttatim deſtillent: nihil certe mirum erit in ſtillaticio aquarum liquore aliarum partium virtutes, odores quoq; & ſapores, paucis exceptis, deſiderari, ac immutari. vnde Meſue: Aqua inquit, roſarum, per ſublimationem facta multum roborat: nec tamen vt illarum ſuccus, vel per infuſionem recentium dilutum purgat, quia ſubtilis earum caliditas eſt igne diſſolura: adde quod recondita formæ ſpecificæ virtus, vt in magnete, colocynthide, & ſcãmonea, & aliis, per totam æqualiter ſui ſubiecti ſubſtantiam diffuſa, diſperditis aliarum ſubiecti partium viribus, ſuum robur retinere nõ poteſt, quin illius actio quoque diſpereat. vnde aqua per alembicũ de colocynthide aut rheobarbaro extracta, aluum ſubducere nequit: quum tamen illarum dilutum in quo ſaltem aliquot horas macerantur, id facile præſtabit. Non certe quælibet forma ſua virtute illæſa, in quouis mixto & κρᾶσιν, aut temperatura ſubſiſtere poteſt. Nil igitur mirum, aquas, præcipue ſicco empyreumatis calore deſtillatas, à ſuorum parentum virtutib. degenerare. Quod certe plus doctos quã imperi-

De mixtura compoſitorũ, lege Ariſtotel. lib. 4. Meteor. & Alexand. Aphrodi. in li brũ de mixt.

Hæc Meſue de ſimpl. cap. 12.

Quare aqua laxatiuorum diſtillata non purgat.

Vitiato ſubiecto, & eius formæ virtutes vitiantur.

Digitized by Google

imperitos terruit medicos, effecitque vt illarum vſum ſerius acceptauerint. alii vero, vt illarum defectum reſarcirent, varios per varia organa diſtillandi modos excogitarint. Eſt enim diſtillatio humoris per calorem in vaporem reſoluti, ac frigore rurſum inſpiſſati eliquatio. Si enim abſque calore ſolis, ignis, aut putrefactionis, fit, nempe per licium, penicillum, ſpongiam, vas figulinum crudum, humoris expreſſio, aut per Cyſſibium, vaſculum ex hedera factum, relicta intus aqua, vini per poros reſudatio, non proprie diſtillatio appellatur: ſed dum ex vaſe vitreo ſuper arenam poſito, ac florib. referto, aprico ſolis calore in aliud oblongum humor elicitur, hunc tum diſtillare recte dicimus. Si vero de vaſe fictili, ſtanneo, aut vitreo, ſupra furnibulum poſito, ac fundo eius arena vel cinere ita circumſepto, vt collum eius inſtar cucurbitæ oblongum, capitello roſtri oblongi ſimili naſoreſimo coopertum promineat, ignis ſuccenſi calore vaporulentus humor extenuatus, & rurſus frigore capitelli & aeris ambiẽtis ingroſſatus, in ampullam roſtro capitelli appenſam guttatim defluxerit, id quoque diſtillationem appellamus. Sed habenda eſt ratio vel maxima, ne ignis de lignis ſemiputridis, graueolentib. aut prunis in ſcrobe ſuffocatis aut carbonibus de terra ereutis, quos *Carbones* appellant, ſuccenſus, ſuo virulento vapore vaſa diſtillationis inficiat, & liquores coinquinet. Quã noxius. n. horũ vapor ſit, cubicula, & hypocaulta, & balnea his calefacta teſtantur: quę in his diuerſantes, non ferendo capitis dolore affligunt, vomituq; & lipothymia, pſternũt: id quod in bal-

Diſtillationis definitio.

Cyſſibium vas hederaceũ, per quod vinũ deſudat: autor Caro.

Florum calore ſolis diſtillationis prima ſpecies.

Secunda per ignis calorem diſtillatio.

Carbones foſſiles Mitnæ & in Aquisgrano habentur.

Digitized by Google

Gal. libro 7. de vtil. particularum hæc.

neis Oenosponti ipse cum illustrissimo principe Palatino grauiter expertus sum. Vnde Galenus merito redarguit Erasistratum, qui ob aeris densitatem aut subtilitatem perire arbitrabatur inhabitantes, τὸς ἐν Χάρωνι βαράθρους, & τὰς ἐν τῇ νεωστὶ κεχεσμένους οἰκίας πάνους, & πόσ ἐξ αὐθρώκων ὀσμῆς: id est, pestiferos in Charone barathros aut domos nuper calce oblitas, aut carbonum odores: quum potius noxia horum qualitate vapores interirent. Verum in hoc distillationis genere, etiamsi ea quæ natura sunt frigida, solatrum, intybus, lactuca, & id genus, distillentur: empyreuma tamen, id est calorem siccum accidentarium, velut adusta concipiunt. de quibus Galen. ait, πλείων δὲ ψυχρὸν οὐδὲν καυθέντων ὅλων. ἐγκαλαλείπται γὰρ αὐτοῖς οἷον ἐμπύρευμά τι· & γὰρ οὕτως προσηγόρευεν Ἀριστοτέλης. id est, Adustorum nullum perfecte est frigidum: relinquitur enim in eis igneitas quædam, quam Aristoteles empyreuma appellauit. Sic atra bilis quoque quamuis terrestris & natura frigida, quæ ex sanguine adusto gignitur, caloris nō est expers: æque accinis, & acetum. quare peritiores| chimistæ, vt ille caloris feruor mitescat, & quasi mulcebrior fiat, minusque vires euaporent, vasis in aquā feruentem suspensis, quam balneum Mariæ vocant, distillationem hanc moliuntur, quam à priscis Græcorum myropolis didicerunt, qui ob easdem causas olea, vnguenta, ex nardo, spica, lasere, aut folio odorifero in diplomate, etiā sub dio sereno, lignis ἀκάνθινοις, id est non fumantibus, & carbonibus prius incendio purgatis, leniter decoquebant. Qua ratione etiam medicamenta arteriaca, & stomatica quæ vulgus Arabice Loch appel-

Empyreuma in aquis stillatitiis relinqui.

Gal. libro 9. de simp. med. Ar. l. libro 2. de partibus animal ca. 2. circa finem. Atra bilis, cinis & acetum, caloreparticipant.

Gal. 6 de cauſ. ſymp. Balneum Mariæ, & decoctio in diplomate. De coctione in duplici vase, hæc Gal. libro 7. de cōp. phar. patt. & lib 4. salubr.

Digitized by Google

appellant, quoque olim decoquebant, quod Gal. scite his verbis, quæ ob Atticisini leporem adscribam, inquit: δι' ὀπιῶμα τὸ ἴψου, ὅπερ ἐστὶν ὀπὸς αἰγείου δικλῦς, καθάπερ μυρεψοὶ τὰ ὦρα σκευάζουσιν, εἰς μέγαν πυρὰ λίβητα θερμὸν ὕδωρ ἐπιχέοντες, δεύτερον ὀνησάμενοι ἔχουσι ἐν αὐτῷ δ' ἰώμενον φάρμακον, εἶτα τοῖς δι' ἡμέρας κεκαυμένοις ἀνθρακιὴν ἢ ξύλοις ἀκάνθοις ἐπιτιθέντες. Est & tertia quoque distillationis species, quæ fit vasis distillatoriis medicamento refertis, & in acinorum acervo aut olearum recrementis, vel fimo obrutis. Horum enim calore putredinali, de medicamentis diu in vase aliquo olei vel vini ardentis liquore maceratis, chimistæ suam quintam depurgant essentiam, ac salutares instaurandæ iuuentutis & prorogandæ vitæ aquas, & nescio quæ non depultricia pestis ac veneni pharmaca alexiteria elicere promittunt: quibus vt ab auro nomen imponunt, ita auro quoque compensari ea volunt. Hanc vero distillationis rationem, plerique medici eruditione & rerum peritia clari, ob caloris putredinem & fœtidam fimi euaporationem qua pharmaca infici verentur, abhorrent: quippe ἀεὶ γὰρ ὀπὸς ἔπεται πὶ πυοσώδη, id est, fœtida esse semper pernicioſa. Verum hi non perpendunt, ea de vasis putrefactionis exempta, dum tandem per alembicum destillantur, ab hac putredinis contagione expiari, cum ignis calor veneno resistat, & id corrigat. Nam & Hera ex Cappadocia medicus, medicamenti sui stipticitatem correcturus, id tres menses sub terram defodit, & quasi computrescere sinebat: eo ingenio medicamenti substantiam fieri λεπτομερεστέραν, id est, subtiliorum partium, credebat. Hæc vero destillati-

Loch in diplomate coquenda.

Tertia distillationis species calore putredinali.

Adagium Galeni, ex secundo in tertium Epid. Hippoc. libri commentario.

Distillationis per calorem putredinis correctio.

De medicamento Herꝫ, Gal. de comp. med. part. & gener.

onum genera, ob vaporum in ſublime aſcenſum, Sublimationes recte dicuntur. At eſt alia apud chymiſtas per deſcenſum Alberto dicta deſtillatio, quo olla vitreata, in ſcrobem terræ defoſſa, huicque alia medicamentis referta, in fundo foraminibus pertuſa, inſeritur, terraque obruuntur: ſupra quam lignis ſiccis (ἀκάπνοις) accenſis, medicamenti liquor per ollæ fundi foramina in ollam inferiorem deſtillat & deſcendit: qua ratione plerique oleum ex aſſulis lignorum iunipe-

De diſtillatione per deſcenſum, Albert. lib. de recta alchym. ſemita.

Quare pinguia ægre ſublimant.

ri, & aliorum, conficiunt. Fere iam colophonem huic epiſtolæ addidiſſem, niſi prius hoc problema explicandum occurreret: nempe ob quam cauſam iura caponum, & alia pingua, quum ſint fluxilis & aereæ ſubſtantiæ, ægre ſublimentur? An quod pinguedo ſupernatans, humori ſubiecto pelliculam iuducit, per quam ſubditus humor vix euaporare poteſt: ſic oleum vino aut aquis odoratis affuſum, ea exhalare nō ſinit: & raphanus quoque cum oleo comeſtus, de ventriculo eructationes, quas ſolet, ciere non poteſt. Ita tibi, quam breuiſſime, potui, vetuſtam diſtillationis & alchymiæ originem recenſui: cuius artis perfectionem ſi quæſieris, eius miniſtri vt plurimum fugitiui, pro carbonibus cineres, pro metallis & auro cinerum ſauillas micantes, tibi in furno relinquent. Vale, & caue.

Raphanus cum oleo non eructat.

Alchymia imperfecta.

De Siriasi Febrili Capitis *infantium ardore, & cordis a cerebro æſtu & refrigerio. Epiſtola* LIIII.

GAVDEO certe ex animo, optime Patrocle, patronorū meorū vere gloria & decus præcipuum

cipuũ,& gratulor, ex eleganti vxore tua elegantiorem tibi natum esse puerum Theodorulum,id est Dei donum: quem tamen siriasi contabescere, conquereris. Itaque ne inscitia empericorum, & obstetricum temeritate, tam præclarum coniugij pignus pereat, quid sit, & vnde nascatur siriasis, & quibus remediis extirpetur, paucis declarabo. Hic morbus, etsi non raro post Pleiadum occasum, cum capita destillationibus pituitæ exercentur, præcipue tamen Sirio ardentis leonis astro affulgente, & (vt Statius ait) dum calido latrauit Sirius astro, infantium corpora infestat inflãmatione circa cerebri membranulas, ex putrescẽte illic coaceruato pituitoso sanguine oborta, cui subest leuis febriculæ feruor, quem Plin.ob id capitis infantium ardorem recte appellat, græce vero σειρίασις (ἀπὸ τῦ σιεμάομαι, id est inflammor & exiccor) dicta,cuius symptomata ob eius feruoris siccitatem,sunt, syncipitis & oculorum cauitas, pallor, & totius corporis ariditas, & cum insomniis,vigilia, ac ex choleræ impetu per feruorem ex acerbitate diarrhœa. Nosti sane,in capitibus puerorũ largiorẽ coaceruari pituitam, quæ æstu recalescens, membranas cerebri feruefacit,somniferosque dissipat vapores. Vnde Alex. Aphrod. verus ille à philosophia medicus,ait: ἡ πύρωσις δὲ διὰ τῶν ἀρτηριῶν καταῦσα πρὸς τὴν καρδίαν, καὶ ἐκπυρῶσα τὸ ζωτικὸν πνεῦμα, πυρετὸν ἐξάπτει, τὸν χωρὶς σήψεως. ὁ ἐκχολούμενος δ' ὑπὸ τῦ πυρετοῦ διαφορίζεται λόγω φθορᾶς. id est, vt Theodorus Gaza vertit: Feruor deinde per arterias descendens ad sedem cordis, & spiritum vitalem feruefaciens, febrem sine putredine accendit. At vero bilis

Stat lib. 1. syl.

Plin.li.20. cap.3.

Paul. Æg. l. 1.c.15.

Alex. Aph. l.1.probl. 96.

per febrem adaugeri ſolita ,aluum mordens,profluuium ventris mouere poteſt.. Cauſam enim & originem mali eſſe in cerebro, inde accipimus, quod omnia infrigidantia,vt oxyrhodinum , ſuccus ſolatri hortenſis,cucumeris , ſyncipiti,fronti, temporumque arteriis, cum otthoniis applicati, hunc ſiriaſis feruorem extinguunt:id quod & cucurbitæ ramenta,domeſticæ præcipue, præſtant.

Dioſc. lib. 2. c. 120. & libro 4. cap. 65.

Vnde Dioſco . κολοκυνθης, τὸ ὃ ξέσμα απὸ τῆς παχέιοις σικυοις ὠφελιμως χρῶνται πρὸς βρεγματος καταπλάσεται. id eſt, Ramenta cucurbitæ contra capitis infantium ardores quos ſiriaſim vocant, vtiliter emplaſtri modo ſyncipiti imponuntur. Hunc vero feruorem à capite per arterias ad cor defluere,id certiſ argumento eſt. Nutrici prius diæta frigida & humectã te indicta,poſtquã vrticas in mortario contuſas, addito momento vnguenti δια αἰγιλωπος quod populeõ vocant,arteriis temporum ac metacarpii applicueram :ſingulis vero quaternis horis innouarã,ille ſiriaſis feruor plus minus biduo extinguebatur citius. Quandoquidẽ his argumentis & Alexãdri teſtimonio Gal. cõuinci poteſt,cor ipſum cerebri feruore incaleſcere videmus quoque , cum pituita aduentitiõ cerebri calore liquefacta,ſupra corporis molem deſtillat , febrem ephemeram in ſpiritib.cordis ſuccendi.Proinde dic quæſo Galene,quid obſtare poſſit ,quamuis cerebrũ vt ſacra Palladis arx , ingenii & ſenſuum domiçilium ,in ſubliminori corporis loco,velut in ſpecula ,ob ſenſuum organa collocatum,longo interuallo à corde diſtet,vt non congenito eius frigore etiam natiuum cordis calorem temperare poſſit:Quippequum calor naturalis,cuius cor eſt infurnibulum,

Vrticæ ſuccus ſiriaſim puerorum curat.

Galen. lib. 8. de vſu part. reprehendit Ariſtotelem dicentem, cerebrum ob cordis refrigeriũ eſſe factũ. Ariſtotelis à Galeni calumnia defenſio.

opera

opera naturæ promouere non possit, nisi pro formæ specificæ ratione contemperatus fuerit. Natura, inquit Aristoteles, idcirco aduersus cordis sedem & calorem cerebrum molita est, quod calorem feruoremque cordis moderatur, & temperiem affert. Non quidem hæc scribo, vt tanti medicorum principis autoritatem eleuare velim, sed vt veritati patrociner: simulque ostendam, neminem in omnib. nec horis omnibus, sapere. Galenus certe mihi non persuadebit, aerem per pulmonem inspiratum, aut per arterias pulsatiles cordis diastole attractum, quouis tempore & in quauis regione suo refrigerio, nisi & cerebri tepor conspirauerit, cordis æstum satis contemperare posse. Ideo cum in macrocosmo terra quoque solis calore siccata & calefacta, solo ex aere ventorũ flatu refrigerari non posset: à natura in sublimi constituta est media aeris regio gelida, quæ vapores de terra & vndis in altum sublatos, suo frigore in pruinam aut imbres congelaret, & harum aspergine terram irrigaret, & nocturno lunæ frigore refrigeraret: ita quoque natura, sapiens omnium & præcipue in humani corporis fabrica, architectrix, in capite cerebrum frigidum, veluti lunam, in sublimi collocauit, vt alteratis suo frigore spiritibus per arterias cordis, veluti luna & media aeris regio, solis æstum; sic quoque cordis feruorem in microcosmo temperaret. Sed de his satis, superque. Noui quidem, quam indecorum sit mortuis conuiciari. Græcorum enim adagium est, οὐχ ὅσιον φθιμένοισι λοιδορεῖν. & Plancum tradunt Pollioni respondisse, cum mortuis non nisi laruas luctari. Solon quoque lege cauit, ne quis in

Hæc Arist. li. 2. de partibus animal. cap. 7

Scita lunæ & mediæ aeris regionis in macrocosmo, cum cerebro in microcosmo cõparauo.

Arist. libro 2. Meteor.

Mortuis non maledicendum. Plin. vterque: hic in prologo, ille in 1. epistola li. 8. Plutarch. in vita Solonis.

Digitized by Google

defunctos maledicta coniiceret. Ego quoque quantum fert veritas, nec viuis nisi coactus, vel lacessitus, obtrectare soleo. Noui tamen quoque esse sanctum & pium, pro iustitia, pietate & veritate, ac salute proximi, tanquam pro aris & focis depugnare. Proinde miseret me puerorum, & tui Theodoruli, qui solo vagitu & lacrymis supplices medicorum & matris opem implorant: quos medicorum auxilio destitui, vel eorum ignorantia perire, esset quidem facinus flagris dignum. Ne id accidat, Auicennæ de puerorum siriasi errorem detegere cogor. Vtinam vero (quod & Galenus noster optat) ne quis nisi propria inuenta, & à se experta conscribere auderet: tum profecto Auicenna nec vastum illum canonem aliorum inuentis, nec quidem ab eo, nedum ab eius interpretibus intellectis, ex Rase, Galeno & Ægineta locupletasset: nec salutarium herbarum descriptiones, cum lethalium miscuisset, & permutasset: aut omnia apostematum genera pestifera, cum minus noxiis, illorumque curas & nomina, magno mortalium periculo confudisset. qui omnia à Rase & Paulo Ægineta de infantium siriasi conscripta, in capitulum de Erysipelate cerebri ad verbum congessit, ac erysipelas in cerebro esse definiuit. Sed quis nescit, Siriasim capitis ardorem cum erysipelate ex diametro pugnare? Siquidem est erysipelas ex flaua bile circa ceruicem, vterum, crura, & alias quoque corporis partes, cum inflãmatione abscessus, aut vt Græci dicunt, ἕρπυδος ἕλκος μετὰ φλεγμόνης. qui si partem affectam exulcerauerit, tum & nomen naturamque herpetis esthiomeni sibi vendicat, & cum

Gal. lib. 8. anatom.

Auicenna salutaria cum lethiferis confundit.

De erysipela cerebri, Auic. lib. 3. fen. 1. cap. 5. vbi siriasim esse cerebri erysipelas falsò docet.

Gal. lib. 14. Method. & ad Glauc.

Digitized by Google

cum febre ephemera non raro coincidit. Verum si cerebrum, vt Auicenna arbitratur, obsederit, febre ardentissima corpus affligét: & vt cerebri sphacelus, id est morticinium, tertio ægrotum die perimet vt plurimum. quorum singula siriasi non competunt. Nam siriasis longe est erysipelate mitior capitis morbus & ardor, qui sanguine pituitoso, vel ipsa pituita circa panniculos cerebri putrescente, ac spiritus in arteriis inflammante, cum leui febricula, vt plurimum in æstatis feruore, infantibus accidit: adultis vero his, quibus, vt Alexander Aphrodisæus ait, ὅτι κεφαλῇ φλέγμα ἢ ξανθὴ χολὴ θερμὴ πορευθῇ πρὸς σπλῆνα, ἢ δι' αὐτῆς εἰς πνεῦμα καὶ τὰς πυρώδεις ἀέρος τὰ πνευματικὰ ἐκπυροῦται, id est, Accidit etiam firmæ ętati siriasis, cum pituita redundat in capite aut flaua bilis parumper colligitur, vel etiam putrescit, & per inspirationem aerei feruoris, spiritualia calore febrili incenduntur. Sed video quid tibi obstet, quo minus mihi assentiaris: nempe quod ea remedia, quibus Dioscorides & Paulus Ægineta siriasis feruorem extinguunt, cũ frigida sint & humida, erysipelati morbo calido & sicco, æque censes profutura: ob idque eundem quoque esse morbum suspicaris. Sed falleris, certe falleris. Ratione enim concoctionis morbi, quæ (vt Galen. ait) est alteratio faciens cessare putredinem, remanente substantia, eadem exigunt medicamenta: si sane frigida prædicta syncipiti, arteriis temporum, & metacarpii ac frontis, in quarum concepraculis calor siriasis delitescit & feruet, tũ extincto vel alterato in pãniculis cerebri & arteriis calore externo, qui putredinẽ incendere potuillet, certe eam iam prohi-

Hipp. lib. 7. Aph. 51.

Alex. Aphro. li. 1. problem. 96.

An eadem sint Erysipelæ & Siriasis remedia. Gal. lib. 5. artis par uæ.

buiſti,& morbum concoxiſti.Hoc idē eiſdem remediis in eryſipelatis cura præſtare poteris. Sed quantum ad cauſam & morbi ſubſtantiam ſpectant,longe diuerſis opus eſt remediis:quæ morbi ſubſtantia, & interna illius cauſa, tibi indicabunt. Atque vtinam hæc neoterici noſtri ſeculi medici,qui de puerorum morbis ſcripſerūt, quos Auicenna ſuis erroribus implicuit,perpendiſſent: tum fortaſſe puerorum ſaluti, & tuo Theodorulo melius conſultum foret : quem Deus tibi, vt ſpero, breui ſoſpitem reddet. Vale.

An Prandivm Coena frvgalius eſſe expediat. *Epiſt.* lv.

Qvid Romani imperij proceres in Auguſtanis comitiis, de Magdeburgenſium expugnatione decreuerint, nondum diuulgatum eſt. Verum illud te latêre nolo, pleroſque ducum ac Cæſareæ maieſtatis archiatros illic apud pharmacopolam Schelleberger conueniſſe, & cum datis dexteris alter alterum plurima ſalute impertiiſſet, tum vnus illorum inſit: Dextrę iunctæ amicitiam ſpondent. & quandoquidem conuiuium eſſe amicitiæ philtrum, à teneris audiui, expedire ad amicitiæ confirmationem vt collatis ſymbolis, vna apud pharmacopolam cœnaremus. Tum alius, vt vna potius pranderemus, ſuadebat. nam tolerare, inquit Auicenna, famem, ſtomachum malis replet humoribus. Tum ego: Prandēdum quidem ſobrie, cœnandum vero eſſe liberalius, aiebam Tum omnes, Auicennam & Conciliatorem Petrum de Appano aliter ſtatuiſſe, vno ore teſta-

Auicen. ſen. 3 lib. 1. Conciliator diff. 121.

Digitized by Google

testabantur. At ego id eos contra Hippocratis & Galeni decreta,& vetustissimam nec minus salubrem heroum Troiani belli victus rationem præcipere aiebam. Verum quibus testibus & rationibus id asseruerim,paucis accipe: Nempe si Philemoni creditur, Troiani belli temporibus Græci experrecti vtebantur mane ἀκρατίσματι,id est ientaculo,frugi quidem,quod à surgendo ἄριστον appellarunt. Deinde vero ab ortu solis hora diei tertia ἀρίστῳ,id est prandio. ad vesperam verò ἐσπερίσματι,id est merenda. deinde post solis occasum δείπνῳ, cœna vtebantur: quam etiam ὀψοδορπίδα nominabant:quoniam ὄρπῃ,prandio succederet. Hæc veteres. Præterea cœnam ita frugi instituerunt,vt in acratissimate solo pane in mero macerato vescerentur. Nam teste. Athenæo,acratisma dicitur διὰ τὸ ἐν ἀκράτῳ βρέχειν ψωμούς. Athletæ quoque palæstritæ,pancratiastes & pugiles, à Græcis βαρεῖς dicti,quamuis omnifariis palæstræ exercitiis valentioris alimenti victu,obœsiorem corporis habitum & robur sibi comparare studerent, interdiu tamen à variis ferculis,quorum natura& concoctio dissideret,sibi cauebant: & in prandio solum panem coliphium edebant. At in cœna liberius genio indulgebant: & præcipue carne suilla,quia copiose nutriret, vescebantur. Horum panis ex flore tritici siligineo,addito fermenti momento,modice pistus habebat panis colibi teretem & instar pallali oblongam formam. Sic ientaculum & prandium quoque antiquorum solo pane & modico vino constabat. Proinde Cor. Cell.ait:Hyeme plus esse conuenit, sed minus & meracius bibere. Si prandet aliquis, vtilius est

Athenæus li. 1. & Suidas. Quatuor Græcorum comedendi tempora. Acratisma,ientaculum. Aristos, prandium Hesperisma, merenda. Dipnos, cœna. Victus athletarum.

De coliphio pane athletarũ qui dicebantur βαρεῖς, Gal li. 3. & 5. Salubr & li. 1. de alliment. ac Iuuenal. sat. 1. Varia fercula obsunet Macr. li. 7. Satur.

De panis speciebus. Athen. lib. 3. Dipn. Co. Cel. li. 1. cap. 3.

Digitized by Google

Antonin. Cæsar pane ficco vescebatur mane.

exiguum aliquid, & ipsum siccum sine carne, sine potione sumere. & Iulius Capitolinus refert, Antoninum Pium Cæsarem, senem iam & silicernium, mane antequam salutatores venirent, solo pane sicco robur virium sustentasse. Est certe tam præsens panis alimentum, vt solo eius recentis ex furno odore Demetrius Cydonius multorum dierum famem facile tolerauerit: & eius, ac mellis odore cocti, Democritus iam moriturus, vitam, donec thesmophoria Cereris sacra finirentur, prorogarit. Et Aristoxenus perhibet, Pythagoricos non aliud quam panem cum melle Attico prandere solitos. Erat nempe placentę genus quod ex butyro, semidale, & melle conficiebatur: gratum palatui obsonium. At apud Homerum Eumæus, quamuis subulcus, Vlyssi aduenienti, & nondum cognito, duos mactat porcos, & carne suilla in veru tosta illi cœnam, addito optimo vino, instruit: ex quibus constat, veteres longe maiori fercularum apparatu, & magis opipare cœnam quam prandium instruxisse. Nouerant sane æthereo Apollinis & Veneris, solis pedissequæ, ac Mercurii spiritu & radiis, qui mane nostrum obsident hemisphærium, nostras quoque ingenii vires illustrari: quapropter antelucana solis & diluculi tempora ingeniorum exercitus, & sapientiæ studiis dicata, sobria esse voluerunt, ne crapula ingenii acies obtunderetur. Est namq; σωφροσύνη παντων τῶν καλῶν χορηγός, id est, sobria victus ratio est omnium virtutis bonorum dispensatrix. Animus quippe adipe & sanguine suffocatus, inquit Galenus, nihil cœleste meditari potest. Vnde sacer ille vates, & omnipotentis

Demetrius & Democritus odore panis & mellis viuebant. Athen. lib. 2. Arsenius, & Laertius in vita eius.

Pythagoricorum prandium, panis.

De hac placenta Gal. lib. 5. Salubrium

De Eumęo subulco, Homo. Odyss. 5.

Mane ingenium viget.

Præclara temperantiæ, & sobrii victus laus.

Dei

Digitized by Google

Dei tuba Dauid, nunquam veſperi, ſed ſemper mane & in diluculo Deum in cithara ac pſalmis collaudare præcipit. Nam vtmens ingeniique acumen mane eſt longe expeditius, ita nocturna ferculorum cœnę concoctio eſt diurna longe vegetior, & multis nominibus magis exacta. Primum, ratione nocturni & humidi lunæ ſplendoris, quod his verbis Daphnus apud Athenæum medicus ſcite declarat: ὠφελιμώτερά ἐστι, φίλτατε, τῷ παντὶ σώματι τὰ νυκτερινὰ δεῖπνα. τὸ γὰρ σελήνης ἄστρον πρὸς τὰς τῆς τροφῆς ἁρμόττει πέψεις, σηπτικὸν ὑπάρχον. ἡ δὲ σῆψις ἐστὶ πέψις. εὐσηπότερα γοῦν τὰ νύκτωρ θυόμενα τῶν ἱερείων, καὶ τῶν ξύλων τὰ πρὸς τὸ σελήνιον κοπτόμενα, καὶ τῶν καρπῶν ἡ πλείστοι πρὸς σελήνιον παραινοῦνται, id eſt: Conducibiliores ſunt, ô amice, omni corpori nocturnæ epulæ. nam lunæ aſtrum ad cibariorum concoctiones multum confert: eſt enim putrefactiuum. concoctio enim quædam putrefactio eſt. Victimæ ſane noctu in ſacrificiis mactatæ, ſunt digeſtibiliores: nam & ligna ad lunæ ſplendorem cæſa, citius putreſcunt: & fructus quidam matureſcunt. Deinde plura & valentiora alimenta in cœna, quam in prandio, ratione caloris naturalis, qui concoctionis opifex, nocturno frigore & ſomno augmentatur, eſſe offerenda, aduerſarium hac ratione conuincemus. Nam perinde vt integer annus proprio ſolis per duodecim zodiaci ſigna motu dimẽſus quatuor qualitatibus diſcreta habent tempora: ſic pariter naturalis dies, motu ſolis per duodecim animalium circuli ſigna commenſuratus, quatuor quoq; diſparia habet tempora. Aurora quidem leni tepore vernat, meridies ſolis æſtu incaleſcit, erepu-

Quate noctu cibus melius digeratur. Luna concoctionem promouet. Athen. lib. 7.

Quid ſit palmus alimentum, Cornel. Celſus lib. 2. cap. 17. declarat.

Temporũ anni cum diei partibus collatio.

Hip lib 1 Apho. 15. & Gal. de doct.Hipp. & Plat. libro 8. Arist. sect. 24. Probl. 13.

sculum instar autumni qualitates aëris euariant deinde nox,altera hyems,frigore torpet,quo pori corporis, ne calor naturalis diffletur, constringuntur: qui diurnis vigiliis,corporis ingenij,sensuumque laboribus dissipatus, à solis occasu, ingraueſcente frigore,interna præcordia & ventriculum,primariam concoctionis officinam, subit. Quare recte Hippocrates inquit: Ventres hyeme & vere natura calidissimi sunt, & somni longissimi. quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda. Etenim tum calor innatus plurimus est: vnde & pluribus egent alimentis. Atqui cum nox, somno dicata, frigore hyemi correspondeat, quis ad noctem copiosius cœnandum esse, quam prandendum, inficiabitur? Nemo. Accedit ad hæc somnus, quo vt interna omnia magis calent, virtutes quoque & spiritus naturales plus vigent: quæ etsi nullas habent ferias, tamen cum virtutes & spiritus animales, ex his nati, suo funguntur officio, in vigiliis magis dissipantur. Ad exactam quoque cœnæ digestionem, temporis longitudo ab ea ad prandium vsque plurimum confert: quippe quæ duplo prandij ad cœnam vsque interuallum superat. Vnde Gelenus de Conualescentium victu: Semper, inquit, studebimus, vt valentius alimẽtum vesperi exhibeamus: quoniam non solum quies & somnus, sed etiam lõgius tempus naturalem huius concoctionem excipit. rationabile est igitur, vt valẽtiores ciborum hoc tempore offerantur. Quod athletæ omnes, ratione & experientia edocti comprobarunt. Ex his clare perspicis,hanc prandendi, vberiusque cœnandi vi-

Hæc Gal. lib. Method. 7. copiose docet.

di victus rationem, vt ſanis & à morbo conualeſcentibus ſalutarem, veteres medicos, pædotribas ac gymnaſtas ſummopere approbaſſe: niſi à teneris alia edendi conſuetudo, quæ validas & nullo modo negligendas indicationis diætæ vires habet, obſtitiſſet. Qualis vero ægrotis victus ratio competat, patientis vires natura & tempora morbi aperte indicabunt. Quorum diæta, in hoc vno cum ſanorum conſpirat, quod hi dum corpus quieſcere poſſit, illi dum morbus quieſcit, remittitur, vel dat aliquas inducias, commode cibari ac vires reficere poſſunt. At in valetudinariis longe diuerſa eſt victus ratio, quam in ſanis. Sunt namque valetudinarii quidam, quorum ventriculus ob imbecillitatem, aut ſenſus neruoſi eius orificii acuitatem, ἀσιτίαν, id eſt inediam non fert. Poſtquam enim epar & ſplen per venas portæ & meſenterii ex eo chylum ſuxerint, tum ipſe alimenti indigus, ieiuniique impatiens conuellitur: aut per eaſdem venas de præcordiis rurſum noxios, in ſinum ſuum humores allicit, quorum ad cerebrum exhalatione vertigo, ſcotomia, aut niſi intempeſtiue paſtus fuerit, ob ſtomachi cum cerebro conſenſum, epilepſia accerſitur. Sic Diodorus grammaticus, ſi iraſceretur, aut ludi litterarii negotiis aut forenſi actione occupatus, paulo diutius inediam ſuſtineret, morbo comitiali corripiebatur, donec Galenus illi ſuaſerat, vt ad roborandum ſtomachum quouis mane ἀκροθίσιαν, ientaculo, ſcilicet pane in vino ſubacerbo macerato, vteretur: quo ſtomachi ſubſidio, vir ille 20. annis integra inculpataque valetudine vitam tranſegit. Et quibus venter

Conſuetudinis in diætando vires. Hipp. li. 2. Regimin. acut. declarat. Hip. 1. li. Aph. copioſe docet.

Alia prandendi cœnandique valetudinariorum quam ſanorum ratio. Qui inediam ferre non poſſunt.

De Diodoro grammatico, hæc Galen. de cura per venæ ſectio. & lib. 5. De loc. affect. cap. 5. Cruditate laboran. tium diæta. Hip. in fine libelli de ſ. lub. diæta.

Digitized by Google

imbecillis & frigidus copiã ciborũ concoquere noctu non poterit, si postero die ventriculus ciba-riorum odorem eructauerit, & hypochon-dria flatu suspensa turgent, Hippocrates his diu ob humorum cruditatẽ dormire, ac corpus stra-guli tepore fouere ac exerceri, & plus meri bibe-re, parciusque isto die cœnare suadet. Et quibus ob venarum in visceribus obstructiones alimen-tum non distribuitur, ac cibi recrementa in sto-macho relicta, humida & cruda per alium deici-untur, hos panem bene in furno tostum, ac vino intritum comedere, & vinum bene temperatum bibere, ac μονοσιτέειν, semel tantum comedere, vel vno tantum cibariorum genere vesci, & à cibo quiescere iubet. Quibus vero semel, bis, aut cre-brius in die parum vel plus cibi offerendum, id valetudinis natura, anni tempus, edendi consue-tudo, ætas, ac naturales hominis vires medico pe-rito facile indicant. nam si hæ imbecilles, vt in se-nio effœtis, & conualescentibus extiterint, illis quidem crebrius, sed pro vna vice parum cibi of-feretur: quoniam in his calor naturalis exilis, cõ-gesta alimentorum copia, vt igniũ coaceruata li-gnorum strue, suffocaretur, nec eam ventriculi vires conficere possent. Proinde Galenus à mor-bo conualescẽtes, ad recuperandas vires ter in die cibare consueuit. Sic Antiochus medicus, plus quam octuagenarius, ter in die comedebat: nec tamen desidem vitam domi egit, sed quotidie in forum ad ciuium concilium, & ad visendos ægros, ad trium stadiorum iter pedes conficiebat si quo longius progrediendum erat, tum in sella defere-batur, aut in vehiculo vehebatur. postea, deiecta

Hæ diætæ indicationes, Hipp. lib. 1 Aphor. 17. & lib. 2. reg. acut.

De senum diæta Gal. lib. 5 Sa-lu. Paulus lib. 1. cap. 33.

Gal. lib. 7. Met.

prius

prius aluo, in aliquo fori loco, remotis arbitris, circa horam diei tertiam vel quartam, panem cum melle Attico edebat. Deinde aliquid legens ipse, aut cum aliis de rebus grauioribus communicans, vsque ad horam sextam diei in foro perseuerabat: deinde in balneo publico, frictione & exercitiis senili ætati opportunis curatus, domi mediocriter prãdebat, primũ his acceptis quæ aluum laxant: post hæc piscibus maxime quos saxatiles vocant, vel qui in alto mari degũt, vescebatur. at in cœna à piscibus abstinuit, & aliquid boni succi quod nõ facile putresceret, vt alicam ex mulso, & auẽ iure simplici incoctam edebat, merumque bibebat. Hac ratione victus Antiochus in senio vsus, sensibus illæsis, membrisq; omnibus integris, ad extremum vitæ durauit. At Telephus grammaticus Antiocho ætate prouectior, centum annos natus, diebus quibus non lauabatur, circa tertiam diei horam, cum exigua fricatione oleo inũctus, mox mel optimum crudum, alicę in aqua coctæ permixtum, edebat: eoque solo pro ientaculo contentus fuit. prandebat hora septima, aut paulo citius, primum oleribus, deinde piscibus, aut auibus comestis. Vesperi tantum panem vino diluto madidum edebat, vinumque senilis ætatis nectar bibebat. Quamuis vterque senex fere magis sobrie cœnauerit, quam pransus sit: non tamen id euertit, quod sanis liberalius cœnare quam prandere, salubrius esse dixerim. Nonenim hæc sunt sanorum, sed valetudinariorum victus paradigmata. Nam, vt Aristoteles ait, senectus ipsa morbus est: & Græcorum paroemia τὰς γέροντας δὶς παῖδας, senes bis pueros asserit. Decrepitos

De Antiocho & Telepho senibus, hæc Galẽ. lib. 5. Salub.

De senili victus ratione, hæc Hipp. & Gal. lib. 1. Aph. 13. & 14.

igitur,vt pueros quoque,pauco alimento,ſed crebrius reficere, inſtar ellychnii in lampade oportet,quod freqẽtem exigit olei ſuffectionẽ.quam ſi confertim affuderis,ellychnium extingues. Sũt & in hac valetudinariorum victus claſſe,qui cerebeum infirmum,frigidius & humidius,quam temperamentum exigit, habent. Cum enim, vt Ariſtoteles inquit,alimentum per venas ſurſum reſpirat, excrementum eius, ob loci vim refrigeratum, fluxiones pituitæ mouet, quæ illic inſtar imbrium in aere generantur. Cum enim ex terra vapor exhalat à caloreque effertur in ſublime, vbi ſupernum aerem ſubierit, frigidum,conſiſtit: denuoque in aquam, propter refrigerationem, & in terram defluit. Aut ſi magna paruis conferre licet.quemadmodum in Chimica mineralium, aromatum& herbarum deſtillatione,illorum vapor vi ignis in ſublime cooperculum effertur, & eius ac aeris ambientis frigore in liquorem condenſatus, in ſubiectum receptaculum defluit: ſi de vberiori cœna vapor per venas in cerebrum ſublatus, quem cum naturales cerebri vires ob copiam eius concoquere non poſſunt, illius excrementa frigiditate cerebri in liquorem cõdenſatæ, ad oculos, aures, & in ſubiectas capiti partes deſtillant: vnde ophthalmia,tabes,& mille ex catarrho morbi naſcuntur: in quibus parcius cœnare quam prandere, non diſſuaderem. Habes modo quæ obiter de veteri prandii & cœnæ vſu illis recenſui. Illud tamen velut corollarium cœnæ adiicere,& te admonere volui, vt ab amicis in cõuiuiũ accerſitus, omni ab animo excuſſo mœrore,alacris interſis. Noſti ſane, ventriculi orificium,

De catarrhi & pituitæ generatione. hæc Ariſtot. li. 2. de par. anim. ca. 7.

Vnde Cor. Cel. lib. 1. c. 4. caput infirmum habenti modicum victũ præſcribit.

Digitized by Google

cium, quadam lege consortii, per consensum cordit affectibus quoque affligi: quod & veteres, & nostrates quoque vel hodie, ob id cor appellant. cum quibus & cerebrum, tertius huius fœderis collega. quoque conspirat. Vnde Diodorus grammaticus ita percitus, epilepsia corripiebatur: & tristes non modo fastidire cibum, sed acceptum quoque rursus euomere, vidi. Vale.

De Diod. hoc Gal. lib. 5. de locis affect. capit. 5.

De siligine, et ex eo pane, & azymo. Epist. LVI.

TABELLARIVS tuus mihi retulit, te non tam quibus ferculis cœna illa à pharmacopola medicis condicta, opipare instructa sit, quam quo ænigmatum ac problematum sale & lepore à tam raræ eruditionis viris fuerit condita, scire magnopere desiderare. non enim eos in tacita Pythagoræorum schola, aut cum Areopagitis (qui Athenis in templo Martis tacentes iudicabant) cœnasse. Et quidem recte arbitraris. nam silentium cubiculum, non conuiuium decet. quum enim animus mœstus cibum abhorreat, conuiuas esse alacres, ad cibi concoctionem non parum expedit. At verba, inquit Macrobius, non minus quam vini dulcedo exhilarare conuiuium. vnde nobile illud vinum Nepenthes, quod Helena propinauit Telemacho præclarum mœroris pharmacum, non erat radice Oenopiæ ex Ægypto allatæ, vel aliquo aromatum ex India succo, sed lepida de heroum Troiani belli stratagematibus confabulatione conditum, qua mœrorem ex animo Telemachi sustulit omnem. Sic cœna nostra non tan-

Colloquiũ exhilarat cõuiuium. Macrob. lib 7. Satur. Gellius lib. 13. cap. 11. De Nepenthe Hom. Odyss. 4. Macrob. lib. 7. Satur.

Digitized by Google

tum ferculorum apparatu, & aromatum illecebra, pollucibilis: sed eruditorum virorum colloquio iucunda. Quum igitur primum esu nasturtii ex acetario stomachum languentem incitassent, & ferculis primæ mensæ pene saturi, animumque mero exhilarassent: his sublatis, sympositarcha noster mala cottonea, citria, arantia, illorumque cortices, pira, mespila, condita quidem, & varia quoque ex sachar o & melle confecta τεχνήματα ac πέμματα, quæ Latini secundæ mensæ bellaria, appellant, in phialis vitreis & argenteis apposuit. & ne illorum dulcedine lingua imbuta, vinum insipidum appareret, Critobulus ex Thuringia medicus, panem ex puriſſima siligine confectum popoſcit. Tum Grimaldus, ex Austria medicus: Nequaquam, inquit, ex siligine, sed panem ex optimo tritico, quem robum appellant, in clibano pistum, artopœus nobis afferat. Ignoras, inquit, Critobule, clariſſimos ex Hiſpaniis medicos nobiscum discumbere, in quorum terris siligo non seritur, & qui ob id non atro ex siligine pane, sed ex tritico tantum vescuntur? Tum Critobulus: Sane, inquit, ô Grimalde, intelligo quid veteribus sit siligo, te plane ignorare. Veteres enim siliginem non modo alteram tritici speciem, in quam triticum in vliginoso loco satum tertio anno degenerat, sed esse quoque à furfuribus depuratiſſimam ex tritico τῶν, id est, generoso farinam putarunt, quam Plinius tritici delicias appellat. vnde Cornelius Celsus: Ex tritico, inquit, firmiſſima siligo. & idem Plinius ait, Ex siligine lautiſſimus panis, pistrinarũ opera laudatiſſima. Summa enim laus panis,

De bellariis hæc A G. lib. 13. cap. 11.

Siligo veterum, purior tritici farina: Plin. lib. 8. cap. 8. & 10. ac 11. Celſ. li. 12. cap. 17.

De tritico hæc Columell. lib. 1. cap. 6. & 9.

Digitized by Google

panis, siliginis bonitate, & cribri tenuitate cõstat. Similago, inquit, ex tritico fit laudatissima, quæ Græcis σεμιδαλις dicitur. vnde Galen. ad Glauconem ait, ἔνια τῶν πυρῶν πλείσιον ἔχουσι σεμίδαλιν, ὃς εὐγενὲς ὠνομάζουσιν: Quoddam triticum plurimã semidalim habet, quod generosum appellant. ex hac exquisite à furfure depurata, panis pistus silignitis: qui vero parum ab illius puritate defecerat: semidalitis dicebatur, id est simila. Vnde vel hodie adhuc Lembergi, in meo natali Schlesiæ oppido, panis triticius *semel* appellatur, atque hic inter genera panis primas obtinet. Vnde Psellus inquit panis ex polline tritici siliginaceus recens, odore omnes capitis sensus recreat, spiritus confirmat, & vires reficit infirmas. Conficiebatur & panis ex tota tritici molis exactius fracta substantia, non discretis cribro furfuribus, αὐτόπυρος à Celso & Galeno dictus, ἐπιφορ. ἴλος αὐτός ὁ πυρὸς, ἀδιακρίτως ἀρτοποιεῖται. Iste quoque panis, ob farinæ cum furfuribus commixtionem, Dioscoridi syncomistus dicitur: Ex tritici, ait, similagine panis valentius eo nutrit, à quo nihil furfuris cribro excussum fuerat, quem syncomiston appellant. Sed panis qui ex trimestri tritico fit, leuior erit, & facilime digeritur: Trimestre namque triticum Martio mense seritur, rusticis pergratum: & tertio mense metitur. Hinc apud Philillium comicum seruus inquit, αὐτὸς φέρων παρεῖμι πυρῶν ὀκτάνους τεμένων, i.e. Ipse adsum afferẽs trimestris tritici soboles: id est, panes. Concors certe est medicorum sententia, panem ex pura tritici siligine, siliginim plus alere, sed meatus quoque obstruere: syncomistũ vero, vt Triphon Alex. ait, τίνας διαχωρητικώτη-

Gal. lib. 2. ad Glauc. cap. de abscessibus.

Panis siliginitis & semidalitis.

Psellus li. 2. de victus rat.

De his ex tritico panis speciebus, Gal. lib. 1. de fac. cult. alim. & lib. 2. ad Glauc. Celsus lib. 2. cap. 17. Athen. lib. 3. Dipnos. Trimestre triticum Sitanium quoque dicitur. Dioscor. li. 2. c. 96. & Colum. vt supra. Plin. lib. 18. cap. 8. De trimestri tritico Pollux li. 6 ex quo fiebant panes sitanii.

Digitized by Google

Epilogus. ρον τ καθαρ, id eſt, melius ſubducere aluum. Accipis ne igitur Grimalde, ait, claſſicos vtiuſque linguæ autores exquiſite puram tritici farinam & ex ea tamen ſiliginem, ſimilaginem, & ſemidalim dicere, vnde panis σιλιγνίτης, id eſt ſiligineus conficiebatur? Tum Grimaldus reſpondit: Si erraui, ignoſce. ſeductus à Platina, autore non proletario, erraui. is enim, Siliginem (inquit) Aphricanam, cuius panem veteres laudabant, nequaquam ſimilem huic crediderim, qua noſtra ætas veſcitur, cũ nullum genus panifici hoc ſit inſuauius, & quod auiditatem edendi minus vtiliter comprimat. Tum Critobulus: Non errat, inquit, Platina. ex Aphricana enim tritici ſiligine panis longe, quam ex noſtra illa vulgari Germanorum ſiligine Italis & Hiſpanis fere incognita, delicatior conficiebatur: quam alii eſſe antiquorum typham, alii olyram contendunt. Theodorus Gaza fidus Ariſtotelis ac Theophraſti interpres, pro olyra ſubſtituit ſiliginẽ. At eſſe diuerſa, vel hac ratione conſtat. Triticũ quidẽ & ſiligo ac hordeũ, teſte Plinio, in area exteruntur: zea vero, cuius ſpecies eſt olyra, mola exteritur, & cum ſuis folliculis ſeritur. noſtra vero ſiligo à gluma, vt triticum, depurata ſeritur. At olyram Aphricam eſſe ſiliginem, Plinius his verbis affirmat: Ex ea dulciſſimus, inquit, panis fiebat. ipſa ſpiſſior eſt quam far, & maior ſpica eadem, & ponderoſior, raro modius granorum eius non XVI. libras farinæ adimplet. exteritur in Græcia difficulter, ob id iumentis dari Homerus tradidit. Hæc enim eſt, inquit, quam vocant olyram. Olyra vero Italiæ copioſa, à Gallis arinca dicta, ipſis & Ægypto pecul-

Platina de honeſt. volup. libro 1.

Germanorum ſiligo.

Plin. lib. 18. c. 7. Olyra ſpecies Zeæ, id eſt ſpeltæ. Dioſc. lib. 2. cap. 81. Gale. libr. 1. de facult. alimentorum.

Plin. lib. 18. c. 10. Aphricanã ſiliginem appellat olyram.

culiaris. Vnde Herod. li. 2. ait: Αἰγύπτιοι ἀπ' ὀλυρῶν ποιεύνται τὸν σῖτον, ἃς ζειὰς ἔνιοι καλέουσιν. Olyrinis vero panibus ex olyra ponderosa factis, post triticeos, deinde ex typha typhinis, dum adhuc calerent, præcipuam laudem veterum palatus tribuebat. Est namque typha, teste Galeno, & vt Ruellius Parisiensis medicus vertit, cereale frumentum: cuius granum gluma velut triticum & hordeum vestitur: pinsituinque totum in panes densatur. color illi tritico flauior: corpus eius frigosum, tritico exilius, vnde & paruum triticum Græci appellarunt. Grana typhæ cum sapa aut defruto cocta, adiecto salis momento, vt triticum manduntur: adeoque esse vesca constat, vt Homerus typham Hectora suis equis obtulisse tradiderit, cum reliquum triticum equis valde noceat. Sunt enim, ait Theophrastus, illa duo, semen & typha, tritico perquam similia. His persuasus, nostram vulgarem siliginem potius esse typham, quam olyram, suspicor. Tu vero Grimalde, si quid rectius docere poteris, libenter tibi lampada tradam. Tũ Grimaldus aiebat, hãc de frumentorum speciebus disceptationem ideo esse valde ambiguam, quod (vt Plinius refert) non eadem vbique sint frumenti genera: & si eadem, neque tamen vbiq; iisdem nominibus appellentur. & ideo se deliberaturum: ac si quid rectius inuenerit, id in proximo conuiuio se quoque dicturum promittebat. Aderat tum quoque Philotheus, Augustanæ vrbis parrochianus, satis eruditus, qui: Appropinquat, inquit, solenne non Iudæis tantum, sed etiã Christicolis venerabile azymorum festum, ob angeli & Iudæorum ex Ægypto pertransitum. quũ

De typha hæc Galen. lib. 1. de alimentis, & Theophr. libr. 7. cap. 4. & 9.

Plin. li. 18. cap. 8.

Digitized by Google

De festo azymorũ, Exod. 12. Leuitici 23. Paul. 1. Cor. 5.

enim angelus afflictionis vniuersa Ægypti primogenita cæde lustraret, ac domos Israelitarum in superliminaribus sanguine agni immolati tinctas solum præteriret, Paesa, id est transitus, vulgo Pascha dictum est. Quod Moyses & Aaron moniti Dei oraculo instituerunt, vt quotannis 14. die mensis Martii, quem Nisan appellarunt, initiumque anni statuerant, & qua die populus Israel duce Moyse Ægyptii Pharaonis seruitutem egressus erat: vt ad vesperam singulæ domus, cuius incolæ ad esum agni sufficerent, agnum immaculatum & anniculum, illæsis ossibus, mactarent: & tostum stantes calceati & baculis innixi hac nocte totum celeriter ederent: & si quid relictum foret, mane adurerent: ac vna cum lactucis amaris, nec alio pane vsque ad 21. Martii diem quam azymo vescerentur. his enim diebus septem, fermentum habere in ædibus nephas erat. Et addidit parrochianus: Quamuis Pascha nostrum immolatus est Christus (ipse enim vere est agnus, qui abstulit peccata mundi) verum quum Paulus iubeat Corinthios, vetus expurgare fermentum, vt sint noua conspersio, & azymi sinceritatis: & nullus Theologorum hactenus, quod ego sciam, docuerit, qua panificii industria panes azymi conficerentur, id (ait) à vobis medicis scire magnopere desidero, qui tam docte de aliis panis speciebus disseruistis. Tum Critobulus: Panes, inquit, illos infermentatos, quos Hebræi septem diebus in festo azymorum edebant, de placentarum censu fuisse bellaria, quæ Græci πέμματα vocant, suspicor. Verum cum in Germania nusquam locorum, quãtum ego cõperi, ex melle, semidale, ouis,

Macrob. lib. 1. Saturn. ca. 8. de mense Mart.

Placentarum genera Athen. libro 3. & 14.

ouis, butyro, & caſei detrimentis, placentæ, itria lagana, rhyemata delicatius, ac panes quoque in veru toſti obeliti conficiantur, quam in Schleſia: præcipue omne ex melle, ſiligine, addito pipere & zinzibere liborum genus: æquũ eſſe arbitror, vt Langius noſter, ex Schleſia medicus, de his diſſerat. Tũ ego, ne aſymbolus cœnaſſe iudicarer: Longe, inquam, ô parrochiane, illa Hebræorum agni Paſchalis cœna, hac noſtra adiiciali fuit ſacratior, in qua lege Moſaica cautum erat (teſte Suida) vt omnes panis fermentati reliquiæ, hora ſexta, diei mentis Martii decimæ quartæ, qua feſtum azymorum auſpicabãtur, quã primũ clangor tubæ obſtrepuiſſet, comburerentur, & ſolis panibus infermentatis veſcerentur. Et recte, inquam, ſentis Critobule. panis nempe ille abſque fermento dulciarius, de genere placentarum ex farina tritici, caſeo & melle in clibano ſub teſtaceo cooperculo coctus, inter Græcorum pemmata cenſebatur. Vnde Galen. libro. 1. Alimentorum: Quæcunque inquit azimorum pemmata in clibano coxerint, exempta ſtatim in mel calidum coniiciunt, vt penitus melle imbuantur. & hæc, inquit de placentarum genere ſunt. & li. de alimentis boni & mali ſucci: πᾶαι (ait) ἄζυμον ὂν πυρῦ πέμμα, & μᾶλλον ἔτι & τῇ πυρῦ προσλάβῃ, παχύχυμον ἐκ ὡς ἔϛιν: id eſt, omne ex tritico piſtorium ſine fermento opus, pemma dictum, præcipue addito caſeo, lentos craſſosque humores generat. Illud quoque peminatum genus veteres rei agrariæ ſcriptores libum appellabant, cuius compoſitionis exẽplar M. Cato nobis tale præſcribit. Libum, ait, hoc modo facito: Caſei pondo ij. in

Schleſia libis abundat.

Suidas in dic. ζύμων.

De varia panis azymi præparatione, Leuit. 2. Gal. lib. 1. de alimẽt. viribus & lib. de boni & mal. ſuc. al.

M. Cato. de re ruſt. cap. 75.

Digitized by Google

mortario bene diſterat. vbi bene diſtriuerit, farinæ ſiliginеæ libram, aut ſi voles tenerius eſſe, ſelibram ſimilaginis ſolum eodem indito, & permiſceto cum caſeo bene. ouum vnum addito, & vna bene permiſceto. inde panem facito, folia ſubdito, in foco calido ſub teſta decoquito leniter. Nec Hebræi tantum Paſcha celebraturi, ſed etiã in pagis Græcorum agricolæ ſacris operaturi, pane azymo veſcebantur. vnde Galenus libro 1. de Alimen. viribus, ὅλως μὲν πάντως ἄζυμος, ἰδιώτῃ χρήσιμος, εἰ καὶ πυροῦ θερμαίνοι, καθάπερ οἱ τῶν ἀγρῶν περὶ ἡμῶν εἰώθασι σκευάζειν ἑορτάζοντες: id eſt, Panis exquiſite azymus, nec vni vtilis, præcipue ſi caſeo participauerit: quemadmodum circa Pergamum agricolæ feſta celebrantes, præparare ſolent. Fermentum enim ſuo feruore mazam panis friabilem, inſumpta eius viſcoſitate, efficit: illiuſque dum turget flatus, diſcutit, faciliuſque digeritur. Quare ſaluberrimus eſt panis, qui plurimum ſalis & fermenti participiat: cuius maza primum manibus bene ſubacta, ac depſita, tandem probe in clibano aut furno decocta fuerit. at panis intermentatus, quamuis corpus impinguat, ſi bene digeſtus fuerit, quo & athletæ ob id ſaginabantur: viſcidos tamẽ humores generat, aluũq; & viſcera obſtruit. Omnes tamen panes azymi, vt in Geoponico Didymꝰ ait, οἱ ἄρτοι αὐξου ζύμης γινόμενοι, ἐπιτηδειώτατοί εἰσι πρὸς τὰ ἀφροδίσια, veneré torpentem excitant. Sed quia iam, inquam, heſperus noſtrum conſcendit hemiſphęrium, his ferculis & panibus ſaturi, quiſque domum concedat. & ſympoſiarches velim, vt à parrochiano nullum ſymbolum conuiuii hac

Græci & ruricolæ in celebrat. feſtor. azymis veſcebantur.

De fermenti viribus Didym. in Conſtant. Cæſ. geopon. lib. 2. Plin. li. 18. cap. 11. Galenus vt ſupra.

Panis azymus Veneris incitabulum.

Digitized by Google

hac conditione exigeret, vt in proxima concione de panibus primitiarum ac propositionis, azymis quoque (quibus Abimelech sacerdos Dauidem fugitiuum cibauit, quos sacerdotes edere tantum fas erat) nos certiores reddat. Ad hæc omnes, iam somnolenti, capite oculisque annuebant: & accensis tædis, quilibet lætus domum redibat. Cæterum de his conuiuij problematibus quid tu quoque sentias, proxime rescribere poteris. Vale.

De panibus propositionis, Exodi 25. & 1. Reg. 21. Matt. 12 Iosephus libro 3. Antiq. cap. 9.

De Ptissana, Omelysi, Et *Polenta*. *Epistola* LVII.

QVAM saluberrimus ptissanæ cremor ab omnibus medicis in salubri victus picrocholorum ratione, ad acutorum morborum febriumque cura decantetur, adeo vt nulla sit in libris, medicorum ptissanæ sorbitione magis protrita, & cuius pręparatio sit magis ignota, & vsus pene exoleuerit: quæris, qua causa id acciderit: quod breuiter docebo. Olim enim, vt Plinius tradit, vulgata erat ptissanæ conficiendæ ratio, & omnibus ita vel cocis obuia, vt illius confectionem conscribere nulla necessitas vrgeret. Quum vero obliuio, vetusti temporis filia, inuẽta antiquorum nisi monumentis concredita fuerint, facile obliteret: euenit quoque vt ptissanæ pręparatio, à nullo exacte conscripta, memoria & vlu hominũ exciderit. Quare operæ pretium me facturum arbitror, si tergeminæ hordei sobolis, ptissanæ, omelyseos, ac polentæ progeniem descripsero. Est sane ptissana ex hordeo in pila contuso & decorticato pulmentarium, sorbitio, vel cremor: id est,

Plin. libr. 18. cap. 7.

Digitized by Google

lac vel ſuccus ex grano in aqua macerato elicitus. Vnde in conuiuio Dipnoſophiſtarum de ptiſſana griphus ſpargebatur, κεχλῆς ἀφλοίου χυλὸν ὀργάσας σίτου: id eſt, ſuccum hordei decorticati manib. depſitum bibe πτοιῆται δέ, inquit Athenæus τὸν σπασάμενον τὸν χυλὸν ἀπὸ τῆς πτίσσης, id eſt tundere, καὶ ἀνῶν: id eſt, vt Heſychius interpretatur, hordeum aqua maceratum à gluma purgare & eluere. Genuina enim olim erat confectionis ptiſſanæ ratio, vt hordeum maturum medulla plenum, non ſtrigoſum, ſed adhuc crudum, aqua irrigatum, manibus chirotheca ex cānabi vel ſparti tela (ex quo & iumētis, ne vngulæ attererentur, calcei nectebantur) veſtitis fricarentur fortiter: donec exteriot cortex, relicto tamen adhuc interno eius acere, quo farina continetur, bene abſtergeretur. Hoc tandem ſic, vt Didymus docet, bis ſubactum manibus, ac ſole ſiccatum, in pilam coniectum, velut in mola truſatili pinſebatur: & ſic contuſum cum ſuo polline, ad neceſſarios vſus in vaſe fictili condebatur: ex quo ptiſſanæ ſorbitiones, pultem, & cremorem decoquebant, quæ ſingula medicorum Arabiæ interpretes aquam hordei appellant. Apud quos erat gemina ptiſſanæ decoctio. vnam nempe, hordei ſic præparati libram in olla vitreata cum aquæ ſalubrioris libris xx. donec huius pars dimidia, vel partes duæ inſumerentur, decoquebant: & hanc aquam hordei lenitiuā, & ob interioris corticis acredinem abſterſiuam, & medicinalem potum appellabant. Alteram vero tali artificio concinnabant. accipiebant hordei decorticati, ac cū panni rigidi frictione depurati libram 1. quam in olla quoq; vitreata lento ignis calore, priùs tamen aqua

De ptiſſanæ etymologia hæc Athen. li. 10. dipnoſ. Pollux libr. 6. ca. 10. & 11.

Didymus in Geopon Conſtantini Cæſ lib. 2. & Gal. lib. 2. de Alim.

Ptiſſanæ ſecundum Arabes decoctionem docet Meſue in cap. de pleuritide. & Arcu lan. libr. 9. ad Almāſ. ca. de pnre nitide id repetit.

Ptiſſanæ vires. Gal li. 8 Metho. declarat.

Digitized by Google

quá calida pluries lotã, in x lib. aquæ vnica ebullitione decoquebant: qua diffusa, alias xx aquæ lib. affundebant: & donec dimidia pars aquæ euaporasset, deferuere sinebãt. Hãc non, vt priorem, abstersiuam, sed quia asperitatem pectoris demulceret, vẽtrem lubricaret, præcordia humectaret, sitimque leuaret, Græci ἄδιψον, Arabes cibum medicinalem & hordei apozema, id est, elixationẽ appellarunt. Prima vero hordei simplex decoctio per colũ traiecta, à Græcis χυλὸς κριθινος succus ptissanæ colatus, à Latinis vero cremor ptissanæ recte dicitur, altera vero, in qua grana hordei colo vel cribro ab eorum succo discreta non sunt, Galen. & Hippoc. κεχωδικὴ καὶ ὅλη, id est, hordeaceam & integram dicunt: Latini vero differentię causa, recte sorbitionẽ appellarent. Erant quoque aliæ operosiores & lautiores ptissanæ cum aceti & olei, porri anethiq; conditura de coctiones, quas Apitius (qui arte culinaria paterna obligurierat bona) ac Galen. passim docent. qualem & Paul. Ægineta lib. 1. cõcere ita docet: Ptissana, inquit, sic coquitur. vni eius parti, aquæ partes x v. adiicito, paululumque olei, & post ebullitionem acetum quoq; adde. & cum exacte cocta fuerit, parũ salis friabilis inspergatur. Sunt quoque, qui porrum & anethum addunt. At Oribasius in Euporistis, minus aquæ accipit: vnam nempe hordei præparati heminam in decem tantum aquæ heminis decoquit, donec medullaris hordei viscedo eliquata fuerit. tum mel, acetum ac salẽ iniicit: & postquam in ebullitione hordeũ detumuit, porrum & anethum quoq; addere solet. Nec ex hordeo tantum, verum ex tritico &

Ptissana sitim sedat.

Ptissana colata & integra. Hipp. & Galen. lib. 1. Reg. acut.

Varia ptissanæ compositæ artificia. Apitius lib. 4. ca. 4. Gal. lib. 1. Aliment. & lib. 8. ac 10. Methodi.

Ptiſſana ex oryza. Plin. lib. 18. c. 7.

oryza quoque pari ratione ptiſſana fiebat. Cæterum vulgarem noſtram aquæ ex hordeo integro decoctionem, qua in cura febriũ vtimur, Galeno fuiſſe ignotam, inde ſuſpicor. Nam dum Hippocrates in quarto reg. acut. libro, febre correptos, vt ſitim ſedarent, potum τῦ κεκριθίου ὕδατος. id eſt aquæ hordeacei bibere iuberet: id Galenus declaraturus inquit: Quod hordei poculum ἄδηψον id eſt ſitis extinctiuum ſit, manifeſtum eſt. at debuiſſet quoque docere Hippocrates qua ratione hordeum præpararetur: an id ſimpliciter aqua macerari, an vt hi qui ex hordeo ζωμὸν decoquunt, præparare oporteat. At Oribaſius, Iuliani Cæſaris medicus, id docere videtur. Febrientibus, inquit, nõ oportet hordeum in pila tundere, ſed grana compreſſa dilatare, & coquere in aqua, & hordeum in aqua tepida prius bis abluere: deinde illius hordei hemina in decem aquæ heminis vſq; ad hordei crepaturam coquatur, inde coletur: & id bibãt, in quib. humor choleticus dominatur. Succedit & alia hordei proles Omelyſis dicta, quæ nihil aliud Dioſcoridi & Galeno ſignificat, quã puram hordei crudi farinam, à furfurib. caſtratam, & ex ea in hydreleo cum butyro diſſoluta cataplaſma, phlegmonum & ſynanchiæ ſuppuratiuum. Vnde Galenus de Compoſitione medicamentorum ait, καὶ αἰμιλῶν λύσιν ἐπισκήπτον, τῶν διὰ κεκθρινου ἀλεύρου. Hæc quidem non ex hordeo, vt polenta immaturo, nec cocto aut manibus ad ptiſſanam depſito, ſed ex hordeo crudo excernebatur, ob id cataplaſma ex hordei crudi farina in hydreleo diſſoluta præparatum, αἰμυλίσεως nomenclaturam retinuit. Et quia ad phlegmonum mutationem ac-

com-

Aquæ hordei præparationem videtur ignoraſſe.

Veterum aquæ hordei decoctio.

Quid ſit omelyſis Græcorũ.

Gal. lib. 6. de compoſ. medic. ad angina.

Digitized by Google

cõmodabatur, farinã hanc virtutis abſterſoriæ eſſe expertem oportuit: quæ tam efficax ineſt hordei furfuribus, vt ἀνδροποδοκάπηλοι, mancipiorum venditores, nævos in vultu mancipiorum crudi hordei cum furfuribus farinæ illitu abſterſerint. Succedit huic poſtrema quidem & præcox hordei immaturi ſoboles, polenta Latinis, Græcis vero ἄλφιτον nominata. vnde Heſych. ἄλφιτον, inquit, τὸ ἀπὸ νέας κριθῆς ἢ σίτου ἄλευρον, πεφυρμένον. Vnde Pallad. hordeum (ait) ſemimaturum, cui adhuc aliquid ſupereſt de virore, per manipulos ligabis, & torrebis in furno, vt facile mola poſſit infringi: & in modio vno ſalis aliquantulum, dum mollitur, miſcere curabis. Certe qui id diutius ſeruare volebant, ſiræo, id eſt ſapa & vino mulſo conſperſum, & ſiccatum, cum ſuo polline & furfuribus in nouis fictilibus condebant, & ad varios ac præcipue ſacrificiorum quoque vſus: quando nulla ſacra non modo Ethnicorum, ſed etiam Hebræorum, ſine mola ſalſa conficiebantur. Itaque Dominus Moſi edixit, vt quicquid ſacrificii offerret, ſale condiret: In omni, inquit, oblatione ſal offeres ſi autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino de ſpicis adhuc virentibus, torrebis eas igni, & confringes in modum farris. Sic Græci quoque, teſte Theophraſto, quia antequam cerealia frumenta ſale cõdire didiciſſent, integris hordeis veſcebantur. In huius rei monumentum, ſacerdotes in frontem victimæ οὐλοχύτας, id eſt hordeum ſale commixtum, effundebant. Vnde Homerus de Græcorum ſacrificio inquit:

χερνίψαντο δ' ἔπειτα, καὶ οὐλοχύτας ἀίροντο.
αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἐπὶ βωμὸν ἔνιξαν, καὶ οὐλοχύτας προβάλοντο.

De Andropodocapelis, Gal. li. 1 Hip. reg. acu. ca. de priſſana. Quid ſit polenta. Plin. lib. 18. cap. 7. Pallad. lib. 7. ca. vlt. Gal. lib. 1. alimentorum.

Mola ſalſa litabant. Plin. lib. 3. ca. 7. & Moſes Leuit. 2

Homer. lib. 1. Iliad. & Suidas in dict. οὐλοχύτας.

Itaque si veteres irata deorum numina mola salsa litando placarunt: spero me quoque illius enarratione tuam beneuolentiam demeruisse. Vale, & boni consule.

QVID SIT CYCEON, ET IVS ALBVM, *ac de cerebro nonnulla. Epist.* LVIII.

IN vere anni præteriti, mi Geralde, à senatoribus reipublicæ Nurbergensis, prudentia singulari ac virtutum integritate præditis, accersitus fueram, vt optimo eorum ciui Christophoro Kress ciuitatis in comitiis imperialibus & ad Cæsarem Carolum oratori, grauiter renum lithiasi affecto, mederer, aderant tum quoq; Doctores Ioannes Schucz, & Magebuchius, viri eruditione, multarumque artium, & in remedica in primis peritia præstantes: qui, postquam communicato cõsilio pleraq; morbi pharmaca conscripsissemus, me solatii causa ante cœnam extra mœnia, in pratum Hallerense, quod ab vno latere flumen Pegnicium alluit, ab altero varia hortorum amœnitate est circumseptum, deducebant. Et cum sub vmbra arborũ deambularemus, en cœtum iuuenum illic conspeximus, qui cursu decertabant, ita vt victus lampada victori traderet, captiuusq; reduceretur. Tum Magebuchius à me sciscitabatur, An ego vnquam, pro conseruando sanitatis & virium robore, tale currendi exercitium à medicis veterum institutum legissẽ. Tum ego respondi, me apud Philochorum & Aristodemum legisse, Athenis in festo Scirados Palladis, Athenienssium ephebos palmites vitium botris o-

Prarum Nurimberg. Hallerense.

De pentaploe Athenienssium certaminis curiu Athen, lib. 11. Dipno.

tris onuſtas deferentes, quas Græci ἄγεα appellãt, ex Dionyſii ſacrario vſque ad Palladis templum, quod currendi ſcopus erat cucurriſſe: ac victori, qui alios anteuerterat, datam calicem pentaploa dictam, quam ipſe petulans cum iuuenum choro ſaltans circumferret. Ideo autem pentaploa dictam, quod potum ex quinq; rerum mixtura, vino, melle, caſeo, poléta, & olei momento concinnatum contineret: quem Cic. cinnum, Græci vero κυκεῶνα appellãt. Vnde Gal. in 6. Epid Hippocratis librũ: Vinum, inquit, abſq; cibo iciunis obeſſe, experientia comprobat. ob id κυκεῶν ex cibo & vino potus, iciunos non offendit. Erat enim hoc poculum, vt Didymus ait, ob polentam ἄλφιτα ἴαμα, ſitis remedium, quale Circem ſociis Vlyſſis præparaſſe Homerus refert:

Cyceonis compoſitionem, Heſych. & Athen. lib. 11. Dipnoſ. docet.

ὣς δὲ σφιν τυρόν τε καὶ ἄλφιτα, καὶ μέλι χλωρόν,
οἴνῳ Πραμνείῳ ὄπυκα, κνέφας γε ὃ οἴτῳ φάρμακα.

Odyſſ. κ. & Iliad. λ.

Vnde Gal. de notha ptiſſanæ decoctione: Quidam, ait, cyminum & mel iniiciunt, cyceona potius quam ptiſſanam præparantes. Quum hęc dixiſſem, vterque inquit: Nullas tibi, ô Laugi, pro cyceonis poculo & potu, quem nobis reddidiſti, gratias modo referre poſſumus: niſi nobis ad cœnam conuiua adſis: tum enim poculis muſto aut vino ex Creta vel Candia plenis cyceona tuũ cõpenſabimus. Tum ego: Libẽs, inquá, vobis morẽ gererem, niſi a Florentinis mercatoribus, qui libros mihi ex Italia attulerunt, dudum cœna eſſet condicta: qui cerebrum ſuillum bene toſtum & elixos in albo iure aſellos, quos ſecum attulerunt, rara Germanis fercula, pararunt. Ad hæc Magebuchius: Non inſuetæ, ait, modo, ſed etiam incogni-

tæ ſunt hæ nobis dapes. Quare ſi nos illarum prę-
parationem docueris, perinde erit, ac ſi vobiſcum
cœnaſſemus. Tandem ego reſpondi, Hippocra-
tem & Galenum marasmo tabeſcentes, aut ex ſpi-
rituum defectu ſyncope languentes, harum ali-
monia reficere ſolitos. Vnde Galenus: Dabis, in-
quit, his & oua, præcipue eorum vitellos (albu-
men enim eorum ægre concoquitur) præterea
gallinaceorũ, qui lacte alti ſunt, teſticulos: item-
que ſuillum cerebrum, ſed vel diligenter aſſum
(quando, ſi detur crudum, ſummopere lædit) vel
in albo iure legitime elixum, porro & anetho in-
iectis. Albi autem iuris præparationem facile eli-
cies ex ſecundo de Comp. medicã. lib. vbi ex me-
ro cræpala affectis, iubet teſticulos & alas galli-
naceorum ac pullos columbarũ, in albo iure de-
coquere: Elixentur, inquit, hæc omnia ſine garo
& vino in albo iure, ſimplici in aqua, ſolũ cũ oleo
anetho, & modico porri: ſalẽ vero non ebullitio-
nis principio, ſed quũ hęc fuerint decoctione facta
friabilia, poſtremo iniicias. Nec in eo tantũ carnẽ
& volatilia, ſed etiam piſces, veteres deſoxerunt.
Vnde Gal. de laborantib. phlegmonode, tertia laſ-
ſitudinis ſpecie: His, inquit, ſaxatiles quoq; piſces,
vel ἐν σκώρ, id eſt aſellos, in albo iure bene elixos da-
bis. Voco autęm ius albũ, cum ſine garo, magiſq;
etiam cũ ſine ſuperuacua cõditura, quã Græci κα-
ρυκείαν appellãt, pręparatur, anetho ſaleq; cũ oleo
& porri exiguo, in aquã coniectis. Erat autẽ cary-
cia, ius Lydorũ, ex ſanguine ferarum, aut volucrũ,
ſumptuoſis tragematis, & aromatũ deliciis cõdî-
tum Aſelli vero piſces, quos Romani ſcarmos &
merluſos dicũt. Gręci vero ob minutulas ſquamas
& colo-

Cerebri porcini eſus.

Quid ſit ius album, Gal. lib. 12. Meth. & l. 5. Salub.

De coctione piſciũ ſaxatilium in albo iure. Dioſc. lib. 2. cap. 32.

Quid ſit κεφυκίς, docet Heſychius & Suidas, ac dictionum Hippocratis interpres. De aſellis piſcib. Plin. lib 9. cap. 17. & lib. 32 cap. 6

Digitized by Google

& colorẽ ſubcinericiũ, quibus aſellis vermib. multipedibus, ſub ollis & ſaxis in penu latentibus, aſſimilantur. ὀνίσκους, id eſt aſellos appellãt: qui ſub canicula latẽt, aliis vero tẽporib. ore dẽticulato & patulo, ac capite cõpreſſo, ſine compare vagãtur: de quorũ capite lapis exẽpt⁹, & adalligat⁹, febrẽ arcet. Erat quoq; antiquorum medicis in frequenti vſu ius nigrum, Græcis ζωμὸς μέλας dictum, quod ex sãguine & σιπαρεῖ, id eſt ſapa vel defruto conficiebatur. Verum ſi vobis cordi ſunt diuerſa conficiendi iuris albi artificia, quibus vel hodie Romæ præparãtur: ea vos Platina in libro ſexto de Honeſta voluptate, perbelle docebit. His verbis eos ſaturos dimiſi: & quoniam adueſperabat, ne cocus meam abſentiam cauſaretur, ad cœnã acceleraui: in qua & te quoque affuturum confido.

De vermibus aſellis, Gal. lib. 3. de Comp. med. ſec. loca Porcelli quoque dicuntur.

Ius nigrũ, Suidas, & Gal. lib. 1. Prænot. Hipp.

DE GARO, MVRIA, ET ALEC E. *Epiſt.* LIX.

DEDIMVS ſatis ſtrenue, in Bononienſi gymnaſio, Theobalde, celebri Muſarum Lyceo, medicinæ operam. Quum vero omnia veris amœnitate vernarent, cõueneratinter nos, ex Germania medicinæ commilitones, nocturnis (vt aiunt) ad Cleanthis lucernam lucubrationib & interdiu viſendi ægros labore defeſſos, quo aliquando ingenii neruos remitteremus, vt Paduam proficiſceremur. Et poſtquam illic, quæ ægros curandi methodus obſeruaretur, exploraſſemus: inde per mare Adriaticum, in quod Padus ſe exonerat, Venetias appelleremus. Vbi cum in fo-

Digitized by Google

Scombrosum descriptio & gari.

rum piscarium veniſſemus, en piſcator ſcombros retibus implicitos, oblongos exileſq; piſciculos, colore ſulphureo ſub aquis conſpicuos, afferrebat ex quibus Venetiin vere, quo tempore obeſiores ſunt, delicatiora præparant obſonia, opipare condita. Ob id Heliogabalus imperator (inquit Ælius Lampridius) piſces ſemper quaſi in marina aqua cũ calore ſuo coctos, conditura Veneta, comedit. Tum ego inquam: Si vos, ô cõmilitones, expenſarũ non pœniteret, ex ſcõbris vos garũ, celebre Græcorũ Romanorumq; luxus obſonium, conficere gratis docebo. Annuebãt ergo omnes. Itaq; piſces emptos cũ reliquis ὀψαρίοις, id eſt, paruis piſciculis, ad gari lenocinium aptis, in xenodochium, ad Fiſtulam dictum, diuertentes deferebamus, & piſcibus exẽteratis: O ſocij,

Veneta Piſcium in vere conditura.

Garus aſſociorum quid Plin. lib. 11. c. 7. & 8. Diot. lib. 2. cap. 31.

Garus (inquã) aſſociorũ fuit olim præcipue ex piſcibus, & aliquãdo ex carnibus ſale maceratorum, puttilaginis liquamen. Nam teſte Suida, ὁ ὑπὸ γάρος ἁλὶ σηπόμενον ἄλμο, ἢ σηπεδὼν, id eſt, ſale conditorũ putredo. Quamuis enim ſal reliqua à putredine cõſeruat, ingenioſa tamen gula ipſum ad gari, alecis & muriæ liquorem tabeſcere multifariã coegit. Ob id ſcite Plinius tradit, eſſe etiamnum aliud exquiſiti liquoris genus, quod garum vocauere. ex inteſtinis piſcium, cæteriſq; quæ abiicienda eſſent, ſale maceratis: vt ſit illa putreſcentium ſanies. Hoc olim conficiebatur ex piſce, quem Græci garon vocabant. Vnde Martialis:

Martialis in xeniis diſtich.

Expirantis adhuc ſcombri de ſanguine primo
Accipe facoſum, munera cara garum.

Nam nec vllus liquor, præter vnguenta, maiori precio conſtiterat, ſingulis millibus nummûm per-

permutantibus congios gari pene binos. Et hic de piſcibus liquor ita conficiebatur. Viſcera ſcombri, aut ſcari, ac vna teneriores piſciculi, ὁ φάγρος dicti, triglia, mænidia, lycoſtomi, in vas cõiecta, ſale affatim conſpergebãtur: ac in vere in apricũ ſolis cooperta, & crebro rude agitata, exponebantur, deinde in æſtate, quum ſolis calore, ſal piſciumq; pinguedo eliqueſceret, in medium opſaridiorum vas, caniſtrum aut cophinus, vt promineret, oblongus, lentiſq; de ſalice viminib. arctiſſime plexus, ſtatuebatur: in quẽ ſalſus piſcium liquor ſenſim deſtillabat. quem ſic colatum Græci quoque λυκούλμεν appellabant. Vitiũ huius, inquit, Plinius, eſt alex, gari imperfecta, nec colata fæx Vnde Apitius, maximus ille nepotũ gurges: Sumen (ait) elixum, vel in furno aut craticula aſſum, cum alece aut ſinapi manducatur. Eſt & alec longitudinis pedalis aut ſpithami obœſus piſciculus, qui ex Cimbricis ac Daciæ & Norvuegiæ Boruſſiæque littoribus, vaſis incluſus, & ſale conditus, haringa quoq; dictus: aut ſale fumoq; inueteratus, tũ haringa paſſa appellatus, cratibus aut ſportulis impoſitus ad nos perfertur. In Bithvnia vero taliter garũ præparant. Coniiciunt mænidas paruas aut magnas, ſiue lycoſtomos, aut ſauros, ſiue ſcombros, aut horum piſcium omniũ miſcellã, in mactram, vas excauatum piſtorium, in quo farina in maſſam ſubagitur, quod Græci μαγίδα dicunt. & in modiũ horum piſcium, ſalis ſextarios duos Italicos inſpargunt: & quum noctẽ vnam ita ſale macerati fuerint, tandẽ eos in vas fictile cõiectos & bene coopertos, per duos aut tres menſes ſoli exponunt: eoſq; crebro, ſed tamẽ ex interuallo, ru-

Ex Gæop. Conſtantini Cæſ. lib. vlt. c. vlt. gari præparatio.

Lycoulmen Plin. lib. 31. ca. 8.

In lingua Germanica *Backlingen.* Altera gari apud Bithynios præparatio.

De magide & mactra Pollux. l. 7 cap. 5. & Heſychius.

Digitized by Google

de vel baculo agitant. Quidá & vini veteris ſexarios duos in ſingulos piſcium ſextarios affundũt: & ſic, vt οἰνόγαρον præparatum, in varios vſus reponunt, ne vires eius diſſlentur, bene coopertũ. De garo ex locuſtis id quoque memorabile fertur: quemadmodum pulices ad ſangninem caprinum aſſiliunt, ſic locuſtas ad garum in fouea ſepoſitũ, ſturmatim aduolare aiunt. Qui vero garũ celeriter citra inſolationem, ſola decoctione conficere ſtudent, hi in muriam πακτὼν, in qua iniecta ſtagnẽt, vel ſupernatent, piſcem cõiiciunt: & olla noua cum origano, donec aliquantulum muriæ euaporauerit, decoquũt. Et quẽadmodum noſtri gulæ nepotes lãpretã piſcem, vino Cretico ebriã & ſubmerſam, inſerta eius ori nuce myriſtica, obduratis externe cũ gariophyllis infixis, ex vtroq; latere colli ſeptenis fiſtulis, ne vinum abſorptum regerant, enecare ſolent: ſic Apitius, artis culinariæ ad omnem luxum archimagirus, mullos piſces in garo enecatos, ſapidiores fieri docuit. Vnde & Plato comicus inquit, ἐν σαπρῷ γάρῳ βάπτοντες ἀποπνίξουσί με. id eſt, In putrido garo ſubmergentes ſuffocant me. His gari ſpecieb. longè celebrior erat garus ex piſcium cruore compoſitus, ob id Hęmaticus dictus. Accipiebant. n. viſcera thynni aut ſcombri, cum embrochiis: eorumque liquore & ſanguine ac ſale conſperſa, in vaſe fictili menſes vt plurimum duos tabeſcere ſinebant: deinde fundo vaſis pertuſo, liquorem in aliud vas ſubſtratũ illi deſtillare ſinebant. Vnde Martialis in Xeniis:

Expirantis adhuc ſcombride ſanguine primo
Accipe facoſum, munera cara, garum.

Hunc fuiſſe ob ſanguinis admixtionẽ caloris nigri quilibet

Oinogarum.

Tertia gari præparatio.

De Apitio hæc Pli. li. 9 c. 17. De garo Athen. libro 1. Dipnoſop.

Gari nigri hæmatici præparatio.

quilibet coniicere poteſt, quo Gal. lib. 3. de Medicamentis locorum affectorum compoſitis, ad male olentia & depaſcentia aurium vlcera vtitur, χάρου μέλανος ῥωμαϊστὶ λιχαμόνι ἐκπύρου. Garus certe nõ ſociorum, ſed aſſociorum crapulæ lenocinium Aſoti enim dicebantur prodigi helluones, qui cibariorum & potus luxuria paterna decoxerant bona, quorum catalogum Vlpianus apud Athenæum recenſet. Quare gari cognomen apud Apitium, Plinium ac Martialem abiecta litera a, mutilaſſe credo librarios. Quod vero ad muriam attinet vt varios eius ad ſalgamorum vini & ſalſamentorum vſus, ita tres ipſius ſpecies reperio. Prima ex aqua cœleſti vel fontana, ſane & melle vna maceratis, conſtabat: qua ſolum in vindemiis vina, vt fierent defæcatiora, condiebant: cuius præparationem in epiſtola De vini cum ſale miſtura, ex veterum Commentariis abunde docuimus. Altera vero muriæ ſpecies, qua veteres ad olerum, radicum, pomorum, ſalgamorumque omnium condituras vtebantur, Græci ἅλμην ταριχικὴν, muriam vel ſaliſalginem colatam, & à fæcibus depuratam; Columella vero aridam appellat, quam hac methodo conficere docet: Dolium patentiſſimi orificij in aprica parte villæ qua plurimum ſol feruet, locato, & id aqua cœle[illegible] epleto, aut fontana: tum indito ſportam τὸ nceam, vel ex ſparto plicatam, ſale candido, quo muria cãdidior fiat, repletam. Cum ſalem per aliquot dies videris liqueſcere, nec dum muriam eſſe maturam intellexeris, tum ſubinde alium ſalem ingeres, donec integer in ſporta permaneat, nec diminuatur amplius quod muriæ maturitatem indi-

De aſotis popinonibus Athen libro 4. Dipn. & Pſell. de vict. rat. Scribendũ, & dicendũ garum aſociorum, & non ſociorum.

De muria, qua vina curabantur. Colũ. lib. 12. c. 2. 16. M. Cato c 104. Muriæ ſtatus & duræ præparatio. Colum. l. 12. cap. 6.

Digitized by Google

cat.&ſi meliorem habere volueris,hanc in vaſa picata diffundes, & opertã ſoli exponito: omnem enim mucorem vis ſolis auferet,& ódorem bonũ præbebit. Eſt & aliud,inquit, maturitatis muriæ experimentum: vbi dulcẽ caſeũ in eã dimiſeris,ſi peſſum ibit, immaturã: ſi vero emerget, maturã eſſe ſcito,Et quoniam ex ſale candido fiebat,illius præparationem vt ex M.Catonis lib.de re Ruſtica adſcribam,eſſe operę precium arbitror.Salem, inquit, candidum ſic facito.amphoram defracto collo puram impleto aquæ puræ:in ſole ponito ibi fiſcellam cum ſale populari ſuſpendito,quaſſato,& identidem ſuppleto.id aliquoties in die facito,vſque adeo,donec ſal deſierit tabeſcere biduum.id ſigni erit:mænam aridam vel ouũ demitto:ſi natabit ea,muries erit, quo carnem vel caſeos vel ſalſamenta condias. Porro,ait, muriam in labella vel patina ponito in ſole:& vſq; adeo in ſole habeto,donec concreuerit: inde flos ſalis fiet. vbi nubilabitur, ſub tecto ponito. quotidie cum ſol erit,in ſolem reponito. Eadem quoque ratione Conſtantinus Cæſar in Gæoponico ſibi dicato,muriæ maturitatem explorare docet: ἅλμης, ait ϛακτῆς ἀποδοκιμασθείσης ὕπως ἔσον ἐμβληθὲν ὀπιπλεῖν. ἐὰν δὲ βυθίζηται, οὔπω ἔχει ἅλας τὸ ἀφ' ἑαυτῶ : id eſt, Ad gari decoctionem accipe muriam ſtactem colatã, ſic probatam, vt ſi quod in eam cõiectũ fuerit,ſuper natet:ſi vero ſubſiederit, muria non ſatis ſalis habebit.Eadem ratione oua,& alia in aqua marina ſalſa,non facile ſubſident.Dicitur quoque poſtremo muria, quum de ſalgamis, carnibus ac piſcib. ſale ſicco maceratis,illorum madore ſal tabeſcit, liquamen. Vnde Heſychius inquit, ἅλμη τὸ ἰχθύων ζωμός:

Maturitatis id eſt, perfectionis muriæ ſigna.

Salis candidi & muriæ præparatio, Cato de Re ruſt.capit. 88.

De flore ſalis, Dioſcor.lib.5. cap.85.

Tenia muria ſalſamentorum præcipue piſcium liquamen.

Digitized by Google

ζωμὸς. & muria in Xeniis Martialis ait:

Antipolitani fateor sum filia thynni:
Essem si scombri, non tibi missa forem.

De ossuis muria cõditis Dios. li. 1. c. 119. Ath. lib 2.

Hæc tibi, Theobalde, de gari alecis, ac muriæ præparatione ex Gæoponico Cõstantini Cæsaris, ac veterum rei agrariæ scriptorũ monumentis, referre libuit. Quæ vero cõmoda ægris hæc afferant, ac præcipue muria salsorum piscium ac oliuarum salsilagine cõditarum, quas Græci κολυμβάδας dicunt, in curandis aurium ac gingiuarum vlcerib. nomis, & cõtra exulcerata intestinorum tormina, vetustosq; coxẽdicum dolores, clysteri infusa: id quidẽ præter Dioscoridem, & eius interpretem C. Plinium, Galenus quoque & ingenioſa ipsius simia Paulus Ægineta, te docebunt. Vale.

De gari & muriæ medic. Dioscor. li. 5. ca. 81. Galen. de simpl. medic. in fin. Paul. li. 7. ca. 3.

De Piscibvs Saxatilibvs.

Epistola LX.

Ad Georgivm Wirt consobrinum, Medicum Cæsareum.

Accepi, crede mihi, Georgi consobrine, nõ absque mœrore, comitia ab inuictissimo Cęsare Carolo Augustæ indicta, non prius solutum iri, quam Parthenopolis ciuitas, duorum Saxoniæ & Marchionatus ducum obsidione aut liberata, aut expugnata fuerit. Quum igitur euentus belli dubius sit, aduentum tuum quoque fore dubium vereor. Scribit Andreas frater tuus, vos longitudinem temporis comitiorum pertæsos, illius fastidium amica tamen & sobria conuiuiorum philotheſia deuorare. ac nuper vestrum sympoſiarcham, anonymum vobis ex Mosella piscem apposuisse,

φιλοθηρία post cœnã amicam comporatio.

Saiar, ex Mosella vel Benaco lacu carpio.

Digitized by Google

Purpureis ſalarem ſtellatum tergora guttis.

Saxatilium piſcium coctura docet Dioſc. lib. 2. cap 32. Paul. lib. 7. Auſon. in Moſella. Galen. lib. 1. reg. acut.

quem Carpionem appellant : ac ex arenoſo flumine inter ſaxa captos fundulos, percas, ſalmulos & labracas, piſces ſaxatiles, in albo iure, cum modico porri, anethi olei. & & ſale (vt Gálen⁹ pręcipit) decoctos præbuiſſe edendos. Verum carpiones, trottis ſimiles, & ſapidiores oleo ſuffrixos, & modico ſale ne marceſcant conſperſos, aſſulis abiegnis incluſos, ex Benaco Myncii fluminis lacu captos, à Tridẽtinis per Oenoſpõtũ tum ad vos perferri Auguſtam, facile credo. frixa enim diutius, quã elixa, conſeruãtur. At vos piſces, comediſſe ſaxatiles, frater tuus mihi non perſuadebit. Auguſta enim Vindelicorum metropolis, à maritimis ſcopulis inter quos piſces alti & capti, Grę cis πετραῖοι, Latinis vero ſaxatiles dicti, nimium diſtat. Si namque piſces in flumine per ſaburram & ſaxa delabente capti, à veteribus Medicis πλαῖοι, dicti fuiſſent, tum certe rectius muſtela piſcis, à lambẽdis petris lampreta dictus, ac murenulæ, oſculis ſaxis vt ægre diuelli poſſint adhærentes, in cenſum ſaxatilium referrentur. Sed, vt Columella ait, optime ſaxoſum mare nominis ſui piſces nutrit, qui quod in petris ſtabulẽtur, ſaxatiles dicti ſunt, vt merulæ, turdi, nec minus melanuria : quos Galenus in libro de alimentis recẽſet, & perſpicue ita definit : Scaros, cottyphos, cichlas, iulidas, phycidas, percas, petræos nominant piſces, à locis in quibus inueniuntur, & diuerſantur. non enim in lubricis, arenoſis, aut terreſtribus æquoris littoribus, ſed vbi petræ & ſaxoſa ſunt littora, ſeſe illa tebrant, & parturiunt. Alimonia ex ipſis non modo concoctu facilis,

Carpiones ex lacu Benaco. *Gardon ſobe.*

Murenulæ, id eſt, *brigken.* Qui veri piſces veterum ſaxatiles. Columel. li 9 cap 16 Gal. lib. 3. de alimen. facul.

ſed

ſed humanis quoq; corporibus ſaluberrima. ſanguinem enim conſtitutione ſubſtantiæ mediocrem generant, ob id Athenæus ex Diphili medici Commentariis inquit: ἀπὸ θαλασσίων ἰχθύων οἱ μὲν πτερωτοὶ κάτω εὔφθαρτοι, εὔχυλοι, σμηκτικοί, κοῦφοι, ὀλιγόπεπτοι: οἱ δὲ πολύποδες εἰσὶ δύσφθαρτοι. & paulo poſt inquit, τὰ δὲ καλούμενα πτερωτὰ, πᾶσι τοῖς σώμασιν ἡμῶν ξηραίνει τε διδοῦσι τροφὴν, εὔογκα δὴ ἐστὶν, καὶ ὑδρώδη, καὶ πίπτειν παχέως, καὶ οὐκ ἐγκαταλείπειν ῥεύματα πολλά. Hos ob id Galenus in eſculento piſcium iure albo elixatos, maraſmo aut ſyncope ex ſpirituum inopia languentibus, & laſſitudine vlceroſa defeſſis, ſalutares eſſe ſtatuit: quibus vires effœtas reficere nouit, nec illorum eſum febre vel pleuritide laborantibus à morbi ſtatu denegauit. Adde hos & alios quoque maritimos piſces fluuiatilib. eſſe calculoſis longe innocentiores. ſalſus enim ęquoris liquor, & fluxus inter ſaxa colliſio, illorum viſcidum mucorem & attenuat & digerit. Proinde Cor. Celſ. Leuior, inquit, piſcis eſt inter ſaxa editus, quã in arena: leuior in arena, quam in limo. quo fit, vt ex ſtagno vel lacu eadẽ piſciũ genera grauiora ſint, leuiorque qui in altò quam qui in vado vixit. quod Galenus paulo vberius his verbis teſtatur: Volucres, inquit, & piſces, paucis exceptis, omnes boni ſucci ſunt, præter eos qui in ſtagnis ac paludibus & fluuiis limoſis ac turbidis viuunt, nam minus natant, aereque & victu deteriori vtuntur: ac maxime ſi in eorum lacum, aqua ex magnis ciuitatibus, latrinas, balnea, macellum, ac culinas, & fullonum, qui veſtes & linrea eluunt, ſordes expurgãs effluit. peſſima enim, in tam feculenta aqua degentibus, caro naſcitur:

De pectẽtis piſcib. Athen. lib. 8. Dipn. Gale quoque lib. 8. Meth.

Cor. Celſ. lib. 1. cap. 17. Gal. de cib. bon. & mal. ſuc. Paulus li. 1. c. 90. Gal. in lib. de alimen. bon. & mal. ſuc.

Qui piſces fluuiatiles.

Digitized by Google

quæ comesta, & corporis nostri alimoniam conspurcare posset. & quemadmodum pisces marini saxatiles, in alto æquore degentibus sunt salubriores: sic quoque fluuiatiles, qui aduerso torrentium impetu exercentur, & fatigantur, atque occurrentibus abruptis vadorũ petris illiduntur, his qui in stagnis & limosis lacub. tranquille degunt & torpent, castigatiora habere sumina, & in salubri victus ratione præferendos censeo: Esse vero pistorum pisces saxatiles, aut in illotũ censu habendos, pernegabo: donec tu pro singulari tua eruditione, meliora docueris. Faxit Deus, vt te propediẽ bonis auibus reducem videamus. Vale.

De Carne svilla, Hippocratis sententia. Epistola LXI.

Xenia & apophoreta in Saturnalibus missa. Martial. in Distich. recenset.

Saturnalia describit Macrob. lib. 1. Saturn. & Ouid. 1. Fast.

VIR prudens, Geralde, fatis cedere, & tẽpori se accommodare nouit: cuius te plurimam rationẽ habere, ex xeniolis mihi missis coniicio, quę puer tuus Euãgelus decimoquarto Calendas Ianuarij, tuo mihi nomine obtulit: quo die Romani & Cyrenenses togis exuti, ac curta synthesi vsi induti, ficulneisque ramis coronati, vna cũ seruis pileo coopertis, Saturnalia celebrantes, epulabantur: amicus quoq; amico grata munera mittebat, tum variã ex frugibus obsonia & bellaria, tum præcipue ex melle placentas, quorum inuenta Saturno accepta referunt. Hic certe solẽnis mos, nec apud Christianos omnino exoleuit. nam his Calendis Ianuarij, quibus CHRISTI ex Deipara virgine natalis celebratur, in quibus plurimum

rimũ ſues obœſas ſagina, mactamus: amicus amico ſtrenam, vicinus vicino, de carne ſuilla offam, aut farcimina, pro felici noui anni auſpicio mittere ſolet. Et vt ego quoque tibi pro tuis xeniis aliquam vicem rependere videar; en mitto de meo pridie mactato porco, ex carne eius minutatim diſſecta, addito pipere, iſicia, & tomacula, ac ſuillo latere, tergoque ſale macerato, & ſuffito, ſuccidias: quorum eſum perfida gens Iudaica temere infamauit. Nam, ſi modo ea quæ Iuſtinus & Cornelius Tacitus memoriæ prodiderunt vera ſunt, quum hæc gens in Ægypto diis hominibusq; inuiſa, fœda ſcabiei potrigine, & tabe laboraret, eiusque contagio totam Ægyptum inficeret, Iupiter Hammonius de remedio per Bochorim, tum Ægypti regem, conſultus, Iudæos Ægypto arcendos reſpõdit. horum exulum Moſes dux deſignatus, memor quã fœda ſcabies & vitiligo illorum corpora deturpaſſet: ſimulque quod porci grandine, reconditis in carne viuentium iunctis, & ſcabie eadem infeſtarentur (vnde porci grandinoſi chalari dicuntur) Iudæis ſuillæ carnis eſui interdixit. Verũ hæc ſunt Ethnicorum q̃ arcã diuinę legis nõ intelligunt, deliramenta. Rectius hæc Moſis decreta Euſebius intellexit, qui tradit Moyſẽ ſub hoc de eſculẽtis legum ænigmate, populum Iſrael tum duræ ceruicis, & effrenẽ, eà docere voluiſſe, quæ ad iuſtitiam & pietatem pertinerẽt. Nã animalia & volucres raptu & morticinio viuẽtes, nõ alio nomine edere vetuit, quã quod hui⁹ legis ſymbolo eos à ſpoliis & cæde deterreret. Suilla vero carne veſci, phibuit, quo Iudæos admonuit, quũ ſus ſit amica luto. & locis vlcino-

De ſiſte Athen. lib. 9. Dion & Ariſtida lib. Strab. li. 7. Quare Iudæi abſtineãt porcina pernis porcinæ ſubmeant Iuuen. ſa. 14. Corn. Tacit lib. 11. Oroſ. lib. 1. cap. 8.

De grandine porcorum Ariſt. lib. 8. de hiſt. anim. c. 21 Plin. lib. 8. c. 51.

De carne ſuilla lex Moſaica Deuter. 14. Legum Moyſis tropologiam tradit Euſeb. de præpar. Euan. li. 8. cap. 7.

sis, in quibus se volutat, & oblectat, vt ea quæ externe corpus, intus vero animam coinquinarent, sedulo cauerēt: & sobrie, non vt sues, in crapula & sagina viuerēt. Nec ex vllo animali nume rosiores ganeæ dapes præparantur. vnde Cicero: Sus, inquit, quid habet pręter escā: cuius quidē caro, ne viuenti putresceret, animam ipsi pro sale datam dicit esse Chrysippus. qua pecude, quod erat, ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura fœcundius. & M. Varro: Suillum, ait, pecus donatum à natura dicunt ad epulandum: itaque huic animā datam pro sale, qui seruaret carnem. Non igitur eius esum vt insalubrem Moyses vetuit. nam Galenus exquisita febre tertiana affectis, præter testiculos & alas gallorum, & vitella ouorum sorbilia, porcorū pedes & cerebra ac porcellorum carnes ναυηγὰς, in iure albo liquefactas, præbet, & effœtas à morbo conualescentium vires illius esu reficere, his verbis præcipit: Tum, ait, suillas carnes esse à pedibus in ptisana elixis incipient: post vero etiam imum crus recte sument. ab hoc etiam reliquas partes, primum quidem iuuenis porcelli: qui si hyems sit, etiam pridie mactetur: nam hesternum quam recens necatum facilius concoquitur. æstate sat fuerit, si mane immolatus porcellus sit, ac circa solis occasum comedatur. nec ab re hoc præcipit: quippe omnium esculētorū, quæ nouimus. caro porcina valentissime nutrit, si modo concocta fuerit: adeoque magnam habet cum hominis carne affinitatem, vt non modo nostro Parisiis, sed etiam tempore Galeni Romæ, scelerati quidam pandochei & caupones, carnē humanam cum aromatibus in

Animam porcis datam pro sale. Cicero libro secundo de Nat. deo. M. Varr. libro 2. ca. 4. Plin. li. 8. cap. 51.

Gal. lib. 1. ad Glauconem de febre ter.

Galen. lib. 7. Method.

Digitized by Goo

bus in paſtillis coctam, pro ſuilla, magni vendiderint. nec comeſtores alteram ab altera odore, ſapore aut colore diſcernere poterant: donec humanus digitus, per negligentiam cum ſuo vngue coctus, & repertus, atrox coci facinus prodidit: qui & meritas ſupplicio in furca pependit pœnas. Cæterum hæc tibi de carnis ſuillæ alimonia dudum perſpecta eſſe arbitror. Verum illud Hippocratis, in libro 4. de Ptiſſana, de ſuillę carnis differentia, multorum ingenia torſit, vbi τὰ χοίρια, carnes porcinas, vituperat: τὰ δὲ ὕεια vero, ſuillas commendat: χοίρια δέ, ait, πονηρά, ἐπὶ ταχὺ ἢ ἐνωμότερα ἢ πεφυκαῖα. χολώδεα ἢ αὖ ἴϊη, καὶ ἐκ τοῦ ἀκρικά. ὕεια δὲ βέλτιστα πρὸς κριῶν ἀπαίτων. κρέπτεα δέ, τὰ μήτ' ἰχυρῶς πίονα, μήτε λεπτά, μήτε ὑπὸ λικμίου φέροντα ἱερείου παλαιοῦ. ἐσθίειν δὲ ἄμεινον τῆς φοινικῆς, καὶ ἀπὸ ψυχρέα. id eſt (vt Copus Baſilienſis, ex Germania Franciſci regis Galliarum medicus vertit: Porcinæ carnes, ſiue ſubcrudæ, ſiue ambuſtæ malæ ſunt: nam & bilem pariunt, & turbationem. Suillis nullæ aliæ meliores ſunt: idque, ſi non admodum pingues, neq; etiam pertenues ſunt. ac neque veteris victimæ ætatem ſint aſſecutæ. at vero reiecta pelle, & ſubfrigidæ edędæ ſunt. Verum niſi quiſpiam Græcorum de ſuibus nóminum, & ætatis victimarum, ex veteri pōtificum iure peritus fuerit, hæc explicare nō poterit. Quare ea tibi paucis perſtringam. Epicharmus enim ſuē maſculum, quem Latini verrem dicunt, delphaca vocat. at ſcrophas cæteri Greci genere fœminino, proprie delphaces nominarunt: quod delphyas, id eſt matrices, porcellorum (quæ delphacia dicunt) conceptacula haberent. inde ex eodem vtero fratres, adelphos nominarunt. At ὗς, vtriuſque por-

De pandocheis carnem humanam vendentibus, hæc Gal. lib. 3. de Alimēt.

Hipp. li. 4. reg. acut.

Athen. lib. 9. & Suidas.

Digitized by Google

corum ſexus genus, præcipue qui adoleuerant, ſus dicebatur: & addito, ε, σῦς quoque recte proferri, Vlpianus tradidit, ἀφ' ᾧ σύεσθαι, καὶ ὁρμητικῶς ἔχειν: quia, dum è terra radices ſcirporum, arundinum, & aquatilis ſyluæ, ac lumbricos roſtro eruunt, aut inter ſe colluctantur, tumultuarie collum caputque conquaſſant: vnde & apros Græci ſyagros appellant. Sues igitur Ariſtophanes grammaticus in delphaces ac choiros ita diuidit: τοὺς ὑὸς τοὺς μὲν ἤδη συμπεπηγότας, δελφακας: τοὺς δὲ ἁπαλοὺς καὶ ἐπακμαίους, χοίρους. id eſt, De genere ſuum qui corpus robore cõpactum habent, & adoleuerunt, delphaces: qui vero adhuc porcelli, corpus tenerum, molle & humidum habent, choiri dicuntur. Quam differentiã apud Homer. Eumæus ſubulcus Vlyſſis, quẽ ex bello Troiano & naufragio ſibi tum ignotum, reducem hoſpitio excepit, obſeruat dicens:

De pabulo porcorũ, hæc Col. lib. 8. ca. 9.

Interpres Ariſtoph. in comœdia Acharn.

Odyſſ. ξ. Ar. lib. 9. Hiſtor. Galen. lib.

ἔσται νῦν ὦ ξεῖνε. τὰ δὲ δμῳάων πάρεστι
χοίρεια, πάρ᾽ αἰόλους δὲ σὺς μνηστῆρες ἔδουσι

ac ſi diceret: Ede ô hoſpes, nam hæc chœrea, porcellorum carnes, debentur & ſuperſunt famulis; proci vero Penelopes obœſos & ſpumãtes ſues ad ultros edunt. Conſtat igitur, veteres Græcos, porcellos lactentes & adhuc ſubrumes χοίρους quoque appellaſſe, quorum eſum ob viſcidos ac crudos carnis humores, Hippocrates improbat. & Galenus de Alimentis: εἰκότως, ait, οἱ χοῖροι τοσοῦτον πλείονα περίττωμα παρέχουσι τῷ σώματι, ὅσῳ καὶ τῶν μεγάλων ὑῶν εἰσιν ὑγρότεροι, εἰκότως δ' ἧττον τρέφουσι: id eſt, Merito porcelli tanto magis excrementicium præbẽt nobis alimoniam, quanto ſunt magnis ſuibus humidiores, & minus quoque nutriunt. Nuper enim editi, quouis animali terreſtri, quo homo veſcitur,

Galen. lib. 3. de Alimen. & 2. de temper.

ſcitur, carnem humidiorem habent, ſanguinis à phlegmate viſcoſi fomitem. Teterrima vero antiqui porci caro, quæ ægre concoquitur, & concocta ſanguinẽ atra bile conſpurcat: optima vero ad gulæ illecebras & corporis alimoniam eſt, porcorum mediæ ætatis, qui veteris victimæ vel non exceſſerint, vel nondum aſſecuti ſint annos: caro non nimis obœſa, nec macra. hæc enim facile cõcoquitur, & optimũ generat ſanguinẽ. Sed vt paulo exactius intelligamus, quæ fuerit olim in pontificio ſacrificiorum iure iuuenilis aut veteris victimæ porcorum ętas, hiſtoria eorum paulo altius erit repetenda. Sus enim ſacrum olim erat Praiſiis & Cretenſib. animal, quod Iouẽ infantem à Rhea matre, ne à Saturno parente deuoraretur, abſconditum in Creta ſus lactauerat: & ne pueri vagitus à patre audiretur, grunnitu ſuo obſtiterat. A ſuillo certe pecore immolationes in ſacris prima duxerunt initia. Nam & Argiui in feſto, à ſue Hyſteria dicto, porcum Veneri mactabant: & in menſe Maio mercatores Maię Mercurii parenti, porcum imprægnatam immolabant. Legimus quoque, prima omnium Cereris myſteria ſue, quod roſtro repando ſegetes eruerat, cæſa, fuiſſe celebrata. Vnde Pelignus ille olor Ouidius cecinit:

Prima Ceres auidæ gauiſa eſt ſanguine porcæ,
Vlta ſuas merita cæde nocentis opes.

Adde quod fœdera pacis & nuptiarum in Ethruria, Latio & Græcia, ſue mactata confirmabantur. Vnde M. Varro: Sus, inquit, Græce dicitur ὗς, olim θύτης, à verbo θύειν. quod eſt immolare. à ſuillo enim genere immolationis initiũ cœpit. Obid etiam Hippocrates & Galenus, à verbo ἱερεύω, ſacri-

De differentia ſuillæ carnis. Gal. lib. 4. regim. acut.

De ſuillo ſacrificio. Athenæus li. 9. Macr. 1. Sat. Ouid. 1. Faſtorum.

De Iouis in Ida monte Cretenſi educatione. Ouid. lib. 4. Faſt. Athen. lib. 9. Dipnoſ.

M. Varro lib. 2. de re Ruſt. ca. 4. Porcelli & ſues appellan-

fur ἱερεῖα. Gal. lib. 7. Met. & li. 3. de Tép.

fico, ſuem ἱερεῖον, id eſt victimam, paſſim vocant, ac præcipue Galenus in Methodo, & de Tẽperatura, vbi ait: ἀλλὰ καὶ εἰ νέου ἱερείου, εἴτε ἰδίου ἐθέλεις, εἴτ' ἀλλοτρίου σκοπεῖσθαι, μυξώδη μὲν καὶ πλαδαρὸν εὑρήσεις τὴν σάρκα, τὸ δ' ὅλον ὥσπερ ἄρτι πεπηγυμένῳ τυρῷ ἐμφερές. ὥστε μηδὲ φαγεῖν ἡδέα, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ὑγρότητα: id eſt, Si iuuenilis porcelli carnem edere voles, aut diſſecans contemplari, mucoſam & flaccidam eius carnem inuenies, & vniuerſum oſſium genus caſeo iam primum coagulato ſimile, ita vt nec edendo nuper genitorum animalium corpora, propter ſuperfluam humiditatem ſint guſtui grata. Quare recte Hippocrates, τὰ χοίρια carnes, porcelli iam editi ac ſubrumi, quas in deliciis cibariorum olim habebant (vt modo Hiſpani hinnulos, ex ceruarum vtero cæſos) vt inſalubres damnat. Quę vero iuuenilis victimæ erat ætas, ex Plinii verbis facile coniicere poteris: ſi modo perpenderis hoſtiam mutilam, aut morbidam, aut quouis modo defectam, velut impuram, offerre, ingens fuiſſe piaculum. Ob id ait: Suis fœtus, à partu ſacrificio die quinto purus eſt, pecoris die ſeptimo, bouis trigeſimo: Marcus Varro tamen iuuenilem ſuilli peco is victimæ maturitatem ad decimum vſque diem à partu prorogarat: Cum, inquit, porci depulſi ſunt à mamma, à quibuſdam delphacia appellantur. neque enim iam lactentes dicuntur, qui à partu decimo die habentur puri: & ab eo appellantur ab antiquis Sacres, quod tum ad ſacrificia idonei primum dicuntur. Amiſſo autem nomine lactentis, appellantur nephrendes: quoniã nec dũ fabã frendere, id eſt dẽtibus frangere aut atterere poſſint. Coruncanus vero ruminales hoſtias

Porcellorum anatomia & vſus.

Victimarũ ætates refert Plin. lib. 8. cap. 51. Varro lib. 2 ca. 4.

Sues ſacres & nefrendes.

Digitized by Google

hoſtias,donec bidenes,id eſt biennes (inſerta inter duas vocales litera d) , vt in verbo redire, redamare , redarguere ſite fierent,puras eſſe necauit : id pontifices de veteris victimæ ætate ſtatuiſſe par eſt. P. autem Nigidius,in lib. quẽ de extis cõpoſuit,bidentes appellari ait , nõ ſolas oues, ſed omnes beſtias bimas. Vnde Pompon. feſtiuus Atellanarum fabularum poeta,in Galliis tranſalpinis ita ſcripſit: Mars tibi voueo facturum,ſi vnquam rediero,bidẽte verre. Hipp. igitur ſues bidentes,qui ad bimatum, veteris victimæ ætatem, non exceſſiſſent , porcellis & vetuſtioribus eſſe ſalubriores docet Erant & alia quoque de hoſtiis præcidaneis ſacrificia, quas ante ſacrificia ſolennia pridie cædebant. Vnde porca etiam præcidanea appellata,quam piaculi gratia ante fruges nouas immolari Ceteri mos fuit. Cæterum non arbitror fore abſurdum,ſi in huius epiſtolę coronide, auctarij loco addidero,quale Romani gulæ proceres ex ſuilla vulua conficiebant ferculum , ab Apicio & Horatio laudatum:-- *cum ſit obeſo*

Nil melius turdo , vulna nil dulcius ampla.

Et Cor Cellus de ſue ait : Stomacho proſunt vngulæ, roſtra, aures, vuluæ, ſterilesq; Vulua enim in animalib. eſt interior fœtus conceptaculi cauitas , quam in homine vterum & locos appellant, ac matricem. cuius 3. erant apud culinæ antiſtites differentiæ,quarum delectum Plin. his verbis indicat : Vulua ſuis electo partu melior , quam edito : Electicia vocatur illa , hæc porcaria. Primiparæ ſuis optima: contrà effœtis,à partu , præterquam eodem die ſuis acciſæ, liuida & macra. Nec nouellarum ſuum , præterquam primipararum,

Bidentes hoſtiæ quæ ſint, Gell. lib. 16. ca. 6. Macro. li. Sat. 6.

Porca præcidanea Gel lib. 4. cap. 6.

De ſuilla vulua triplici, Plin. 11. cap. 56.

Cel. lib. 2. cap. 24. Ariſtot. lib. 3. de hiſt. anim. c. 1.

Digitized by Google

Suillæ vuluæ conditura, ex Apitii libr. 7. cap. 1. Athen. lib. 3.

probatur, potiusq; veterũ, dum ne effœtarũ, nec biduo ante partũ, aut post partũ, aut quo ejecerint die, proxima ejecticię est, occisę vno die post partũ. huius & sumẽ optimum, si modo fœtus nõ hauserit: ejectitiæ deterrimum: Vulua vero de virgine porca, sterilis dicta lasere Cyrenaico, pipere, mentæ siccæ foliis. addito liquamine, melle, & aceti modico condita, in muria tamen prius cocta, cæteris præferebatur, de qua Martialis ait:

Martial. in Distic.

Te fortasse magis capiet de virgine porca,
Me materna grani de sue vulua capit.

Si stomachus tuus hæc tibi de suilla carne missa Apophoreta, botellos, isicia, pernas ac petasones fastidierit, poteris Apitii conditura, sterilem tibi præparare vuluam, quæ languentis stomachi vires reficiet. Vale.

De Laserpitio, Belzoin, Et myrrha. *Epist.* LXII.

Significasti literis tuis non tantũ dictionis, sed & officioseę humanitatis lepôre ornatis, apud vos quoque in cal. Ian. Saturnalib. sues quidem obœsas plures mactari. Proinde perlecta mea de suilla carne, & cõditura vuluæ, Epistola, & cũ Antiphanes scripserit, *μήτραν τινὲς πωλοῦσιν ἡδίστην κρέας*, id est, Vuluam quidam vendunt carnem suauissimam: cocos vestros omnem impendisse operã, vt ea recte elixata, vel fricta in sartagine, recte quoque laserpitio, id est silphii succo pipere & cymino, & reliquis aromatib. condiretur: quemadmodum & Apitius docuit, & Archestratus opsodœdalus, dum ait,

Athen. li. Dip. 3.

ἐμτίονπ δὲ σοι φερέτω τοιόνδε τρόπημα
χοίρεα καὶ μήτραν ἐφθὸν ὀπὶ, ἐν δὲ κυμίνῳ.
ἔντ' ὄξει λεπαῖ & σιλφίῳ ἐμβεβαῶσαν. At

At pharmacopolã vobis pro lasere, quod Græci silphium appellant, geminas assæ species misisse: quarum altera fœtida, quum graue virus redoleret, ac putrilaginem resiperet, viroso odore, qui stomachum facile subuerteret, vuluam infecisse: alterã vero odoriferam, quũ præstãtiori myrrhæ esset similima, veritos ne in ea opocalpasum, homini lethale venenum, subesset, vos quoq; abiecisse. At Geralde mi, pharmacopola à mercatoribus falsus, vos quoq; (vt arbitror) inscius fefellit. Laser quippe planta est quotannis crescens, quæ radices nigras, caulem ferulæ similem, sed succi plenam, folia appii, semen vero latum & foliaceũ profert: cuius natales loci olim fuerunt, Syria, Armenia, Media, & Libya. Sed omnium pręstantissimum Cyrenis, in Pentapolitana regionis Africæ ciuitate nascebatur. Vnde Victruuius: Si, inquit, terra non esset generib. humorum dispar, nec Cyrenis in ferulis laser tantũ nasceretur: quod ob eandem causam Hippocr. nec in Ionia, nec in Peloponneso crescere, sed in Libya prope Cyrenas absq; cultura sua sponte nasci, ac quatuor stadiorum quoq; rura occupasse tradit. Liquor vero ille precios⁹, suaui fragrans odore, ex radice silphii incisa collect⁹, rhizias, ex caule scarificata resudans, Caulias dicebatur: & aere veluti olibanus aut mastix concretus, ὁπὸς Κυρηναϊκὸς nominabatur, cuius varias in re medica vires Theophr. & Dioscorides & Galenus commemorarunt. & Nicander poeta medicus in Alexipharmacis asserit, silphii radices & succum his qui cum coagulo lac biberent, & eo in vẽtriculo in grummos cõcreto ægre spirent, præsens ferre auxiliũ, si quis radices poculo suo intriuerit, aut dissolutũ biberit succũ,

Duplex assa, fœtida & dulcis.

Opocalpasi virus in myrrha latere, restis Gal. li. 1. de Antidotis.

De lasere Cyrenaico hæc Vitr. lib. 8. ca. 1. Hippoc. li. 1. de morb.

quæ comesta, & corporis nostri alimoniam conspurcare posset. & quemadmodum pisces marini saxatiles, in alto æquore degentibus sunt salubriores: sic quoque fluuiatiles, qui aduerso torrentium impetu exercentur, & fatigantur, atque occurrentibus abruptis vadorũ petris illiduntur, his qui in stagnis & limosis lacub. tranquille degunt & torpent, castigatiora habere sumina, & in salubri victus ratione præferendos censeo: Esse vero piscorum pisces saxatiles, aut in illorũ censu habendos, pernegabo: donec tu pro singulari tua eruditione, meliora docueris. Faxit Deus, vt te propediẽ bonis auibus reducem videamus. Vale.

De Carne svilla, Hippocratis sententia. Epistola LXI.

VIR prudens, Geralde, fatis cedere, & tẽpori se accommodare nouit: cuius te plurimam rationẽ habere, ex xeniolis mihi missis coniicio, quę puer tuus Euãgelus decimoquarto Calendas Ianuarij, tuo mihi nomine obtulit: quo die Romani & Cyrenenses togis exuti, ac curta synthesi vsi induti, ficulneisque ramis coronati, vna cũ seruis pileo coopertis, Saturnalia celebrantes, epulabantur: amicus quoq; amico grata munera mittebat, tum variã ex frugibus obsonia & bellaria, tum præcipue ex melle placentas, quorum inuenta Saturno accepta referunt. Hic certe solẽnis mos, nec apud Christianos omnino exoleuit. nam his Calendis Ianuarij, quibus CHRISTI ex Deipara virgine natalis celebratur, in quibus plurimum

Xenia & apophoreta in Saturnalibus missa. Martial. in Distich. recenset.

Saturnalia describit Macrob. lib. 1. Saturn. & Ouid. 1. Fast.

Digitized by Google

rimũ ſues obœſas ſagina, mactamus: amicus amico ſtrenam, vicinus vicino, de carne ſuilla offam, aut farcimina, pro felici noui anni auſpicio mittere ſolet. Et vt ego quoque tibi pro tuis xeniis aliquam vicem rependere videar; en mitto de meo pridie mactato porco, ex carne eius minutatim diſſecta, addito pipere, ilicia, & tomacula, ac de ſuillo latere, tergoque ſale macerato, & ſuſſito, ſuccidias: quorum eſum perfida gens Iudaica temere infamauit. Nam, ſi modo ea quæ Iuſtinus & Cornelius Tacitus memoriæ prodiderunt vera ſunt, quum hæc gens in Ægypto diis hominibusq; inuiſa, fœda ſcabiei putrigine, & tabo laboraret, eiusque contagio totam Ægyptum inficeret, Iupiter Hammonius de remedio per Bochorim, tum Ægypti regem, conſultus, Iudæos Ægypto arcendos reſpõdit. horum exulum Moſes dux deſignatus, memor quã fœda ſcabies & vitiligo illorum corpora deturparet, ſimulque quod porci grandine, reconditis in carne viuentium iunctis, & ſcabie eadem infeſtarentur (vnde porci grandinoſi chalari dicuntur) Iudæis ſuillæ carnis eſui interdixit. Verũ hæc ſunt Ethnicorum q arcã diuinę legis nõ intelligunt, deliramẽta. Rectius hæc Moſis decreta Euſebius intellexit, qui tradit Moyſẽ ſub hoc de eſculẽtis legum ænigmate, populum Iſrael tum duræ ceruicis, & effrenẽ, ea docere voluiſſe, quæ ad iuſtitiam & pietatem pertinerẽt. Nã animalia & volucres raptu & morticinio viuẽtes, nõ alio nomine edere vetuit, quã quod huiꝰ legis ſymbolo eos à ſpoliis & cæde deterreret. Suilla vero carne veſci, phibuit, quo Iudęos admonuit, quũ ſus ſit amica luto. & locis vligino-

Deiſi-ida Acher, lib. 9. Dion. & Aſſiria lib. Mach. lib. 7. Quare Iudæi ab eſu porcinæ abſtinẽt. Iuſtin. lib. 36. Corn. Tacit. lib. 11. Oſor. lib. 1. cap. 8.

Da grandine porcorum Ariſt. lib. 8. de mir. auſc. & 11 Plin. lib. 8. c. 51.

De carnẽ ſuilla lex Moſaica Deuter. 14. Legum Moyſis tropologiam tradit Euſebius de præpar. Euan. li. 9. cap. 5.

sis, in quibus se volutat, & oblectat, vt ea quæ externe corpus, intus vero animam coinquinarent, sedulo cauerēt: & sobrie, non vt sues, in crapula & sagina viuerēt. Nec ex vllo animali nume rosiores ganeæ dapes præparantur. vnde Cicero: Sus, inquit, quid habet prēter escā: cuius quidē caro, ne viuenti putresceret, animam ipsi pro sale datam dicit esse Chrysippus. qua pecude, quod erat ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura fœcundius. & M. Varro: Suillum, ait, pecus donatum à natura dicunt ad epulandum: itaque huic animā datam pro sale, qui seruaret carnem. Non igitur eius esum vt insalubrem Moyses vetuit. nam Galenus exquisita febre tertiana affectis præter testiculos & alas gallorum, & vitella ouorum sorbilia, porcorū pedes & cerebra ac porcellorum carnes ταριχᾶς, in iure albo liquefactas, præbet, & effœtas à morbo conualescentium vires illius esu reficere, his verbis præcipit: Tum, ait, suillas carnes esse à pedibus in ptisana elixis incipient: post vero etiam imum crus recte sument. ab hoc etiam reliquas partes, primum quidem iuuenis porcelli: qui si hyems sit, etiam pridie mactetur: nam hesternum quam recens necatum facilius concoquitur. æstate sat fuerit, si mane immolatus porcellus sit, ac circa solis occasum comedatur. nec ab re hoc præcipit: quippe omnium esculētorū, quæ nouimus caro porcina valentissime nutrit, si modo concocta fuerit: adeoque magnam habet cum hominis carne affinitatem, vt non modo nostro Parisiis, sed etiam tempore Galeni Romæ, scelerati quidam pandochei & caupones, carnē humanam cum aromatibus in

Animam porcis datam pro sale. Cicero libro secundo de Nat. deo. M. Varr. libro 2. ca. 4. Plin. li. 8. cap. 51.

Gal. lib. 1. ad Glauconem de febre ter.

Galen. lib. 7. Method.

Digitized by Google

bus in paſtillis coctam, pro ſuilla, magni vendiderint. nec comeſtores alteram ab altera odore, ſapore aut colore diſcernere poterant: donec humanus digitus, per negligentiam cum ſuo vngue coctus, & repertus, atrox coci facinus prodidit: qui & meritas ſupplicio in furca pependit pœnas. Cæterum hæc tibi de carnis ſuillæ alimonia dudum perſpecta eſſe arbitror. Verum illud Hippocratis, in libro 4. de Ptiſſana, de ſuillę carnis differentia, multorum ingenia torſit, vbi τὰ χοίρια, carnes porcinas, vituperat: τὰ δὲ ὗεια vero, ſuillas commendat: χοίρια δή, ait, πονηρὰ, ὁπόταν ᾖ ἐναμότερα ἢ παχέα. χολώδεα γὰρ αὐτά ἐστιν, καὶ ἐκ ταράσσει. ὗεια δὲ βέλτιστα τῶν κρεῶν ἀναίτιον. κρίνει δὲ, τὰ μήτ' ἰχῶρας πίονα, μήτε λεπτὰ, μήτε ὑγρὰ λίαν φέροντα ἱερείου παλαιοῦ. ἐσθίειν δὲ αὖ τῆς φοινῆς, ἣ καὶ ἰσχνὸ ψυχρά. id eſt (vt Copus Baſilienſis, ex Germania Franciſci regis Galliarum medicus vertit: Porcinæ carnes, ſiue ſubcrudæ, ſiue ambuſtæ malæ ſunt: nam & bilem pariunt, & turbationem. Suillis nullæ aliæ meliores ſunt: idque, ſi non admodum pingues, neq; etiam pertenues ſunt. ac neque veteris victimæ ætatem ſint aſſecutæ. at vero reiecta pelle, & ſubfrigidæ edędæ ſunt. Verum niſi quiſpiam Græcorum de ſuibus nóminum, & ætatis victimarum, ex veteri põtificum iure peritus fuerit, hæc explicare nõ poterit. Quare ea tibi paucis perſtringam. Epicharmus enim ſuẽ maſculum, quem Latini verrem dicunt, delphaca vocat. at ſcrophas cæteri Græci genere fœminino, proprie delphaces nominarunt: quod delphyas, id eſt matrices, porcellorum (quæ delphacia dicunt) conceptacula haberent. inde ex eodem vtero fratres, adelphos nominarunt. At ὗς, vtriuſque por-

De pandochęis carnem humanam vendentibus, hæc Gal. lib. 3. de Alimẽt.

Hipp. li. 5. reg. acut.

Athen. lib. 9. & Suidas.

corum sexus genus, præcipue qui adoleuerant, sus dicebatur: & addito, σ, σῦς quoque recte proferri. Vlpianus tradidit, ὅθεν τὸ σύεσθαι, καὶ ὁρμητικῶς ἔχειν: quia, dum è terra radices scirporum, arundinum, & aquatilis syluæ, ac lumbricos rostro eruunt, aut inter se colluctantur, tumultuarie collum caputque conquassant: vnde & apros Græci syagros appellant. Sues igitur Aristophanes grammaticus in delphaces ac choiros ita diuidit: τοὺς μὲν σώους τὰ μέλη ἤδη συμπεπηγότα, δελφακας· τοὺς δὲ ἀσάρκους καὶ ὑπερκυμα, χοίρους, id est, De genere suum qui corpus robore cõpactum habent, & adoleuerunt, delphaces: qui vero adhuc porcelli, corpus tenerum, molle & humidum habent, choiri dicuntur. Quam differentiã apud Homer. Eumæus subulcus Vlyssis, quẽ ex bello Troiano & naufragio sibi tum ignotum, reducem hospitio excepit, obseruat dicens:

De pabulo porcorũ, hæc Col. lib. 8. ca. 9.

Interpres Aristoph. in comœdia Acharn.

Odyss. ξ. Arist. lib. 9. hist. Galen. lib.

ἕστηκεν ὦ ξεῖνε· τὰ δὲ δμῳῆσι πάρεστι
χοιρίδια, σιάλου δὲ σύας μνηστῆρες ἔδουσι

ac si diceret: Ede ô hospes, nam hæc chœrea, porcellorum carnes, debentur & superstunt famulis: proci vero Penelopes obœsos & spumãtes sues ad ultros edunt. Constat igitur, veteres Græcos, porcellos lactentes & adhuc subrumes χοίρους quoque appellasse, quorum esum ob viscidos ac crudos carnis humores, Hippocrates improbat. & Galenus de Alimentis: ἐικότως, ait, οἱ χοῖροι τοσαυτοπλασιονα μὲν εἰς ποσὸν παρέχουσι τὸν ὄφλον, ὅσῳ ὕσων τῶν μεγάλων ἰῶν εἰσιν ὑγροτεροι, εἰκότως δ' ἧττον τρέφουσι: id est, Merito porcelli tanto magis excrementiciam præbẽt nobis alimoniam, quanto sunt magnis suibus humidiores, & minus quoque nutriunt. Nuper enim editi, quouis animali terrestri, quo homo vescitur,

Galen. lib. 3. de Alimen. & 2. de temper.

Digitized by Google

ſcitur, carnem humidiorem habent, ſanguinis à phlegmate viſcoſi fomitem. Teterrima vero antiqui porci caro, quæ ægre concoquitur, & concocta ſanguinẽ atra bile conſpurcat: optima vero ad gulæ illecebras & corporis alimoniam eſt, porcorum mediæ ætatis, qui veteris victimæ vel non exceſſerint, vel nondum aſſecuti ſint annos: caro non nimis obœſa, nec macra. hæc enim facile cõcoquitur, & optimũ generat ſanguinẽ. Sed vt paulo exactius intelligamus, quæ fuerit olim in pontificio ſacrificiorum iure iuuenilis aut veteris victimæ porcorum ętas, hiſtoria eorum paulo altius erit repetenda. Sus enim ſacrum olim erat Praiſiis & Cretenſib. animal, quod Iouẽ infantem à Rhea matre, ne à Saturno parente deuoraretur, abſconditum in Creta ſus lactauerat: & ne pueri vagitus à patre audiretur, grunnitu ſuo obſtiterat. A ſuillo certe pecore immolationes in ſacris prima duxerunt initia. Nam & Argiui in feſto, à ſue Hyſteria dicto, porcum Veneri mactabant: & in menſe Maio mercatores Maię Mercurii parenti, porcum imprægnatam immolabant. Legimus quoque, prima omnium Cereris myſteria ſue, quod roſtro repando ſegetes eruerat, cæſa, fuiſſe celebrata. Vnde Pelignus ille olor Ouidius cecinit:

Prima Ceres auidæ gauiſa eſt ſanguine porcæ,
Vlta ſuas merita cæde nocentis opes.

Adde quod fœdera pacis & nuptiarum in Ethruria, Latio & Græcia, ſue mactata confirmabantur. Vnde M. Varro: Sus, inquit, Græce dicitur ὗς, olim σύτης, à verbo θύειν. quod eſt immolare. à ſuillo enim genere immolationis initiũ cœpit Obid etiam Hippocrates & Galenus, à verbo ἱερεύω, ſacri-

De differentia ſuillæ carnis. Gal. lib. 4. regim. acut.

De ſuillo ſacrificio. Athenæus li. 9. Macr. 1. Sat. Ouid. 1. Faſtorum. De Ioue in Ida mõte Cretenſi educatione. Ouid. lib. 4. Faſt. Athen. lib. 9. Dipnoſ.

M. Varro lib. 2. de re Ruſt. ca. 4. Porcelli & ſues appellan-

pur ἱερεῖα. Gal. lib. 7. Met. & li. 3. de Tép.

fico, ſuem ἱερεῖον, id eſt victimam, paſſim vocant, ac præcipue Galenus in Methodo, & de Téperatura, vbi ait: ἀλλὰ καὶ εἰ νέου ἱερείου, εἴτε ἐδέσθαι ἐθέλεις, εἴτ' ἀνατεμὼν σκοπεῖσθαι, μυξώδη μὲν καὶ πλαδαρὸν εὑρήσεις τὸ σάρκα, τὸ ὀστῶδες ἅπαν ἀρτίπηκτῳ τυρῷ ἐμφερές. ὥστε μηδὲ φαγεῖν ἡδέα, διὰ ὑπερβάλλουσαν ὑγρότητα: id eſt, Si iuuenilis porcelli carnem edere voles, aut diſſecans contemplari, mucoſam & flaccidam eius carnem inuenies, & vniuerſum oſſium genus caſeo iam primum coagulato ſimile, ita vt nec edendo nuper genitorum animalium corpora, propter ſuperfluam humiditatem ſint guſtui grata. Quare recte Hippocrates, τὰ χοίρια carnes, porcelli iam editi ac ſubrumi, quas in deliciis cibariorum olim habebant (vt modo Hiſpani hinnulos, ex ceruarum vtero cæſos) vt inſalubres damnat. Quę vero iuuenilis victimæ erat ætas, ex Plinii verbis facile coniicere poteris: ſi modo perpenderis hoſtiam mutilam, aut morbidam, aut quouis modo defectam, velut impuram, offerre, ingens fuiſſe piaculum. Ob id ait: Suis fœtus, à partu ſacrificio die quinto purus eſt, pecoris die ſeptimo, bouis trigeſimo: Marcus Varro tamen iuuenilem ſuilli pecoris victimæ maturitatem ad decimum vſque diem à partu prorogarat: Cum, inquit, porci depulſi ſunt à mamma, à quibuſdam delphacia appellantur. neque enim iam lactentes dicuntur, qui à partu decimo die habentur puri: & ab eo appellantur ab antiquis Sacres, quod tum ad ſacrificia idonei primum dicuntur. Amiſſo autem nomine lactentis, appellantur nephrendes: quoniã nec dũ fabã frendere, id eſt dẽtibus frangere aut atterere poſſint. Coruncanus vero ruminales hoſtias

Porcellorum anatomia & vſus.

Victimarũ ætates refert Plin. lib. 8. cap. 51. Varro lib. 2 ca. 4.

Sues ſacres & nephrendes.

Digitized by Google

hoſtias,donec bidenes,id eſt biennes (inſerta inter duas vocales litera d) , vt in verbo redire, redamare, redarguere fite fierent,puras eſſe necauit: id pontifices de veteris victimæ ætate ſtatuiſſe par eſt. P. autem Nigidius,in lib. quẽ de extis cõpoſuit,bidentes appellari ait, nõ ſolas oues, ſed omnes beſtias bimas. Vnde Pompon. feſtiuus Atrellanarum fabularum poeta,in Galliis tranſalpinis ita ſcripſit: Mars tibi voueo facturum,ſi vnquam rediero,bidẽte verre. Hipp. igitur ſues bidentes,qui ad bimatum, veteris victimæ ætatem, non exceſſiſſent , porcellis & vetuſtioribus eſſe ſalubriores docet Erant & alia quoque de hoſtiis præcidaneis ſacrificia, quas ante ſacrificia ſolennia pridie cædebant. Vnde porca etiam præcidanea appellata,quampiaculi gratia ante fruges nouas immolari Cereri mos fuit. Cæterum non arbitror fore abſurdum,ſi in huius epiſtolę coronide, auctarij loco addidero,quale Romani gulæ proceres ex ſuilla vulua conficiebant ferculum, ab Apicio & Horatiolaudatum:-- *cum ſit obeſo*

Nil melius turdo, vulna nil dulcius ampla.

Et Cor Celſus de ſue ait: Stomacho proſunt vngulæ, roſtra, aures, vuluæ, ſterilesq; Vulua enim in animalib. eſt interior fœtus conceptaculi cauitas , quam in homine vterum & locos appellant, ac matricem. cuius 3. erant apud culinæ antiſtites differentiæ,quarum delectum Plin. his verbis indicat: Vulua ſuis eiecto partu melior, quam edito: Eiecticia vocatur illa, hæc porcaria. Primiparæ ſuis optima: contrà effœtis,à partu, præterquam eodem die ſuis acciſæ, liuida & macra. Nec nouellarum ſuum, præterquam primipararum,

Bidentes hoſtiæ quæ ſint, Gell. lib. 16. ca. 6. Macro. li. Sat. 6.

Porca præcidanea Gel lib. 4. cap. 6.

De ſuilla vulua triplici, Plin. 11. cap. 56.

Cel. lib. 2. cap. 21. Ariſtot. lib. 3. de hiſt. anim. c. 1.

Digitized by Google

At pharmacopolã vobis pro laſere, quod Græci ſilphium appellant, geminas aſſæ ſpecies miſiſſe: quarum altera fœtida, quum graue virus redoleret, ac putrilaginem reſiperet, viroſo odore, qui ſtomachum facile ſubuerteret, vuluam infeciſſe: alterã vero odoriferam, quũ præſtãtiori myrrhæ eſſet ſimilima, veritos ne in ea opocalpaſum, homini lethale venenum, ſubeſſet, vos quoq; abieciſſe. At Geralde mi, pharmacopola à mercatoribus falſus, vos quoq; (vt arbitror) inſcius fefellit. Laſer quippe planta eſt quotannis creſcens, quæ radices nigras, caulem ferulæ ſimilem, ſed ſucci plenam, folia appii, ſemen vero latum & foliaceũ profert: cuius natales loci olim fuerunt, Syria, Armenia, Media, & Libya. Sed omnium pręſtantiſſimum Cyrenis, in Pentapolitana regionis Africæ ciuitate naſcebatur. Vnde Victruuius: Si, inquit, terra non eſſet generib. humorum diſpar, nec Cyrenis in ferulis laſer tantũ naſceretur: quod ob eandem cauſam Hippocr. nec in Ionia, nec in Peloponneſo creſcere, ſed in Libya prope Cyrenas abſq; cultura ſua ſponte naſci, ac quatuor ſtadiorum quoq; rura occupaſſe tradit. Liquor vero ille precioſus, ſuaui fragrans odore, ex radice ſilphii inciſa collectº, rhizias, ex caule ſcarificata reſudans, Caulias dicebatur: & aere veluti olibanus aut maſtix concretus, ὁπὸς Κυρηναϊκὸς nominabatur, cuius varias in re medica vires Theophr. & Dioſcorides & Galenus commemorarunt. & Nicander poeta medicus in Alexipharmacis aſſerit, ſilphii radices & ſuccum his qui cum coagulo lac biberent, & eo in vẽtriculo in grummos cõcreto ægre ſpirent, præſens ferre auxiliũ, ſi quis radices poculo ſuo intriuerit, aut diſſolutũ biberit ſuccũ,

Duplex aſſa, fœtida & dulcis.

Opocalpaſi virus in myrrha latere, teſtis Gal. li. 1. de Antidotis.

De laſere Cyrenaico hæc Victr. lib. 8. ca. 1. Hippoc. li. 1. de morb.

Digitized by Google

Silphium grumos Lactis coagulo in stomacho concreti dissoluit. Columel. li. 12. c. 7.

ἢέτι ϵ̓ λιβύης πατρὸς ἐγκυάσθω ῥίζας
σιλφίου, ἅλμης τ' ὀπὸς, νίμοι θ' ὑπὸ βάμματι τήξας.

Nec silphio ad medicamenta tantum vtebantur, & ad intinctus, quos Græci ἐμβάμματα dicũt: sed eo esculenta & salgama condiebant. Vnde Columella docet, supra olus atrum, ferulam, & fœniculum, duas partes, & vnam durę muriæ vsq; ad summum fideliæ labrum affundere: dein paucas radiculas laseris, quod Græci silphium dicunt, adiicere iubet. Non certe vulgaris erat vsus eius.

Sulphii precium & æstimatio ac raritas.

adeo enim magni constabat, vt singulæ laserpitii libræ pondo argenti rependerẽtur. nec id Cyrenis, nisi clam, impune efferre licebat. Vnde Carthaginenses, & aliarum regionum mercatores, ad Caraxẽ portum, non longe à Syrtibus & Cyrenis distantem, vina deferebant, vt inde silphiũ clã referrẽt. Et Plin. C. Valerio & M. Herẽnio Coss.

De mercatoribus laserpitii. hæc Strabo lib. vlt.

Silphium Romani ærarii thesaurus Pli. li. 19. ca. 3.

à Cyrenis aduecta Romã publice laserpitii põdo triginta, maximi facit: & adhuc pluris, quod Cęsar dictator initio belli ciuilis inter aurum & argentum laserpitii pondo CXI ex ærario, velut Ro. reipubl. thesaurũ, protulit. Erat quippe adeo magnificum, & diis hominibusque gratum munus, vt Græci olim. & sycophanta Aristophanis, rem magnæ æstimationis significaturi, Batti silphium dixerint, οὐδ' ἂν δυοῖν μοι τὸν πλοῦτον, καὶ τὸ Βάττου σίλφιον. negat sycophanta se facturum, etiãsi Plutonem diuitiarum deum, aut ipsum Batti silphium ei daret. Erat enim Battus rex, qui Cyrenas anno vrbis Romanæ 143, in Libya condidit. Municipes igitur eorum conditori gratificaturi alterum numismatis latus Ammonis facie, alterũ silphii figura insculpebant. Batti quoq; effigiem annulo,

Batti silphium prouerb. Aristop. in Plut. interpres explicat. & Suidas copiose.

quo

Digitized by Google

quo publice literas obſignarunt, his characterib. inſculpere ſolebant, qui ciuitatem Batto ſilphiũ offerre indicarent. Adde quod Ampeliotæ, gens Libyca, quotannis ex agri ſui opibus aliquot ſilphii ferulas Delphis Apollini offerebant. Accipiſne modo, quam precioſum, rarum, ac carum fuerit vereribus laſerpitium? At noſtrum in officinis aromatariorum, laſeris gummi, quod belzoin appellant, nec ita rarũ inuentu eſt, nec adeo magni à pharmacopolis venit, & cortices ſatis lati & denſi in eo agglutinati, nõ plãtæ, aut oleris (quale ſilphium eſt) ſed arboris eſſe lachrymam prodũt. Nec tanta laſerpitii copia, quanta belzoin in officinis reperitur, noſtro ſeculo ſuppeditari poteſt: quum ante mille annos in Cyrenis & Libya creſcere deſierit. Quũ enim Nomades, gẽs ex Æthiopia fera, pecorũ paſtu viuens, in Cyrenas (vt Strabo refert) irruiſsẽt, ſilphiũ radicitus in pecoris ſui pabulũ exſtirparũt. eſt. n. omne pecus huius pabuli tã auidum, vt niſi ab eo (teſte Arriano) in Africa arceantur, eius paſtu ob dulcedinẽ, donec diſrumpantur, facile impleantur. nã & ſerpẽtes vini auidas, admiſtũ ſi ſorbuerint, flatu diſrumpi aiunt: & pecora ſane quę eo veſcuntur, carne admodum iucunda pinguеſcunt. Ob id publicani, vectigaliũ publicorũ conductores maius ex pecorum paſtu lucrum quæſituri, ſilphium pecorum pabulo depopulabantur: adeo vt vnus tantum caulis, inquit Plin. noſtra repertus memoria, Neroni principi miſſus ſit. Quam vellẽ autem, vt noſtri pharmacopolæ vnium nobis proferrent ſilphii ſurculum: vnde ſaltem eius inenarrabilẽ odoris iucunditatem, vel vnicam eorum belzoin lachrymu-

Ampeliotæ ſilphio ſacrificãt.

Officinarũ belzoin nõ eſſe laſerpitium.

Ob quas cauſas ſilphium creſcere deſiit, Strab. lib. 17. Plin. li. 19. ca. 3.

Silphium pecori gratum pabulum. Theophraſt. li. 6. ca. 3.

Digitized by Google

Ludouici patricii de ligno aloes & laserpitio experientia, libro suæ nauigationis 6. cap. 9.10.& 11.

lam emungere possemus. At dices, Ludouicum Rom. patricium, qui vitam mille periculis exposuit, vt ea quæ in nouis Insulis, liberalitate regum Portugalliæ à Vesputio & aliis naucleris repertis, continerentur, aut adolescerẽt, mercimonia, metalla, gẽmas, ac aromata exploraret, verũ xyloaloẽ & laserpitium vidisse. Nam Tharnasari, inquit, dum defunctorum comburunt corpora, omnifariam odores in rogum coniiciunt, aloen videl. & id genus arboris gummi, quod elegantissimum illud vnguẽtum gignit, quod vulgo Belzoi nuncupatẽ, eruditiores vero laserpitiũ ab arbore laseri appellãt. At laser nõ esse arborẽ, sed βοτάνλω, ἤ λάχανον. i. herbam, plantam aut olus, Hipp. Aristot. Theophr. & veteres medici (præter vnicum Serapionẽ, male versum) fatentur omnes. At quum Ludouicus nascentẽ silphium non viderit, facile ei id erroris condonamus. quemadmodum & facile ei credimus, quod ait, in Sumatra insula, apud mercatores Christianos, duas vncias aloes, & aliquantulum laserpitii se reperiisse, quorum aloes frustulum cum in pugno incaluisset, laserpitii vero ad quantitatem nucis iuglandis incensum, vtrumq; seorsum adeo ineffabilem suauitatis odorem spirasse, vt nusquam locorum fragrantiora sensserit sulfimenta. quib. quum reges & sacerdotes, illic dæmonum cultores, in sacrificiis & rogo defunctorũ, ac in vitę deliciis plurimum vtantur, ac vna libra aloes decem aureis veneat, ea ob id ad nos perferri negat. Cui ego libens assentior, nam vtrumque in aromatariorum totius Europæ officinis desiderari video. Sed quid sit illud officinarum belzoin, ab aliis ben Iudæum dictum, scire haud

Belzoi esse laserpitiũ: Ludo. lib. 6. cap. 9.

Silphium non est arbor, sed planta. Quare silphium & aloe ad nos non perferuntur.

re haud dubie malles: quam esse ex Troglodytide prestantiorem myrrham electam arbiror, quę item ex arboris in Arabia, Ægyptiæ spinæ similitudine nascentis, lachryma, cuius cortice inciso, in substratas palmeas tegetes liquor eius defluit, aut in trunco arboris adeo tenaciter concrescit, vt vna cum cortice auellatur, quem in belzoi crebro quoq; conspicimus. Habet saue omnes myrrhæ electæ proprietates. est namque friabile: & fractum, in eo candidæ humanis vnguibus similes maculę effulgent, ac (vt ecclesiastes ait) fragrãtissimum suauitatis odorẽ spirat, vnde fragrantissimum deorum in templis suffumigiũ Ægyptii ex tali myrrha & bedellio, humani vnguis colorem referente, cõponebant: quod Damocrates πὸ κῦφι appellat. At nostra vulgaris myrrha incensa plane viroso odore fœtet: quam adeo ab optima myrrha degenerẽ, à Dioscorid. Ergasimen dici arbitror. Sed enim haud ignoro te amaritudinẽ myrrhæ in belzoi requirere quod masticatũ plus dulcescit quam amarescit. Vetum scias, amaritudinẽ illam non omnib. myrrhæ speciebus inesse. nam troglodytica leniter in ore lẽtescit, & (vt Dioscorides ait) erosione quadam linguam pungit. Nec ob id quod amaritudinis expers sit, inferre poteris, belzoin esse assam dulcem: quũ hæc apud Serapionem & Auicennam à Græcorum laserpitio nihil differat: quod non amplius extare, satis superq; probauimus. Quod si officinarum belzoin myrrhã dulcem appellare voles, nil moror. solet enim natura sæpe in reb. eiusdem speciei ad voluptatem, contrariis saporũ qualitatib. ludere. Nã si poma & mala Punica, atque arantia tam dulcia

Belzoin officinarũ esse myrrham electam.

Myrrhæ ex Dioscor. lib. 1. cap. 75. descriptio.

De Cyphi sacerdotũ Ægypti suffimento, Gal. lib. 2. de Antid. Dios. lib. 1. cap. 24.

Ecclesiastes de myrrha, ca. 24. vbi vngula pro vngue bedelli male legitur.

Belzoin officinarũ posse dici myrrham dulcem.

Belzoi nõ est assa dulcis.

Digitized by Google

quam acetosa, amygdala item tam dulcia quam amara procreat: quid obsecro obstare poterit, quin etiam myrrham tam dulcem quam amaram procreet? Nihil certe proinde obsecro, vt meam de silphio, assa dulci, myrrha & belzoin censurá, ad commilitones referas: illorumque iudicium quam primum ad nos rescribas. Vale.

De Novis Americi Orbis Insulis, antea ab Hannone Carthaginense repertis: & Geographiæ vtilitate. Epist. LXIII.

Ad Michaelem Wirth Iurisconsultum consobrinum.

NVPER dum Pleiades cum veris amœnitate prodirent, atque ego vt mœrorem ex fratris mei obitu concœptum animo excuterem, prope amnes intra montes deambularem, en repente grues ex Thracia per pontum Euxinum aduenas, clãgore suo obstrepere audiui: ac litera-

De gruibus & anseribus hæc Plin. lib. 10. cap 23.

to, ad Palamedis vel Pythagoræ characteris Y effigiem, ordine, sensim à tergo se dilatante cuneo, vt aeris flatu promouerentur, & obuias ventorum procellas agminis rostro facile infringerent, in sublimi aera sulcare conspexi. Tum hominum desidię pertæsus, tacite mecum cogitaui: En grues, anseres, olores, ciconiæ, & inter minores volucres coturnices, per mare, per terras, ex Europa in Aphricam, & ad extremos Gangis fluuij accolas Pygmæos, peregrinantur: proh dolor, inquam, quum homo sit animal diuinæ mentis capax,

De homine hæc Lactant. lib. 3. cap. 9 Aristot. de part.

pax, natus vt erecto ad ſidera vultu, ineffabilem huius orbis fabricam &arcanam contemplaretur, & inde diuinam illius opificis ſapientiam, qua ſyluas,æquora,terras,pecora campi,ac volucres cœli condidit, agnoſceret, & pie collaudaret: quæ (cogitaui) eſt iſta ignaua hominum deſidia? quum hæc animalia rationis expertia terrarum orbem perluſtrent,hominum vero vix centeſimus quiſque vltra ſuum natale ſolum,pedem proferre audet,vt in alienis terris varias naturæ diuitias, vrbium ſitus , & regionum mores cognoſceret? quod olim erat præcipuum præſtantis viri præconium,qualem ſibi oſtendere Homerus Calliopen ſuam orat: animal. li. 4. cap. 10. & lib. 2. cap 10 Ouid lib. 1. Metamorph.& Cic. lib. 2.de nat.deor. Odyſſ. a.

αὔδεσε μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε,
πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.

Quod Virgilius feliciter imitatus, à ſua Muſa quoque petit: (*Troiæ,*

Dic mihi(ait) *Muſa virum capta poſt tempora*
Qui mores hominum multorum vidit & vrbes.

Nam & hæc ſcire medicos, & bellorum duces, magni refert. Etenim ſi dux belli, regionum ſitus, oppida , nemora , fluminum vada & ſemitas ignorauerit, qua ſolertia ſua expediet ſtratagemata? aut vnde exercitui cõmeatum afferet: aut copias ſuas per fluenta ſecure traiicere poterit,ne hoſtiũ inſidias incidat? plane ignoro. Xerxes Perſarum rex,& totius Græciæ fulmen, quãuis tam numeroſum aleret exercitum ,vt equi & milites flumina exhaurirent , ſpiculis emiſſis ſolé obumbrarent:dum tamẽ prope Thermopylas,totius Græciæ propugnaculum ,à Græcis occupa- Geographia imperatori & medico. ſcitu neceſſaria. De Xerxe & Thermopylis Strabõ lib.1. Herodot. & Iuſtinus.

tum, exercitum traiicere crebro frustra tentasset, ac bis terq; obsistente Leonida, dubio marte pugnatum fuisset, Xerxes ab incœpto bello turpiter desistere coactus fuisset, non sine ingenti clade exercitus, nisi Epialdes Trachynius regem, iam consilij inopem, occultum tramitem, qui per iuga & anfractus montium Thermopylas duceret, docuisset: quæ res Leonidæ & Græcis omnem victoriæ spem ademit. Quis res ducum regumque strenue gestas, sine regionum & vrbium situs peritia recte conscribere, aut conscriptas recte intelligere poterit? Nemo. Medicũ quoq; oportere omnium horum esse gnarum, integro libello Hippocrates docuit. Nam quũ corporum constitutiones, & affectus animorum, secũdum climata orbis, ac pro situs regionum, vrbium & aquarum natura variantur, victus & remediorum rationem quoque variare necesse est. Vt cuique loco peculiaris est Genius, ita quoq; proprij sunt locorum morbi, & sua cuique medicamenta. verum quum nõ tantum remediis domi in pomœrio natis morbi curẽtur, sed crebro exoticis opus sit: præstat medicorum horũ natale solum scrutari, quã domi in scholis (vt Medicos Alexandriæ) consenescere, quam Seplasiariis ista concredere, qui horum defectum succidaneis resarciunt, quum veris præstaret vti. Nec Galenũ, vt chalcitidem amisi & sory aliaque metalla dinosceret, in Cyprum nauigare tæduit: qui deinde ob asphaltum, Iudaici lacus bitumen, in Syriam Palæstinam profectus, & in Lemnum insulam quoque appulit, Vulcano sacram, vt quantum hirci sanguinis Lemniæ terræ sacerdos admisceret, ipse præ-

De medicorum Alexandriæ desidia. Gal. de dispnœa lib. 2. & in sextũ Epidẽ. Hippoc.

Galenus suas peregrinationes scribit lib. 1 c. de simpl. med.

Digitized by Google

præsens videret, & capræ signo obsignari: & vt plura alibi remedia nata exploraret, ex Asia pedes per Thraciam & Macedoniam rediit. Euphorbus, Iubæ regis Mauritaniæ medicus, herbam sui nominis (cuius lacteo succo oculorum caligo illustratur, & virus serpentum obtunditur) non in suburbio quæsiuit, sed impiger per abruptos scopulos, altissimi montis Atlantis cœliferi cacumen conscendit, vt euphorbium inter saxa natum erueret. Lysimachus vero & Gētius reges hic gentianæ radices, ille lysimachiam herbam, non minori studio quæsiuerūt. Pulchrum enim & immortale decus censebant, si eorum nomina regia herbarum nomenclatura ad posteros propagaret. Summos quoque philosophos, Democritum & Pythagoram, ob herbarum cognitionem ad Persarum, Arabum, Ægyptique magos profectos constat. Vnde Homerus, nobile illud Nepenthes, œnotheræ radicem, mœroris pharmacū, aliasq; herbas, quib. Polydāna, Theonis regis Ægypti vxor, Helenam donat, non inter extrema xenia recenset, quæ Menelaus ex Ægypto domum detulit. Nec sua laude fraudandi sunt, illustris Fernandus Castiliæ, ac Ioannes & Henricus ac Emanuel inclyti Portugalliæ reges, quorū opera & expēsis saluberrimū illud lignum Guaiacū, quod nuper ab Australis Oceani insulis nobis allatum est: quo vno plus commodi miseris mortalib. attulerunt, quam omnes illi auaritiæ cuniculi, metallorū argēti & auri fossores: qui dum in viscera terræ omnium parentis sæuiūt, plus expendunt & insumunt, quam eruunt. Tanti est, vel vno morborum remedio

De euphorbio hæc Plin. lib. 5. ca. 1. De herbarum auctoribus Pli. lib. 25. ca. 2.

De Nepenthes & herbis Ægypti, hæc Homer. Odyss. 4. Macrob. lib. 7. Satur. Philost. lib. 7.

Ligni Guaiaci vtilitas.

Digitized by Google

medicinam locupletare. Quare, Geralde mi, tuum nauigationis propositum summopere laudare cogor, qui cum iis sacris Apollineæ artis dogmatib. præclare initiatus, ne tamen pharmacopolis nostris credere cogaris, instituisti hoc veris initio proficisci in Calechut, celeberrimum totius Asiæ & orientis emporium, ad quod ex Æthiopia, Ægypto, Arabia felice, & Niliaca vrbe Cayro, olim Babylon dicta, ac Indici Oceani insulis, præcipue ex Zeilo, præter gemmas & vniuersa aromata, & ex serico pannos, auro netili intertextos, ac Tyrio murice vel cocco infectos, mercatores etiam ea quæ in censu pharmacorum habentur, saccharum, ebur, ambram, muscum, vtrumque aloes, masticen, cassiam, myrobalanos, ac caphuram, & id genus pharmacorum deferũt: quæ nummis ex auro obryzo, quos zaraffi appellant, vendunt. Deinde statuisti ad Taprobanam insulam Gangetici æquoris, nunc Summatra dictam, sub æquatore sitam, appellere, gemmis, ebore ac xyloaloes & laserpitij odoramentis locupletissimam, olim alterũ orbem terratũ, Antichthonum appellatione, existimatam: cuius incolas longissimã, sine vllo corporis lãguore, traducere vitã, Arthemidorus refert. Petis igitur, vt te certiorẽ reddere velim, vnde commodius ad has & nouas illas ante 50. annos à Lusitanis repertas insulas, an ex Venetiis per mare Adriaticũ, an à Lisslibona & Herculis columnis, per mare Hyperboreũ aut Atlanticũ, orã soluere possis. id quod te nõ celabo: simulq; docebo, & ratione testibusque conuincã, Phœnices & Carthaginenses plus minus 2000. ann. ante Vespuciũ, & alios regum Por-

Calechut emporium Indiæ quibus abundet.

Taprobanæ situs, & merces. Plin. lib. 6. ca. 22. Ptole. libr. 7. cap. 4.

Phœnicũ ad nouas insulas ante Vespucium nauigatio.

Digitized by Google

Portugalliæ naucleros, per mare Atlanticum, etiam vltra Fortunatas insulas, meridiem versus, ad has nauigasse, ac ab occidente orientem versus totam plagam illam intra tropicũ capricorni brumalem ac circulũ poli antarctici sitam, Ptolemęo tamen incognitam perlustrasse: quam tamen, æque ac nostram illam, intra tropicum cancri æstiuum & circulum poli arcticum sitam, esse temperatam, ac versus austrum ad 48, aut 50 gradus latitudinis habitabilem, philosophi ac astrologi multa ante secula, hac ratione docuerunt. Conuenit enim inter omnes, inter extrema contrariæ qualitatis loca, vt circulos polorum frigidos & solis tropicos incalescentes, medium necessario esse temperatum, ac sub oppositis parallelis & climatibus, ab æquatore pari interuallo distitis, eandem esse aeris temperiem ac dierum quantitatem. Vnde Pomponius Mela: Terra, inquit, zonis quinque distinguitur, mediam torridam æstus infestat, frigus vltimas: reliquæ duæ habitabiles, paria agunt anni tempora, verum non pariter. Antichthones alteram, nos vero alteram incolimus: illius situs ob ardorem plagæ intercedentis incognitus, sed tamen non incultus. His rationibus Auerroes in libris Aristotelis de cœlo & mundo, ac Albertus de naturis locorum, freti, tantum terræ à tropico capricorni versus polum antarcticum esse habitabile, quantum ab altero ad arctum, nempe ad 50 ab æquatore latitudinis gradum, recte asseruerunt. Quod verum esse, Hanno ille Carthaginensium dux expertus est: qui cum per continentẽ Aphricę, ob torridæ zonæ æstum, syrtes &

Plagam intra tropicũ capricorni & circulũ antarcticũ esse habitabilem. Auerrois li. 4 de cœlo, Albert. de nat. locor. ca. 7. Ptol. lib. 1. Geogr. ca. 8.

Auerrois lib. 4 de cœl. & mund. Alber. de nat. locor. c. 7.

Digitized by Google

cautes, deserta & ferarum lustra, ad extremam Aphricæ orã & meridionalis Oceani insulas penetrare non posset: cum 65. remib. quas Græci πεντηκοντόρους appellant, annona & tribus hominũ vtriusq; sexus millibus onustis, à Carthagine mare mediterraneum emensus, ad columnas Herculis appulit, vt inde insulas in Athlãtico æquore & Oceano olim à Phœnicib. cõditas exploraret, aut nouas conderet, & à Gaditano Herculis freto per Aphricæ ambitum & meridionalis Oceani flexum, in Arabicum sinum enauigauit: quã nauigationem τῆς λιβύης περίπλουν dictam, à seq; conscriptam, Carthagine, vt esset posteris suæ nauigationis monumentum, in templo Saturni consecrauit. Cuius vestigia sequutus Polybius annalium conditor, accepta à Scipione Æmiliano classe, bella tum in Aphrica gerente, scrutandi orbis gratia, totius Aphricæ ambitũ in Oceano circũuectus est. Vnde Martianus Capella: Ab ipsis, inquit, columnis Herculis, quę in Gaditano sunt litore consecratæ, vsque in Arabicum sinum, meridianus omnis permeatur Oceanus: quod plurimis asseueratur exemplis. nam eius magnam partem Alexandri sulcauerunt victoriæ: & in eodem Arabico sinu constituto Caio Cæsare Augusti filio, Hispanarum nauium electæ naufragio fragmẽtorum reliquiæ apparuerũt. vt Hanno, dum Punicum floreret imperium, Mauritaniæ circuitu, ac dehinc meridiani flexus Oceani excursu, in Arabiæ terminos, prolixa admodum nauigatione peruenit. Cornelius auctor quoque affirmat, Eudoxum quendam, fugientem regis insidias, ex Arabia in Gaditana peruenisse refugia. Cælius

Hannonis & Polybii nauigatio, de qua Pli. lib. 5. ca. 1. Mart. Capella lib. 6. Philologiæ.

Columnæ Herculis, & Gades.

Digitized by Google

lius quoque Antipater affirmat, ſe hominem vidiſſe, qui negotiationis gratia, ex Hiſpania in Æthiopiam nauigaſſet. Harum quoque nauigationum plures, Ariſtoteles in libro περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων commemorat. Ferunt, inquit, in pelago vltra columnas Herculis, repertam à Carthaginienſib inſulam deſertam, à Gadibus multorũ dierum nauigatione diſtantem, fluminibus nauigabilib. irriguam, omnifariis arborum fructibus frugiferam, & amœnam: cumq; in ea Carthaginienſes eius fœcunditatis frugum illecebra capti, cunctarentur, illius acceſſum mortis ſupplicio vetuerunt. Et cur Carthaginienſes à Phœnicibus orti, hæc extra Gades æquora, & Oceanum ipſum ita longe diſſiti ſulcauerint, ac inſulas in eo Libyphœnicas dictas condiderint, ita paucis cauſam accipe. Phœnices olim maritimam Syriæ oram incoluerunt: gens in obeundis pacis ac bellorum naualium muniis ſolers, præclara inuentionis literarum, ſiderum, naualium ac bellicarũ artium gloria celebris. Hi in Aphricano littore Vticam, Thebas in Bœotia, à Rubro quoque mari profecti Sidonem ac Tyrum vrbes in Syria opulentiſſimas condiderunt: ex quibus aurum & purpura ad tẽpli Salomonis cultum, regi ſuppeditabatur. Tyrii vero Carthaginem condiderunt, de qua Plinius inquit: Tyrus quondá inſula prælto mari ſeptingentis paſſibus à continente diuiſa: nunc vero Alexandri oppugnantis operibus, coaceruatis arenarum aggeribus continens facta: olim partu vrbium clara genitis ex ea ciuitatib. Lepti, Vtica, & illa Romani imperii æmula terrarum orbis auida, Carthagine, etiam à ſe Gadib. extra

De Phœnicũ Gadibus in Oceano nauigatione, Ariſtot. in li de Mirabil. aud.

Tyrus, Sidon, Carthago, Gades, à Phœnicibus cõditæ, Plin. lib. 5. cap. 19. & Strabo.

vrbem conditis, Mos enim erat Phœnicibus, nō tantum mercandi gratia, sed etiam propagandæ ditionis eorum causa, à domo, magno subditorum comitatu, per mare, per terras, in peregrinas regiones & loca proficisci. & cum incolarum animos ignotis ipsis muneribus conciliassent, tum illorum loca armorum viribus occupare, aut illic noua condere, vt Gades, Tartessum, & plures alias in Atlantico æquore & Oceano insulas. Libyphœnicas ab Hannone dictas. Vnde Aristoteles: Aiunt: inquit, Phœnices Gadira incolentes, extra columnas Herculis diebus quatuor ἀπηλιώτῃ vento orientali nauigantes, in locos paluſtres, vlua, iuncis & alica refertos, deuenisse, quæ maris defluxu subsidebant, affluxu vero emergebant: in quibus thunnos pisces captos, saleque maceratos, & vasis inclusos, Carthaginensibus velut eorum cognatis misisse. Verū in his, quas Hanno Carthaginēs. & Phœnices explorarunt insulis, non tantum psittacos, simias caudatas, ac catoblecta animalia odorifero zcibeti vnguine turgida, & elephātos, ac admiranda in genere humano naturę ludribia, homines caninis capitibus, oblatrantes Canibalos, anthropophagos etiam, humana parentum carne saturos, Nomades sine domibus, pecorum pastu diuites, Æthiopes ἄξεινοι inhospitales, Troglodytas equis velociores, homines ferarum pellibus aut connexis volucrum pennis coloris varii vestitos: mulieres toto corpore hirtas & efferas, Gorillas dictas, de quibus Hanno pelles duas abstractas, cum viuas domare non posset, Carthaginem misit. sed etiam præter aromata & gemmas, Phœni-

Libyphœnices Hanno in sua nauigatione describit.

Thunnorum copia.

Catoblecta Psemithier.

Gorillæ mulieres hirsutæ Hanno in sua nauigat.

Digitized by Google

Phœnices magnam auri & argenti copiam ſecum efferebant. teſte Ariſtotele: qui dicit, τὰς ἀφορμὰς τῶν Φοινίκων ὅτι Ταρτησσὸν πλεύσαντας, τοσοῦτον ἀργύριον ἀπενεγκασθαι, ἔλαιον, ναυπηγὸν ξύλον, εἰσαγαγόντας, ὥστε μηκέτι ἔχειν ἀνώνασθαι, μήτε ὑποδέξασθαι τὸν ἀργύριον, ἀλλ' ἀναγκασθῆναι ἀπιπλέοντας ἐκ τῶν τόπων. πάντα ἄλλα ταῦτα εἰς ἐχρῶντο, ἀργυρᾷ κατασκευάσασθαι, ἃ δὴ καὶ τὰς ἀγκύρας πάσας. Quin & illud vetuſtatem inſularum occidui & meridiani Oceani valde approbat, quod Ælianus ex Theopompo hiſtoriographo refert: Olim Silenum ſemideum Midæ regi Phrygum dixiſſe, Europam, Aſiam ac Libyam eſſe inſulas Oceano circumſeptas, extra quas eſſe terram continentem, magnitudinis immenſæ, quæ homines noſtris duplo maiores & viuaciores aleret. in ea eſſe duas ampliſſimas vrbes, alteram εὐσεβῆ, id eſt piam dictam: cuius incolis, eximiis deorum Pacis & Iuſtitiæ cultoribus, eſſe ob id cum diis commercium, & tellus ſponte ſua cuncta produceret, nec vitam morbis defecti, ſed lætitia & voluptate tranſigerēt. alteram vero Machimum dictam, ducentas hominum myriades incolere, pugnaces, auro argentoque abundantes: qui quum in bellis ferro vulnerari non poſſint, lapidibus, aut fuſte trucidantur. Proxima illis loca Meropes obtinent volucres, qui genitores ſuos ſeneſcentes, in cauernis terræ reconditos, vt ciconia quoque ſuos, ſtudiosè alunt. Illic quoque ingens patet vorago terræ ἄνοσος dicta, quia nemini inde reditus patet. Ac dixit, duobus fluminibus irrigari: altero, cui Triſtitiæ nomen, in cuius ripa arbores proceræ creſcunt. quorum fructus quicunque ederint, horū corpo-

De continente extra orbē, hæc Aelian. de varia hiſtor. li. 3.

ra mœrore & luctu diffluere, ac perpetuis lachrymis tabescere dixit. in alterius vero fluminis ripa, cui Lætitiæ nomẽ est, arbores frugiferas adolescere, quarũ fructuũ comestores exhilarant, ac iuuenescere cogunt. Accedit ad hoc, quod Plato insulam Atlanticam, extra Gades sitam, Asia Libyaque maiorem fuisse tradiderit: verũ ex terræ concussione subuersam, ibi relictum esse cœnum etiam nautis inuium. At fortasse hæc à Sileno relata, quispiam poetarum esse mystica, de inferis & campo Elysio, figmenta suspicaretur: nisi Americus Vesputius, anno à Christo ex deipara virgine nato 1497, ex Callicii portu, ad Fortunatas Atlantici æquoris insulas à Lissibona 280. leucas distantes, quas vulgus Canarias vocat, & ab his ad terram firmam immensæ magnitudinis, nondum penitus exploratæ, his 7 5 gradib. occidentaliorem, appulisset: & postea impensis Emanuelis inclyti Portugalliæ regis, innumeras meridiani ac orientalis Oceani insulas, austrum versus, ab æquatore 50 gradus: ad orientem vero versus à Gadibus Oceanum vltra Taprobanam, & auream Chersonesum, ad extremos vsque Indos, explorasset: quæ iure illustrissimis Portugalliæ regibus accepta referimus, quorum nauigationibus effectum est, vt non modo Europa gẽmis auroque splendeat, aromatibus cibos suos opipare condiat, odoribus peregrinis fragret, vnguenta & noua morborum medicamenta redoleat: sed quod longe pluris æstimo, quod atroces in nouis insulis dæmonum cultores, suaui Christi iugo colla submittere coegerint, & quod sacrosancti verbi sonus in toto terrarum orbe increbue-

Atlanticã Insulam copiose describit Plato in Critia.

Vespusii nauigatio.

Regum Portugalliæ laus.

Digitized by Google

crebuerit.quod certe festiuis carminibus Picus, non ille Martius, sed Musarum cœtu comitatus, doctissimus Mirandulæ Comes, ita nobis decantauit:

Quin & Vlysseo nuper de littore soluens
Nauta, per infidum pelagus per Atlantica regna
Discurrens, viridique iugo post terga relicto,
Arctoi relegens contraria sidera curruſ
Pertulit eoas tua rex vexilla sub Indos:
Et mox, insani qui bruta animalia dinos
Credebant, tetris oculis nunc luce coruſca
Purgatis, spectant rubro pendentia ligno (tentur.
Membra, Deum censent, hominem regemque fa-

Sonus verbi diuini in omnem terram sparsus: Matthæi 28. Lucæ 24. Lactan. lib. 4. cap. 21. Picus Mirandulanus, hymno 2. de Christo.

Accepisti sane, Geralde, ante multa secula Phœnices, Carthaginenses quoque, à Gadibus ad extremas Arabici & Indici Oceani insulas traiecisse, quod Americus Vesputius ac Aloysius Cadamustus, auspiciis & subsidiis regum Castiliæ & Portugalliæ ante quinquaginta annos quoque fecerunt. Si igitur inde in Calechut opulentissimum Indici sinus emporium oram soluere cupis, horum Commentarii ac Hispanorum Pilottæ & Lixitæ iter te docebunt. Est & alia ex Venetiis in Calechut longe compendiosior nauigatio, vnde soli Veneti ante triginta annos Europæ occidentali exoticas merces & aromata, minori quoque precio, suppeditabant: qui primum ex sinu Adriatico per mare mediterraneũ in Alexandriam, iuxta Nili ostia sitam appulerunt. deinde vbi Nilus se in mare exonerat, Cayrum, veteris Babyloniæ reliquias, conscenderunt. Postea emenso aliquo in Syria per Damascum, in qua sanctus Paulus & Mesue medici-

Venetorũ in Calechut nauigatio.

Paulus medicinam professus.

Digitized by Google

nam profeſſi ſunt,& alias quoque præclaras Phœniciævrbes,Ægypti Arabiæque loca peragrantes, per mare Rubrum (à Græcis Erythræum,ob rubeam arenam dictum) in ſinum Indicum, in cuius littore Calechut ſitum eſt, vela ventis dabãt. Tu vero, ſi me audis, ex Liſſibona cum Hiſpanis in Calechut traiicies. Inde vero per mare rubrũ, & Felicis Arabiæ aut Ægypti loca, ac Syriæ vrbes, Damaſcum, vel Tripolim, ad Alexandriam proficiſcere: quæ loca omnifariis fructibus aromatum, & variis medicamentorum generibus abundant. Alexandriæ enim optima conficitur theriaca, à qua per maris mediterranei inſulas in ſinum Adriaticum,qui Venetias alluit, facile traiicies. Et nauigaturus caue, ne à tergo ad natale ſolum reſpicias: ſed illud Ouidianum crebro in animo tuo repetas,

Omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor.

Eia igitur, aude aliquid viro magnanimo dignum: & oram ſoluenti Neptunum, qui ſiccis pedibus mare ſulcauit, fore propitium tibi precabor. Vale.

De Exoticis Medicamentis *Arabum, ſero a Græcis cognitis.*

Epiſt. LXIV.

GAude quidem mi Critobule, & plurimum quidem: ego quoq; gaudeo, Geraldũ noſtrum ſpectatæ indolis & eruditionis adoleſcentem, per maritimam exterioris Africæ oram, ad Orientalis Oceani inſulas transfretaſſe: quem in decemmeſtri ſpacio, niſi maris æſtus obſtiterit, Deo Auſpice per mare Erythræũ, aut (ſi illi placuerit) etiam ſinum Arabicum ac Damaſcum, & alia

Digitized by Google

& alia amœna Syriæ & felicis Arabiæ oppida, ac veterem Ægypti Babylonem, & tandem ad Alexandriam venturum ſpero: quem deinde per maris mediterranei inſulas & Adriaticum ſinum Venetias appulſurum confido. Et quum non ſit medicamentorum imperitus, ſpero eum nobis allaturum, verum xyloaloes, quod alii agallochum Dioſcoridis eſſe credunt: veram myrrhã, ſtacten, caſſiam, ſchinantum, ampram, moſchum: verum turbit, ſennam Alexandrinam, antiquorum rheum barbaricum, recentes myrobalanos, & zizipha: ac verum draconis ſanguinem, & ſandaracam nobis allaturum. Verum quum hæc in barbarorum regionibus & inſulis naſcantur, nihil mirum eſt Græcorum medicos hęc ſero, æq; ac ſaccharum & mannam Arabum cognouiſſe. nec tam ſero, vt ipſi arbitrãtur: quippe qui tria mellis genera, à Græcorum ac Latinorũ philoſophis & medicis deſcripta nouimus. Primum illud vulgare paſſim in totó terrarũ orbe, in Europa præcipue, Polonis, Ruthenis, ac aliis Sarmatiæ incolis notum, quod apum mellificio ex floribus myricæ, thymi ac arborum tiliæ ſucco in aluearibus elaboratur: quale bonitatis cenſu optimum ac dulciſſimum Hymettus Atticæ regionis mons, Sardinia ex apum abſinthii pabulo amarum, Heraclea Ponti ob herbas noxias virulentum profert. Alterum vero mellis genus, Plin. ac Gal. ſaccharum vocant, Dioſcoridem imitati, quod Indiam & felicem Arabiam ferre tradunt, nempe mel in arundinibus concretũ, gummi aut ſalis modo candidum, dentibus friabile, arundinibus nucis auellanæ magnitudine accre-

Tria mellis genera.

De melle apum, hæc Dioſc. lib. 2. ca. 71. Gal. lib. 7. de ſimp. med.

Mel in Sardinia amarum.

Saccharũ Indiæ quid ſit, Plin. li. 12. cap. 8 Dioſ. lib. 2. cap. 73.

Digitized by Google

De melle in arundinibus Strab. lib. 15. Arrianus de naui. maris rubri. Alexander hæc li. 2. Prob. 74

ſcens, ad medicinæ vſum tantum. Vnde Megaſthenes Græcus, Indiam in arundinibus mel ſine apum opificio gignere tradit: & id mellis τὸ καλαμῖνον τὸ λεγόμενον σάκχαρι in emporiis Erythræi maris eſſe venale, Arrianus refert. quod & Alexander Aphrodiſiæus agnouiſſe videtur, dum in Problematib. ait: Quod ſachar Indi appellant, mellis in arundinibus coagulum eſt, ſole cogente rores ad mellis dulcedinem. quod idem in monte Libano quoque fieri certum eſt. Fit ſachar id proximũ ſalis glebulis candidum, fragile, vim tergendi pur gãdique melli ſimilẽ habet: hoc ob cannas, quib. innaſcitur, aut ſalis candorem, Paulus Ægineta medicus ſalem Indum, alii ſachar candi appellãt: quod ad nos ex India, non amplius affertur, ſed Veneti decoctionis artificio, eius ſuccidaneum præparant. Illius naturalis cognitionem & vſum prope Galenum nouiſſe, nemo dubitabit, dum in Methodo inter melicratum & oxymel opportuna ex obſtructione febricitantium pocula recenſet: apomeli, quod à melle elutis aqua fauis conficiebatur, præcipue in Peloponneſo, medium habere locum, & ſacharum inter hæc merito numerari arbitratur: ex cuius parte vna, additis aquæ partibus duabus, hydroſachar decoquebãt: ſicut ex ſucco vel ſtillaticio roſarum aut violarum liquore, & ſacharo, zulapia conficere Actuarius docet: Simpliciſſimum, inquit, in potionibus febricitantiũ medicamen eſt, quod ex ſachare & aqua coquentes temperamus. Secundũ locũ tenet, quod ex violarũ ſucco & ſachare facimus, à violis ἰόσακχαρ nominatum, quod lentos de pectore humores expurgat, ac bilis acrimoniam

Sal Indus ſaccarum naturale.

Saccarũ candi artificiale. De ſacharo hæc Gal. li. 8. Metho. Apomeli qualis potus, Dioſc. lib. 1. cap. 9.

Hydroſachar & rhodoſachar, ac Ioſachar. Actuarius de Com. med.

Digitized by Google

am obtundit. Quod vero ex nymphææ floribus & ſachare paratur, vehementioribus febribus multo magis ſubuenit, cruciatus à bile ortos, ac capitis dolores ſopit. Nec hæc & alia medicamenta tantum ex ſacharo Indo, puriore arundinum lachryma, conficiebantur: quippe cũ illis nucis auellanæ magnitudine tantum, inſtar ſalis grumi accreſcant, vnde illis ad tot medicamẽta ſachari copia ſuffeciſſet? quũ nũquã nec hodie, eius tanta fuerit copia, vt mercatores ex opulentiſſimis Arabiæ & Indiæ emporiis aliquot ſaltem fragmenta ad nos pertuliſſent. Quare facile credo non Arabum tantum, ſed etiam Græcorum medicos, & ipſum Galenum etiam, vulgari ſacharo vſos, qui olim quoque, vt nunc in Medera & Syria ac Indiæ inſulis, ex ſucco radicum cannarumque medulla, inſtar ſambuci, molli & ſucci plena, in ſubiectam pelum expreſſo, in æneis caldariis donec concreſcat, aut inſtar cryſtalli coaleſcat, decoquitur. Quum igitur in regionibus orbis quæ ſachar ferunt, arundines ſachari ſint eiuſdem ſpeciei, natura ſoli differentes, nemo mihi perſuadebit, ſacharum, quo modo vtimur, ab antiquorum per decoctionem facto eſſe diuerſum. Hanc ſachari decoctionem, M. Varro Narbonenſis, cum Cæſar Iulius ante Chriſti aduentum habenas Reip. Romanæ adminiſtraret, fuiſſe conſuetam, ita lepide indicat:

Indica non magna nimis arbore creſcit arundo,
Illius & lentis premitur radicibus humor,
Dulcia cui nequeant ſucco contendere mella.

Sed præter Strabonem & Solinum, Statius Papinius, qui ſub Nerua imperatore vixit, Arabes

Ex floríb. nymphææ & ſachare potus.

Noſtrum ſachar ab antiquorũ artificiali non eſſe diuerſum.

Sachari decoctio ex arundinibus.

Digitized by Google

Strat. lib. 1. Syl. & Syrios in Eboſia ex cannis coxiſſe ſaccharum, hoc hendecaſyllabo teſtatur,

Et quas præcoquit Eboſia cannas.

Eadem igitur apud veteres, quæ nunc & ex eiſdē arundinibus erat ſacchari conficiendi ratio. Antiquorum igitur ſaccharum modo deſiderari, vel à noſtro eſſe diuerſum, niſi melioribus rationibus conuictus, non credam. Vidi quoque ex Medera in Hiſpaniam allatas arundines quibus ſaccharum purum accreuerat: quod ſeparatum, ne reliqui decoctio vileſcat, non niſi magni veneunt. Tertia mellis ſpecies Græcis ab aeris rore δρόσομελι καὶ ἀερόμελι: id eſt, mel roſcidū aut aereum, ab Hebræis manna, & Arabibus thereniabin, & Latinis ros Syriacus dicta: quoniam interdiu ſublato æſtiui ſolis vapore in aera, qui tandem ſerenæ noctis frigore concretus, in Syria & monte Libano, Neapolis in Oenotria campo, ac Calabria, antelucano tempore ſupra ſaxa, aut laricis arboris, aut thymi, aliarumq; plantarum folia deſtillat. quod Iohan. Franc. Picus Mirandulæ Comes, his eruditione plenis, verſibus expreſſit: ---*Nubes*, inquit,

Sed placidum rorem verno liquefactа tepore
Gignit, ſi pulſis nebulis nox ipſa refulſit.
Hæc etiam ſemen coriandri imitata rotundum,
Cogitur, & ramis frondoſæ ſtirpis adhæret:
Flauam corporibus bilem eductura. ſed olim
Dum Iudæa cohors ſitientibus exul arenis
Degeret, in paſtum cecidit diuinus. inde
Attonipatres, Manhu, dixere vetuſti.

Tertia mellis ſpecies, Manna.

Picus hymno primo.

De manna & melle, de petra quib. Deꝰ Iudæos in deſerto Arabiæ ſaturauit. Exo. 16. Ioſeph. lib. 3. Antiq. c. 2. Lact. li. 4. ca. 10.

Auerrois hanc Galenum, & alios ante eum Græcorum medicos ignoraſſe, nugari non erubuit: quum is totam aerii melliſ hiſtoriam, abunde de-

de depingat: & longo ante Galenũ temporis inter uallo, Amyntas, Græcus auctor, in primo de Asiæ põderib. libro, mannam sub aerii mellis nomine exacte describat. inquit enim: σὺν τοῖς φύλλοις ἤρτηνται ἐνίοτε, εἰς παλάθας συριακὰς τρόπον πλάττοντες, οἱ δὲ σφαίρας ποιοῦντες. καὶ ἐπειδὰν μέλλωσι χρῆσθαι, διαλύσαντες ἀπ' αὐτῶν ἐν τοῖς ξυλίνοις ποτηρίοις, οὓς καλοῦσι ταβάτας, ἐγχέουσι, καὶ διηθήσαντες πίνουσι. καὶ ἔστιν ὅμοιον, ὡς ἄν τις μέλι πίνοι δίεν. τὸ δὲ πολὺ ἥδιον: id est, Mel aerium cum foliis decerpentes, inque massas Syriacas, aut in globulos effingentes, seponunt: quumque eo vti voluerint, tracta de globulis fragmenta in vasis ligneis dissoluunt, & colatum ebibunt, melle ipso suauius. Ac nullo iure ipsum Mesue calumniatur, qui Galenũ scammoneæ miscuisse mannam, & ex ea pharmacum cholagogum composuisse asserit: quum sine dubio pleraque Galeni opera, quæ modo desiderantur, in Arabicam linguam fuisse translata, in quibus Galenus de manna hæc docuerit, à veritate non abhorreat. Decidua quoq; elisi cum corticibus thuris fragmenta Plinius & Gal. passim mannam appellant. Veruntamen quamuis Ioachus Martyropolitus Græcus, Galeno senior, gari sui confectionem sachare (vt ipse ait) καυτῷ & moscho, ac ampare orthonio illigatis, condiat. & auctor τυπείων, moscho vretheri inserto, dysuriæ medeatur: & Actuarius quoque cassia & aliis Arabũ medicamentis crebro vtatur: Arabes tamen medicamentis semper Græcis fuisse opulentiores, fateri cogor, quæ non ab Arabibus & Phœnicibus tantum, sed etiam ab Ægyptiis, Democritus, Orpheus, & Pythagoras conquisiuerunt. Proinde

De melle aërio Amyntas, & Athen. 11. Gal. li. 3. de Alimentis.

Mannã thuris describit Gal. lib. 4. de Cõpos. medic. κατὰ τόπους

Moschus, ampar & sachar cantion Græcis cognitum.

ego ærumnosi curandi in Germania ægros laboris pertæsus, non ero Galeno nostro pigrior: qui vt verum carpesium, cubebas agnosceret, in Pamphyliam profectus, & multas Orientis regiones ob medicamentorum cognitionem, perlustrauit. Primo igitur vere Bononiam proficiscar, deinde Ferrariam: & scisscitabor, an illa erudita Leoniceni medicorum progenies, Manardus & Brasauolus, aliquid noui medicamentorum à suis acceperint mercatoribus. Deinde Venetias adibo, & à pharmacopolis perconctabor, an eis ex Alexandria, Damasco, & aliis Syriæ locis, ac felici Arabia, prius nobis incognita, medicamẽta allata sint. Præterea spero Geraldum nostrum, interim Venetias quoque venturum: & quicquid aromatum, medicamentorumque thymiamatum, & pigmentorũ, ex Indici australisque Oceani emporiis, ac Fortunatis olim Atlantici æquoris insulis attulerit, de his te certiorem reddam. Vale amice, & valeant omnes qui inter nos dissidium quærunt.

Gal. de carpesio & sua peregrinatione hæc li. 1. Antidot. Ferrarienses medici olim Leoniceni discipuli.

De Sangvine Draconis, *ac cinnabaris speciebus.*
Epistola LXV.

INGENS tibi, ô Critobole, gaudium, quod mihi subito accidit, enarrabo. Quum à Ferraria Venetias appulissem, & istic nauicula liburnica intra canales oppidi vectus, vna cum eruditis Venetorum medicis ægrotos inuiserem, egressus nauiculam, vt ab agyrtis quæstum medicina parantibus, aliquid nugarum audirem, in foro iuxta æ-

De agyrtis Plato li. 2. de Repub.

ta ædem diui Marci deambulabam: ibi tum nauem grandem πυτιλοτρόφον eminus, vt omnes ex nauigii signis diuinabant, ex Alexandria aduenientẽ cõspeximus. Animus certe tũ mihi in pectore gestiebat, & in ea Geraldum nostrũ aduehi præsagiuit. Nec sane spe frustrabar. Nam iacta ancora, & naue continenti alligata, en egreditur nauẽ Geraldus, pronus capite obstipo littus aspiciens, ac pedibus velut primum è compede solutus vacillans, sarcinulam in scapulis deferebat. Quem quum dextris iunctis fronte hilari excepissem, ipse quoque gauisus, genas lachrymis rigabat: quippe qui maritimis ventorum procellis iactatus, olentisque in fundo nauis sentinæ odore lãguidus, gaudebat se portum attigisse. quem ita defessum, ablata de humeris à ministro meo sarcinula, cum in xenodochium deduxi. vbi postquam quieto & somno aliqualiter vires recuperasset, eius monitu à cœna ad φιλοθησίας poculum conuenimus, quo Græci olim quoque veterem instaurabant amicitiam. Quum igitur vnum aut alterum philotheſiæ poculum libassemus, Geraldus disligata sarcinula, ex ea gummata purpurei coloris, nucis auellanæ magnitudine, depromsit: En, inquit, amici hoc gummi; verus est prope Erythræum mare, ex regione thurifera & Atlantici maris Sanctæ portus insula, sanguis draconis: cuius vsus in antidotis & colliriis salutaris, & insperſus vulneribus hæmorrhagiam sistit. cinnabaris quoque dictus Indica: sed non illa minera-

De philotheſia amicitiæ à cœna poculo, Hesychius & Suidas copiose.

Verus sanguis draconis.

lis, minium dicta, quæ nascitur in argentariis metallis vena siue gleba, arena coccinei coloris circũlepta, ac ob carbũculi fulgorẽ ἀνθραξ dicta: quę

Minium, cinnabaris mineralis dicitur, Vitru. li. 7. ca. 8. Dioſc. lib. 5. cap. 63.

ferreis malleis aut cuneis fiſſa, & eliſa, argenti viui lachrymas deſtillat: & halitum tam exitialem ſpirat, qui metallorũ foſſores, niſi faciem veſicis perſpicuis obducerent, in ipſis ſcaptenſulis ſuffocaret. Ex hac, præcipue in Cilbianis agris, ſupraque Epheſum reperta, vſtionis & lotionis artificio, hydrargyrum ac purpurei coloris miniũ conficiebatur, quod in picturis proprie ſanguinis colorem reddebat. Naſcitur quoque, inquit Theophraſt. minium αὐτοφυὲς naturale, & ſua ſponte natum, circa Hiberiam, & in Colchis, quod incolæ rupe de inacceſſa iaculis decutiunt. Hoc Græci Miltum, quidam cinnabarim vocant: Artificialis quoque cinnabaris arte, chimeutica, vna ſulphuris parte, cum duabus argenti viui aduſta, Venetiis præparatur. Tradit quoque Plin. ſanguinem ſiue laniem draconis, pondere elephantorum, cum quib. luctantur, ſuccumbentiũ eliſi, & oppreſſi, Indicã appellari cinnabarim quoque. pro qua nominis homonymia decepti medici, minio, quod ob argenti viui virus venenum eſſe conſtat, temere vtebantur. quod idem Plinius medicis exprobrat his verbis: Comperi vulgo pro cinnabari Indica in medicamenta minium addi, inſcitia nominis, quod eſſe venenum inter pigmenta docebimus. Quanto rectius quiſpiam noſtros redargueret medicos, qui in antidotis ac catapotiis contra peſtem & coxendicum dolores, puluerem ex hydrargyro, aqua chryſulca in alẽbico emacerato, per ſublimationem pręparatum, ægrotis præbent, quem ob cauſticam aquæ chryſulcæ vim minio eſſe virulentiorem, nemo mineralium peritus negabit: quemadmodum has præ-

Hæc omnia Plin. li. 33. c. 7. ex Theophra. de lapidib. li. tranſcripſit. Cinnabaris artificialis, cinaprium & Zinſiphur dictum. Pliniana cinnabaris Indica draconum ſang. Pli. li. 8. cap. 12. & Ariſtot. lib. 3. Meteor. c. vlt. Philoſt. lib. 3. Plin. lib. 29 ca. 2. minium eſſe venenum.

Exitialis Mercurii præcipitati vſus.

Digitized by Google

prædictas omnes cinnabaris ſpecies, hydrargyri, & peſtiferæ draconum ſaniei germina. Atqui cum ſanguis draconis ſit ſalutaris Indorum cinnabaris, nullam prædictarum eſſe arbitror, ſed inſtar ſanguinis rubẽtem arborum Indiæ & inſularum Athlantici æquoris lachrymam, quam nec Dioſcoridem, Theophraſtum, aut ipſum Plinium exacte cognouiſſe certum eſt: cum nullus eorum cinabarim Indicam eſſe arboris lachrymam vel gummi tradiderit. Sed Arrianus de maris rubri nauigatione inquit: ὁ δὲ κόλπος ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἔστι χώρα λιβανοφόρος, Σαχαλίτης λεγομένη. γίνεται δὲ ἐν αὐτῇ κινάβαρι τὸ λεγόμενον Ινδικὸν, ἀπὸ τῶν δένδρων εἰς δάκρυ σταλαγμένον. id eſt: In ſinu Erythræi maris eſt regio thurifera, Sachalitis nominata. naſcitur in ea cinabaris Indica, ab arboribus vt lachryma ſtillans congregata. Quod & Aloyſius Luſitanorum nauclerus verum eſſe comperit, qui tradit, incolas inſulæ Sanctæ portus, ſtato anni tempore, cortices arborum ferro incidere: de quibus anno futuro gummi vbertim deſtillat, quod in ahenis ad ſanguinis concreti colorem & ſpiſſitudinem decoctum, ſanguinem draconis ob ſimilitudinem appellant. At vereor plurimum, ne noſter ſanguis draconis, qui in officinis pharmacopolarũ venalis eſt, ſit ſanguis caprinus, cũ minio vel ſorbis contritis decoctione inſpiſſatus, quibus etiam olim adulterabatur: quem pictoribus magis, quam medicis vſui eſſe ſuaderẽ. Hæc quum dixiſſet, vt nobis non modo auditu iucunda, ſed etiam grata fuiſſe teſtaremur, illi philotheſiæ poculum, vino Trebiano ſemiplenum, propinaui. Poculo exhauſto, Geraldus ait: Vt plenam vino

Pl Theop. Dioſ. Indicam cinabarim ignoratũr. Vera & ſalutaris cinabaris Indica.

Aloyſius in ſua nauigatione cap. 4.

Pharmacopolarum ſanguis dracon. adult.

De vera lacca obœſitatis remedio. hæc Dioſcor. lib 1. cap. 21. Paul. Æg. lib. 7. Ludouicus Roma nus lib. 5. de simplici Medicinæ cap. 21.

phialam, ô Langi, demerear, ẽn tibi obœſo, & æſtate nimia pinguedinis ſarcina grauato, laccam gummi, à Græcis canchamus dictum, non illam quam veſtræ officinæ ſordibus plenam & inodoram habent, affero: ſed gummi illud fulgore, vt vides, rutilũ & ſyncerum, quod in Nabbathęis Arabiæ & Taprobanæ inſulæ arboribus, noſtris quæ iuglandes ferunt ſimilimis decerpſi, myrthæ non diſſimile, viroſo guſtu: odore tamẽ placido, quo ad ſuffitus veſtium, & earum ac lanæ tinctúram, olim infectores vtebantur: cuius in medicina vſus Arabibus & Græcis non erat vulgaris. Nam hoc triobolari pondere ex aceto mulſo aliquot diebus potum, obœſum adipe nimia corpus onere leuat: pingues eius vſu emaceſcũt: lienem, fel, & epar aqua inter cutem aut ictericia affectum & obſtructũ deoppilat: menſes retentos aqua mulſa potum cit, oculorum caliginem illuſtrat, gingiuas deſtillatione eroſas reficit. Vt igitur ſynceram laccã ab adultera & eius ſordibus diſcernere poſſitis, hæc laccæ legitimæ fruſtula vobis dono. Attuli quoque mecum quoſdam de Nilo terreſtres crocodilos, quos Græci & Romani ſcincos appellant, quibus iratas vobis vxores conciliare, & in veneris conflictu victoriam obtinere poteritis: quos ſi cras mecum prãderitis, libenter vobis oſtendã. Quos etſi libẽter modo vidiſſemus, noluimus tamen Geraldo longæ nauigationis tædio defeſſo, diutius eſſe moleſti. Tum ego: O Geralde, reſpondi, cras, quandoquidem hoſpes nobis deeſt, tecum ea conditione prandebimus, vt vnuſquiſque ſymbolum ſuũ conferat, te vno excepto, qui nobis veros ſcin-

Laccæ vires. Auctoris lib. 5. colliget c. 564. Serapio. c 181. De ſcincis Nili in Ægypto.

cos

cos pro ſymbolo tuo oſtendes, quib. & noſtrum & coniugum noſtrarum fauorem demereberis. quoniam & primum cratera ſitis & ſanitatis ergo, & ſecundum quoque amori & voluptati dicatum, ebibimus ſinguli: & quia tempus ſomni appetit, reliquum eſt, vt tertium quoq; cratera Somno & Mercurio, ſomniorũ auctori, conſecratũ libem⁹: quartum vero ad ebrietatis inſaniã, amẽtiæ poculũ, quod medicorum philotheſiam dedecet, non guſtabimus. Quare vt ſuauiter hac nocte quieſcas, bono tuo Mercurio, id eſt Genio tuo defenſus, in illius honorem, tertium quoque cratera, quem Græci ob id ἐρμεῖον appellabant, vna ebibemus. Hæc ſunt Critobole, quæ Venetiis in prima aduentus Geraldi philotheſia tractauimus. Quæcunq; vero cras in prandio de exoticis Arabum aut Græcorum pharmacis nobiſcum communicauerit, te non celabo. Vale.

De quatuor vini crateribus, & Mercurii poculo, hæc Arab. in Dipnoſoph. Somniferum Mercurii poculum.

De Scinco, Salamandra, Myrobalanis, iuiubis, & ſebeſten, ac ſericis. *Epiſt.* LXVI.

Reliquum eſt, Critobole amicorum integerrime, vt quod proximis recepi literis, ea de quibus in prandio, mihi & Veneto medicis, à Geraldo cõdicto, cõmunicauerimus, tibi ſignificem. Cõuenimus igitur in xenodochio, antequã hoſpes fercula inſtruxerat, cum Geraldo pranſuri. qui tum ait: Ne igitur dum prandii apparatum expectamus, huius diei tempus (vt fertur) ſine linea elabatur fruſtra, antequam diſcumbamus, ſcincos, ſalaces Nili quadrupedes, vobis pro meo

Nulla dies ſine linea.

Digitized by Google

ſpectandos ſymbolo, vt petiiſtis, apponam: non quidem illas exitialis veneni lacertas, quas in hortis prope ſcaturigines fontium in riuulis captas, veſtri ſeplaſiarii pro ſcincis vendunt: ſed quos Mauritania, & mare rubrum ac Nilus, fœcundiſſimus Ægypti fluuius, dum alueum ſuum effluit, producit. quos, ob ſimilitudinem, terreſtres crocodilos appellant, ſed cute crocodilis longe tenuiore & molliore & ſquammulis albicantibus candidiore: maculis tamen nigris modico interuallo diſſitis, per tranſuerſum conſperſa: corpore crocodilis longo minore & contractiore, ſpithami non excedente magnitudinem. à crocodilo tamen aquatico, qui etiam eſt animal amphibium, ſquamarum ſeta, à cauda ad caput verſa, dinoſcuntur: lacertis ventriçoſiores, ſed cauda breuiori, & adnatandum anguillis ámpliori. Horum de lateribus propinquæ renibus, carnes drachmæ pondere cum vino ſumptæ, virorum venerem, cum magno libidinis pruritu accendunt. Ex his quoque præſens contra ſagittas toxico infectas antidotũ, Appelles tradidit: ac horum carnib. pocula imbutą vires veneni extinguere, Albertus ex Solino docuit. pro quib. pharmaçopolæ, de cenſu & genere lacertarum, ſalamandras virulentas, & paruas illarum ſoboles, has in dorſo nigras, illas verſicoloribus maculis variegatas, vtraſque vero emicantibus à temporibus oculis, in ventre imo fuluo colore flaueſcentes, & ſine ſquammis lubricas (heu facinus flagris dignum) noxia pro ſalubribus, virus letale pro antidoto nobis offerunt, ſimilitudine quam ſalamandra cum ſcincis veris habet decepti. Eſt enim

De ſcincis hæc Dioſc. lib. 2. cap. 58. Plinius lib. 8. cap. 25. & lib. 28. cap. 8.

Solinus cap. 41. Albert. de Nat Animal. li. 24.

Digitized by Google

enim ſalamãdra, vt refert Nicandri in Alexipharmacis interpres, animal quadrupes. paruum vt σαύρα, id eſt, lacerta, terreſtri crocodilo ſimilis, natura frigidum, qua ignem extinguit, nec cutem nec ſquammas habet. vnde Nicander eam λιπόῤῥινον appellauit, quod cute deficiat. aut quod per tenuem eius corporis pelliculam lentus ac viſcoſus humor reſudat, cuius frigore ignẽ extinguat. Vnde eam in igne viuere, & ſi magnus fuerit, eius ardore non concremari, falſo ſuſpicati ſunt. paruum quidem ignem, frigidi eius ſanguinis viribus imparem, extingui conſtat. Vnde Andreas Græcus auctor inquit, εἰ πῦ̀ αἵματι αὐτῆς ἢ χεῖρα, ἢ ἐσθῆτα χρίσῃς, ἀβλαβὴς ὀὐ πυρὸς ἔσαι: id eſt, Si ſanguine vel mucore ſalamandræ manum aut veſtem illeueris, ab igne non offendentur. At ſi in arboribus poma & plantarum fructus perreptans, ſua humoris lubrici viſcedine infecerit, homini fient lethale venenum. Hæc, vt vobis à falſis pharmacopolarum ſcincis cauere poſſitis, vos ientaculi loco admonere volui. & quoniam (inquit Geraldus) prãdium apparatum video, reliquum eſt vt diſcũbamus: & poſtquam iratum ieiuni ſtomachi geniũ his ferculis placauerimus, ſi quis plura de ſcincis aut ſalamãdris ſcrutari voluerit, penes illũ ſit arbitriũ. Non enim in Prytaneo cũ Areopagitis, qui tacendo iudicabant: aut in ſchola Pythagoræ prandemus, vt totum prandii tempus tacẽdo nos tranſigere oporteat. Tum ego reſpondi: Recte ô Geralde ſentis: Verba, ſi aliquid eruditionis aut ſalis habuerint, plus vini dulcedine conuiuium exhilarare certe ſolent. proinde poſtquam iuſculum hoc piſorum ſorbuero, il-

Salamandra terreſtri crocodilo ſimilis.

Error medicorum, qui lacertis virulentis pro ſcincis vtuntur. An ſalamandra in igne viuat, & de eius veneno, Plin. lib. 10. ca. 67. & lib. 29. cap. 4. Nicander in Alexiphar. Dioſ libro 6. cap. 4. Alber. lib. 25.

Colloquium decere conuiuiũ, Macro. l. 7. Saturn.

Digitized by Google

Lintea incombustibilia ex salamandra.

benter à te de netili ex salamandra lanugine, aut pennis perconctarer: an verum sit, ex hac lintea contexta, & ad eluendas sordes in ignem proiecta, non comburi, sed illæsa niueque candidiora euadere. Tum quidem Geraldus humaniter respondit: Langi mi, de huiusmodi ex salamandræ plumis tela incombustili', nihil in Australib. aut orientalibus noui orbis insulis comperi: verum dum Romæ agerem, aiebant Tartarorum regem summo pontifici linteum ex salamandra misisse, in quo sudarium sacrosancti Saluatoris vultus effigie insignitum, ab omni incendio tutum conseruaretur inuolutum. Præterea fama est, Carolum Cæsarem semper Augustum, eiusque fidelem à consiliis de Nassa Comitem, habere χειρόμακτρα, quæ in ignem coniecta, tandem à sordib. purgata, illæsa eximerentur. Verum hæc ex salamandrę pennis, vel lanugine, quum vtrisq; careat, contexi non credo. Sed illud quidem probe noui, olim in Ægypto, & Arcadiæ montibus, ac prope Charystum Euboiæ oppidum, lapidem nasci, quem (vt Strabo ait) pectunt, nent, & texunt, ac inde mantilia conficiunt, quæ sordida in flammam proiecta non secus emundantur, quam si lauacro maculas elueris. Sic quoque nostra ętate, in Noricorum & Saxonum metallis, ac in quodā monte regionis Chynchyntale, quæ ab aquilone deserto confinis est, magno Cham subdita, erui amiantum lapidem, & mineram quam incolæ salamandram appellant, in capillamenta instar aluminis schisti canescentia, vna cum terra quam amplectitur concretum, quem Græci ob id Gæoden appellarunt. huius mineram sole siccatam, in morta-

χειρόμακτρα, id est, mãtilia incõbustibilia.

De lapide charystio, Strab l 10. Geograph.

De Salamandræ minera. Paulus Venetus, lib. 1. suæ nauigatio. cap. 47.

Digitized by Google

mortario æneo contusam, à terra eluunt, & carminatã in fila tenuia pectunt, & nent, ex quibus lintea incombustibilia texunt, quæ Plin. ob id linum Asbestinum quoque appellat: Inuentum est, inquit, linum, quod ignibus non absumitur, viuum id vocant: ardentesque in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas, sordibus, exustis splendescẽtes, igni magis quam possent aquis: regum inde funebres tunicæ quę corporis fauillã à reliquo separant cinere. Nascitur in desertis & sole adustis Indiæ locis, ex quo Brachmanes, Indorum philosophi, autore Hierocle, sibi conficiebant vestes. Asbestus quoq; inextinguibile linum dicitur, quoniam ab eo etiam in lampadibus accenso, ignis nihil depascit. Ex eo quoque factæ thryallides, aut ellychnia, non nisi oleo defecto extinguũtur. Hinc Pausanias refert, Athenis in aurea Palladis lucerna, quam Callimachus cõsecrauerat, ex lino Charystio thryallidẽ perpetuo arsisse. assuescit enim viuere ardendo. Huius amianti capillamenta & lanuginem, etiam in nostra vernacula lingua Salamandræ capillos appellamus. Albertus vero Magnus ille philosophus tradit, quod magnis ferri, dum fabricatur aut eruitur, massis disruptis, vaporem fusci aut albi cinereive coloris erumpere incõbustibilem: qui manibus obuiis exceptus, pãnis, aut recto fabricæ instar lanuginis adhæreat. & hanc salamandræ lanam dici testatur. Accedit ad hoc, quod de monte regionis aquilonaris Chynchyntale, salamandræ minera etiam cum chalybe & ferro eruitur. Constat igitur, netilis amianti lapidis capillamenta, fuisse quoque salamãdræ non

De lino incombustibili, hæc Plin. lib. 19. cap. 1.

Albertus de naturis animalũ lib. 25.

Digitized by Google

illius animalis viruléti,ſed ſalamandræ foſſilis,pẽ nas dicta. Hæc àGeraldo nobis explicata,omnes vno ore approbant: ſimulq; in quam pernicioſos errores nomina æquiuoca medicos prȩcipitarẽt, cognoſcebamus.Prȩter vnũGeorgium Lembergium, meum conſobrinum, qui ſcincos veneris tentiginem coercere, Seſtio authore probabat, qui eorum decoctum cum melle venerem cohibere tradiderit. Ad hæc inquit Geraldus: Ne mireris amice, eadem medicamina diuerſa ratione præparata, diuerſos quoque producere effectus. primum ſane, braſſicæ, lentium, ac cicerum decoctum,aluum lubricare:quo diffuſo, alterum decoctionis eorum iuſculum aluum lubricam ſiſtere videmus. Sic rutam & mentham virides,flatus & veneris pruritum excitare: ſiccatas vero vel frictas, præcipue eorum ſemina, flatus diſcutere, & veneris impetum compeſcere,ac profluuium ſeminis(quod gonorrhœam vocant) ſiſtere experimur.Vnde eruditus vir ille Nicandri interptes: Ruta, inquit, græce dicitur πήγανον, ἀπὸ τὸ πήγνυσθαι τὸν γονέα. ἔστι δὲ ὄπτικὸν τῆς σωφροσύνης. διὸ καὶ οἱ μυούμενοι αὐτῇ χρῶνται. id eſt,Ruta,quia ſperma fluxile condenſat,peganon græce dicitur:ideo & ea ad caſtitatẽ ſeruandam myſtæ ſacris initiati vtuntur.Nec impoſſibile videtur, cum ſcincorum in laterib. carnes circa renes,venerem incendere, Dioſcorides & Galen. aſſeruerint: cum aliarũ partium decoctum,eadem(vt Seſtius vult)coercere poſſit. Ad hęc cõſobrinus meus Georg. Wirth paulo ſeuerius reſpõdit:Has Geralde de medicamentorum facultatibus contradictiones, earumque conciliatores,

De Seſtio hæc Plin lib. 28. cap. 8.

Gal. lib. 2. de alimentis.

De ruta & mentha hæc Gal. lib. 4. ſalub. & 7. ac lib. 8. de ſimp. medic. Hipp. lib. 2. de diæta.

Ruta gonorrhææ & ſacerdotum libidinem ſiſtit.

De ſcincorum renibus hæc Galenus lib. 11. de ſimp. medic.

Digitized by Google

liatores, Petrum de Appano, ac Gentilem ſemper exoſos habui, qui nimiũ arguti, plus pro verſatilis ingeniu oſtentatione, quam pro veritate, depugnant. quos (vt Plin. ait) præ dignitate indagare vera pigeat, ignorantiæ vero pudore mentiri non piget: nullo proniore fidei & veritatis lapſu, quam vbi falſæ rei grauis autor extiterit. Sic quum medicinæ herbariæ ſcriptor nulli ſecundus Dioſcorides, internam illam, & fere corneam gallinaceorum ventriculi membranam elixam, aut aridam contritam, cumque vino potatam, vires ventriculi, & eius orificii nauſeabundi corroborare (ex aliis forſan auctorib. edoctus) ſcripſit: mox nullo facto periculo, Auerrois id de omnibus fere volucrum ſtomachis. perdicum & mergorum, aſſeruit: & Galen. id teſtificari (falſa forſan Althabarith Arabis, Galeni interpretatione deceptus) nugatur Auicenna: cum id falſum eſſe, Galenus (vt ipſe ingenue fatetur) comperiit. Plinius tamen membranam ventriculi gallinaceorum inueteratam, aut recens toſtam, ac potioni inſperſam, deſtillationes pectoris & tuſſim humidam lenire, ſicut Dioſcorides veteris galli ventriculum ſale inueteratum, & in vmbra ſiccatum, ventris à pharmaco profluuium ſiſtere tradidit. Nec medicorum de apio controuerſiam tacere poſſum. aiunt enim, ſi apium puerpera ediderit, fœtum. qui vbera ſuxerit, comitiali morbo fore obnoxium, ideoque apium fœminam inter nefaſtos frutices damnari. vnde Meſue eo audacius ſcribere audet, Dioſcoridem tradidſſe, rutam prodeſſe epilepticis, apium vero epilepſiam excitare: cum Dioſcorides nuſquam hoc nos ad-

Celebre Plinii ex lib. 5. cap. 1. dictum, in oſtentatores inexpertos.

An membrana ventriculi volucrum eũ corroboret, Dioſc. lib. 2. cap. 42.

Auicen. li. 3. capite 3. fen. 15. tract. 2. & tractat. 1. capite 55.

Auer. 2. col. ca. 9.

Auicenna falſo Galenum in teſtem producit.

Gal. libro. 2. de ſimp. medic. Serap. ca. 469.

De apio, an epilepticis obſit.

Plin. li. 20. ca. 11 Meſue in cap. de epilepſia.

Digitized by Google

monuerit. An igitur fortaſſe rectius Sereno poetæ medico crederemus, qui apium epilepticis mederi docuit? Quis, inquit, veſtrũ hoc deſſniet. Tum Anonymus, medicus Venetorum: Medicamentorum, ait, vires non ratione tantum, ſed experientia ſcrutari oportet. Nam, vt Plin. tradit, vera cuiuſque ſimplicis medicamenti natura non niſi medico effectu prænoſci poteſt. eſt enim ingens, occultumque diuinitatis opus, quo nullum poſſit reperiri maius. Nec temere veteres medicamentorum repertores in album deorum retulerunt. Proinde qui vxores aut pellices habent, quid terreſtres crocodili in veneris conflictu poſſint præſtare, periculum faciant: de apio veritatem caſus fortuiti experientia indicabit. Quid vero interna vẽtriculi gallinaceorum, & aliarũ volucrũ membranula, ramẽtis cornu ſimilis, roboris ſtomacho cõferre poſſit Gale. dudũ expertus eſt: cuius experiẽtiæ ſubſcribo, ac interim pro ea gallinaceorũ pulpa veſcar. Exacta n. horũ contẽplatio potius Medicorũ ſcholas, quã conuiuiũ decet. Quare velim, vt ſublatis primæ menſæ ferculis, hoſpes nobis ſecundę menſæ obſonia & bellaria, ſi qua ſecum Geraldus attuliſſet, apponeret. Confeſtim itaque hoſpes iuſſa capellens, appoſuit nobis præter varia generis itriorum pemmata, lagana, rhymmata & tortellas de ſeni, panem nauticum biſcoctum, quem Græci δισκάριον dicunt, etiã myrobalanos emblicos ac cepulos conditos, etiam zizipha, ſerica, ac myxas, quæ ex Ægypto, Syria, Damaſco, & id genus prunorum Geraldus ſecũ attulit, quib. Græcos carere dixit. Atqui hos, inquam

Plin. in fine libri 29. hæc.

Galen. lib. 1. de ſimp. med.

De iſtis bellariorum generibus Galẽ. libro 2. de alimentis.

Digitized by Google

quam ego, arborum fructus vt Ægyptiis, Arabibus, Indis ac Syris vernaculos, Græcos, qui longius ab eorum natali solo abessent, serius quam Arabum medicos cognouisse fatemur: ita eosdē, vna cum omnibus myrobalanorum generib., inter Græcos Aristotelem, Theophrastum, & Galenum ac Dioscoridem, & inter Latinos ipsum Plinium (locupletissimam, velut alterum Copiæ cornu, veterum authorum bibliothecam) ignorasse, nec Auerrois, nec Geraldus noster mihi persuadebit. Ecce tibi myrobalanos Phœnicis, palmæ in Ægypto & Palæstina Syria arboris fructus palmulas, quas à prælonga gracilitate articulis digitorum similima Dactylos: à caro, grauedine, qua comesti caput onerant, Caryotides: has quoque ab arbore, aut postquam maturuerint à colore phœniceo, Phœnicobalanos, id est, puniceas aut vermiculas glandes dicunt: & à succi vbertate, quā sitim sedant, & vt glandes fagi inebriant, μῦα ἔδηψον appellantur. Nam Thebaicarum decoctum, etiam in causone, febre ardenti, sitim arcet: & Orientis incolæ ex his vinum in destillationum morbis, cruenta eructantibus, cœliacis, & cibum euomētib. saluberrimum, φοινικίτην dictū, infusione dactylorum præparant, quæ multis seculis ante Auerroim Theophrastus, Dioscorides, Galenus, ac inter Latinos Plinius memoriæ prodiderunt, & Leontinus Græcus in Geoponico suo. Quid vero tibi illam, de censu myrobalanorum quoque glandem vnguentariam, Græcis βάλανον μυρεψικὴν dictam, referam? quæ ex Troglodytis, Thebaide, & de Petra, oppido, quod Arabiā à Iudæa disterminat, ac ex ipsa deni-

Plinius veterum autorum bibliotheca. De dactylis & caryotidibus. ac phœnicobalanis, hæc Dios. lib. 1. ca. 135.

Deuino ex dactylis, Philost. li. 2. Dioscor. lib. 5. cap. 30.

Plin. lib. 12. ca. 23. & lib. 23. cap. 5. Gal. libro. 2. de alimentis. Constant. in Geoponico li. 10.

Digitized by Google

De glande vnguentaria Dioſc. li 4.c.110. Theoph. li.4.c.2. Plin.li.12.

que Æthiopia in Europam quoque defertur.ex cuius glande triangulari, Ponticæ nucis magnitudinem non excedentis, medulla cum cortice cõtuſa,oleum balaninum,clarum,inodorum, ac inſipidum emungebant, quo myropolii inſtitores ad precioſa ex malobathro, amaracino & ſpica, vnguenta conficienda vtebantur. Quod vero de oleo,vna cũ cortice contuſo,expreſſo,magma reliquum erat, μυροβαλανου πίσσαν dicebant : quo medici, ac præcipue Galenus in cataplaſmatis ad ſcyrrhos lienis & epatis diſcutiendos, & ad vulnera conglutinanda vtebantur : cuius hiſtoriam ac vires Theophraſtus inter plantas, Dioſcorides & Galenus inter ſimplicia medicamenta, ac ipſe Plinius perbelle conſcripſerunt : quam Meſue ſub nomine been , in ſuis de ſimplic. medicina canonibus, à Græcis acceptam,reddidit. At hæc Galeno & aliis Græcis Latiniſque rei medicæ ſcriptorib. non ignota fuiſſe ſponte concedunt. At has de numero quinquenario myrobalanorum, cum cortice careant,verius pruna,quam glandes, quo nomine olim omnes eſculentos arborum fructus ſignificabant, Citrinos, Indos,belliricos, emblicos, ac his omnibus,maiores chepulas, Galeno,& ante eum Græcis antiquioribus fuiſſe cõgnita pernegant : obliti ſcilicet, Dioſcoridé chepulas ex Arabia myrobalanos, cum phœnicobalanis comparare, dum ait : Naſcitur in Ægypto palma phœnix , ex qua in autumno, antequam maturuerint, colliguntur palmulę, naſcentibus in Arabia myrobalanis ſimiles. Atqui conſtat, phœnicobalanos, quos dactylos quoque dicimus, cortice, vt pruna, carentes, oblonga gracili-

De myrobalanorũ pieſmate, lib. 11.& 18 Meth. & lib. 9. compoſ. medic. particul. Glant vnguentaria, been Arabum.

De quinque myrobalanorũ generib.

Dioſc. hæc lib. 1.cap. 135.

tate

tate rotundos, in guſtu leni ſtipticitate dulces, cum triquetris glandis vnguentarii nucibus, auellanis non maioribus, nullo pacto conferri poſſe: quum ex his oleum ad alia vnguenta inodorum & inſipidum, ex illis vero aqua maceratis non oleum, ſed vinum ægrotis & ſanis ſalutare conficiatur. Reliquum igitur eſt, vt Dioſcorides alicui de quinque ſpeciebus myrobalanorum ſibi noto, quod ex Ægypto, vel Syria, aut Arabia ad nos perferrur, contulerit: nempe emblicis, vel chepulis, quæ figura & magnitudine, ac fere nucleo dactylis reſpondent: quos ſecum ex Damaſco cõditos Geraldum Venetias attuliſſe credo, non vt nobis vel Græcis ignotos, ſed vt quantum recentium conditura à ſiccorum differret, ſimulque quam placida ſint myrobalani aſtrictæ alui lenimina, ac cerebri, neruorum viriumque ingenii robora, cognoſceremus. Quinam enim, obſecro te, fieri poteſt, vt hæc tam præclara medicamina Græcos latuerint, cum Ariſtoteles, alter Græcorum ſcholæ coryphæus, myrobalanorum arborem, & eorum fructuum temperaturas in libr. de Plantis tam ſcite deſcripſerit, vt nemo Arabum cauſam ſtiptici & amari, à principio tamen dulcis, myrobalanorum ſaporis exactius reddiderit: τῶν μυροβαλανίων δὲ δένδρων ἐν τῇ ἀρχῇ, ὅταν φανῶσι, οἱ καρποί εἰσι γλυκεῖς. κατὰ δὲ εἰσι στρυφνοί, καὶ ἐν τῇ κράσει αὐτῶν πικροί, αἰτία δὲ ὅτι, ὅτι τὸ δένδρον αὐτῶν ὅλον ἐστὶν πικρὸν τοῖς χλοάσοις. & reliqua quæ latine ita redduntur: Myrobalanorum arborum fructus, quando principio apparent, ſunt dulces: communiter tamen acerbi, vel ſtiptici, & pro ratione temperaturæ eorum amari. Cau-

Oleum balanuum, de quo Dioſcor. lib. 1. cap. 32.

Myrobalanorum recentium conditura, & vires.

De myrobalanis hæc Ariſt. in fine lib. 2. de plãtis Galen. de theriaca ad Piſonem, myrobalanos ait ſplenem iuuare, vt eupatoriũ epar.

Digitized by Google

ſam autem horum eſſe, poroſam, & taram arboris ramorumq; ſubſtantiã. Principio enim quando calor frigidam & humidam myrobalanorum cruditatem maturare pergit, ipſi dulceſcunt: quæ cum per arboris poros tempore concoctionis vna cum calore diffletur, ex derelicta cum frigore ſiccitate, myrobalani ſtipticitatem acquirunt: qui tandem, accedente per latos arboris poros calore ſolis, interno & congenito eorum calori, plus æquo concocti, amareſcunt quoque, & quadam fuſcedine vel nigredine inficiuntur. qualis fructuum temperaturæ conſtitutio, & ſaporis principio quidem dulcis, tãdem vero inſigniter ſtiptici & amari qualitas ac color, quum nec phœnicobalanis, nec glandis vnguentariæ nucib. cõmunis ſit, neceſſario Ariſtoteles hic de tertio myrobalanorum genere loquutus videtur. Quod vero illis non tam frequenter vt Arabes vſi ſint, id eo nomine factum arbiror, quod exotica non niſi diu perſpecta, cum vernaculis commutare voluerint: quorum vſum poſtea Actuarius & Aetius non quidem neglexerunt. nam & Alexand. Trallianus Græcus, ἰατρὸς à Meſue dictus, myrobalanos ſpleni affecto prodeſſe teſtatur, Meſue multis annis ſenior. Tum Georg. Wirth Schleſita medicus meum interpellans colloquium: Langi, inquit, conſobrine, quæ obſecro eſt dementia & inurbanitas, vt repertis frugibus, adhuc glandibus veſcamur? quin potius rogemus Anonymum Venetorum medicum, vt myxaria, ſerica ac zizipha à Geraldo allata, quæ dulci ſaporis lenocinio glandes ſtipticas & acerbas longe ſuperant, deguſtet: & quibus Arabicis ac

Myrobalanis Alexander iatros vtitur libr. 5. de pocu lis ad lienẽ.

Græ-

Græcis Latiniſq; nominib. in officinis aromatariorum inſcribantur, nobis ſignificare velit: & quam ægrotis opem ferre poſſint, oſtendat. nam plerique hos ſanis & ægrotis noxios eſſe contendunt. Tum Anonymus: viri Germani, ait, ne aſymbolus conuiuio intereſſe videar, quicquid de iſtis Arabum fructibus ac prunis, quorũ magna copia quotannis ex Damaſco & Alexandria Venetias perfertur, exploratum habeo, libenter vobis communicabo. Iuiubas certe Arabum, eſſe Græcorum Latinorumque zizipha, & Plinii tuberes, quæ Sex. Papinius conſul nouiſſimis diui Auguſti Cæſaris temporibus ex Syria Romam attulit: quæ ob id à natali ſolo Galenus ſerica appellat, quæ in caſtrorum aggeribus ſata, baccis quam malis, mucilaginoſo ſucco plena, fuerunt ſimiliora: quæ ægre concoquuntur, & exiguam corporibus alimoniam ſufficiunt: quorum vſus an in ſalubri victus ratione, aut quib. morbis arcẽdis ſit ſalutaris, Gal. teſtificari non poteſt: ſed ea ſolum inſidentib. & effrenatis compeſcendis pueris, ac ab imprægnatis, quos pica infeſtat, in muliebri malacia ea deſiderari & expeti refert. Seruntur hæc, & auulſis quoque ex media arbore ſurculis, ſorbis implantãtur, & tũ zizipha teneriora naſcuntur: quæ, vt Didymus in Georgicis refert, εἰς οἰνόμελι φύλλοις ἐμβεβλημένα, ἐπιξηρισμένων αὐτοῖς ἐπικειμένων καλαμοφύλλων: i. zizipha vino mulſo iniecta, diu ſeruãtur, aut ipſis ſubſtratis vel cooptis arũdinũ foliis. En q̃ his adhuc adhęrere videtis: reliqua in hac patella, cõdita vino mulſo fuerũt. At myxa sũt arboris in Syria fructꝰ prunis Damaſcenis populares, ſed corpore exiliores:

De iuiubis Arabum Plin. li. 15. cap. 14. & Conſtant. libr. 10. c. 1. propriè.

De Syriacis prunis & malis, hæc Gal. 2. de alim. Columel. lib. 6. c. 8.

De myxis hæc Serapio c. 8. Auerr. c. 56. Pallad. li. 3 cap. 24.

De viribus myxariorum. Aegineta hæc lib. 7.

ex quibus in Ægypto vina fiebant, viribus Damascenis proxima & æqua. Crescebant olim circa Sebastam Samariæ metropolim, vnde patriũ nomen Sebesten habent. Crescunt quoque in Ægypto, vbi Nilus septem ostiis circa Alexandriam, Memphim, & Cayrum, nouæ Babyloniæ portum & emporium, sese in mare mediterraneum exonerat: vnde Diodorus Siculus: Ægyptij, inquit, vatta myxaria dicunt: circa Nili ostia nascuntur: quę quia suauia sunt gustu, pro tragematibus prębentur. Quod & Geraldus in hoc prandio, ex composito fecisse videtur, vrbium quas vidit mores imitatus. Hos fructus conuiuiorũ lauticiis adhibere veteres nõ erubuerunt: quos quidam de medicorum nostri seculi collegio, quia ventrem constipent, parum alant, ægre concoquantur, ex medicamentorum albo proscribunt: cum tamen ratio formalis medicamentorum non alimoniam exigat, sed alterationem & humorum quibus natura oneratur, adiouamine caloris naturalis concoctionem, & expurgationem, ac naturæ robur requirat. Quum igitur hęc Arabum myxaria, & Ægyptiorum zizipha, sua congenita mucoris dulcedine, tussim & gutturis asperitatem, ac pulmonis & pectoris, ex distillationibus vitia leniant, ac illorum decoctum suo frigido & dulci lẽtore vrinę in vesica & vretheris ardorem & stillicidium extinguat, renũ vesicæque scabriciem sanet: quumq; Galenus de his nõ fecerit periculum, etiam (vt ipse ingenue fatetur) an sanis aut ægris prosint, testificari non potest: Sed horum vires commemoratas, præter Auicennam, Rasim, ac Serapionẽ, esse efficaces, ipse crebro

Myxis tragematum loco veteres vsi Diodor. li. 1.

Iniubas & sebestem pectoris ac vesicæ morbis prodesse, Serapio & Arabes testantur. Gal. de sectis non habuit experientiá, vt ipse lib. 2. de Alim. testatur.

Digitized by Google

crebro ſum expertus. Tam præclaros igitur fructus in morbis pectoris, ac vrinæ vel vretherum morbis curandis, nullius eſſe frugi, quis niſi inexpertus credet? Vale.

De Malobathro et Vngvento foliato, netopo, & oleo ſpano, malis Perſicis & citriis. *Epiſtola* LXVII.

QVÆ in prandio tractauimus, Critobole, hęc, vt acta ſunt, tibi ſignificaui. verum ne ſeiuncti iucundo Geraldi colloquio priuaremur, quum Geraldus ob aquæ dulcis penuriam, diu non lauiſſet (aqua enim maris, ob congenitam illi pinguedinem, nec veſtium nec corporis ſordes eluit) omnibus placuit, vt Paduam ad dulcis aquæ lauacra proficiſceremur, vt etiam marinis flatibus & balnearum tepore prandii crapulam concoqueremus. vnde nec temere, quamuis cõtra medicorum decreta, ille, quem Satyrographus inceſſit, turgidus & crudum pauonem in balnea portabat. Mane vero loti, quum exemplo Pollionis Romuli, aut vt Athenæus vult, Democriti, corpus intus vino, foris oleo curaſſemus, Venetias ad cœnam, à me Geraldo & aliis de medicorum ſorte conuiuis condictam, reuertimur. De naue igitur in xenodochiũ egreſſi, quum hoſpes omnia laute adornaſſet, tum ego: ô hoſpes, inquam, tu vt bonus & frugi paterfamilias probe noſti, quæ extra domum ſunt officia, mercari, pro patria pugnare, agrum colere, viris eſſe alacriter obeunda: & negocia, quæ intra domus ſepta fieri oportet, vt pecora mulgere, penſa de colo du-

Digitized by Google

cere, nere lanam & linũ pectere, caseos ex colluſtris coadunare, penu ac culinam curare, ad matremfamilias & eius ancillas ſpectare. Iube igitur has, vt quæ ſunt earum munia, expediant, de Græcorum more. En itaque ad nutum hoſpitis confeſtim venuſtæ indolis & ſpectati pudoris ancillæ aderant, calamiſtratis circa tempora capillis, & in vertice coronis ex rosis versicolorib. conſertis redimitæ. quarũ altera, vt Homerus ait,

χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα,
νίψασθαι θ' ὑπάειρε, ξεστὴν δ' ἐπέρνασε τράπεζαν.

Vna igitur afferebat in gutturnio aquam ſtillaticii roſarum, & florum lauendulæ liquoris, quam ne illotis manibus diſcumberemus, illis in ſubiectã peluim inſpargebat: altera vero linteo ſuccincta candido, chiromactram & coronas porrigebat: & vt de more Græcorum à balneo inũgeremur, vnguẽtum pholiatum ex malobathro, & metopum quoque fragrantiſſimi odoris, offerebant. Tum ego: Quid, inquam, ancilla nobis muliebre hoc vnguentum, quod galbani virus, vnde metopii nomen habet, redolet: quod Heſychius neſcio quam recte ἰώτινον & ἰώτιον appellat, quo Hippocrates paſſim in vteri affectibus ad induratas matricis corylaidonas emolliendas, & obſtructas aperiendas, & ad ſecũdas eiiciendas, peſſariorum loco potius, quam ad conuiuiorum delicias vtitur. id matrifamilias tuæ ſeruabis: nobis vnguentum ex malobathri folio, inuentu rariſſimo, ſufficit: de quo libenter Anonymum Venetorum medicum audirem. Qui reſpondit: Præterita hebdomada cum ex Alexandria nauis aromatib. onuſta Venetias appuliſ-

Virtus metopi vnguẽti. Dioſcor. lib 1. cap. 68 appellat metoppium.

puliſſet, accurrebam: & dum nauis à mercatoribus exoneraretur, numeratos in manu marcellos proferebam pro quibus malobathri folia petii. At illi quędam glabra, non tamen inodora gariophyllorum arboris folia offerebant, fibris velut arnoglossæ latioris folia, neruosa: nec aliud in tota India reperiri affirmabant. At huic Plinii descriptionem non competere aiebam, qui: Dat (inquit) & malobathron Syria, arborem folio conuoluto, arido colore, ex quo oleū ad vnguenta exprimitur, fertiliore eiusdem Aegypto: laudatius ex India venit in paludib. ibi gigni tradūt, lentis modo fluctuans folium, nulla radice nixum, odoratius croco, nigricans, scabrumque, quodam salis gustu. minus probatur candidum, celerrime situm in vetustate sentit. Sapor eius nardo similis esse debet sub lingua, odor vero in vino sufferuefacti antecedit alios. Hæc vero singula indicia in nostro officinarum malobathro desiderari, quisque nouit. At vero vtrunque tam arboreum quam paluſtre malobathrum, non tantum in mediterraneis Indiæ locis, vnde folium Indi appellatur, sed etiam circa maritima Erythræi æquoris, quod syluis abundat, littora & stagni, nasci, salis eius sapor indicat, qui herbis maritimis est peculiaris. Sic brassica marina, quā soldanellam vocant, cretanus marinus, & ipsa corallina, muscus marinus dicta, salem resipiunt. Vnde Androsthenes vere de Tylo insula Rubri maris narrauit, aquas salsas fluentes plus quam cœlestes iuuare, tam arbores, quam reliquum omne genus plantarum: quia ob raritatē imbriū, pluuiali aqua non assueuerunt plantæ. Proinde

Plin. hæc lib. 12 ca. 27. & Dioscor. lib. 1. cap. 11.

De salsedine Plantarum rubri maris Theophrastus lib. 2 de causis plant. c. 7.

egó mercatoribus fideliter ſuaſi, vt deinceps non in India, niſi in Gangis fluuii emporio, ſed potius in Thina & Tylo, aliisque Erythræi maris insulis quærerent: in quibus Arrianus hiſtoriographus, dum rubri maris littora & oras legeret, magnam malobathri copiam ſe repetiſſe gloriatur. ait nãque, in fine Erythræi maris, in extrema ora, eſſe ciuitatem mediterraneam, quam Thina appellant, velleribus & ex ſerico aulæis diues, ad quã quotannis gens ex Arabia vicina, vna cum vxoribus & liberis proficiſcitur, quam Setas, hominẽs latiori vultu, loripedes, attamen robuſtos, & crudeles, appellant: qui in vicinis Thinorum receſſibus deliteſcunt, nocte ſarcinulis odoratis, quas ſecum atculerunt, incubant: poſtquam raptu ditati diſceſſerunt, ciuitatis Thinæ incolæ ſarcinulas, quas Geſarę liberis ſubſtrauerunt, malobathro plenas colligunt: & auulſis de calamis, quos πάτρους appellant, & de foliis fibris, ea in globulos complicant, quos ex maioribus foliis μεγάσφορον, ex mediocrib. foliis μεσοσφορον, ex minorib. vero foliis compactos μικρόσφορον malobathron dicunt, quæ ſic compacta in Indiam deferunt, & magno vendunt. Vnde Plin. malobathrem eſſe folio conuoluto dixit: & Dioſcorid. probat id, quod ob fibras frangenti contumax eſt nec facile diſcerpitur, dum ad globulos cõpingẽdos, ne ſuccus & odor exhalet, præparatur. Quũ hæc à me dicta omnes approbarent, tum ego hoſpitem admonui, vt conuiuas iam lotos & vnctos diſcũbere iuberet: & primum omnium, quo alacriores forent, & ſtomachi appetitum excitarent, illis in acetario cardamum, ſiue naſturtium in aceto

paſſu-

paſſularum,& oleo ex Italia Sabino maceratum, offerret. & ne vteretur oleo ſpano, quod ex Hiſpania & Iberia affertur, ob ſtipticitatem vlceroſæ laſſitudini noxium,indixi. Tũ Georg. Wirthmeus cõſobrinus: ô Langi,inquit, quoniam frequẽs fit apud Gal. & chirurgos olei ſpani mentio, per communes vtriuſq; noſtrũm auos & atauos te obſecro,vt illius præparationem nos edoceas. Tum ego: Nimis ſerio Georgi à me precib.efflagitas, quod ad incrementum ſtudii ſponte mea facturus eram id certe Damogeron in Georgicis ſuis ita conficere iubet :,nempe vt oleo ab amurca defæcato, & feruenti, triplum aquæ tepidæ vna cum ſale contuſo iniiciatur,vt exactæ cõmiſceantur,diuq; agitata ſtent,tãto tẽporis interuallo,donec aqua vna cũ ſale in amurcę locũ ſubſederit: tandẽ oleũ ſupernatans,lebete vel cochleari excipito.quo exhauſto, iterũ affuſa aqua tepida bene cõmiſceto. & quicquid olei puri,poſtquam aqua peſſum iuerit, ſupernatat,vaſculo excipito. Poſtea ſuccum de foliis,aut tenerioribus olearum ſurculis (quos Græci θαλὰς vocãt) expreſſum,vt oleum acuitatem & amaritudinem acquirat, quibus ſtipticitas interna ſubire poterit, illi addas: & ſi hoc tibi paratum defuerit, & in oleo veteri vireſcentes olearum thalos decoxeris, iis expreſſis oleum ſpano vel etiam omphacino ſuccidaneũ habebis. vnde Gal. ἢ μὲν πᾶ ἀπὸ τῆς ἰδίας ὑπορρεῖς, ἃ πάντες καθεῖσιν ἀσανὸν, θαλὰς ἐλαΐων ἀπαλῶν θλάσας, ἐμβαλὼν ἐπίρῳ τινὶ ἢ ὀδοντοχύντων ἐλαίων. Et ſi vna decoxeris, oleũ ſpano vel omphacino ſuccidaneum habebis. Poſtea vna cũ aliis opipare inſtructis ferculis, ancilla maior natu roſeo genarũ

De olei ſpani præparatione hæc Conſtant. in Geop. lib. 9.

De oleo ſpano & eius ſuccidaneo, Gal.lib. 11. Metho. & lib. 2. de compoſ. medic. gener.

rubore decora, leporem toſtum appoſuit, quam Euangelus adoleſcés ita affatus eſt: O ancilla mi, per tui chari amaſij nomen te obteſtor, dic amabò, ſi intra ſeptẽ dies de lepore comediſti? At illa pudoris rubore ſuffuſa: Non vides, inquit, Euangele leporem, ita vt de veru auulſus eſt, eſſe integrum? Ego enim, & perchara meorum laborum conſors Vrſulá, non mures ſumus, qui inſcio domino eſcas arrodamus. Tum Anonymus: Geralde, inquit, quamuis natura mures & felium aſpectum abhorreas, dic quæſo, ſi in lecto tuo huiuſmodi mures inuenires, expaueſceres ne? & ad quẽ proripere velles? Certe, reſpondit, quantũuis benignum eſſet noctis frigus, lecto non cederem. Vrgebat Euangelus, vt ancilla veritatem cõfiteretur. Tum illa inquit: Veritatem nos fateri non pudet, ſi modo cauſam cur hæc ſciſcitaris, nobis quoque dixeris. Nudiuſtertius domina noſtra hic præſens, vt clemens, ita erga ſuam familiam quoque liberalis, aliquot leporis fruſta in nigro iure & ſiræo & leporis cruore elixa nobis impartiuit, quæ ſatis auide comedimus. Tum Euangelus: Iam æquum eſſe arbitror, vt cauſam ſcrutinij mei explicem. Video vos lepido ingenui pudoris rubore & vultu decoras, nec vt quaſdam, quæ prẽcordia contra naturam faſciis coarctant, nimis graciles, nec plus æquo habitiores: verum ille tam elegans corporis habitus, & color, vobisne à natura, an comoticæ artis fuco, aut eſu leporis comparatus ſit, diſpicere non potui. Tum ambæ: Satis, aiunt, ſcommatum & ludibrij ob inopiam, quæ nos miſeras vobis ludibrio exponit, & ridiculas facit, audiuimus. Tum Euangelus:

gelus: Certe, inquit, non ludo. nam grauiſſimi auctores, qui rerum naturalium hiſtoriam conſcripſerunt,& poetæ qnoque tradunt, eſu leporis venuſtatis decorem in ſeptimum aut nonum vſque diem prorogari. Vnde facete Martialis Galliæ anui deformitatem ita exprobrat:

Cum leporem mittis, ſemper mihi Gellia mandas,
Septem formoſus, Marce, diebus eris.
Si verum dicis, ſi verum Gellia mandas:
Ediſti nunquam, Gellia, tu leporem.

Tum materfamilas vna in primo tabulæ ſubſellio diſcumbens: Nolite, inquit, vos omnes per deos immortales obſecro, has leporum vires publicare. eſt namque mihi anus vicina, quæ nuper adoleſcenti nupſit, zelotypa, quæ omnem muliebrem mundum pro tali lepore expenderet. quanti vero arbitramini in his Auguſtanis comitiis venundari poſſe leporem? Ædepol, quamuis leporibus, quia ſuperfœtat vterque ſexus, vix vllum animal, & ipſis cuniculis eſt fœcundius, tamẽ tota Bauaria, & ipſa Aſtypalæa inſula, in qua vno anno ſex leporum millia capta feruntur, ſatis leporum nobis ſuppeditare non poſſet. Tum Euãgelus: O mulier, inquit, venuſtate nulli ſecunda, tu lepore non eges. Tum hoſpes: Et tute lepus es, & tamen pulmentarium à puella quæris? Deinde Euangelus: Iſta ſobrius non quæro. Sed ne fabulam me dixiſſe arbitremini, hiſtoriã, & non illepidum de Alexandro Seuero imperatore (qui quotidiano leporum eſu corporis venuſtatem aucupari dicebatur) hendecaſyllabum, vulgo notum & frequens, id verum eſſe teſtatur:

De multitudine leporum in Aſtypalæa, hæc Athẽ. 9. Dipnoſoph.

Carnem leporis ad pulchritudinem cõferre.

Pulchrum quod vides esse nostrum regem
Quem Syrum sua detulit propago,
Venatus facit, & lepus comesus.
Ex quo continuum capit leporem.

Sed Alexander Seuerus Imperator, vt non erat amusus, ita scomma illud lepido hendecasyllabo reprehendit. inquit enim:

Pulchrum quod putas esse vestrum regem.
Vulgari miserande de fabella,
Si verum putas esse, non irascor.
Tantum, tu velim comedas lepusculos,
Vt fias, animi malis repulsis,
Pulcher, ne inuideas liuore mentis.

Nam C. quoque Plinius cerebro leporis perunctis gingiuis pueros facile dentire: & leporum cibo somnolentos fieri, Cato arbitratur. Vulgus veto & gratiam corpori in nouem dies, sed ioco friuolo, conciliari censet. Cui tamen, vt Plinius ait, in tanta persuasione aliqua subesse debeat causa, quam nobis Langius, qui crebro venationibus Palatinorum interfuit, explicabit. Tum ego: Euangele, inter omnes medicos conuenit, colotem à sanguinis bonitate, cuius index est, dependere. Videmus enim quotidie in hyposarca, retentione mensium, febribus, & spleneticis, quibus lien vel epar, alterum vel vtrunq; procreandi aut depurandi sanguinis organum, induratũ vel obstructum, aut quouis modo affectũ est, liuore vultus pallescere: qui melãcholicis peculiaris, in corpore hirsuto, est color. Atqui cũ caro leporum, omniumq; animalium oblongas habentium auriculas, sanguinẽ melancholicũ (vt Gale. refert) gignat: qua ratione igitur fiat, vt ex leporũ

Plin li. 28. cap. 19. circa finẽ.

esu,

Digitized by Google

eſu,puellarum genę rubore roſarũ efflorеãt,aſſequi non poſſum. Hoc vero Geraldus hac ratione confutabat:Quæcunque, inquit, animalia dulcẽ ac delicatiſſimum ſanguinẽ habent,quî potis eſt, vt horum eſus in alienis corporibus ſanguinem groſſum &obſcurum gignat? At talis eſt leporum ſanguis, quem aliis omnibus bonitatis alimonia præſtare,Galen. his verbis fatetur : πὸ ᾧ τῷ λαγωῶν αἷμα,ὡς ἥδιστον πάμπαν,καὶ πολλοῖς δι' ἔθους ἐστὶν, ἕψειν αὐτὸ σὺν τῷ ἥπατι,τιεὶ ᾧ καὶ μετὰ τῶν ἄλλων σπλαγχνῶν. id eſt,Leporum ſanguis,omnibus aliis,vt ſuauiſſimus præfertur: quare pleriſque conſuetudo eſt, hunc cum epate & aliis leporum viſceribus decoquere. Tum Georgius Wirth ex Schleſia medicus: Viri,inquit,coepulones, non recto examine hunc purpureum in ancillarum vultu coloré expenditis.Iubeat hoſpes illas palleſcentis grana cymini,aut allium edere:tum ſi color hic natiu⁹ eſt, durabit. ſi verò ex fuco aliquo ceruſę,hydrargyri, aut vnguenti citrini vnguine acquiſitius: tum ille rubens in candido vultu nitor ſtatim obſoleſcet. Tum ancilla ſubirata:Vos temulenti,ait,quid noſtræ naturæ dotes, quas Deo acceptas referimus, veſtra interſunt? quin potius de veſtrarum in Schleſia mulierum pulchritudine, de qua cũ Venere ipſa contendere audent,his periculum facite: quandoquidem eſu aſinorum ſunt famigeræ, lactene aſinino rugas frontis explicuerint: an vt vultus niteſceret, eo faciei næuos eluerint. Sicut & Poppæa Domitij Neronis vxor, quingẽtas ſecum duxit & aluit aſinas fœtas, vt illarum lacte in pleno balneearum ſolio corpus erugaret, cutiſque lactis candore niteſceret. Tum mater famili-

Gal. lib. 3. de Alimẽtis.

De lœdoriis Macrob. li 7. Saturn.

Digitized by Google

as his lædoriis offenſa: Tace, inquit moroſa: non hic de pulchritudine Paris ille Phrygius paſtor iudicat. iſtæ ſane contentiones magis forum, quam conuiuia decent. Quin potius nobis ad ſecundam menſam bellaria afferas. quid ocioſa cũctaris? niſi hoſpites reuererer, teſtudineum illum tuum gradum verberib. accelerarem. Tum Vrſula: Quæſo te domina, inquit, vbi ſunt repoſita? Tum illa: En, garrula, tibi claues, ſublatá aulæa in rhiſco reperies: an hæc ignoras? quæ vero ad choream ſpectant, probe noſti vbi ſint ſepoſita. Ibi illa accelerans, nobis in phialis appoſuit perſica diuerſa Ægyptiaca, Romana, Duracina, Armenia, ac odoritera illa Medorũ mala citria, partim melle deſpumato cõdita, partim ſolis vel leni furni tepore paſsa. At Anonymus: Quid perſica, inquit, modo, quæ principium ferculorum plus quam ſecundas menſas decent, nobis, contra Galeni & omnium medicorum præceptum catholicon, ancilla offert? inter quos omnes conuenit, ea fercula, & præcipue obſonia mali ſucci, cocohyma, humida & lubrica, vt alia per aluũ vna deducant, qualia ſunt perſica, ante alia eſſe edenda. Vltimo enim comeſta ſupernatant, aliaque computreſcere cogunt. Atqui cum ex Perſia ad nos translata ſint, cur Ægyptiaca appelles, rationem nobis reddito. Tum ego: Libens id certe faciam, inquam. quidni enim hoſpiti meo chariſſimo morem gererem? Rholus quidem Democritus, vt Nicandri interpres teſtatur, in libro de ſympathia & antipathia rerum, tradit, Perſas letiferæ arboris perſeæ ſurculos, ex veteris ſimultatis & vindictæ affectu, in Ægyptum miſſi-

Gal. lib. 2. de Alimẽtis.

Nicandri interpres hæc in Theriacis.

miſiſſe, ſperantes plures noxiis perſeæ arboris pomis interituros. at deorum & fertilis ſoli, Nilo irrigati, benignitate factum eſſe, vt huius virulentia, in ſalutarem fructum ſit commutata. id quod Columella etiam teſtatur:

Stipantur calathi pomis quæ barbara Perſis
Miſerat, vt fama eſt, patriis armata venenis.
At nunc expoſiti paruo diſcrimine lati,
Ambroſios præbent ſuccos, oblita nocendi.

De perſea hæc Plin. lib. 15. ca. 13. Theophra. de Hiſtoria plant. lib. 1. cap. 5. & lib. 3. ca. 5.

Verum id ſi de noſtri orbis aut Romanis perſicis intelligatur, falſum eſſe Plinius ita conuincit. Perſicæ arbores, inquit, ſero & cum difficultate in alias terras transferuntur, vt quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Ægypto erat earum hoſpitium. Atque hoc Theophraſtus ita clarius explicat: Diſcrimen, inquit, ad fœcunditatem ſterilitatemque ſummum, vel locorum natura facere poteſt, ceu in Perſeis palmiſque pateſcit. Perſea enim in Ægypto & locis ei finitimis tantum fructificat, & in Rhodo tãtum floret: ſicut palma, apud Babylonem fœcunda, translata in Græciam ſterileſcit. Et ſubiungit idem Plinius, falſum eſſe, venenata cum cruciatu in Perſis gigni, & pœnarum cauſa à regibus translata, & in Ægyptum terra mitigata. id enim de Perſea diligentiores tradunt, quæ in totum alia eſt, & myxis rubeſcentibus ſimilis, nec extra orientem naſci voluit. eamque peritiores negauerunt ex Perſi de ad ſupplicia translatam, ſed à Perſeo Memphi ſatam. Semper autem folia habet, & poma, ſubna ſcentib. aliis. nouus. n, fructus anniculi maturitatem ſemper prȩoccupat. materies eius robuſta, ad mẽſas & lectos, ac nauigia compingenda, per accommoda: colore atra, & cõtorta, cætera vero

De perſea arbore Theoph. lib. 4. cap. 2.

Digitized by Google

piro ſimilima. Quum igitur perſea ſit Ægypto, in qua ſolum fructificat, peculiaris, quis non merito eius poma Ægyptiaca appellauerit? & quia toto anno viret, fructibus ſemper aliis ſubnaſcẽtibus fœcunda, nec folia ei decidant, quis mentis compos perſeam Ægypti à noſtra perſicorum arbore nón plurimum diſtare negabit? Nemo arbitror. Ariſtoteles tamen in libro de Plantis, id perſicorum genus Βελενιον appellat. inquit enim: Βελενιον δὲ δηλητηριωδες τὸ γενόμενον ἐν τῇ Περσίδι, μεταφυτευόμενον ἐν Αἰγύπτῳ, ἢ ἐν Παλαιστίνῃ, γίνεται βρώιμος: Belenium in Perſide deleterion, tranſplantatum in Ægypto aut Syria Palæſtina, fit ſalutaris cibus. Noſtra quoque perſica vulgaria olim Græciæ & Italię peregrina, ex Perſia, vnde nomen habent, Romam aduecta, in Aprili vna cum amygdalis, ſed flore rubicundiore, in vineis florent: aqua in qua perſicæ flores amarulenti ſepties macerati ſunt, cum ſachare ad ſpiſſitudinem zulapii decocta, vermes vna cum aſtrictæ alui excremẽtis protrudit. Hæc ſi variis inſulpta characteribus naſci velis, tum oſſa eius ſeptem diebus terra obruta, poſtquam dehiſcent, nucleos exemptos cinabari exarato & rurſum intra teſtas diligenter compactos ſub terra reconde, & perſica ſuis inſcripta characteribus naſcentur. De horum genere ſunt duracina, à quorum nucleis, dentibus aut cultro caro eorum ægre auellitur: quæ detractis oſſibus ſolis, vel furni tepore ſiccata, vel melle condita, aut oxymelle vel muria, etiam ſi vmbilicum pomi gutta picis calentis oppleueris, vt ſic in vaſe concluſo innatare ſæpe cogantur, diu ea ſaporis iucundi conſeruabis. Sunt quo-

De perſicis iſta ſcribit Pallad. li. 10. tit. 7.

quoque de perſicorum claſſe ex Armenia poma, prædictis minora, ſtomacho tamen ſalubriora: & quia illa ſero in autumno, hæc vero in æſtate matureſcunt, præcocia quoque dicuntur. Sunt & alia plura perſicorum genera, quorum quædam in cenſu prunorum numerantur, vt Galeno, κοκίμηλα: de quib. Ariſtophanes grãmaticus ait: κοκίμηλα τὰς Λαχωνας καλῶν ἐξύμαλα πρεικά, ἄπυα ἄλεια. Sunt quoq; rei agrariæ ſcriptores, qui nucẽs à malis ita diſcernunt: vt nuces dicant omne pomum, quod foris duro cooperitur cortice, & intus latet quod edendo eſt: malum vero, id quod eſui eſt foris habeat, durum intus includat. Secũdum hanc definitionem, perſicum quod Sueuius poeta in ſuo Morero inter nuces molles refert, id eſt molles recenſet, Cloacius lib. 4. rectius inter mala enumerat: quæ tamen quia vobis omnib. digitis veſtris notiora arbitror, ſatis erit Græca Latinaq; illorum nomina & natale ſolum ſignificaſſe. Tum Geraldus: Langi, inquit, quandoquidem Cloacius citreum pomum, & Oppius, inter mala perſica enumerant, de his & Virgilium hæc dixiſſe veriſimile eſt:

De perſicis hæc Macrob. lib. 3. Sat. c. 15 Dioſcor. lib. 1 cap. 141.

Virgil. lib. 2. Georg.

Media fert triſtes ſuccos, tardumq; ſaporem
Felicis mali, quo non præſentius vllum
Pocula ſi quando ſæua infecere nouercæ, &c.

Quare vt totam perſicorum hiſtoriam nobis explices, æquum cenſeo, vt de citriis & arantiis quid tibi compertum ſit, enarres. Tum ego: ô Geralde, inquam, non tantum Cloacius & Oppius, ſed ipſe quoque Dioſcorides, citria inter mala Perſica enumerat, dum ait: Poſtremo, quæ Medica Perſicave aut citromala, à Romanis vero ci-

tria vocantur. Generantur enim, inquit Oppius, in Perside omni tempore, mala citria, alia enim præcarpuntur, alia matureſcunt. quod Pontanus veſter in Hortis Heſperidum eleganti carmine ita teſtatur:

Pontanus lib. de Hortis Heſper.

Mala nitent virides primum referentia frõdes,
Hinc rutilant, fulnoq; micant matura metallo.
Flore nouo ſemper, ſemper quoq; fœtib. aucta.

De fœcunditate citri Plin. li 12. cap. 3. Pallad. lib. 4. cap. 10.

Vnde Theophraſt.: Media, inquit, regio & Perſis tam alia plura malaſecit, quam malum perſicum, ab aliis medicum quoque vocatum. habet arbor eius folia ſimilia & fere æqualia lauro, portulacæ, ac iuglandi: aculeos quales pyrus ſylueſtris, aut oxyacantha, ſed leues, acutoſq; vehemẽter, & validos. pomum eius non manditur, ſed odore præcellit. eiusque arboris folium odoratiſſimum eſt: & ſi in ſcriniis pomum eius intra veſtes ponatur, à tinearum roſione inoffenſas conſeruat. Anhelitus graueolentiam arcet, ſi decocto pomorum eius os colluitur. Comeduntur & poma eius, in prægnantium malacia, quam Græci ciſſam vocant. Præſens quoque remediũ, ſi quis deleterium pharmacum biberit & ſemina cum pomorum ſucco contuſa cum vino biberit: per ventrem enim pharmacum extrudit. vnde Oppius inquit: Citreum eſt odoratiſſimũ, quod veſti interiectum tineas necat. Vnde Homerus, & Næuius poeta veſtes citroſas cognominant. Refert & venenis eſſe ita contrarium, vt tritum cum vino, purgatione virium ſuarum bibentes ſeruet. Tempore Theophraſti ac Plinii pomum non edebant, ſed veluti theſaurum (Athenæo teſte) in ſcriniis cum veſtimentis reponebant.

Ex Theophraſti de hiſtoria plant. lib. 4. c. 4. Athen lib. 3. hæc repetit.

Efficacia citri contra virus. Athẽ. li. 3.

Digitized by Google

bant. Quam vero efficax ſit contra omne virus remedium, vel ex hac Athenæi de duobus latronibus ſicariis hiſtoria, coniici poteſt, quos ad virulentas beſtias condemnatos in Ægypto refert: verũ cũ ad ſupplicii theatrũ, beſtiis virulẽti atrocitate efferatis plenum deducerẽtur, mulier cauponaria illis obuia, ac horum miſerta, citrium quod manu habebat illis edendum præbuit. quo comeſto, cum illæſi & citra noxam cum draconibus colluctarentur, accerſito à præſide carceris præfecto, Ecquid alexipharmaci præbibiſſent, vel ediſſent, perconctatus, nihil præter citrium reſpondit. præſes igitur de viribus citrii certius periculum facturus, alteri tantũ de citro præbuit, cui item beſtiarum virus nihil obfuit: alter vero ab aſpide morſus, quam primũ in theatro concidit, & exſpirauit. Nec diſſimiles vel impares contra toxica vires Theopompus rutæ attribuit, qui refert, Clearchum Heracleoti tyrannum multos aconito interemiſſe, veneno quod in Aconis iuxta Heracleam locis naſcitur. hoc cũ ſubditi reſciuiſſent, nullus antequam rutam cõediſſet, domo egrediebatur: quo ab aconiti virulentia ſoſpites euadebant. Martialis aſſerit, citrum arborem in Aſſyria nunquam pomis carere. Vnde Plin. eius poma mala Aſſyria appellat. q̃ verũ eſſe, Palladius in Sardinia, & in ſuis Neapolitanis fundis quoq; comperit. Ea vero dum matura ſunt, colore aureo fulgẽt. Vnde Chryſomela dicuntur, & Arantia, & ab Athenæo mala Heſperica, quæ Hercules, ſubacto dracone q̃ ea in hortis Heſperidum cuſtodierat, fertur in Græciã & ad Euryſtheum regẽ aſportaſſe. His dictis accurre-

Fabulã de aureis Heſperidum malis exponit Solin. ca. 33. Diodor. Sic. lib. 5.

Digitized by Google

bat hospes anhelus,& sibi cras ex Alexandria affuturos hospites annunciabat, qui quouis biennio totam Ægyptum perlustrarent,secumque ex ea tam salubria quam noxia pharmaca afferrent. Quare vt de illis possemus singula perscrutari, & non temere quicquam statuere, suasit vt tempestiue somnum capesseremus,& illis cras in prandio adessemus. Placuit id omnibus summopere. quare incœptam de venenis Ægyptiorum ,& illorum antidotis disputationem,in crastinum distulimus. Quicquid ergo ab illis explorauero,eius te Critobole participem quoque reddam.

OBSCVRA DE VENATORIIS GALlorum & Ægyptiorum venenis problemata,& nomina. Epist. LXVIII.

ALTERO vero die,mane in diluculo, in æde diuo Marco consecrata, à Deo peccatorum veniam supplices deprecati, vt hesternæ cœnæ crapalam dissiparemus,in littore maris,prope forum piscarium deambulauimus,donec fessis iam tempus prandii appeteret. Cumque in xenodochio pransuri conuenissemus,ibi ad focum, Philiatrum, Crateiam,ac Botanophilum, medicos herbarios,considere vidimus. Tum in amicitiæ symbolum iunctis,capite prius detecto, dextris: Saluete,inquam,viri,vt hospes nobis refert,multarum rerum peritia nobiles:nobis tamen ob natalis soli fortan interualla ignobiles, nisi quod fermo vestervos esse Ethruscos,vestitus vero ex Ægypto aduenas prodit.quum igitur Ethruria & Latinus ager,quem Circe venefica incoluit, co-

pia

Digitized by Google

pia medicamentorum tam salubrium quam virulentorum adeo abundet, vt Æschylus isto elegia-co testatur,

Gens Tyrrhena suis clara veneficiis:

Dicite vos obsecro, quid vos compulerit, per loca deserta, serpentibus, crocodilis, draconibus infesta, Ægyptum adire ac perlustrare? Tum Crateias: Vir optime, boni consulo, inquit: nescio enim quo alio quam amici nomine te dignet. nos quidem non vt mercatores auri sacra fames adegit, sed quia & veterum monumenta testantur, Democritum & Pythagorã ad Persarum Æthiopiæ & Ægypti magos, primos astronomiæ & Magicæ artis medicamentorum auctores, profectos, vt ab illis magicas herbarum vires explorarent, de quibus Democritus & Pythagoras omnium primi volumina Apollini & Æsculapio dicata condiderunt: & Theophrastus Ægyptum Nili effluuio fœcundam, salubrium ac deliburiorum medicamentorum copia, Ethruriam longe superare, Homeri testimonio probat, qui Menelaum & Helenam, nobile illud Nepenthes, omnis luctus & mœroris pharmacũ, multaq; alia quę Polydamna Thonis Ægypti regis vxor ei dono dederat, ex Ægypto in Græciã attuliſſe tradit:

τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόωσα,
ἐσθλά, τά οἱ πολύδαμνα πόρε, Θῶνος ἀκοίτης,
αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δ' ὀλοά.

Vidisse vos (subiunxit) arbitror, & legisse mea & Metrodori volumina, in quibus herbarum effigies, subscriptis effectibus depinximus, ple-

De herbarum scriptor. hæc Plin. lib. 25. cap. 2.

Ægyptus venenis fœcunda, Theophr. lib. 9. cap. 15.

De herbarum pictoribus hæc plin. lib. 25. cap. 2.

ralque nobis inexpertas. Atqui, vt Galenus refert temerarium sit facinus tantum lecta, & non experta conscribere. decreui itaque & Ægyptum, deleteriis fœcundam, peragrare. vnde nos, Dei auspicio, tot pericula emensos reduces videtis. Tum ego: Nos inquã faustum ac felicem, vobis ad patrios natalis soli limites reditum precamur, & cõgratulamur: cuius nos quoque fore participes confido. poteritis enim nobis magnum eximere scrupulum, qui nos diu torsit. Nostis haud dubie, ferocem illum Turcarum imperatorem, truculentissimarũ gentiũ, Parthorum, Scytharum, Arabum, Ægyptiorum, Dalmatarum ac Dacorum subsidio, nos Christicolas oppugnare: qui nõ modo, vt Galli & Hispani ad occidẽdas feras, sed vt nostros milites quoque lethali veneno perdant, tela eorum toxico inficiũt. quæ quum ex composito hactenus nos celarunt, quis obsecro iustis alexipharmacis, nostris militib. faucijs medicam ferre opẽ potest? Quoniam igitur, vt hospes nobis significauit, & nomen ipsum incidat, Philiater Polyclas, vt hæc exploraret, multa per mare, per terras iactatus & alto, passus, sudauit denique & alsit: eum omnes vno ore supplices obtestamur, vt ob salutem Christianorum, quid in hac peregrinatione de illis compereric, nobis communicet: ac hisne gentibus omnibus vnum commune toxicum, an vnicuique sit proprium: quodque huius sit denique antidotum. Tum Polyclas: ô Langi, inquit, quamuis ardua, & quæ ingenij mei superant vires, ob Christianorum tamen salutem magno atq; præclaro quidem nomine exigis, tibi ea conditione gra-

gratificabor, qua olim Orpheus theologus, Orus Mendeſius, Aratus, & Heliodorus, poetæ Græci, toxica coinſcripſerunt, non vt ſcelerati his impias manus coinquinarent: ſed vt innocentes, ſuis antidotis tueri ſe, horumque vires obtundere poſſent. Hæc enim omnia generali nomine toxica appellabant: quia barbari ſagittas telaq; ſua, quæ toxeumata dicunt, his inficiebant. proprium tamen Parthorum & Scytharum toxicum, quo ſagittarum aciem inũgebant, humano ſanguine, & viperina ſanie conſtabat, irremediabile ſcelus, quid mortem leui tactu, ea qua ſagittæ celeritate accelerat: quod poetæ ideo finxerunt ex Lerneæ hydræ ab Herculis ſagitta occiſæ cruore enatum, vnde & toxicum appellarunt. quod Scythicũ etiam ideo dicitur, quoniam (vt Ariſt. refert) Scythæ viperas iam enixas venantur: quas captas, dies aliquot donec in ſaniem comprutuiſſent, cõtabeſcere ſinebant: deinde toto vnius hominis ſanguine in ollam effuſo, eam exquiſite coopertã, fimoque obrutam cõputreſcere ſinebant: cuius tãdem ſupernatans ſanguini ichor, vel ſerum, cum viperina ſanie permixtum, lethale Scytharum toxicum erat. Qui hoc potarunt, his lingua labiaq; intumeſcunt, nec mente ſibi conſtant, ſed rabie efferati, inſtar luporum vociferantur. His autem paſſum cũ oleo roſaceo potũ, raporumq; ſemen ex vino hauſtũ ac crebra vomitione redditũ auxiliatur. Cottonea quoque mala conciſa, ac cum pulegio comeſta, eos ita iuuant, vt reliquum tamen vitæ artoniti degere cogantur. At Ægyptij cum ſuis toxicis, & Arabes, cautius egerunt: ac ne illorum confectiones temere inuulgarentur,

De toxico Parthorũ Plin. lib. 11. ca. 52. Ouid li. 1. de Ponto. Luca. li. 3. Ariſt. de mirab. aud. Nicandri interpres in Alexiphar.

Cottonei mali cõtra toxica vtitur. Hæc toxica alexiphar. Nicander & Dioſco. lib. 6 cap. 20. tradũt.

eas saltem per manus posteris tradiderunt, vt olim Gallorum Druides sacra sua ex visco pharmaca. Quis enim modo nouit, an Pharicum Ægyptiorum venenum simplici medicamine, an cõposito constabat: nisi Hesychius, φαεικὸν, dixisset, ὃτι φάρμακον σωθὲν θανάσιμον? cuius quidem nomen & noxias vires Dioscorides & Nicander posteris prodiderunt, sed compositionem vterque penitus obticuit, Nicander quidem ita nos in Alexipharmacis admonet,

μιὴ δ' ὅτε γ' ἐχθομένῃ λυθῇ πόσις, ἣ γὸ ἄϊδηλα
φαεικῶ, ἢ γναθμοῖσιν ὑπὸ βαρυὼ ὄπασε μόχθον.

Poculum certe eius vno die homines mente attonitos, conuulsos, ac furore percitos interemit. huic malo exitiali medetur vinum absinthites, cũ momento cinnamomi, & ex Cilicia nardo, potum. at efficacissima eius antidotus fertur esse malum cottoneum, Struthion appellatum: cuius etiam vires solus odor cottonii, etiam rhisco inclusi obtundit, eneruat, & ab eius virulentia præseruat. Vnde Philarchus in sexto Historiarum libr. ait. Cottonia mala suo odore omnium deleteriorum vires obtundere. Nam & Pharicum, inquit, pharmacum rhisco, quod cottonea olet, impositum, emacescit, eiusque vires omnino dispereunt, manifesta quadam ἀφανισμὸς. Hoc quidem venenum Praxagoras, à pharmacopola quodam eius inuentore, Pharicum: alii quod in φάρις Arcadiæ reperiatur, dictum esse contendunt. alii in Pheris Thessaliæ, alii circa Pharim Laconiæ oppidum repertum asserunt. Nec defuerunt, qui medicum ex Colchide Medeæ veneficii poculum, Pharicũ quoque appellarunt

De pharici veneno, & cottoneis, hæc Athen. lib. 3. ex Philarcho.

runt: nec nomen à Pharo excelſa illa in portu Alexandriæ turri deducerent, quæ nocturnis choruſca facibus, nautis, ne ſcopulis illiderent, tria, ſed anguſta, quaſi alueos, Alexandrini portus vada indicabat, vt Statius in Syluis ait:

De Pharo turri Alexandrina Solin. cap. 41. Egeſip. lib. 4. cap. 2. Statius li. 3. Sylu. Lucan. lib. 9.

——Sed trepidis vbi dulcia nautis
Lumina noctiuagæ tollit Pharus æmula lunæ.

id quod & Lucanus teſtatur:

Oſtendit Pharus Ægyptia littora flammis.

Sed qui exactius Pharici virus nomenclaturam ſcrutantur, à Pharo inſula nomen obtinuiſſe contendunt, quæ olim tantum vnius diei & noctis velifico nauigiorum curſu, à terra aberat, modo Alexandriæ ponte coniuncta, diuerſis iobolis & aſpidib. infeſta: quibus Canopus intoxicatus, Menelai nauclerus, ibi interiit. Sed vt natura horum perniciem certis remediis compenſaret, pharmacis fœcundam effecit, quæ Menelaus vna cum Helena viginti dies in ea detentus, plurima ſecum in Græciam detulit, partim noxia, partim ſalutaria. Sic Aſclepiades ex vino & porri ſucco ad mellis ſpiſſitudinem decoctis, electuarium ſanguinem excreantibus ſalubre conficere docuit, quod pharos quoque nominabat. Verum enimvero nimis prona ad veneficia videtur animalium natura. Bruta quidem intra ſe virus habent, quib. ſeſe tueantur: at homo plura reperit, maleuola quadam ſolertia, toxica, quibus hoſtes ſuos in bello oblæderet, quale eſt dorychnii agreſtis plantæ, candore, ſapore, & odore lacti ſimilis virus, quod quia eo δόρυ, cuſpides in bello inungebantur δορύχνιον Romani ac pariter Græci appellarunt: Crateias halicacabum ſolani fu-

De Pharo inſula Homer. Odyſſ. 4. Plin. lib. 13. ca. 11. & lib. 5. cap. 31.

De Pharo Aſclepiade, Gal. lib. 8. de compoſ. med.

De dorychnio hæc Nicander in Alex. Dioſc. lib. 6. c. 4. Gal. lib. 2. de Antidotis.

Digitized by Google

rioſi ſuccum dicit, qui intoxicatos continuo ſtomachi ſingultu, & tremulo ceruicis motu cõtulſos, ſanguinis eructuatione concuſſos interimit: niſi quis Aſclepiadis conſilio fretus, illos lac bubulum, dulce ac eſculentum, conchularũque ac maritimorum cruſtaceorum, nempe carabi & aſtaci ius, affatim ingurgitare coegerit. Ac olim quidem certe quouis modo vel armis vel veneficio interimere hoſtem phas erat. ſic Mithridates rex Ponti, vt hoſtes proſequentes necaret, aquas veneno infecit: Iugurtha quoque fontes & pabula veneno corrupit in Africa, quo ſtratagemate quamuis ſcelerato, & Iuba rex fertur vſus. at Aquilio Romano, magno crimini eſt adſcriptũ, quod impuris medicaminibus in Aſia Romana polluiſſet arma. Præclarius eſt autem fortitudinis ſpecimen, hoſtem armis, & robore corporis, quam veneno proſternere. Quare Galli & Hiſpani maiori præconio ſunt digni, qui vel hodie toxico non ad interimendos homines, ſed ad occidendas in venatione feras, vtuntur. Sic venatores in Gallia Narbonenſi aconito, quod thoram appellant, lupos & capreolas capiunt: cuius radix glires & pantheras quoq; enecat, ob id Myoctonum & pardalianches dicta. Habent & Galli herbam limeum dictam, qua ſagittas in venatione tingunt, quod venenum ceruarium vocant. Vnde Ariſtoteles refert, Celtas Gallos habere pharmacũ, quod ζωικὸν vocant, tam præſentis veneni, ſubitoq; putrefacientis, vt quamprimũ animal aut ceruus eo læſus tõciderit, confeſtim accurrãt venatores, antequam virus penitius diſpergatur,

Deveneno ceruario Plin. lib. 27. ca. 11.

Deveneno Celtarum toxico, hæc Ariſt. de mirabil. aud.

Digitized by Google

gatur,aut putreſcat, carnemque ſauciatam telo viruléto excidant,ad ſpithami circa vulnus latitudinem.Huius antipharmacnm eſſe,tradit folium querci,& fagi: aut aliud foliũ,quod à coruis, qui eo ſibi medentur, coracinum appellant. & quia folia quercus Nicander & Dioſcorides aſſerunt eſſe ephemeri veneni à Medea in Colchis reperti,antidotũ,pleriq; hoc Celtarũ toxicum eſſe ephemerũ ſuſpicantur. Alii vero ſylueſtre ellebo-rũ,aut Columellę conſiliginem:quod A. Gellius tradat, Gallos in venatib.tingere elleboro ſagittas,ꝙ iis ictæ & exanimatæ feræ,teneriores ad epulas fiant:ſed propter ellebori cõtagium,vulnera ex ſagittis facta circũcidere latius dicũtur.Et Pl.Galli,inquit,ſagittas in venatu tingũt ellebo ro,circũciſoq; vulnere,teneriorẽ fieri carnẽ affirmant.Nec ſolũ Galli,verũ & Hiſpanorũ agricolę in regno Nauari & Portugalliæ, ex elleboro,qué pedigábrã aut yſambrá appellant,toxicũ cõficiũt quo ceruum,vix quarto à Granato oppido ampliſſimo,lapide interemptum, citra noxam comedimus.Non deſunt,qui coniectura haud dubia affirmant,hanc ellebori ſpeciem eſſe, non illud aromaticum helenium, ſed Aegyptiacum, & Græcorum quoque helenium virulentum: quod quia optimum in Helicone naſceretur, Dioſcorides veratrum heliconium appellauit.de quo Paulus Aegineta ex Galeno ita ſcribit: φασὶ δὲ τὸὺς Δάκας καὶ Δαλματας βελοπλόκοις τοῖς ἀκίσι ἐλλεβόρου τι,καὶ νῦν καλούμενον,καὶ ὅταν ἁμιλλῶνται μὲν τῷ αἵματι τῷ προσκειμένων αὐαίρειν, ἐσθιόμενον δὲ καὶ ὑπὸ αὐτῶν ἀβλαβὲς εἶναι, καὶ μηδὲν ἡραῖ. id eſt, Ferunt Dacas & Dalmatas,ſpicula helenio,quod Ninũ vo-

De ellebo-ro hæc Gell. lib. 17.cap 16. & Plin.li 25.cap.5.

Hiſpanorũ ex ellebo-ro toxicũ.

De helenio toxico Dacorum Galé. li. de theriaca ad Pisonẽ, Paulus li. 6.cap.88.

Digitized by Google

cant, illinire, quæ cum ſanguine in vulnere commixta virulenta ſunt, atque interimunt: guſtatum vero ab illæſis, eſt innoxium: nec quicquam mali, niſi cruori commixtum, affert. Vnde Cornelius Celſus: neque Hercules, inquit, ſcientiam præcipuam habent hi qui Pſilli nominantur, ſed audaciam, vſu confirmatam. Nam venenum ſerpentis, vt etiam quædam venatoria venena, quib. Galli præcipue vtũtur, nõ ingeſtu, ſed in vulnere tantum nocent. ideo colubra ipſa tuto eſtur, ictus eius occidit. ergo quiſquis, modo in ore, palato & gingiuis ſit illæſus, exemplum Pſilli ſequutus, vulnus exſuxerit, & ipſe tutus erit, & tutũ hominem præſtabit. Ego tamẽ ob affluxum cruoris inſperatũ, helenio non libenter vlcus humidum & ſordidum purgarem, vt Gal. ſuadet, qui paſſim hoc helenium inter herbas acuti vigoris enumerat. vnde Nicandri interpres refert, Arabes Gerræ ciuitatis incolas, intoxicatos curaturos, eorum alexipharmaca ita probare: aliquam pedis eorum partem, ſcalpro inciſam, & cruentam toxico illinunt, & quamprimum per ſanguinem diſcurrit, aut diſpergitur, ne virus cor ſubeat, ocyus antidotis toxicum detergere. Nec vllum huius toxici remedium, cottonei mali ſucco præſentius, Hiſpani nouerunt: quo etiam ſcammoneæ virus & corrigitur, & obtunditur. Tum his dictis, omnes gratias Philiatro egimus, quod virulentum Galeni helenium, omnib. medicis modo ignotum, ac reliqua venatoria Gallorum toxica nos docuiſſet. Verũ cur ea nõ guſtata, ſed cruentis illita vulneribus tantũ occidant, à Botanologo, herbarum pertitiſſimo, ſciſcitabamur. Tum

Cor. Celſ. lib. 5. cap. 27.

Gal. lib. 5. de cõpoſit. medic. genera. Nicã. interpr. in Alexipharmacis.

Cottoneũ malum toxico reſiſtit.

Botano-

Botanologus: Viri, inquit, multarum rerū peritia clari, vereor vos dudum explorata perconctari: tamen quid sentiam, vos non celabo. Ex Theophrasto probe nostis, Thrasiam quendam, historiæ radicum consultissimum, ac quosdam pastores, integres ellebori faciculos citra noxam deuorasse: & tamen eo Gallorum Hispanorumque venatores occidere feras: ceruos, & homines quoque saucios, vel solo eius contactu, & experientia, & præter Gellium Plinius quoq; & Celsus testatur. Sed id de Galeno, altero rei medicæ Æsculapio, non satis admirari possum, qui de theriaca ad Pisonem, empericos grauiter incessit, quod hos admirandos pharmacorū effectus cognoscere gaudeant, causas vero scrutari cunctentur: quas tamen nec ipse nobis satis clare reddidit, nisi quod æque admiranda nobis obtrudit, nempe morsus, ictus, ac virulenta iobolorum vulnera, eisdem à quibus inflicta sunt curari: crocodilorum morsus, eorum seuo aut pinguedine inunctos, sanare Ægyptios: & murem araneum, quem Græci μυγαλῆν appellant, ac scorpionē, letales eorū ictus, inspersos, & oleis quoq; in quib. macerati sunt, recte curari asserit. sicut cocoethes Telephi vulnus etiā nō, nisi auctore vulneris Achille ipso curari potuit: quod rubigine ab hasta sua detersa sanauit Achilles. Sed horum omnium causam vel sponte obticuit, vel saltem dissimulauit. quā tamen in libro de Temperamentis multis ambagibus scrutatur, dum ait: Vt summatim dicam, nullum pharmacum intus assumptum, & externe applicitum, pariter operatur: neque viperæ virus neque rabidi canis spuma, nec aspidis

De helleboro hæc Theophr. lib. 9. cap. 18. Toxicum Hispanorum quare sauciatis tantum lethale.

Galen. causam effectus helenii obticuit.

De iobolorum ictus cura hæc Galen. ad Pisonem, & lib. 10. de simpli. medic. Columel. lib. 7. cap. 15.

Telephi vulnus rubigine ferri curatum. testis Plin.

Gal. lib. 3. de temperatura, hæc copiosè.

d by Google

venenum,intus quidem ſumptũ, ſicut ſinapi, cæpe,& alliũ,ac alia quę exedendi acrimoniã habẽt, dum intra corpus concoctricis facultatis vires ſuſtinere coguntur,alterantur quidẽ, diſcernuntur, & purgantur,aliisq; multis commiſcentur humoribus:ſic diſpartita, paſſimq; per corpus diſperſa, in nulla particula ita continue morãtur, ſicut foris cuti applicita,vel vulneribus infixa. Sed hanc cauſam plus ponderis habere arbitror, qua traditur, quorundam deleteriorum vires quibuſdam rebus &ſuccis obtundi:vt pharici veneni,helenii, ac Colchici virus,pulegii, nepetę, ac citoniorum ſucco eneruari, & vicißim aliis ſuccis vegetari & exacerbari. Sic certe ex putrida viperarum ſanie toxici vires, admixto humani cruoris ichore, reddũtur vegetiores. Quid enim quæſo obſtare poterit, quin humanus cruor helenio commixtus,in vulnerib. nonidem præſtare queat? vt eo citius ſanguinis ac ſpirituum infectorum vehiculo,cordis aut aliorũ membrorum,quæ hoc venenũ reſpicit,penetralia irruere poſſit? Non enim certe quoduis venenum primum cor petit: ſed habent ſua,ex congenita & cœleſti virtute membra ſibi dicata,quę etiam foris applicata primario affectu infeſtant. Sic cãtharides manu derentos, aut genui impoſitos, cruentum vrinæ profluuium proritare: leporem marinum, pulmonem oblædere: hydrargyrium inunctum,dentes,gingiuas,cerebrum,neruos,&epar offendere experimur: quorũ vires tandem cor quoq; perreptare, nemo inficiabitur. Cum hæc à Botanologo dicta omnes approbaſſent: Tandẽ, inquit Crateias, ô Anonyme,dic quęſo,ſi famelicus eſſes, audereſne car-

Venena non primum cor, ſed membra appropriata petunt.

Cantharidum,leporis marini, & hydrargyri proprietas.

A toxico capi ac ſenſo ſe non o-

ne carnẽ ceruorum, qui toxico interierũt, edere: aut & piſces, quos Cãpani ariſtolochiæ rotundæ puluere, admixta calce, pacato æquori inſperſo capiunt, ad quẽ piſces agminatim cõfluunt? quẽ cũ deguſtarint, exanimati, ſupernatantes manu piſcatorũ cõprehẽduntur. Pari aũt ratione audio Germanos & Italos, paſtillis ex cocculis de leuãtho, id eſt oriente allatis, baccis lauri ſimilibus, cymino, caſei tetrimate, farina tritici cum vino ſublimato coadunatis, ac amnibus pacatis inſperſis ineſcatos & horum virulento illicio ſtupefactos, manu capere. Dic quæſo, an his veſci auderes? &, an edẽdo arbitraris eſſe noxia? Tum Anonymus reſpondit: O Crateia, hæc dum cruda ſunt, venenoſa qualitate participare, vel ex hoc cõiicere poteſtis, quod pardi crudis carnibus, aconito delibutis, capiuntur, vnde Pardalianches appellatur: & pellibus vulpium atque luporum aconito captorum, quantauis induſtria præparatis, pili excidunt, vnde Lycoctonum vocant: raphanus infixis veratri albi radiculis, illarũ virib. imbuitur: & ſi crudus cõeditur, eadẽ quæ elleborus operatur. Quare venenum per totam corporis intoxicatorum molem crudam diſpergi, nemo dubitat: quod dum in veru ignis calore, qui omnia luſtrat torrentur, vel elixantur, diſſipatur & euaneſcit. Nam vulnera à venenatis animalibus illata, ſi candenti ferro vruntur, calore eius virus inſumitur. Sic & Hippocrates peſtiferam aeris in Græcia luem ignis incendio expiauit, quo aduenticias veneni, in rebus ab hoc alienis, qualitates, facilius cognatis corrigi poſſe, nemo rerum cauſarumque naturalium peritus negabit. His dictis,

Captura piſcium cum ariſtolochia: Plin. lib. 25. cap. 8.

Captura piſcium cum cocculis de Leuátho.

Ignis calor veneni reſiſtit.

Digitized by Google

consobrinus meus Georgius: Certe, ait, quicquid sit, nescio: hoc scio, ex vino Cretico, vel piscibus soporiferis, cocculorum orientalium baccis captis, grauem mihi somnum obrepere. Porro quum & tempus iam, & ratio, ne aduenis molesti essemus exigeret, quisque domum concessit alteram inuitationem expectaturus. Atque vt tu quoque nostri conuiuii esses particeps, hæc vt acta sunt, tibi per literas communicare volui, vt spopondi. Vale.

An Veneno Alta Edendo Sint innoxia. *Epistola* LXIX.

ADeras nuper Pamphile, quando Comitis Palatini venatores & aucupes, quos quædam contra iobolorum virulentos ictus antidota docueram, mihi anates, palumbos, hyoscyami pastillis inescatos, præterea coturnices & sturnos ex ellebori ac cicutæ pastu obesos: ac pisces cocculis de lephanto, vel nuce vomica captos, offerebant: vbi territus, quia venenis alerentur, non minus fideliter, vt ab illorum esu mihi temperarem admonuisti, quam Aristoteles Alexandrum regem hortatus fuit, sibi vt à coitu puellæ, omni puellari veneris decore venustæ, sed napello nutritæ, caueret: quam rex Indorum, vt illius contagione inficeretur, Alexandro dono miserat. Nec enim falso ista ex scintillantibus, & serpentium more nictabundis puellæ oculis, Aristoteles præuidit: nec omnino euentus defuit. nam quicunque cum puella, ab Alexandro repudiata concubuerant, eius contagione infecti perierunt.

De puella napello nutrita. Aristot. in lib. de reg. princip. Auerr. in prooem. 3. Phys. & Auicenna. De coturnicibus ac sturnis Lucret lib. 4.

Digitized by Google

sierunt. At ego Pamphile mi, fidum tuum consiliũ grato quidem animo amplector: verum de anatibus, coturnicib. ac sturnis, nihil tale vereor. quamuis Aristot. scripserit καρπούς τινας ἡμῖν μὲν ἀβρώτους, ἄλλοις δὲ βρωσίμους, ὡς ἐστιν ὁ νοσκύαμος, καὶ ὁ ἑλλέβορος, ἀνθρώποις μὲν θανατῶδες, ὄρνισι δὲ τοῖς ὄρτυξι. Idem asserit Lucretius, de secta Epicuri poeta dicens:

& 5. Arist. lib. 1. de Plantis. & Galen lib. 3. de simpl. medic. & lib. 2. de Alimẽ.

Praterea nobis veratrum est acre venenum,
At capris adipes & coturnicibus auget:
Quippe videre licet, pingueſcere ſæpe cicuta
Barbigeras pecudes, homini quæ est acre venenũ.

Napellum Arabum non esse aconitum, sed cicutã Græcorũ, Auerrois 5. colliget cap. 24. Qua ratione venena digerũtur, aiunt, & non obsunt. Theophr. li. 9. ca. 18. Galen. lib. 3. de temperat. & lib. 3. de simplicib medicam. Consuetudinis in cibis efficacia, quæ est natura acquisitia Gal. & Theophr. Hippoc. in reg. acut. lib. 3.

Fatcor equidem Pamphile, has volucres, coturnices elleboro, sturnos cicuta, quam Arabes ac Auerrois napellum dicunt, vesci. At hęc nec ipsis, nec aliis animalibus, aut hominibus, qui horum esui sensim assueuerunt, aut quorum tota congeniti caloris substantia, qua struthio etiam ferrum digerit, fortis est, esse venenum. Nam vt Theophrastus ait, omnium pharmacorum vires debiliores in assuetis deprehenduntur, in nõnullis etiam omnino inertes. Porro fit, vt quædam ex medicamentis, propter hominis assuetudinem, vim suam amittant, nec amplius medicamina esse possint. Cum enim à natura acceptam tur, deuincuntur, conficiuntur, non amplius inter medicamenta censeri possunt: & vt Thrasias, Mantinensis medicus, radicum peritissimus, naturas singulatim discernens, dicere solebat: Idem medicamen aliis, aliis vero non esse medicamen. Quidquid enim calore, aut congenita vel ex consuetudine acquisita corporis proprietate alterarum, in corporis alimoniam digeritur, id a-

Digitized by Google

Galen. lib. 3. de temperatura, de anu Attica.

lito venenum esse non potest. Sic potro puella illa Indica, & anus illa Attica, à momento cicutæ, quod natura euincere & concoquere posset, assueuere integros cicutæ manipulos innoxie deuorare. Sic modica cicutæ sorbitione Ægyptiorum sacerdotes, vt Hieronymus in epistolis refert, se impune castrabant, assueti πιεῖν (inquit Galenus) δυνάμενα τὰ ἔθη, καὶ φύσεις δύσκρητους: id est, plurimum pollere consuetudinem & naturas acquisititias. Sic venena quotidie, præsumptis tamen remediis, hausta, Mithridati à consuetudine innoxia fuerunt: adeo vt captus à Pompeio Magno, in carceribus veneno se interimere non potuerit. Sed cicutæ succum non assuetis, & puluerem quoque, esse lethale & soporiferum venenum, Athenienſium supplicia indicãt, qui morte condemnatos sorbitione cicutę interemerunt: quam & Socrates, impietatis condemnatus, in carcere hausit. Sed qua ratione celeriter & sine cruciatu inferret mortem Thralias Mantinensis, & Alexias eius discipulus, ingenij acrimonia præceptore p̃stantior, ac Chij cõficere nouerãt. Deinde illud te obseruare oportet, venenosæ contagionis seminaria, calore concitata, in viuorũ corporibus energia esse longe vegetiora; in defunctorum corporibus, calore extincto, fere consopita. Vnde in veneris cum muliere, morbo Gallico infecta, conflictu, quo corpus & spiritus, veneni vehicula, incalescunt, contagionis seminaria fiunt nocentiora: quæ in feris ac volucribus toxico intemptis, præcipue, si ignis feruore in veru torrentur, vel in lebete elixantur, ignis calore dissipata, difflantur & euanescunt. His mi

De Mithridate hæc Plin. lib. 25. cap. 2.

Socrates cicuta obiit.

Cicutæ vires. Theophr. li 9. cap. 17. Dioſc.

Pam-

Digitized by Google

Pamphile perſuaſus, ſi volucres aut feras veneno paſtas vel captas, nihil abominaris, precor vt cras cœnę, ad horam quintam in ædibus meis interſis: vbi hæc cum optimis carbonibus toſta, partim quoq; elixata, apponentur: vna cum mero & cottoneis melle conditis, præſentia omnium deleteriorum alexipharmaca. Vale: & da operam, ne tua perſona in amicorũ ſympoſio deſideretur: Iterũ vale: & quo minus iſta fercula abhorreas, cogita gallinas viperis ſaginatas, & tandem elixas, labe elephantiaſis infectis fuiſſe ſalutares.

Gallinæ viperis ſaginatæ medentur elephantiaſi.

De Varia Stirpium, Frvgvm, animalium, & humani ſexus metamorphoſi. *Epiſtola* LXX.

Cauſam tranſmutationis plã. Theoph. lib. 4. c. 6. & lib. 5. c. 8. Ariſt. lib. 1. de Plantis.

VALEANT tui, Bergkmanne, chymiſtæ ſpe Cræſo ditiores, inopia vero Codro & Iro pauperiores: qui, quamuis natura ſtirpiũ & animalium ſit ad omnes metamorphoſes, ob temporis anni, ex terra & ſtipitibus aliměti, cœli, natalis ſoli, ac culturæ varietatem, prona: ſubſtantiales tamen rerum formas nec ipſi, nec natura, niſi in proximas & cõgeneres ſpecies, tranſmutare poſſunt. Nam cum terra imbrium frequentia largiorem alimenti copiam præſtat, tunc degenerandi occaſio fit, quæ virtutem generandi non penitus tollit, ſed in aliam alterat. Semper, inquit Theophraſtus, ad proximum, & quod congener ſit, mutatio prouenit. ſic triticum in loliũ degenerat. nam omne triticum ſolo vliginoſo, inquit Columella, poſt tertiam ſationem conuertitur quoque in ſiliginem. et quod ad culturam ſpectat,

Chymiſtæ ſpecies rerum tranſmutare non poſſunt ſubſtantiales.

Cõlumella li. 2. c. 9. Theophr. lib. 2. c. 5. de tritici permutatione in lolium & ſiligi-

Digitized by Google

mille ſunt,quæ certa cultura ſaporem ac coloré, vireſque culta vel neglecta alterant. Mala enim punica acida,radicibus arboris ſuillo fimo obrutis dulceſcunt. Siſymbrium hortenſe , cultura neglectum,in menthain degenerare,Theophraſtus tradidit,ſiſymbrio fere congenerem. Porro eiuſmodi mutationes ita Theophraſtus accidere putat,vt aliquid ſimilitudinis velut tui chymiſtę faciant,non vt omnino ſpeciem exprimant alienam.Sic quoque natura ſoli , vt matrix ſuos fœtus,tranſmutare ſtirpes quoque poteſt. Nam ocymum in aprico loco ſatum,in ſerpillum abit:& teſte Galeno πρσαῖον φυτὸν εἰς Αἴγυπτον μετακομισθὲν, ἐξημάρη τὴν ἰδίαν: ἀλλὰ χρηστὴς ὑπολαβόμενον τροφῆς, τὸν καρπὸν ἰδώδιμον ἔφερεν.id eſt, Perſea planta translata in Aegyptum , ex bona fœcundi ſoli alimonia,fructum innoxie eſculentum profert: translata in Rhodum,ſine fructu tantum floruit. Pupulus alba depoſito ob ſenium &alimenti inopiam corticis leuore,ſucco effœta in nigram degenerat. Similes quoq; permutationes in animalib. & præcipue eorum generatione accidere , Theophraſtus teſtatur. Ex eruca ſane naſcitur aurelia,quæ mox in papilionem alatum conuertitur , Diomedis quoque de bello Troiano redeuntis ſocios,multis periculis attritos, vindice ſauciatæ Veneris ira,in volucres erodios aut ardeas tranſmutatos, Troiani belli hiſtoria refert: eaſque Diomedis templum in Apulia,prope Garganum montem,incolere,ac admirabili obſequio, roſtro aqua pleno,templi arcam aſpergere,Græcos aduenas blando alarum remigio applaudentes excipere:Barbaris vero infeſti , eorum capita per-

De ocymo & populo Theophraſt.li. 5. de Cauſis plant. cap. 8.

De Perſea hæc Galé. lib. 2 de Spermate, & lib. 6. de cauſis ſymptom.

De ſociorũ Diomedis metamorph. Auguſt. li. 18. de ciuit. Dei. c. 16. Ouid. lib. 14. metamorph. Pli. lib. 10. Ariſtot. de Mirab. auditu.

Digitized by Google

pertundere roſtro. Diuus tamen Auguſtinus inclytus Chriſtianæ fidei & veritatis antiſtes, ſublatis à latronibus Diomedis ſociis, alites hos, incolas ſubſtituiſſe, vt his figmentis Diomedis nomen accreſceret, ſuſpicatur. Qui tamen dum in Italia diuerſaretur, ſeſe audiuiſſe perhibet, quaſdã mulieres ſtabularias, deguſtato caſei veneficio, viatores, vt earum onera deferrent, in iumenta conuertiſſe: & Præſtantij pater delibato caſei veneno conſopitus, diu exanimis iacuit: experrectuſque tandem ſeſe caballum fuiſſe, ac onerarias clitellas & annonam militibus geſtaſſe dixit: quod verum fuiſſe compererunt. At hos mente quidem ratione vero nunquam deſtitutos, laboribus autem defunctos, priſtinam hominis effigiem recuperaſſe tradit. Sic Apuleius Magiæ diſcipulus, & affectati eloquii obſeruator, accepto veneficio, humano tamen permanente animo, ſeſe aſinũ factum indicauit, aut finxit. Nec enim, ait Auguſtinus, dæmones aliquid, præcipue in animã, operari poſſunt, niſi is permiſerit, cuius iudicia occulta ſunt multa, iniuſta vero nulla. Nec enim dæmones naturas creant, ſed ſpecietenus quæ à vero Deo creata ſunt, commutant: & præſtigiator ille phantaſmatibus homines, obſeratis ſenſibus illudit. Has terribiles hominũ metamorphoſes Virg. quibuſdam herbis Põticis, & carminib. Circes Homerus acceptas referũt. inquit enim Virg.

His ego ſæpe lupum fieri, & ſe condere ſyluis
Moerim, ſæpe animas imis exire ſepulchris,
Atque ſatas alio vidi traducere meſſes.

Euanthes vero tradit, Arcada quendã ex familia

De veneficio mulierum cũ caſeo. Auguſt. lib. 18. c. 18.

Hominũ metamorph. in iumenta Auguſt. li. 18. cap. 18.

De hominum in lupos metamorphoſi Plin. lib. 8. ca. 22. Solin. c. 9. Ariſt. li. 9. c. 36. & 8. c. 5. Aug. de Ciui. Dei. li. 18. c. 17.

Sacra Auguſtini verba ex li. 18. c. 18.

Quanta ſit dæmonum poteſtas.

cant, illinire, quæ cum ſanguine in vulnere commixta virulenta ſunt, atque interimunt: guſtatum vero ab illæſis, eſt innoxium: nec quicquam mali, niſi cruori commixtum, affert. Vnde Cornelius Celſus: neque Hercules, inquit, ſcientiam præcipuam habent hi qui Pſilli nominantur, ſed audaciam, vſu confirmatam. Nam venenum ſerpentis, vt etiam quædam venatoria venena, quib. Galli præcipue vtũtur, nõ ingeſtu, ſed in vulnere tantum nocent. ideo colubra ipſa tuto eſtur, ictus eius occidit. ergo quiſquis, modo in ore, palato & gingiuis ſit illæſus, exemplum Pſilli ſequutus, vulnus exſuxerit, & ipſe tutus erit, & tutũ hominem præſtabit. Ego tamẽ ob affluxum cruoris inſperatũ, helenio non libenter vlcus humidum & ſordidum purgarem, vt Gal. ſuadet, qui paſſim hoc helenium inter herbas acuti vigoris enumerat. vnde Nicandri interpres refert, Arabes Gorræ ciuitatis incolas, intoxicatos curaturos, eorum alexipharmaca ita probare: aliquam pedis eorum partem, ſcalpro inciſam, & cruentam toxico illinunt, & quamprimum per ſanguinem diſcurrit, aut diſpergitur, ne virus cor ſubeat, ocyus antidotis toxicum detergere. Nec vllum huius toxici remedium, cottonei mali ſucco præſentius, Hiſpani nouerunt: quo etiam ſcammoneæ virus & corrigitur, & obtunditur. Tum his dictis, omnes gratias Philiatro egimus, quod virulentum Galeni helenium, omnib. medicis modo ignotum, ac reliqua venatoria Gallorum toxica nos docuiſſet. Verũ cur ea nõ guſtata, ſed cruentis illita vulneribus tantũ occidant, à Botanologo, herbarum pertitiſſimo, ſciſcitabamur. Tum

Cor. Celſ. lib. 5. cap. 27.

Gal. lib. 5. de cõpoſit. medic. genera. Nicãdri interpres in Alexipharmacis.

Cottoneũ malum toxico reſiſtit.

Botano-

Botanologus: Viri, inquit, multarum rerū peritia clari, vereor vos dudum explorata perconctari: tamen quid sentiam, vos non celabo. Ex Theophrasto probe nostis, Thrasiam quendam, historiæ radicum consultissimum, ac quosdam pastores, integros ellebori faciculos citra noxam deuorasse: & tamen eo Gallorum Hispanorumque venatores occidere feras: ceruos, & homines quoque saucios, vel solo eius contactu, & experientia, & præter Gellium Plinius quoq; & Celsus testatur. Sed id de Galeno, altero rei medicæ Æsculapio, non satis admirari possum, qui de theriaca ad Pisonem, empericos grauiter incessit, quod hos admirandos pharmacorū effectus cognoscere gaudeant, causas vero scrutari conctentur: quas tamen nec ipse nobis satis clare reddidit, nisi quod æque admiranda nobis obtrudit, nempe morsus, ictus, ac virulenta iobolorum vulnera, eisdem à quibus inflicta sunt curari: crocodilorum morsus, eorum seuo aut pinguedine inunctos, sanare Ægyptios: & murem araneum, quem Græci μυγαλὶν appellant, ac scorpionē, letales eorū ictus, insperios, & oleis quoq; in quib. macerati sunt, recte curari asserit. sicut cocoethes Telephi vulnus etiā nō, nisi auctore vulneris Achille ipso curari potuit: quod rubigine ab hasta sua deterſa sanauit Achilles. Sed horum omnium causam vel sponte obticuit, vel saltem dissimulauit. quā tamen in libro de Temperamentis multis ambagibus scrutatur, dum ait: Vt summatim dicam, nullum pharmacum intus assumptum, & externe applicitum, pariter operatur: neque viperæ vitus neque rabidi canis spuma, nec aspidis

De helleboro hæc Theophr. lib. 9. cap. 18. Toxicum Hispanorum quare sauciatis tantum lethale.

Galen. causam effectus helenii obticuit.

De iobolorum ictus cura hæc Galen. ad Pisonem, & lib. 10. de simpli. medic. Columel. lib. 7. cap. 5.

Telephi vulnus rubigine ferri curatum testis Plin.

Gal. lib. 3. de temperatura, hæc copiose.

venenum,intus quidem ſumptũ, ſicut ſinapi,cæpe,& alliũ,ac alia quę exedendi acrimoniá habẽt, dum intra corpus concoctricis facultatis vires ſuſtinere coguntur,alterantur quidẽ, diſcernuntur, & purgantur,aliisq; multis commiſcentur humoribus:ſic diſpartita, paſſimq; per corpus diſperſa, in nulla particula ita continue morãtur, ſicut foris cuti applicita,vel vulneribus infixa. Sed hanc cauſam plus ponderis habere arbitror, qua traditur, quorundam deleteriorum vires quibuſdam rebus & ſuccis obtundi:vt pharici veneni,helenii, ac Colchici virus,pulegii, nepetę, ac citoniorum ſucco eneruari, & vicißim aliis ſuccis vegetari & exacerbari. Sic certe ex putrida viperarum ſanie toxici vires,admixto humani cruoris ichore,reduntur vegetiores. Quid enim quæſo obſtare poterit, quin humanus cruor helenio commixtus,in vulnerib. non idem præſtare queat? vt eo citius ſanguinis ac ſpirituum infectorum vehiculo,cordis aut aliorũ membrorum,quæ hoc venenũ reſpicit,penetralia irruere poſſit? Non enim certe quoduis venenum primum cor petit: ſed habent ſua,ex congenita & cœleſti virtute membra ſibi dicata,quę etiam foris applicata primario affectu infeſtant. Sic cãtharides manu detentos, aut genui impoſitos, cruentum vrinæ profluuium proritare: leporem marinum, pulmonem oblædere: hydrargyrium inunctum,dentes,gingiuas,cerebrum,neruos,&epar offendere experimur: quorũ vires tandem cor quoq; perreptare, nemo inficiabitur. Cum hæc à Botanologo dicta omnes approbaſſent: Tandẽ, inquit Crateias, ô Anonyme,dic quęſo,ſi famelicus eſſes, auderesne car-

Venena non primum cor, ſed membra appropriata petunt.

Cantharidem,leporem marinum, & hydrargyrum proprietates.

Anonymi caput declaratur.

no carnẽ ceruorum, qui toxico interierũt, edere: aut & piſces, quos Cãpani ariſtolochiæ rotundæ puluere, admixta calce, pacato æquori inſperſo capiunt, ad quẽ piſces agminatim cõfluunt? quẽ cũ deguſtarint, exanimati, ſupernatantes manu piſcatorũ cõprehẽduntur. Pari aũt ratione audio Germanos & Italos, paſtillis ex cocculis de leuãtho, id eſt oriente allatis, baccis lauri ſimilibus, cymino, caſei tetrimate, farina tritici cum vino ſublimato coadunatis, ac amnibus pacatis inſperſis ineſcatos & horum virulento illicio ſtupefactos, manu capere. Dic quæſo, an his veſci auderes? &, an edẽdo arbitraris eſſe noxia? Tum Anonymus reſpondit: O Crateia, hæc dum cruda ſunt, venenoſa qualitate participare, vel ex hoc cõiicere poteſtis, quod pardi crudis carnibus, aconito delibutis, capiuntur, vnde Pardalianches appellatur: & pellibus vulpium atque luporum aconito captorum, quantauis induſtria præparatis, pili excidunt, vnde Lycoctonum vocant: raphanus infixis veratri albi radiculis, illarũ virib. imbuitur: & ſi crudus cõeditur, eadẽ quæ elleborus operatur. Quare venenum per totam corporis intoxicatorum molem crudam diſpergi, nemo dubitat: quod dũm in veru ignis calore, qui omnia luſtrat torrentur, vel elixantur, diſſipatur & euaneſcit. Nam vulnera à venenatis animalibus illata, ſi candenti ferro vruntur, calore eius virus inſumitur. Sic & Hippocrates peſtiferam aeris in Græcia luem ignis incendio expiauit, quo aduenticias veneni, in rebus ab hoc alienis, qualitates, facilius cognatis corrigi poſſe, nemo rerum cauſarumque naturalium peritus negabit. His dictis,

Captura piſcium cum ariſtolochia: Plin. lib. 25. cap. 8.

Captura piſcium cum cocculis de Leuãtho.

Ignis calor venenis reſiſtit.

Digitized by Google

consobrinus meus Georgius: Certe, ait, quicquid sit, nescio: hoc scio, ex vino Cretico, vel piscibus soporiferis, cocculorum orientalium baccis captis, grauem mihi somnum obrepere. Porro quum & tempus iam, & ratio, ne aduenis molesti essemus exigeret, quisque domum concessit alteram inuitationem expectaturus. Atque vt tu quoque nostri conuiuii esses particeps, hæc vt acta sunt, tibi per literas communicare volui, vt spopondi. Vale.

An Veneno Alta Edendo Sint innoxia. *Epistola* LXIX.

Aderas nuper Pamphile, quando Comitis Palatini venatores & aucupes, quos quxdam contra iobolorum virulentos ictus antidota docueram, mihi anates, palumbos, hyoscyami pastillis inescatos, præterea coturnices & sturnos ex ellebori ac cicutæ pastu obœsos: ac pisces cocculis de lephanto, vel nuce vomica captos, offerebant: vbi territus, quia venenis alerentur, non minus fideliter, vt ab illorum esu mihi temperarem admonuisti, quam Aristoteles Alexandrum regem hortatus fuit, sibi vt à coitu puellæ, omni puellari veneris decore venustæ, sed napello nutritæ, caueret: quam rex Indorum, vt illius contagione inficeretur, Alexandro dono miserat. Nec enim falso ista ex scintillantibus, & serpentium more nictabundis puellæ oculis, Aristoteles præuidit: nec omnino euentus defuit. nam quicunque cum puella, ab Alexandro repudiata concubuerant, eius contagione infecti perierunt.

De puella napello nutrita. Aristot. in lib. de reg. princip. Auerr. in proœm. 3. Phys. & Auicenna.

De coturnicibus ac sturnis Lucret. lib. 4.

Digitized by Google

tierunt. At ego Pamphile mi, fidum tuum consiliũ grato quidem animo amplector: verum de anatibus, coturnicib. ac sturnis, nihil tale vereor. quamuis Aristot. scripserit χαρτὸς τινας ἡμῖν μὲν ἀβρώτους, ἄλλοις δὲ βρωσίμους, οἷς ἐστιν ὁ ὑοσκύαμος, καὶ τὸ ἐλλέβορος, αἰθρώποις μὲν δηλητήριον, ἔφη δὲ πῖσι ὄρνυξι. Idem asserit Lucretius, de secta Epicuri poeta dicens:

& 5. Arist. lib. 1. de Plantis. & Galen lib. 3. de simpl. medic. & lib. 2. de Alimẽ.

Praterea nobis veratrum est acre venenum,
At capris adipes & coturnicibus auget:
Quippe videre licet, pingueſcere ſæpe cicuta
Barbigeras pecudes, homini quæ eſt acre venenũ.

Napellum Arabum non esse aconitum. sed cicutã Græcorũ, Auerrois 5. colliget cap. 24. Qua ratione venena dig: rũtur, alunt, & non obsunt. Theophr. li. 9. ca. 18. Galen. lib. 3. de temperat. & lib. 3. de simplicib. medicam. Consuetudinis in cibis efficacia, quæ est natura acquisitia Gal. & Theophr. Hippoc. in reg. acut. lib. 3.

Fatcor equidem Pamphile, has volucres, coturnices elleboro, sturnos cicuta, quam Arabes ac Auerrois napellum dicunt, vesci. At hęc nec ipsis, nec aliis animalibus, aut hominibus, qui horum esui sensim assueuerunt, aut quorum tota congeniti caloris substantia, qua struthio etiam ferrum digerit, fortis est, esse venenum. Nam vt Theophrastus ait, omnium pharmacorum vires debiliores in assuetis deprehenduntur, in nõnullis etiam omnino inertes. Porro fit, vt quædam ex medicamentis, propter hominis assuetudinem, vim suam amittant, nec amplius medicamina esse possint. Cum enim à natura acceptantur, deuincuntur, conficiuntur, non amplius inter medicamenta censeri possunt: & vt Thrasias, Mantinensis medicus, radicum peritissimus, naturas singulatim discernens, dicere solebat: Idem medicamen aliis, aliis vero non esse medicamen. Quidquid enim calore, aut congenita vel ex consuetudine acquisita corporis proprietate alteratum, in corporis alimoniam digeritur, id a-

Galen. lib. 3. de temperatura, de anu Attica.

lito venenum esse non potest. Sic porro puella illa Indica, & anus illa Attica, à momento cicutæ, quod natura euincere & concoquere posset, assueuere integros cicutæ manipulos innoxiè deuorare. Sic modica cicutæ sorbitione Ægyptiorum sacerdotes, vt Hieronymus in epistolis refert, se impune castrabant, assueti πλείονι (inquit Galenus) δυνάμεως τὴ ἐθη, καὶ φύσεως δύσκρατος: id est, plurimum pollere consuetudinem & naturas acquisititias. Sic venena quotidie, præsumptis tamen remediis, hausta, Mithridati à consuetudine innoxia fuerunt: adeo vt captus à Pompeio Magno, in carceribus veneno se interimere non potuerit. Sed cicutæ succum non assuetis, & puluerem quoque, esse lethale & soporiferum venenum, Athenienſium supplicia indicãt, qui morte condemnatos sorbitione cicutę interemerunt: quam & Socrates, impietatis condemnatus, in carcere hausit. Sed qua ratione celeriter & sine cruciatu inferret mortem Thrasias Mantinensis, & Alexias eius discipulus, ingenij acrimonia præceptore p̃stantior, ac Chij cõficere nouerãt. Deinde illud te obseruare oportet, venenosæ contagionis seminaria, calore concitata, in viuorũ corporibus energia esse longe vegetiora; in defunctorum corporibus, calore extincto, fere consopita. Vnde in veneris cum muliere, morbo Gallico infecta, conflictu, quo corpus & spiritus, veneni vehicula, incalescunt, contagionis seminaria fiunt nocentiora: quæ in feris ac volucribus toxico interemptis, præcipue, si ignis feruore in veru torrentur, vel in lebete elixantur, ignis calore dissipata, difflantur & euanescunt. His mi

De Mithridate hæc Plin. lib. 25. cap. 2.

Socrates cicuta obiit.

Cicutæ vires. Theoph. li 9. cap. 17. Dioſc.

Pam-

Digitized by Google

Pamphile perſuaſus, ſi volucres aut feras veneno paſtas vel captas, nihil abominaris, precor vt cras cœnę, ad horam quintam in ædibus meis interſis: vbi hæc cum optimis carbonibus toſta, partim quoq; elixata, apponentur: vna cum mero & cottoneis melle conditis, præſentia omnium deleteriorum alexipharmaca. Vale: & da operam, ne tua perſona in amicorũ ſympoſio deſideretur: Iterũ vale: & quo minus iſta fercula abhorreas, cogita gallinas viperis ſaginatas, & tandem elixas, labe elephantiaſis infectis fuiſſe ſalutares.

Gallinæ viperis ſaginatæ medentur elephantiaſi.

DE VARIA STIRPIVM, FRVGVM, *animalium, & humani ſexus metamorphoſi. Epiſtola* LXX.

VALEANT tui, Bergkmanne, chymiſtæ ſpe Cræſo ditiores, inopia vero Codro & Iro pauperiores: qui, quamuis natura ſtirpiũ & animalium ſit ad omnes metamorphoſes, ob temporis anni, ex terra & ſtipitibus aliméti, cœli, natalis ſoli, ac culturæ varietatem, prona: ſubſtantiales tamen rerum formas nec ipſi, nec natura, niſi in proximas & cõgeneres ſpecies, tranſmutare poſſunt. Nam cum terra imbrium frequentia largiorem alimenti copiam præſtat, tunc degenerandi occaſio fit, quæ virtutem generandi non penitus tollit, ſed in aliam alterat. Semper, inquit Theophraſtus, ad proximum, & quod congener ſit, mutatio prouenit. ſic triticum in loliũ degenerat. nam omne triticum ſolo vliginoſo, inquit Columella, poſt tertiam ſationem conuertitur quoque in ſiliginem. at quod ad culturam ſpectat,

Cauſam tranſmutationis plá. Theoph. lib. 4. c. 6. & lib. 3. c. 8. Ariſt. lib. 1. de Plantis.

Chymiſtæ ſpecies rerum tranſmutare non poſſunt ſubſtantiales.

Cõlumella li. 2. c. 9. Theophr. lib. 2. c. 5. de tritici permutatione in lolium & ſilig.

Digitized by Google

pertundere roſtro. Diuus tamen Auguſtinus inclytus Chriſtianæ fidei & veritatis antiſtes, ſublatis à latronibus Diomedis ſociis, alites hos, incolas ſubſtituiſſe, vt his figmentis Diomedis nomen accreſceret, ſuſpicatur. Qui tamen dum in Italia diuerſaretur, ſeſe audiuiſſe perhibet, quaſdã mulieres ſtabularias, deguſtato caſei veneficio, viatores, vt earum onera deferrent, in iumenta conuertiſſe: & Præſtantij pater delibato caſei veneno conſopitus, diu exanimis iacuit: experrectuſque tandem ſeſe caballum fuiſſe, ac onerarias clitellas & annonam militibus geſtaſſe dixit: quod verum fuiſſe compererunt. At hos mente quidem ratione vero nunquam deſtitutos, laboribus autem defunctos, priſtinam hominis effigiem recuperaſſe tradit. Sic Apuleius Magiæ diſcipulus, & affectati eloquii obſeruator, accepto veneficio, humano tamen permanente animo, ſeſe aſinũ factum indicauit, aut finxit. Nec enim, ait Auguſtinus, dæmones aliquid, præcipue in animã, operari poſſunt, niſi is permiſerit, cuius iudicia occulta ſunt multa, iniuſta vero nulla. Nec enim dæmones naturas creant, ſed ſpecie tenus quæ à vero Deo creata ſunt, commutant: & præſtigiator ille phantaſmatibus homines, obſeratis ſenſibus illudit. Has terribiles hominũ metamorphoſes Virg. quibuſdam herbis Põticis, & carminib. Circes Homerus acceptas referũt. inquit enim Virg.

His ego ſæpe lupum fieri, & ſe condere ſyluis
Moerim, ſæpe animas imis exire ſepulchris,
Atque ſatas alio vidi traducere meſſes.

Euanthes vero tradit, Arcada quendã ex familia

De veneficio mulierum cũ caſeo, Auguſt. lib. 18. c. 18.

Hominũ metamorph. in iumenta Auguſt. li. 18. cap. 18.

De hominum in lupos metamorphoſi Plin. lib. 8. ca. 22. Solin. c. 9. Ariſt. li. 9. c. 36. & 8. c. 5. Aug. de Ciui. Dei. li. 18. c. 17.

Sacra Auguſtini verba ex li. 18. c. 18.

Quanta ſit dæmonum poteſtas.

Digitized by Google

Anthei ſelectũ, poſtquã ſtagnũ ſuſpenſo in quercu, veſtitu tranauerit, in lupum transfigurari: qui cum citra hominum cõmercium nouem annos cum lupis diuerſatus fuiſſet, reuerſum per ſtagnum: ac recepto habitu, priſtinam recuperaſſe effigiem, addito IX. annorum ſenio. Mirum eſt, inquit Plinius, quo procedat Græca credulitas: nullum tam impudens eſt mendacium, quod teſte careat. Ego vero non carminum aut herbarum veneficio, ſed ferinis animi vitiis, ac atræ bilis lupinæ morbo, quem Græci à λυκου, id eſt lupo, lycaonem & lycanthropiam appellant, in lupos mutari arbitror. De qua Paulus ait: Qui lycanthropia correpti ſunt, nocte domum egreſſi, lupos, donec illuxerit, per omnia imitantur, ac circa defunctorum monumenta oberrant. cuius morbi ſigna pathognomica ſunt, faciei pallor, oculi obtuſi & ſicci, lingua aridiſſima, nulla ſaliua madida, nec quicquam expuunt. quin & vlcera ex melancholia tali enata, vulgus chirurgicorum quoque lupum appellat. Equites Comitis Palatini ex proxima contra Turcam, nomine Romani imperii ſuſcepta expeditione, redeuntes, narrabant mihi ſe vidiſſe in Auſtria hominem, qui latratu ac curſus pernicitate cum canibus contenderet, ac cum illis illæſus in ſyluis venaretur. Eruditam curandi hunc morbum methodum Paulus ibidem te docebit. Vt vero Varro hanc Diomedis ſociorum & Arcadum in lupos metamorphoſim, plurib. aſtrueret exemplis, narrat, Demænetum, quem Copas in Olympicis, & Plinius, Demarchum Parrhaſium appellãt, in ſacrificio, quod Arcades Ioui Lycæo humana cũ hoſtiã

Græcia mendax.

Ex morbo melancholiæ lupi. De lycanthropia Paul. lib. 1. cap. 16.

Cancer lupus quare dicatur.

Myſticum Iouis Lycæi ſacrificium Plin. li. 8. c. 22. & Auguſt. lib. 18. cap. 17.

Digitized by Google

hostiã faciebant, immolati pueri exta degustasse, & in lupum confestim transmutatum. Hac certe sacrificii fabula, Plato refert Arcades tyrãnorum mores designasse: qui degustato semel puerorũ, id est, innocentium sanguine, quadam luporum rabie concitati in subditos, quos timent, grassantur: quos tueri deberent. de quo Socrates apud Platonem, in dialogo de iusto, cum Adimanto ita scite disserit. Quærit enim Socrates, quæ nam sit origo mutationis tutoris in tyrannum: an videlicet qui præest, cœpit id agere, quod circa templum Iouis Lycæi in Arcadia fieri fabula refert: quod qui humana viscera, cum aliarum victimarum incisa visceribus forte gustarit, lupus fieri cogitur. Nonne fabulam audiuisti? Respondit Adimantus: Equidem. Cui Socrares: Eodem modo & hic, cuius imperio vulgus valde obtemperat, cognato non abstinet sanguine, sed falsis (vt solent) confictis criminibus, in iudicium trahit eos quos timet, & iniusta cæde se cruentat: viri vitam extinguens, gustansque lingua impura & prophano ore generis proximi sanguinem: ac nonnullos expellit, enecat alios, caulatus scilicet aeris alieni reserationes, partitionesque agrorum. Quare necesse est huiusmodi hominem vel ab inimicis interfici, vel tyrannidem exercere, lupumque ex homine fieri. Vitia quidem non tam corpus quam animam, verum hominem, immutant. sunt enim vitia animorum veneficia, quibus auari & raptores in Harpyias, libidinosi in Satyros, obscœni in porcos transfigurantur. At illa vtriusque sexus in quibusdam animalibus & hominibus metamorphosis, pluribus

Plato circa finem octaui dialogi, De iusto.

Vitia animorum veneficia, quæ homines in lupos & bestias transformant.

Digitized by Google

De hyæna Plin. libro 8. cap. 30. & libro 28. cap. 8. Aristot. li. 6 de Nat. animal. cap. 32. & lib. 8. ca. 5. Ouid. lib. Metamorpho. vlt. Sexus humani & animaliũ metamorphosis.

nititur testimoniis. De prima quidem classe auctores tradunt, hyænam animal ferox & astutũ, quod humanos sermones assimilare nouit, alternis annis sexum cõmutare, ac sine mare gignere: quod Aristoteles negat, Ouidius ait:

Alternare vices, & quæ modo fœmina tergo
Passa marem est, nunc esse marem miremur hyænã.

& Oppianus lib. 3. de Venatione canum inquit:

Θαῦμα δὲ καὶ πόδ' ἄκουσα περὶ στικτῇσιν ἰαίνῃς,
Ἄρσενα καὶ θήλειαν ἀμοιβιεσθαι λυκάβαντι.

Sic lepores vtriusque sexus naturam habere experimur masculum æque ac fœminam, sine mare etiam gignere, Bigus & Plinius affirmant. At illud maiori admiratione dignum, in vtero cerui, quẽ illustris princeps Henricus Comes Palatin⁹ prope Oelwangh ceperat, cornigeri dum euisceraretur repertum fuisse hinnulum, membranulis circũseptum. Ceruos quosdam naturam sexus variare cornua, virilia ceruorum arma, attestatur, quæ ceruas quandoque gestare obseruatum est: quali marchio quidã Badẽsis olim capta, eius cornua regi Gallorum dono miserat, quæ Ambasi in regio horto prope ianuã interiorẽ parieti affixa, subscriptis in tabella testibus qui venationi interfuerãt, cernũtur. Sic fœminas mutari in mares, & vicissim; non esse fabulam, Plinius asserit. & Empedocles Agrigentinus, Pythagoricæ philosophiæ assecla, inquit:

De Empedocle hæc Philostrat. lib. 1.

Et puer ipse fui, necnon quandoque puella.

Licinius Mutianus prodidit, visum à se Argis Arescontem, cui muliebre nomen Arescusæ, nupsisse, & confestim à nuptiis barbam & virilitatẽ ei creuisse, vxoremque duxisse, Plinius quoque ipse

Digitized by Google

ipſe vidit, L. Coſſitium nuptiarum die mutatum in marem. quod eleganti epigrammate Auſonius Burdegalenſis Gallus, vir conſularis poeta & medicus, ita expreſſit:

Hæc mutati ſexus exempla Plinius li. 7. cap. 4. Gell. lib. 9. cap 4. tradunt.

Valle Bana res nota, & vix credenda poetis.
Sed quæ de vera promitur hiſtoria.
Fœmineam in ſpeciem conuerti maſculus ales,
Pauaque de pauo conſtitit ante oculos.
Cuncti admirantur monſtrum: ſed mollior agna
Adſtitit in tenerum de grege verſa marem.
Quid ſtolidi ad ſpeciem notæ nouitatis habetis?
An vos Naſonis carmina non legitis?
Cæneа conuertit proles Saturnia Conſus,
Ambiguoque fuit corpore Tireſias.
Vidit ſeminirum fons Salmacis Hermaphroditũ,
Vidit nubentem Plinius Androgynum.
Nec ſatis antiquum quod Cãpana in Benenento,
Vnus epheborum virgo repente fuit.
Nolo tamen veteris documenta arceſſere famæ,
Ecce ego ſum factus fœmina de puero.

De Cæneo Ouid. 12. metamorph.

Et recte quidem Auſonius ait, nil opus eſſe veterum teſtimonia arceſſere, quum abhinc annos paulo minus LX. Volaterranus cardinalis ſub Alexandro, Romano eius appellationis põtifice ſexto, Romæ duarum virginum prodigia accidiſſe commemoret, quarum altera ex canis concubitu ſemicanem enixa, alteri vero in nuptiarum die ſubito mentula erupiſſet: & vtrunque caſum expiationis gratia à Mario Volaterrani fratre recõciliante, ad eundem pontificem fuiſſe relatum, tradidit. Sed veterum pontificum decreta, has ſexus & animalium metamorphoſes, vt falſas refellunt.

De his virginum portentis Volater. lib. 24. de Genitalibus.

Digitized by Google

An Ivdæi Sangvine Humano vtantur. *Epist.* LXXI.

ACcepisti, vt arbitror, Critobole, problemata, quæ Venetiis scrutandæ veritatis ergo, ad medicinæ incrementum, serio quidem tractauimus: quib. cum triduum in conuiuiis, & sub diui Marci porticu trāsegissemus, Geraldus congenito natalis soli amore compulsus, cum iam vires peregrinatione fessas, quiete refecisset, in patriam redire constituit. Nos vero cum amicū nobis vernaculum deserere, præter fidelis amici officium esse arbitraremur: mane collectis in sarcinulas impedimentis, antelucano tempore antequā ingraueſceret calor, itineri accincti, per Mātuam, Veronam, Brixiam, ac Tyrolenses alpes argenti & auri metallis locupletes, quę lapide quoque Cyaneo & Armenio vero abundant, tridui iter emensi, Tridentum, Simonis pueri martyrio ac Arno flumine celebre, deuenimus. Tum Geraldus ab hospite sciscitabatur, ob quam causam Iudæi, scelerati Christianorum sicarii, in puerū innocentem tanta atrocitate grassati fuissent? Cui hospes respondit: Aiunt Iudæos, nisi Christiano sanguine quotānis corpus abluerint, fœda contagionis labe & scabiei fœtore pollui. At enim, ait, Langius vetus meus etiam olim conuiua & hospes, Mantuæ, Bononiæ, Venetiis, Iudæis, vt illorum vel in ceremoniis, aut medicamentis, si qua haberent, arcana exploraret, diu familiariter conuersatus est. is ergo veram vos causam edocere poterit. Tum ego inquam: Quæ mihi hac de re vel auditu vel lectione cōperta sunt, vobis amicis

Vetus lapis Armenius in Tyrolensium metallis reperitur.

Quare Iudæi pueros Christianorum occidant.

amicis bona fide referam. Viginti enim præterierunt anni, quum ego adolescens Bononiam per Mirandulam proficiscerer. Aderat ibi tum comitate morum & omnifariæ eruditionis splendore clarissimus princeps, Ioan. Franciscus Picus, Mirandulę Comes, & Concordię dominus illustris: qui quum ab hospite accepisset, nos esse ex Germania aduenas: mox à nobis per nuncium accersitis, primum omnium de vita & conditione Ioannis Capnionis sciscitabatur: & an controuersia eius cum monachis studiorum osoribus, per iudicem aut Cæsarem transacta esset. Cui respõdi: intempestiuã Capnionis mortẽ contentionẽ illam diremisse. Tum ingemiscẽs Mirandulæ Comes: Ah quid audio? interiit certe, inquit, triplicis linguæ culmen, & Germaniæ decus: cuius opera factum, vt Tyberis defluxerit in Rhenum: & sancta illa ac vetustate venerabilis lingua Hebraica, olim vaga & incondita, nunc auctore Capnione certis constricta legibus, certa dicendi scribendique norma facile omnibus facta est obuia. mehercle obitu huius viri Hebraismus multum detrimenti accepit. Tandem ego. Probe, O Comes, hunc virum depinxisti, inquam. Siquidem omnes docti & boni viri, præter monachos, quibus cum literis vel Musis nihil commune est, huius mortem deplorant: quos tamen & tua, & eius affinis Melanchthonis eruditio non vulgaris, vnice consolatur, quaiacturam illam facile resarciri posse sperant. Sed ô Comes, si fas esset, aduenas tantũ territorii huius Principem interrogare, qui eruditionis capessendę gratia dulce natale solum deseruimus, libenter à tua

De Capnione hæc Picus in Epistolis prædicat.

Melanchthon Capnionis affinis.

Digitized by Google

eruditionis omnifariæ excellentia percunctaremur, quæ nam ſint præcipua Iudæorum de re medica & ſecretiori philoſophia volumina. Ibi tum Picus, pro ſua ingenua humanitate, quæ ſedula veræ eruditionis eſt pediſſequa: Libenter, inquit vobis aduenis, quantum quidem in præſentia licet, gratificabor. Scitote igitur præter legem Moſaicam, pauca, & fere nulla Hebræis fuiſſe volumina: cuius ſacratiorem interpretationē, quam Cabalam dixerunt, Moyſi cœlitus reuelatam, non per literarum monumenta, ſed alter alteri, nō minus quadraginta annis nato, quaſi hæreditario ſucceſſionis ordine reuelabat. Sed poſtquam Iudæi à captiuitate Babylonica per Cyrum vindicati ſunt, inſtaurato ſub Zorobabele templo, ad legem quoque reſtituendam animum appulerunt. Cui negocio tum Eſdras, ſingulari eruditione & pietate ſacerdos, præfectus eſt: qui ſacra diuinæ legis volumina expoliuit, in eumq; ordinem digeſſit, quo tandem ſub Philadelpho à LXX. interpretibus in Græcam linguam translata ſunt. Sed cum Eſdras videret, Iudæos exilio, fugaque aſſidua fluctuare, & cædibus affligi, veritus quoque ſecretiorem diuinæ legis interpretationem interituram, cuius arcana, veluti theſaurus, ſaltem in memoria ſeniorum erant recōdita: iccirco ſeptuaginta viros, ſapientia & ſacroſanctæ legis eruditione de gente Iſraelitica præſtantiores, in ſynedrium conuocauit, vt vnuſquiſque quę de legis myſteriis arcana memoria teneret, palam referret: quæ adhibitis notariis, fideli calamo excepta, Eſdras in LXX. volumina digeſſit, quā Cabalam dixerunt: quæ ineffabilem de diuinitate,

De Iudæorum Cabala. Crinitus lib. 22. cap. 3.

De reſtitutione Iudæorum Hieroſolymam per Cyrum, & Eſdræ operibus Ioſeph. li. 11. ca. 4. & 5.

Cabala magicis vanitatib. referta.

nitate, & angelicis intelligentiis ſapientiã,& de reb.naturalib.exactam traditionem continebãt. Quam poſtea iuniores, præter artem reuelationis literarũ,mille magicę artis,quã in Ægypto didicerãt, deliramẽtis, & goetiæ vanitatib. cõſpurcarunt.fingebant enim ſibi explorata eſſe ſecreta Dei: & ſpirituum nomina (quale eſt illud impudens Schemhamphoras) perfricta fronte nugaces affimabãt, quibus dæmones cogerent, & miracula operarentur:ac CHRISTVM ipſum etiam illorũ nominũ energia miracula feciſſe mẽtiuntur Nec impia goetiæ myſteria, quæ à magis in Ægypto didicerant,quib.ſpiritus defunctorũ ab inferis elicere,& futura prædicere cogerẽt, celarunt.Nec fuit mediusfidius in toto terrarũ orbe gens vlla,vt Plin. ait, contumelia numinum inſignior, & in magiæ ſuperſtitionibus obſtinatior: quamquam primum Ægyptum duce Moyſe egreſſa eſt, à veri numinis cultu, quem Moyſes,& Aaron eorum legislatores inſtituerant,deſciſcẽs, vt canis ad vomitum, ſic ad Ægyptiorum idololatriam rediit: omnium beneficiorum , quæ in deſerto à Deo acceperat,immemor.Nam ex collatis argenteis & aureis vaſis & annulis , ſimulachra & vitulum Iudæi conflarunt:quos Deus per Prophetam Amos,& Stephanus protomartyr in Apoſtolorum Actis his verbis ob id ſeuere obiurgat : Num, inquit, victimas & hoſtias in deſerto annis XL. obtuliſti mihi domus Iſrael? Suſcepiſti tabernaculum Moloch, & ſidus Dei veſtri Rempham , & figuras quas feciſti ad adorandum eas. Nec vulgus Iudæorum tantum magicis idololatriæ artibus addictum erat, ſed eorũ

Goẽtiæ dæmonum cultus, & necromãtia.

De Iudæis Plin.li.13. cap.4.De Iudæorũ idololatria,Amos cap.5. Exod. 32. in Act. Apoſt.c.7.

Digitized by Google

Moyses Ægyptiorum magiæ peritus in Act. Apostol. Luc. c. 7. Euseb. lib. 8. c. 2. Plin. lib. 30. c. 1.

duces, reges & proceres, has optime callebant. Erat enim Moyses, vt Stephanus refert in Apostolorum Actis, eruditus in omni sapientia Ægyptiorum, & erat potens in factis & dictis, quorum lenocinio eius obtrectatores aiebant, si populum Israel, alioqui σκληροτράχηλον, duræ ceruicis subiugasse: quem & Plinius tradit, vna cum Lotopeo Iudæo, aliam magicis factionem instituisse: sed (vt Philo Iudæus in lib. 1. quem de Hypothecis inscripsit, docet) à vera religionis pietate

Salomon & Eleazarus dæmones cogebant. Ioseph. li. 8. Antiquit. c. 2. & Crini. li. 9. cap. 15.

non alienam, quam nec Salomon, sapientiæ antistes, ignorauit, auctore Iosepho: cui Deus singularem præstiterat potestatem, qua dæmones malignos profligaret, & morborum tormenta leniret. Refert & idem Iosephus, quendam de gente Hebraica Eleazarum, præsente se & Vespasiano Cæsare, magicis annuli viribus sub cuius gemma radix Salomonis suberat, dæmonem de naribus obsessi elicuisse. An non quæso Manaemus,

De Manaemo mago Essenio, Ioseph. li. 15. ca. 10.

de secta Essenorum Iudæus, ob magiam Herodi regi perchar⁹ fuit? qui Herodi, adhuc sub pędotri ba puero, qui manū ferulæ nōdū subduxisset, prædixerat, eum regio diademate insignitum iri, & quot denique annos regnare deberet? At hoc forsan æquiori animo ferēdū quam illud, quod Saul rex vitæ suæ periodum perconctaturus, fatidicam in Endor anum, quæ Pythonem dæmonem

De Pythonissa hæc 1. Reg. ca. 28. & in Actis Apo. c. 16. in Decretis part. 6 q. 5. can. nec mirum.

subditum fouebat, compulit, per goetiæ fascinationes, Samuelis prophetę vmbram verius quam animam, ab inferis ad eius colloquiū euocare, vt ab eo suscitaretur, an hoc morbo, quo decubuerat tū, interiturus esset. At proh dolor, hęc pernicioſa goetiæ species à mortuorū spectris & vaticinio,

citio, Necromantia dicta præter carmina, lapidũ vires, aromatumq; ſuffumigia ac herbas, ſuis dæmonib. conſecratas, præcipuè cruentis hominum & pecorum ſacrificiis conſtabat, quę dæmones conſulti, per ſuarum ſacerdotum oracula in perniciem humani generis ſuadebant & imperabant. Perhibent ſane Ægyptiorum philoſophi, & Indorũ Brachmanes, dęmones nulla re magis oblectari, & in cõmercium hominum allici, & irrita ſpiritꝰ maligni numina litari, quã ſanguine humano: & ob id eos circa ſepulchra, niſi luſtralis aquæ aſpergine arceantur, oberrare. Vnde videmꝰ quoq;, in nuper repertis inſulis dæmonum cultores, ſuos mactare parentes, & liberos immolare, ac coniuges viuas omni muliebri mundo adornatas, in rogum coniectas cum maritis mortuis comburi, quo ſe dæmoni obſequium præſtare arbitrantur. Sic quoque Vlyſſes à Circe veneficâ & ſaga inſtructus, diffuſo in ſcrobem cubitalem pecorum & agnellorum cruóre, & melicrato, Achillis & Troiani belli heroum animas, in colloquium accerſiuiſſe traditur. Vnde Homer. omnis magiæ peritiſſimus vates, ait:

Dæmones hominem ſacrificare ſuaſerunt.

Deorum cultores in Nouis inſulis homines ſacrificant.

---πὰ δ' μῆλα λαβὼν ἀπολειροτόμησα
ἐς βόθρον ῥῖψ' αἷμα κελαινεφὲς· αἱ δὲ ἀχήρων
ψυχαὶ ὑπ' ἐξ ἐρέβευς νεκύων, καταπευθέων.

Dæmones humano & pecorum ſanguine delectantur & allicíuntur. Homerus Odyſſ. λ. Horat. ſat. 8. li. 1.

Quod Horatius quoque de veneficis & Canidia ſaga tradit, dum ait:

---*Scalpere terram*
Vnguibus, & pullam diuellere mordicus agnam
Cœperunt: cruor in foſſam confuſus, vt inde
Manes elicerent, animas reſponſa daturas.

Digitized by Google

Humano cruore dæmones delectari Plin. lib. 30. ca. 1. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 6. & lib. 3. Lactan. li. 1. cap. 21. De Iphigeniæ immolatione Euripides totam scripsit tragœdiã. De humanis hostiis prohibitis, hæc Plin. li. 30. cap. 1. & lib. 16. ca. vlt. Suet. in Claud.

Sed pecorum cruore humanus erat dæmonibus longe gratior: adeo vt Hostanes magus hominẽ in sacrificiis occidere, esse religiosissimum, mandere vero saluberrimum, tradiderit. Nec Calchas augur, à dæmonibus ex Aulide Græcorum ducibus felicem nauigationis abitum ad Troiam impetrare potuit, nisi consultis extis Iphigeniam Agamemnonis filiam, Dianæ immolandam suasisset, vt virginis cruore iratum Dianæ numen litarent. Irrepserunt & hæc cruenta sacrificia vltra mare ad extremos orbis Britannos, & inde ad Gallorum Druidas, quos Tiberius Cęsar ob id ex Gallia sustulit, memor fortasse veteris senatusconsulti, quo anno ab Vrbe condita DCLVII, sub Cn. Cornelio Lentulo & Licinio Crasso consulibus cautum erat, ne homo immolaretur. Palamque in tempus conticuit prodigiosi sacri celebratio. Sed hæc de Iphigenia, fortitan poetarum dices esse figmenta: quæ tamẽ verissima esse magiæ veterum inuolucra, fateri cogêris. Age igitur ex philosophis & veterum annalibus verissimas adducamus historias. de nefario sãguinis humani abusu. Scribit enim Psellus de magorum secta fuisse Euchetas, qui deprecationibus fascinabant: & Gnostos, quos circumferentes Zoroastris libros, Plotinus editis contra eos libris, hæreticos & mendacij conuicit. hi vt dæmon in toto conciperent pectore, nefanda sacrificia perpetrarunt. conueniebant enim die quo passus est Saluator vespere, ad locum destinatum, vnà cum puellis sibi notis: & sacris peractis, ac candelis extinctis, indiscriminatim cum sororibus aut filiabus vt fors eas obtulerat, coibant. ex hoc nefario

De Euchetis hæc Psellus de Dæmonibus, & Tripar. histor. li. 7. ca. 11. De Gnostis hæc Porphyr. in vita Plotini.

& in-

Digitized by Google

& inceſto concubitu infantes aut pueros à maternis vberibus auulſos iugulabant, ac omnibus corporis puerorum venis inciſis, ſanguinis effluuium phialis excipiebant, corpora exanguia cremabant, cinerem ſanguini admiſcebant, quo epulas & pocula condiebãt, tum ſua tum aliorum: quo veneficio exiſtimabant characterem diuinum nobis impreſſum, dæmonia procul arcentem, penitus aboleri, & dæmonum furorem fatidicum, & audaciam, ad quæuis ſcelera obeunda, concipi. Homicidia quippe ſpiritib. malignis iter ad animum patefaciũt: quid homicidarum atrox oculorum (qui mẽtis ſunt indices) intuitus, aperte prodit. Quod verũ eſſe, nuper in ſupplicio cuiuſdam paſtoris ſicarii & homicidę cõperimus, qui duos habebat filios, quos ſibi in ſui facinoris & latrocinii ſubſidiũ aſciuit. at cum patet iuniorẽ ad tãm ſęua obeunda facinora puſillanimum agnouiſſet, occiſo in ſylua Otthonis tabellario, qui ab recto itinere deuiauerat, pater panem ſanguine occiſi madidum, filio eſurienti edẽdum præbuerat. quo deguſtato, tanquam dæmonis œſtro percitus, ſeſe ad quæuis perpetrandá flagitia longe audaciorem factum, dum de eo & patre in Beynſem ſumerentur ſupplicium, & frater etiam vna meritas penderet pœnas, ingenuo confeſſus eſt. His quoque ſceleratis puerorum homicidiis, Iudæos ſe crebro polluiſſe, Gallorum & Germanorum annales teſtantur: quos ob id Philippus rex Galliæ, cum comperiſſet eos quotannis die quo CHRISTVS peccata noſtra in cruce luit, puerum Chriſtianum in ſpecu ſubterraneo occidere, tam nefarij ſceleris auctores

Latrones cruoris humani guſtu audaciores fieri.

Iudæi quare pueros Chriſtianos occidant.

Digitized by Google

Iudæi Parisiis combusti.

octuaginta Parisiis viuos cõbussit: alios vero flagitii conscios Iudæos, ad vnum omnes confiscatis bonis, è Gallia proscripsit. qui postea leprosorum ministerio, cruore capillisque hominum, additis in fasciculum quibusdam herbis, fontes infecerunt, vnde virulenta contagionis lues in Gallos desæuiit. Tradunt quoque Heluetiorum annales, Iudæos Veronæ puerũ cognomento Ruffum occidisse: cuius execrandi flagitii auctorum corpora rotis confracta, in escam feris & volucribus exposuerunt: reliquos vero proscripserunt, qui collatis opibus Rudolphum regem Romanũ in eorum vindictam contra Veronenses sollicitarunt: quos Rudolphus triginta millibus peditum & equitum, bis frustra obsedit, & oppugnauit. At quæso vos, an non Vberlingensis oppidi magistratus, vt iustus, ita quoque seuerus fuit humani sanguinis vindex? qui trecẽtos Iudæos, qui puerum ciuis cognomento Frhei, occiderant, vna cum liberis & vxorib. in vnam domum, muro circumseptam, velut in ergastulum coniectos, conflagrauit. Sed hæc vetusta, & fere obliterata, illis condonemus. At illud quod à CHRISTO nato supra millesimum ac quadringentesimum anno septuagesimoquinto (vt Eusebius refert) in Tridento accidit, longe detestabilius: in quo Iudæi furtim quendam cerdonis puerum bimatem, cui nomen Simon erat, subtractum, & octauo Calendas Aprilis, quo die CHRISTVS passus fuit, perfidæ huius gentis ritu & more strangulatum, vt sanguinem innocentem emungerent, ita multifariam perfuderunt, vt corpus pueruli totum Dominicæ passionis schema stigma-

Iudæi in Heluetia combusti.

Iudæi Vberlingæ combusti.

De Simone puero Tridenti à Iudæis occiso, Eusebius in Chronicis Sabellicus li. 7. Eneadis decimæ.

Digitized by Google

gmatibus referret. Nec tam deteſtabile Iudæorum flagitium (ſiquidem vox innocentis ſanguinis, mirabili facti manifeſtatione, vindictam Dei implorat) inultum manſit. Nam cum Iohannes Sala iureconſultus Brixianus in huius atrocis ſceleris reos, decreto pontificis anquiſiuiſſet, comperti meritas ſupplicii pœnas in rogo pependerunt: puero vero in martyrum catalogum relato, templum ſatis auguſtum, ob miracula Tridēti conſecratum fuit: in quo pueri corpus exoletum, & nigrum, cras ædituus vobis ſpectandum exhibebit. Nec tamen his & tantis ſuppliciis Iudæorum pertinax, dæmonis inſtinctu, in homicidiis obſtinacia, mitigari potuit. Nam quinquennio pòſt, eiuſdem impietatis & crudelitatis ſcelus Venetiis vindicatum fuit. ex Motta oppido Foriiulii, quod Liquentia amnis alluit, occiſo à Iudæis in die Paraſceues puero: tres de Hebraica gente ſontes, Venetias ad ſupplicium deportati, meritas luerunt pœnas. At, vt audio, non deſunt qui Iudæorum impietati patrocinentur, & hæc de Iudæis conficta fuiſſe crimina affirment, vt eorū bona confiſcarentur, & iudices diteſcerent. Iamdudum enim ſublatis eorum holocauſtis & hoſtiis, nec vlla amplius eſſe ſacrificia, quæ vel humano vel ferarum ſanguine ab eis peragātur: nec legem Moſaicam vllam ſanguinis humani vſum præcipere, vel docere. Sed ô impiorum patrone, tuorum Cabala, magico Ægyptiorumque incantationis ac diuinationis artificio, literarumque ſacræ ſcripturæ ſortilegio, & mendaci diuinorum nominum Schemhamphoras & aliorum ſuperſtitioſa interpretatione refer-

Iudæi Venetiis combuſti.

ta, dæmonum culturam & præſtigias necromantiæ vos docuit, quæ ſine ſanguinis effuſione fieri non poſſunt, vt votis veſtris dæmones adſint. Vnde decreta pontificum aiunt: Ad ſuſcitandos mortuos cadaueri ſanguis adiicitur. Nam amare ſanguinẽ dæmones dicuntur. Quum vero hæc magica Ægyptiorũ & auita Hebræorum dogmata, olim ſucceſſorib. eorum tantum velut per manus tradita, & adhuc proculdubio ſint quorũdam alta mente repoſta: de his periculum facturi, ſanguine humano egent. Quare non immerito quiſpiam Iudęos per hæc execranda puerorũ homicidia, in die quo Chriſtus ſuum pro noſtra ſalute effudit ſanguinẽ, quo nos de poteſtate dęmonum redemit. Iudæos quoq;, vt Euchetas & Gnoſtos magos, cõquirere ſanguinem, ſuſpicari poterit. His vel credere, vel fidẽ derogare, penes te ſit arbitrium. Tũ Geraldus. Hæc quæ nobis de Iudæorum magica impietate & eorũ goetiæ præſtigiis, quæ ſanguinem, dæmoniorum philtrum, requirunt diſſeruiſti, nõ multũ diuerſa à Capnione noſtro, ex lib. de verbo mirif. accepimus. Verum quid ſtemmate auorum generoſius, & rara eruditione vere admirandus comes Picus Mirandulanus, de Iudæorum in re medica libris & peritia ſtatuerit, vel tu diuturno (vt hoſpes refert) eorum vſus commercio comperiſti, nondum nobis ſignificaſti: quũ tamen hæc ſcire Germanorum max. interſit. quorum vt marſupia Iudæi fœnore, ita facultates corporis vitales medicamentis exhauriunt, ac experimenta per mortes agunt (diſcunt enim periculis noſtris) Iudæoq; Chriſtianũ medicamẽtis occidere ſumma impunitas ſit. quippe cum

In Decret. can. 25. q. 5. can. Nec mirum.

pecum nulla lex ſit, quæ in hac arte puniat inſcitiam capitalem. Accedit ad hoc auaritia præfectorum & præſidum, qui accepto paruo tributo, data illis, qui Chriſtum & illibatam eius matrem virginem Deiparam blaſphemant, maiore quam Chriſtianis immunitate, hos, vt mali paſtores, nõ tõdere, ſed Hebraicos hos lupos, ſubditos, vt oues deglubere permittunt. Pudet fateri, ſolos in toto terrarum orbe Germanos cuilibet apoſtatæ, ſacrificulo, agyrtæ, carnifici, perfidoque Iudæo, profitenti ſe medicum, corpus & vitam concredere. Quare, mi Langi, ſi quid de illorum medicina comperiſti, aut quid tandem ſentias, ob communem patriæ ſalutem in lucem proferas, te omnes obſecramus. Cui ego reſpondi: O Geralde, equo certe ſponte ſua currenti fruſtra impingis calcaria. A teneris quippe didici, neminem ſibi ſoli natum: ſed potiorem noſtri ortus & vitæ partem ſibi partim amicos, partim patriam vendicare. proinde quicquid de Iudęorum in medicinis ſcientia exploratum habeo, vt ab illorum tyrannide & fraude ægroti ſemel vindicari poſſint, vt ingenue, ita quoque vere ac citra omne odium vobis referã. Primum gloriantur Iudæi, ſe quoſdam de re medica habere libros reconditos, ac Chriſtianis medicis inuiſos: quorum nec Picus Mirandulanus, nec Capnio, Hebraicæ linguæ anteſignani, vlla ſaltem fragmenta extare perhibebant. Nam Iudæi æque ac Gallorum Druides, ante tempora Eſdræ ſacerdotis, cum Cyrus eos ex captiuitate Babylonica in Syriam Palæſtinam Hieroſolymamque reſtituiſſet, nec ſecretiorem diuinæ legis interpre-

Magiſtratus auaritia ſinit ſubditos fœnore & medicina Iudæos perdere.

Digitized by Google

tationem, nec vllam aliam artem literarum monumentis concrediderant: sed eorum successoribus hæreditario reuelationis iure veluti per manus tradiderunt. Quare neque vlla de philosophiæ encyclopædia monumenta habent, nec proferre possunt præter Cabalam & Thalmud, nugarum superstitionibus plena.

Illud tamen fateri cogimur in Syria, præcipue Palæstina, ante & post CHRISTVM natum, quam Iudæi incoluerunt, studium Medicinæ plurimum floruisse. Nam in Antiochia diuus Lucas medicus, & Damasco, præclaris Syriæ ciuitatibus, sanctus Paulus ac Mesue medicinam professi sunt: verum eam, quam Græcis, quos Mesue in testes adducit, acceptam referre iure deberent: quemadmodum Rasis & Auicenna, ac reliqui Arabes, Hippocrati & Galeno, quos in re medica vt duces obseruant, & sequuntur. aliam vero medicinam magicis Ægyptiorum vanitatib. defœdatã Ægyptiis debent. Nã cum in terra Chanaã magna annonę caritas & fames incidisset, Abraham cum Loth & Sara eius venustæ indolis vxore, & vniuersa prole in Ægyptũ profectus est, vbi pecoribus plurimum ditescebant. Siue, vt sanctus Stephanus in Actis Apostolorum refert, quum terra Chanaan magna frumentorum inopia affligeretur, Iosephique auctoritas olim à fratribus per inuidiam Ægyptiorum mercatoribus venditi, apud Pharaonem magni fieret, Ioseph misso nuncio patrem suum Iacob, omnemque cognationem eiuscum septuagintaquinque animabus in Ægyptum accersiuit: in qua præter idololatriæ cultum ex magia

magia pharmaca & incantamenta didicerunt, quibus morborum curam temerario ausu professi sunt: quibus quoque sacrosanctum Dei donum medicinam prophanassent, si monumentis literarum ab Ægyptiis excepta posteris tradidissent. Sed ne syncerae medicinae puritas, eorum nugis contaminaretur, diuina prouidentia obstitit: cuius nutu accidit, vt Iudæi Iesu duce in Syriam Palæstinam reduces, ac ex captiuitate Babylonica, per Cyrum Persarum regem asserti, vt iterum gens illa effrenis Artaxerxis bellorum cladibus ac Ptolemæi insidiis afflicta, propriis quoque seditionibus pessumiret. Nam imperante adhuc Claudio Tiberio Cæsare, obortа Hierosolymis in solennitate Paschæ seditione, intra portas templi triginta Iudæorum millia oppressa traduntur.

De Iudæorum strage hæc Cornelius Tac. lib. 21. Ioseph. lib. 11 cap. 6. & lib. 12. cap. 1.

Nam à CHRISTO passo hæc gens Deo hominibusque exosa, continuis bellorum ac seditionum calamitatibus fuit attrita. Quippe cum in ciuitate triplici discordiæ intestinæ factione dissideret, illius proceres crebro ante templi portas cruenta intestini belli clade conflixerunt, in qua optimi quique, qui aliquid ex Ægyptiorum doctrina, vel auita maiorum reuelatione, didicerant, vel armis, vel obsessa ciuitate, fame interierunt: qua mures, libros, scutorum coria, & calceorum alutas, ac fœnum edere coacti, tam confertim perierunt, vt per vnam tantum portam centũ ac quindecim cadauerũ millia fuerint elata, vt Egesippus refert. Fex igitur tantum & indocti vulgi colluuies, mansit superstes: quæ postquam Titus Vespasianus ciuitatem tripli-

De Iudæis seditione oppressis historia Tripartita li. 2. ca. 19.

Egesipp us de excidio Hierosol.

Digitized by Google

ci muro vallatam ac dirutam ſolo adæquaſſet, diſperſa, ſine paſtore & duce; paſſim per Europam & Indiam, & per aliquam Africæ partem oberrauit, nulla illis certa vel tranquilla ſede derelicta, in qua literis vacare poſſent, à CHRISTO nato, vero Meſſia, ſemper alieno obnoxii dominio. Id quod illorum dux & propheta Moyſes, futurum illis, tali veridico vaticinatus eſt oraculo: Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. quem ex Deipara virgine natum, obuiis (vt aiunt) vlnis excepimus: quem Iudæi adhuc, ſed ſero nimis, expectant. De hac vaga gente Iſraelitica, hæc noſtra Iudæorum propago repullulat, omnium bonarum artium & præcipue philoſophiæ ignara, quæ ſe illicito fœnore, quo ærária diuitum & principum exhauriunt, & medicinæ impoſtura, qua impune Chriſtianos perdunt, alit, & diteſcit. non enim ſibi ipſis, ſuæ in medicina ignorantiæ ſibi conſcii, medentur: ſed Chriſtianorum (quod Bononiæ & Venetiis crebro vidi) conſilium & auxilium implorant. Qui enim obſecro medicinam ſcire poſſunt? cum prima illius elementa, nempe humani corporis fabricam, non pluſquam Lanii nouerint? philoſophiam ne à limine quidem ſalutauerint? cuius tamẽ pauca quædam ſeminaria, nunq̃ fructũ productura, Cabala eorũ inſperſa habet. Prudenter igitur & ſancte Pontificũ decreta, ſub pœna exauctorationis, aut excõmunicationis cauerunt, ne quis Chriſtianus ſacris initiatus, vel laicus, cum Iudæis conuiuetur, lauet, aut eos ad infirmos accerſat aut medicinam ab eis accipiat.

Sceptrum Iudæ auferetur. Gen. 49.

Medicina Iudæorũ prohibita, cauſa 26. q. 1. can. nullus eorum.

VE-

Digitized by Google

VETERES EX ÆGYPTO PHILOSOPHOS *diuina herbarum medicamenta, magica & anili superstitione infamasse turpiter.*

Epistola LXXII.

SOLET quidem, sed non immerito, fraudulenta iniquitas omnibus bonis & probe doctis viris mouere stomachum. Quare omnes boni te facile venia, imo laude potius dignantur, quod omnibus theologis & logiatris ac Iudæis malam crucem imprecaris, qui sacrosanctam religionem ac medicinam, execrandis magicæ artis vanitatibus defœdarunt: quas dum herbas aut radices, certis prius decantatis ἐπῳδαῖς, & non sine lustralis aque ceremoniis eruunt, expiant, & consecrant, audire & videre licet: quorum ludibrio cacodæmon mẽtes mortaliũ ita perstrinxit, vt graues eruditione & fama totius veteris Latii & Græciæ philosophos, ea docere aut scribere olim non puduerit. Quare vt scias, quibus iuste succensere debeas, paulo altius in re medica & religione magicæ vanitatis auctores tibi, & originem repetam. Non adeo magni referret, Hebræos magiæ arcana ab Ægyptiis dęmonum cultoribus, & idololatris, olim didicisse: quoniam illius arcana vsque ad Esdræ sacerdotis tempora, non literis inuulgarunt: sed, vt Gallorum Druides, illius sacra alter alteri, veluti hęreditarii iuris successu, per manus tradebant. Et postquam Esdras diuinæ legis interpretationem quam Cabala dicunt, communicato cum LXX. viris Iudæis, ex omni eorum tribu doctoribus selectis, consilio, conscripsisset, cui illorum suc-

De Esdra Iudæo Suidas & Iosephus.

ceſſores multa nephanda magica de Schemhamphoras,& literarum ſacrę ſcripturæ calculatione, & quaſi ſortilegia inſeruiſſent: ne tamen hæc inerti vulgo paterent, lege cauerunt, ne cuiquam fas eſſet ante ſuæ ætatis XL. annum, quando iudicium, quo ſacra à prophanis diſcernete poſſet, aſſequutus eſſet, Cabalam legere. At quum Hoſtanes Proconneſius, ſecundus poſt Zoroaſtrem magiæ auctor, in bellum quod Xerxes Græciæ intulerat, comitatus, magicæ artis oſtentatione ab omnibus veluti numen veneraretur, Græcorum populos non ad illius auiditatem modo, ſed ad rabiem fere illexit. Vnde Græcorum philoſophi, vt magicæ quoque artis peritia barbaris non inferiores eſſent, ſibique famam, eruditionisquè honorem aucuparentur, Pythagoras, Empedocles, Democritus ac Plato, ad hanc diſcendam exiliis verius quam peregrinationibus ſuſceptis in Ægyptum nauigarunt. Vnde reduces, hanc illuſtri præconio celebrarunt & docuerũt. Ante quos tamẽ Numa Põpilius, Romanorũ rex & pontifex, ex magia quatuordecim libris partim Græcis partim Latinis, Romana iura & põtificia ſacra cõſcripſit: cuius libri ne diuulgata arte, pontificum auctoritas vileſceret, arca plumbeis cooperculis deuincta, intus vero cedri reſina oblita, incluſi, inque eius monũento recõditi, poſt Nũmæ obitum anno DXXXV (qui annus, quum cœlũ ſex mẽſes nulla pluuia terrã irrigaſſet, ſiccitate & frugũ inopia inſignis fuit) rurſum ſunt eruti: eo .n. anno in agro L. Petilii ſcribæ ſub Ianiculo, dum cultores altius moliũtur terram, duę (vt ait Liuius) arcæ

De Hoſtãe hæc Plin. lib. 30. cap. 1.

De Pythagoræ Platonis & Democriti profeſſione in Ægyptum. Diog. Laërt. lib. 10. cap. 2. Cic. lib. 5. de Fin. bon. & mal.

De libris Numæ Liu. Dec. 4. lib. 10 Plin. lib. 13. cap 13.

Digitized by Google

arçæ lapideæ, octonos ferme pedes lõgę, quaternos latæ, inuẽtę sunt; literis Latinis Gręcisque vtraque arca inscripta: in quarum altera Numę Põpilii corpus sepultum esse, in altera eiusdem libros inesse, titulus indicabat. quas cum ex amicorum sententia Petilius reseraſſet, quæ titulum sepulti regis præ se ferebat, inanis reperta fuit, sine vllo humani corporis vestigio, per tabem tot annorum ossibus absumptis: in altera, duo fasces candelis inuoluti, septenos habuere libros, non integros modo, sed recentissima specie à tineis & blattis illæsos, septem libri de iure pontificio Latini erant, septem Græci de disciplina sapientiæ: quę, vt Liuius ait, illius ætatis esse potuit: quã Numã à Pythagora non didicisse, Cicero ac Liuius recte asserunt, & hinc, Eusebius, Ouidius, ac Plinius, qui Numam Pythagoræ auditorem fuisse asserunt, erroris conuincuntur. Siquidem peragratis Arabiæ, Persidis, Æthiopiæ, Ægyptique finibus, Democritus, erutis ex sepulchro Dardani, ex Phœnicia magi, voluminibus circa belli Peloponnesiaci tempora (quod gestum est à trecentesimo vrbis Romanæ anno, qui orbis conditi 4770 fuit) magiam in Græcia docuit: Pythagoras vero, regnante Seruio Tullio, & plus centum post Numam defunctum annos, in vltima Italiæ ora: quæ tum vetus Græcia dicebatur, circa Metapontum, Heracleam, & Crotonam, frequenti discipulorum concione magiam professus est: quam & variis symbolis obscurauit, & ne quispiam discipulorum ante assequutam magiæ sapientiam de ea quippiam temere effutiret, aut eliminaret, silen-

Pythagoram non fuisse Numæ præceptorem. Cic. libro 2. de Orat. & lib. 4. Tuscul. quæst. Dionys. libr. 2. Plutar. in eius vita, Plin. lib 2. c. 8. Eusebius lib. 9. cap. 3. Ouid. lib. 15. Meram. Plin. lib. 13. ca. 13. asserunt Numam fuisse Pythagoræ discipulũ. De Dardano Ægyptio Ioseph. lib. 8. ca. 2. Plin. lib. 30. cap. 2.

Digitized by Google

tium triennale discipulis indixit. Cæterũ si annalibus credimus, in eadem belli Peloponnesiaci tempora Hippocrates & Democritus inciderunt: quorum ille salubribus præceptis medicinam auxit & illustrauit, hic vero eam & religionem ethnicorum arte magica miscuit & polluit. Nam illud magis persuasum erat, neminem, quamuis corpus nullis conspersum nævis haberet, nec vnquam in mare expuisset, sacris magiæ initiari aut rite dæmonum sacris operari posse: nec ἐπῳδαῖς ἢ γοητείαις, carminibus vel lugubri incantamento mortuorum manes aut dæmones in colloquium aut subsidium, vel ad vindictam arcessere, aut veneficiis, spectris, ac præstigiis mentes mortalium perstringere posse: nisi prius magicas, ac naturales quoque, sed occultas, herbarum, aromatum, lapidum, radicumque vires & suffitus, ac præcipue reconditam rerum naturalium cum dæmonibus & astris sympathiam, probe didicisset: sine quorũ peritia, nec dæmones ad magorum sacrificia & officia cogi posse crediderãt. Quare his philosophis magis omnibus vetustior Orpheus (id quod eius hymni, qui adhuc extant, testãtur) aliquà de his curiosius scripsit, & post eum eius discipulus Musæus, & Hesiodus, magicas polii herbæ vires & suffitus commendarunt: & Homerus quoque suum Moly, agrestis rutæ speciem, Mercuriique contra Circes ex mandragora venecia, pharmacum ita collaudat:

ὡς ἄρα φωνήσας, πόρε φάρμακον ἀργιφόντης,
ἐκ γαίης ἐρύσας, καί μοι φύσιν αὐτὸς ἔδειξε.
ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος.

μῶλυ

De Hippocrate & Democrito hæc Plin. li. 30. c. 1.

Magiæ opera, quæ ex sympathia dæmonum cum reb. naturalib. & astris.

Veteres poetæ omnes magiæ periti.

De polio herba Plin. li. 21. c. 7. & lib. 25. cap. 2. De moly Homer lib. Odyss. 10. Diosc. lib. 3. cap. 50. Arsen. in Apophtheg. Mandragoram esse amorisphilitrũ, testatur Theop li. 9. c. 10. de hist. plan.

μῶλυ δ' μιν καλέουσι θεοὶ, χαλεπὸν δὲ τ' ὀρύσσειν
ἀνδράσι γε θνητοῖσι· θεοὶ δ' ἐπὶ πάντα δύνανται.

Poſt hos longa annorum ſerie, Andreas & Pamphilus non erubuerunt ἐπῳδὰς καὶ μεταμορφώσεις τῶν βοτάνων, καὶ λεκανῶν καὶ δαιμόνων ἱερὰς βοτάνας γράφειν: id eſt, incãtamenta, transformationes, & decanorum ac dæmonum ſacras herbas conſcribere. Idem Pamphilus gloriatur, herbam aquilæ, Græcis omnibus ignotam, ac triginta ſex horoſcoporum ſacras herbas, ex libro Hermetis Triſmegiſti magi Ægyptiaci didiciſſe. Erant autem Decana ſacrificia, in quib. ex voto decima pars prædæ, Pythio Apollini conſecrabatur. Horoſcopi erant, qui ex herbarum indicio, quis dęmonum quauis hora præſideret, & quid eius auſpicio feliciter fieri vel auſpicari poſſet, indicabant. At eſſe de heliotropiorum genere herbas, quæ ſe motui ſolis accommodent, horaſque indicent, in ficiari nõ poſſumus. Nam quotidie videmus molochi & cichoreæ flores ad ſolis ortum dehiſcere, ad eius occaſum conniuere. En lupinus cum ſole quotidie circumagitur, horaſq; agricolis, etiam nubilo die, demonſtrat: At eſſe herbas, quæ dæmones horarum præſides indicent, puerilia eſſe deliramenta Gal. recte monet. At illud longe impudẽtius, quod idem Pamphilus herbarum deſcriptioni aniles fabulas inſeruerit: faſcinationes, carmina, ac magicas ceremonias in herbarũ & radicum euulſione obſeruandas, ne dæmonis aſtus, cui herba dicata, euulſori fraudi ſit, docet. At illud omnem ſuperat admirationem, etiam graues eruditione teſtes his magorũ nugis nõ deeſſe. Euulſori radicũ moly imminere mor-

Quod Andreas & Pamphilus medicinam magicis vanitatibus defœdarint. Gal. lib. 6. de Simpl. medic. Decana ſacrificia, Suid. in verbo δεκανοί.

Herbæ horoſcoporum. Gall. lib. 8. de Simplic. medic.

De lupinis hæc Plin. li. 18. c. 14. de molocho Columel. li. 11.

Digitized by Google

De Appione hæc Pli. li.30.c.2.

rem Homeri interpres asserit, Appion grammaticus, Plinio adolescenti visus, prodidit, cynocephalæam herbã, quæ in Ægypto vocaretur Osirites, diuinã, & contra omnia veneficia pollere: sed si ea erueretur, euulsorem statim moriturum. At his periculis, aut potius vulgi terriculamentis, quo herbæ pluris venirent, certis precationibus aut obseruationibus obuiam iri, magi docuerant.

De Selagine Plin. li. 24. ca. 11.

Sic Druides Gallorum magi, præceperunt selaginem herbam, sabinæ similem, contra omnem perniciem & oculorum vitia efficacem, sine ferro legi: dextra manu per tunicam qua sinistra exeritur, velut furante, candida veste vestito, pureq; lotis nudis pedibus sacro (priusq̃ legitur) vino & pane facto, & vt lecta in mappa noua deferatur.

De superstiosa herbarum collectione. Plin. & Theophr. li.9.cap.9.

Alias vero plures æque superstitiosas, magicas in eruendis ellebori, mandragoræ ac panaceæ Asclepiadeæ radicibus obseruationes, Theophrastus in 9. de Historia herbarum refert, & vt nugacia radicidii additamenta floccipendit. Attamen non negamus quarundam, æque ac hydrargyri, esse ita noxium virus, vt si non flatu au[illegible]eruantur, virulento earum vapore caput, faciem, [illegible]culos, ac non raro totum corpus oblædatur.

De thapsia hæc. Theophr. li.9. ca. 9. Dios. li.4. cap.147.

Sic nemo innoxie thapsiã euulsurus est, nisi faciem vesica obduxerit, manusq; & corpus oleo inunxerit.

De Andromachi antidoto hæc Aeti' serm.11. cap.13.

Atqui non tantum hac magica obseruatione in eruendis simplicibus, sed etiam in medicamentorum compositione veteres vsi sunt. Sic Andromachus, in conficienda sua contra calculum antidoto, fomenta diuretica in pila lignea pistillo ligneo cõtundere præcipitillusque opificem, annulum ferreum, aut calciamenta fer-

Digitized by Google

ta ferreis transfixa clauis,vt Thraces & Pánones ſolent geſtare vetat. At parum viſum eſt cacodæmoni,his nugis irretire animos hominum, & ſacroſanctam medicinam defœdare:niſi, vt plus auctoritatis magiæ accederet, in eius fraudulentum conſortium medicinam & aſtrologiã aſciuiſſet. Recte mediusfidius,inquit Plin.ille polyhiſtor,natam è medicina magicen nemo dubitat,ac ſpecie ſalutari irrepſiſſe,velut altiorem ſanctioremque quam medicinam: ita blandiſſimis deſideratiſſimiſq; promiſſis addidiſſe vires religionis,ad quas etiãnum maxime caligat humanũ genus.atq; vt hoc quoque ſuggeſſerit, miſcuiſſe artes mathematicas,nullo non auido futura de ſe ſciendi:atque ea veriſſime è cœlo peti credebant.& ita obſeſſis triplici vinculo humanis ſenſibus, in tantum magia adoleuit,vt etiam hodie in maiori totius Europæ & orientis parte regum regibus imperet. Quod veriſſimum eſſe, etiam noſtro æuo Nouarum Inſularum exploratores Luſitani compererunt:in quib.rex nulla bella,ſacrificia,aut quæuis reipublicæ munia, ſacerdotibus,magis, dæmonumque cultoribus inconſultis, ſuſcipere audet. Verum hæc magorum documenta,aut ſi mauis,potius deliramenta,meras eſſe nugas, Nero etiam Cæſar didicit,qui nullis ad hanc artem diſcendam pepercit opibus,nihil quod hæc exigeret reliqui fecit:hanc tamen falſam expertus, poſtremo repudiauit. Quod ſi hæc aliquo veritatis fundamento niterentur, certe libri Numæ Pompilii non fuiſſent publico prudentiſſimi ſenatus Romani decreto in foro combuſti. Quare ſacra pontificum

Magia medicinam & aſtrologiam ſibi cõiunxit, Plin. lib. 30.cap. 1. hæc.

In Nouis inſulis magi dæmonum cultores.

De Nerone hæc. Plin. lib. 30.ca.2.& Sueton. Libri Numæ combuſti Liu. Dec.4.li. 10.Plu.li. 13.ed.13.

Digitized by Google

Verba ex Decretis pontificũ 26. quæſt. 7. can. admoneant.

decreta his verbis præcipiunt & mandant: Vt ſacerdotes admoneant populos ſuos, vt nouerint, magicas artes incantationesq; quibuslibet infirmitatibus hominum nil remedii poſſe conferre, non animalibus languentibus aut claudicantib. vel etiam moribundis quicquam mederi: ſed hęc eſſe laqueos & inſidias antiqui hoſtis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Quare qui in collectionibus herbarum carmina dicunt, aut pictaciolas pro quauis infirmitate ſcriptas, ſuper homines aut animalia ponunt: ſi hoc clericus exercuerit, degradetur: laicus vero, anathematizetur. Quare age mi Critobole, quum tua eruditio ac fidei integritas magiſtratui tuo ſit dudum perſpecta, effice, vt ſagæ, anus veneficæ, Iudæi, ac ſacerdotes medicinam profeſſi (quam quidem ne à limine ſalutarunt, cuius prætextu vita & pecunia miſeros ægros impune ſpoliant) à vobis eliminentur. quos Galenus prædonibus longe nocentiores eſſe recte affirmat: qui pecuniam tantum viatoribus, ſed tamen non impune adimunt. at his, cum vitam & pecuniam ægris ademerint, mercede gratia refertur. Quod ſi effeceris vt hæc reipubl. veſtræ monſtra, pernicies, calamitas ac lues ciuium, proſcribatur: nemo erit, qui te non ciuica corona dignabitur, qui hoc vnico conſilio vitam ægrorum à tyrannide imperitorum, medicorumq; carnificina vindicaueris.

Vale.

Digitized by Google

De Necessaria Et Erronea *simplicium medicamentorum ratione.*

Epistola LXXIII.

QVAM frugifera, quam denique necessaria sit medico, simplicium medicamentorum, suæ artis organorum, cognitio: nemo est mortalium tam pinguis Mineruæ, qui id ignoret. quam vero præclara & honorifica, vel ex hoc Demophile coniicere poteris, quod orbis terrarum reges Lysimachum, Gentium, Eupatorē, ac Iubam Mauritaniæ regem, non piguit, indefesso herbas scrutari studio, & repertas suis nominibus indigitare. Vnde iam adhuc post tot annorum secula, non in pharmacopoliis tantum, & circa ægros in nosocomiis, sed in toto terrarū orbe, regalia & illustria Lysimachi, Eupatoris, & Gentij regum nomina, sub eiusdem herbarum & radicum nomenclatura, decantantur. Adde quod Euax rex Arabum, de simplicium medicamentorum viribus præclara conscripsit volumina, quæ Neroni Cæsari dedicauit: & sub Ser. Tullio Hostilio Pythagoras suos de herbarum efficacia libros, tanquam solis diis digna donaria, Apollini & Æsculapio consecrauit. Hoc præclarum dignoscendi herbas studium, partim linguarum imperitia ita periit, vt corruptis Arabiæ medicorum translationibus confisi, lethalia pharmaca pro salutaribus miscuerint: partim vero ignaua medicorum desidia neglectum iacuit, qui id vesanis mulier culis & indoctis seplasiatiis concrediderunt: ipsi vero, vt Erasistratij Alexandrinorum medici, domi desides, ex sola librorū lectione (vt nostrates

Quas reges inuenerint herbas, Plin. lib. 25. cap. 2. docet.

Pythagoras primus herbarum scriptor.

Desidiā medicorū Alexādriæ grauiter

Digitized by Google

carpit Gale. passim, & in fine libri Hippocr de nat Hom. Hæc singula Gal. in principio lib. 6. de simplic. med.

ex sola lotij obseruatione morbos, & ex pictura herbas exacte dinoscere temere confidunt) medicorum se officium assecutos putarunt. quos ita me Deus amet, Galenus noster scite, ἐκ τῶν βιβλίων ναυβατρυήτας, id est, ex libro nautas appellat, qui ex solis Geographiæ chartis nauigationis docti, scopulis, prius non exploratis, nauem illidunt. Vnde Heraclides Tarentinus huiusmodi medicos recte publicis prætoris præconibus comparauit, qui pro concione in foro seruum fugitiuum, suo vestitu, facie, corporis habitu, capillorum colore graphice depingunt & designat, quē sibiipsis assistentem non agnoscunt. Sic nostrates medici & myropolæ, depictas herbarum radices, flores, & semina, ex libro referre, vel etiam transcribere norunt: quas in proprio horto, vel ciuitatis pomœrio crescentes, digito demonstrare non

Incerta ex pictura herbarum cognitio. Plin. lib. 25. ca. 2.

possunt. Verum quam fallax sit herbarum ex lectione & pictura dinotio, Plinius, veterum scriptorum bibliotheca, his verbis testatur: Crateuas, inquit, Dionysius & Metrodorus pinxere effigies herbarum, & effectus illarum subscripserunt: verum pictura fallax est, ex coloribus numerosis in æmulationem naturæ depictis. multum enim degenerat fors describentium varia. Præterea difficile est, singulas earum ætates pingi: cum quadripartitis anni varietatibus faciem mutent. certe alia corporis facie pullulant, alia floribus decora pubescunt, & alia seminibus fœcunda senescunt. Oportet sane medicum herbarum peritum, non esse lectorem tantum sed αὐτόπτην, id est, oculata fide herbarum in quauis earum ætate spectatorem, vt copiose & fide-

fideliter Dioscorides in prologo admonet. Prudẽter igitur Antonius Castor Romanus fecisse traditur, qui vt exacte herbarum historiam dinosceret, plurimas herbas in hortulo suo seuisse fertur, quarum subsidio, illæso sanitatis robore, centesimum transegit annum. Non tamen picturam herbarum historiam illustrare inficior: sed exactam illarum ad amussim cognitionem inde cõprehendi posse, vna cum Dionysio & Metrodoro pernego. Hac medicorum desidia, linguarumque imperitia, & perplexa nominum miscellanea accidit, vt non modo virulenta pro alexipharmacis offerantur, sed vt vix dimidia medicamentorum simplicium, aut herbarum, radicum, metallorumque pars recte dignoscatur. Qua ignorantia artifici, qui suæ ignorat instrumenta artis, vt nulla est impudentior, ita nec vlla periculosior. Dic mihi obsecro, quis medicorum post Dioscoridẽ & Galenum saluberrimę alysi herbæ historiã & eius germen probe nouit? quæ nõ solum gustata, sed visa etiam, vel tacta, sine febre singultus, virulentosque rabidi canis morsus confestim curat: melle contusa, & faciei illita, lentigines detergit; tam præclarum contra fascinationes hominum, pecorisque morbos amuletum, vt hac domi suspensa, aut circa caules septaque consita, aut collo alligata, pecoris morbos amoliatur. ideoq; & ouillo & caprino pecori salutaris esse creditur. Eius tã præclaræ vires frustra traduntur, quum nemo probe herbã hanc hodie, nec ante multos annos nouerit. Plinius suspicatur esse rubeam minorem: Ægineta & Aëtius sidetitim Achilleã. At nostræ ætatis medici herba-

Hortulus herbarum Antonii Castoris Plin. vt supra.

Ex quibus causis herbarum cognitio periit.

Alysum herba veteribus & nostris medicis ignota.

Alysi contra fascinationes vires.

rij, qui in herbarum pictura & illustranda earum notitia, nec impensis, nec ingenij corporisque viribus pepercerunt, alysum esse hepaticam quam vulgus chirurgicorum Waldmennlein appellãt, falso arbitrantur: à quo tota alysi historia dissidet. Nam Actuarius in libro de Medicamentorum compositione, ex Galeni Antidotis ita eam describit: Alysum herba marrubio similis est, asperior tantum, spinosioribusq; pillulis aut sphęrulis cauli agnatis, flore cæruleo. hanc legere oportet, flagrante caniculæ æstu, ac siccam tundere. in cerniculoq; cretam, ita recondere, ne quid virium exspiret. in tua vero hepatica, vel gallacio, quam in caule singulari aspredinem, quos verticillos, quos denique flores cæruleos vides? Certe nullos. Verum cum sideritidis historia alyso sunt fere omnia communia, pariterque huic quam Gallorum herbarii rusticam vel sylueströ canabim appellant. Quare non obstante, quod Dioscorides alyso proprium, & à sideritide diuersum dicauerit capitulum (in tanta enim medicæ materiæ sylua, rem eandem etiam sub diuersis nominibũs bis describere, nil mirum) tuum quoque expectabo iudicium, vtram illarum velis esse alysum. Vale, & quam primum rescribe: aut si nil rescripseris, attamẽ ipse veni.

De alyso hæc Dioscor. lib. 3. c. 57. & Gal. lib. 2. de Antidot. & lib. 6. de simp. medic.

Alysum an sit sideritis, aut cãnabis syluestris.

De Paeonia, Scolopendria, Et *Sesamoide. Epistola* LXXIIII.

Iurisconsultorum solertia.

Accepi literas tuas, Demophile, in quibus prudenti Iurisconsultorum solertia veteris, qui reo aut creditori suadere solent, vt duplum eius

eius quòd debeat, viciſſim ab actore exigat: vt ſi cauſa per arbitrum ante litis conteſtationem trãſigi debeat, aliquid (vt arbitro obſecundet) citra ſortis diſpendium remittere poſſit. Hac tu videris induſtria vti: quum ego à te verum alyſum peterem, tu vero antequam me voti compotem reddas, confeſtim à me veram pæoniam maſculam, ſcolopendriam, ſeſamoidem, aut illius comparem elleborum nigrum, deſideraſti. Quamuis Demophile iniqua ſit, trium præſtantiſſimorum medicaminum pro vno compenſatio: ingens tamen cognoſcendi alyſi deſiderium, & ſalutares eius, quas de eo Plutarchus in Sympoſio commemorat, vires, me huic auctioni corollarium addere cogunt. Pæoniæ herbæ vtrumq; ſexum, Pæona deorum apud Homerum medicum repe- riiſſe nomẽ eius teſtatur: quã Theophr. Glyciſidẽ, ob ſimilẽ in malis punicis dulcorẽ, & Rom. Caſtam herbam appellarunt. Fœmina foliis in margine, inſtar ſmyrnii ſerratis decora, radice vero nigra adnata, vt in aſphodelo, ſingulis annis inſtar glandis oblongæ, ſobole & ſtolone fœcunda. ſplendeſcit calice floris roſeo, in lata coloris purpurei folia dehiſcente: quibus deciduis, ſubnaſcuntur in ſummo caule, quini folliculi oblongi, lanugine pubeſcentes, amygdalis ſimiles: in quib. maturitate dehiſcentibus, grana punici mali acinis ſimilia, partim nigro, partim coccineo colore rutila emicant: quorũ 15. in melicrato ſumpta, vires cerebri roborãt, vertiginoſoſq; vapores digerunt: porantur autẽ, vel cum paſſo deglutiuntur totidem, contra Faunorum in ſomno ludibria, & nocturnas incuborum ſuffocationes: propter

Theophraſtus de hiſt. plant. lib. 9. cap. 9. Hiſtoria pæoniæ fœminæ.

Digitized by Google

Historia pæoniæ masculæ.

quod pæoniam etiam vocarunt ephialtion. Hæc passim hortos & topiaria decorat. At pæonia masculæ promontoriorum & montium potius quã hortorum incola, folia nuci iuglandi in principio similia habet: radicem digitali crassitudine, longitudine dodrantali, colore candido, gustuque stiptico: in summo pediculo, flores instar maluæ purpureos, candicantibus tamen intus maculis conspersos, gratum natibus spirantes odorem: quibus tabescentibus, subnascuntur quinque folliculi, suis discreti septis, & granis nigerrimis referti. Et quoniam natale suum solum, supra montium vertices, & intra scopulos (quos ignauos conscendere medicos tædet) sibi collocauit, medicis diu ignota fuit; donec studio & opera medicorum Germaniæ, hanc vulgare esse nostrum dyctamum comperimus. & quẽadmodum à radicis colore elleborum album aut nigrum dicimus, sic & pæoniam illam nigram, hanc vero albam appellare poteris. cuius radices collo appensas, Gal. & post eum Thadæus, crebro repetito experimento, epilepticis mederi compererunt.

De pæonia alba hæc Gal. lib. 5 de simp. med. Theophrastus lib. 9. cap. 9. Dios. lib. 3. ca. 149.

Proinde recte Iacobus Syluius Parisiensis inquit: Pæoniæ maris radix oblonga, altheæ æmula, contra epilepsiam & melancholiam recẽs collo appensa, potius quam fœminæ radix iuuat. Tradunt, cruentes eam interdiu, viso pico martio excæcari, radicis vero euulsorib. procidere sedem: quare noctu, etiam silente luna pæoniam eruere, anilia magorum deliramenta suadẽt. Cæterum, quod ad veram antiquorum scolopendrię historiam & cognitionem attinet, quam nostræ

ætatis

ætatis medici ambitiosa altercatione magis obscurarunt quam illustrarunt, veteres sane ob scolopendri insecti multipedis (qui teste Nicandro, pedibus suis æquoris stagna, vt nauis remigio perreptat) asplenon herbam, & hemionitidem, scolopendrium appellarunt. vnde Asclepiades, ad pharmaci, tumorem splenis digerentis, compositionem, accipere iubet καταπάρεως φλοιῦ ℥.ϛ. μυός εἴκης χαρτοῦ, βοτάνης ἀσπλήνου λεγομένης σκολοπενδρίου ἢ ἡμιονίτιδος ἀνὰ ℥.β. & Andromachus, non illaudatę vetustate & eruditione singulari medicus, ad similis effectus pharmaci compositionem accipere præcepit, μυροβαλανίου σπυρὰς ℥.γ. ἡμιονίτιδος ἑρπάνης, λιμνοῦ οἱ μὲν ἄσπληνον, οἱ δὲ σκολοπένδριον λέγουσι. Accipis ne modo, veteres Græcorũ medicos hemionitida & asplenon herbas, natura non adeo diuersas, scolopendriam appellasse? quas Arabes, & eorum æmuli, Ceterah nominarunt. Nostram vero vulgarem officinarum scolopendram, verius esse Dioscoridis phyllitin, quam hemionitida, historia eius testatur, quam vides Andromachum quoque & asplenum ac scolopendram, tanquam vnam eandemque herbam, appellasse. nec obstat, quod Dioscorides, vt herbas diuersas, in diuersis capitulis describit. Nam qui præclarum illud Dioscoridis opus consarcinarunt, crebro capitula, ob nominum diuersitatem, diuulserunt. Et ipse quoque Dioscorides idem simplex medicamentum, vt id magis illustraret, in diuersis capitulis sub diuersis quoque nominibus non raro descripsit. Quam vellem quoque, vt Gerardꝰ, qui semestri præterito Noui orbis insulas perlustrauit, in Anticyrã quoq; elleboro salubriori fœ-

De scolopendro animali Nicandri in theriac. Dioscor. lib. ii. 2 c. 14. Ex Andromacho & Asclepiade hæc repetit Gal. lib 8. de compos. med cap. de splene.

Vulgaris nostra scolopendria est phyllitis.

Dioscorides idem simplex bis describit.

De Appione hæc Pli. lib. 30. c. 2. Gall. li. 5. cap. 2.

cundam, nauigasset. aut Appionem grammaticum Pythagorica palingenesi reuiuiscere (qui vmbras Homeri, ad percunctandum qua patria quibusve parentibus natus, fertur euocasse) vt nobis quoque manes pastoris & vatis Melampodis ab inferis accerseret, quo nos certiores redderet: quali elleboro aut sesamoide, an horum fructu vel radice furentes Præti filias in Arcadia apud fontem Clitorium curasset: & an nostrum vulgare elleborum, consiligini similimum, etiam in censum veratri referret, cui Dioscoridis descriptio certe parũ competit. nam nec caulis illi scaber, nec flores in candido purpurascentes, figuraue racemosi sunt: nec semen cnico simile, quod aluum, cerebrum & splenem ab vtraque bile mirabiliter expurgaret. quæ minori Anticyrensium elleboro potius competunt, quod iuxta Creutzenach, Palatinatus oppidũ, ac intra Ingelheym, Cæsaream olim Caroli Imperatoris sedẽ, & Maguntiam, passim crescit. Hoc effossum agyrtę Italorum Venetias pro veto (vt quoq; est) elleboro deferunt, quo veterinarii pecora, & Melampus capras se purgare obseruauit, quarum lacte mentem multis ademptam restituit. Est sane sesamoides minus herba, dodrantales cauliculos ac folio la nigellæ aut coronopodis similima habens: & radices nigras graciles, mutuo amplexu implicitas, ex basi caulis velut ex ceposo aliquo capite erumpentes. habetque flores racemosos figura, quorum medium in flauo albicat, semen vero cnico aut sesamo non admodum dissimile: vnde sesamoides appellatur, & vi alui deiectoria poller. Proinde Theophrastus: Elleborum, inquit, non

De veratro nigro Dios. lib. 4. ca. 142.

Sesamoides minus Anticyrenorum elleborus.

De sesamoide minuti hæc Dioscor. lib. 4. ca. 144.

Digitized by Google

non ſolum radice, ſed etiam fructu eſt vtile. ſiquidem in Anticyra, vt fertur, fructu eius purgantur. fert aũt hunc ſeſamoides. Et Dioſcorides in capite de Elleboro nigro, in quo hiſtoriam ſeſamoidis & veratri nigri confundit: Fert ſemen, ait, cnico ſimile, quod in Anticyra ſeſamoides vocatur. vtuntur eo ad purgationes. Et in ſequenti capite de ſeſamoide: Quia (inquit) in purgationibus candido veratro miſcetur, elleborum Anticyreni ſeſamoides hoc vocarunt. Recte igitur Theophraſtus, ſeſamoides minus elleborinam appellat. Miſcetur, ait, in potione veratri albi, vt vomitio bene ſuccedat. elleborive ſemen. Hæc, ait, herbula quædam eſt, eius ſane ſemine, virus veratri albi ſuffocans miteſcit. Proinde Strabo: In Phocidis, inquit, Anticyra melius quam in Oeta præparatur, admiſtione ſeſamoidis. quare valetudinarii elleborum potaturi, in Anticyram, ſecedebant. in qua Druſus Romanus, plebis tribunus, elleborí potu à morbo comitiali liberatus fuit. Erat, & eſt, igitur ſeſamoides genuinus Anticyrenorum elleborus: quod Paulus Ægineta his verbis teſtatur: σησαμοειδὲς τὸ μέγα, ὅπερ καὶ ἄνηκρυ: ἐλλέβορος μέλανας, δὲ τὸ ἕμισυ ἐλλεβόρῳ καθαίρει τὸ αὐθ' αὑτόματα. Et Hippocrates ad Democrit. Seſamoides, inquit, per ſuperna purgat. Potio eius eſt, drachma dimidia, in aceto mulſo trita, admiſcetur ei tertia veratri pars: tum minus ſuffocat, aut ſtrangulat. Semen autem ſeſamoidis maioris, purgat (inquit Dioſcorides) ſuperiorem ventriculum, pituitam, bilemque pondere quantum quis tritum tribus digitis capere poſſit, bibitur in aqua mulſa, cum veratri albi obo-

De elleboro & ſeſamoide hæc Theophraſtus lib. 9. cap. 10. & 11.

Elleborina eſt ſeſamoides.

De elleboro Anticyrenſi, Strabo lib. Geograph. 9. Druſus Rom. trib. elleboro curatus. Plinius lib. 25. cap. 5. & Gel. lib. 17. cap. 15. De ſeſamoide elleboro Paul. lib. 6. & 7.

Seſamoidis vtriuſque vires, & doſis ac potio.

Digitized by Google

lo & semisse. At sesamoidis minoris semen purgat bilem, pituitamque, acetabuli semisse cum aqua mulsa potum. curatque ea potio quartanas diuturnas, vt perhibet Hippocrates, & diuturna febre, lipyria, mania, melancholia, ac morbo comitiali diuexatos. Ex his, grauissimorum autorum locupleti testimonio clare constat, veterum nigrum elleborum fuisse vtrumque sesamoides: quorum non radicibus, vt modo assolent medici, quas Dioscorides inefficaces asserit, sed seminibus (grato coturnicibus cibo) in potionibus colagogis & flegmagogis vtebantur: quæ contrita etiam puluisculo & potionibus ex ellebori albi radicib., vel lenimen, addebant. Postremo nostra etiam ætate comperimus, sesamoides minus non tantum in Anticyra, sed etiam in præfatis locis Rheno finitimis, affatim crescere, illiusque radiculas nigras insigni pollere virtute purgatoria, Præterque medicos, etiam veterinarii nostri exploratum habent, quod Dioscorides ignorauit: qui hellebori sui nigri historiam, cum sesamoidis minoris, adeo miscuit, & confudit, vt nemo quænam herba eius vel Mesuæ, fuerit elleborus niger, facile diuinare possit; nisi quis esse consiliginis speciem, asserere velit; penes hunc sit arbitrium. Mihi vero interim eius vicem, sesamoidis minoris radices & semina suppeditabunt.

An elleborus niger Dioscoridis & Mesuæ consiligo.

Habes Demophile mi, ea quæ pro alysio tibi offerri desiderasti. Reliquum est, vt nobis cum alysio respondeas. Vale.

DE

Digitized by Google

De Gagatis et Succini Suffitv.

Epistola LXXV.

QVOD tam sero, Philadelphe, literis tuis respondérim, id certe ærumnosa seruorum in aula equestrium curatio efficit: qua ita distringor, vt fere nihil temporis suffurari possim, quod vel literarum studio, vel amicitiæ officiis impartiri possim. Idque sane procerum aulæ culpa accidit, qui equum empturi, caput, oculos, dentes, crura, & ipsas denique vngulas adhibito hippocomo contemplantur: at seruum conducturi, nec cuias sit, vlcerosus ne, an aliquo per temporis interualla morbo sontico laboret, perconctantur: quo fit, vt alter alterum sua contagione & lectisternia & stragula coinquinet. Non certe temere Romanorum ædiles curules edicto cauerunt, vt mangones, andrapodocapeli, qui pueros, puellas & mancipia fuco & inani sagina, verum corporis robur mentiente, adornabant: titulos singulis seruis venalibus adscriberent, quo emptor recte intelligere posset, quid morbi vitiive cuique seruo inesset. Vnde præter Labeonem, Trebatium, veteres iurisconsultos, etiam Massurius Sabinus libro iuris ciuilis secundo, seruos vitiosos aut morbosos posse andrapodocapelo venditori redhiberi, recte statuit. Certo veteres Græci & Romani in emendis seruis adeo solliciti erant, in quibus conducendis nostrates nihil pensi habent, vt si venditor vel seruus morbum celasset epilepticum, non deesset illis experimenta & sufitus, quibus morbum explorarent: Accensis enim inquit Plinius vtris-

In conducendis seruis aulicorum incuria.

Quid morbus sonticus, Gell. lib. 20. cap. 1. Edictum de seruorum venditione. Gell. lib. 4. cap 2. repetit. Qui fuerint andrapodocapeli Galen. lib. 14 Method. & quid docendo. Morbosi mancipii redhibitio, Cic. lib 4. Tusc. q.

Suffitus cornu cerui & gagatis epilepticos deprehendi, Plin. lib. 8. cap. 32. & libro 36. cap. 19 & 15. Dioſco lib. 5.

bet ceruorum cornibus, odore fugantur ſerpentes, & comitiales deprehenduntur morbi. Vnde præter Dioſcoridem & Plin. L. Apulcius in prima defenſione, mirum id refert, incenſum lapidē gagatem morbum comitialem facile explorare: Cuius, inquit, odore etiam venalitiarii vulgo ſanitatem, aut morbum venalium experiuntur. Galenus quoque, aut quiſquis remediorum euporiſton, id eſt, facile parabilium, autor extitit, ſcribit: ὅτι θυμίαμα ὅτι τῷ γνῶναι εἴ ἐστιν ἐπιληπτικός. λίθον ὑπόθυμίασον τὸν ἀχάτην, καὶ τῷ συμπεριβαλὼν, ὡς μὴ διασκίδνασθαι τὸν ὀσμὸν. καὶ καπνοῦται, ὅπερ ἁλὼς τῷ πάσχοντι. Id eſt: Suffitus, quo cognoſcitur ſi quis eſt epilepticus: Lapidem incende agaten, & hominē ne odor diſpergatur, ſtragulis circūdato: tum, ſi morbo huic eſt obnoxius, cadet. Verum quum antiquiſſimus poetarum Orpheus hūc lapidem & morbum ſcite deſcribat, operęprecium duxi, eius adſcribere carmina:

Galen. de fac. parabil. cap. de epilepſia.

Orpheus in libello de lapid.

φεύγει καὶ κνίσσῃσι γαγάτεω ἐρευμένῃσι,
τέρουπα θυμπὸς ἐχεπυκεῖ αὔτμῃ,
χροιῇ δ' αἰθαλόεις, πλατὺς, οὐ μάλα ἔλπετ' ἰδέσθαι.
καρφαλέῃ δ' ἴκελον πύκνα φλόγα δῖαν ὀρίνει.
ἀλλ' ἁλὸς ἐν ποτὶ ῥίνας ἄγει μένος, ὑδ' ὅ γε φῶτας
λήπτας, ὧν κ' ἰθέλοις ἱερὴν ἀπὸ νοῦσον ἐρύξαι.
γναμπτὸς γὰρ σφίας αἶψα χαμαὶ σφετερώϊας ἔλκων.

De gagate hęc omnia Gal. qui Lyciam & Syriam peragrauit libro 9. de ſimpl. medic.

Eſt namque gagates lapis niger, ex ſulphureo bitumine in oſtiis Gatis fluuii Lyciæ, vbi ſeſe in mare exonerat, concretus: cruſtaceus, incenſus nidorem bituminis ſpirat, nullius fere ponderis: foſſilis tamen, carbonibus ex terra ampelitide cō cretis ſimilimus: qui ob id indurati & politi, in eius cenſu habentur. cuius ergo Galenus Lyciam

Digitized by Google

ciam peragrauit: quem in ea non repertum, tandem in orientali Cœlesyriæ collis vertice, qui mare mortuum circundat, & vbi asphaltus nascitur, copio se reperit, qui accensus asphaltum redolebat. Quare nil mirum, eius male olenti odore & suffitu epilepticos deprehendi: quum etiam aromatũ odor & exhalatio caput repleat, & cephalalgiam excitet. Sed illud longe magis dignum admiratione, quod quidam logiatri ac Iudæi, & agyrtæ, quo pluris succinum vendant candidum, audent, illius per nares attractum fumum homines ab epilepsia & apoplexia præseruare, prõfiteri: quarum paroxysmus, quum ex glutinoso in terræ viscetibus detento bitumine, in Oceano septentrionali statis temporibus scaturiente, nascatur, potius accelerẽt. nã bitumen quidẽ vstũ, vt Plinius ait, comitiales morbos deprehendit. Id quod longe vero similius arbitror, quam quod tradiderunt, ex resina populi nigræ in subiectum mare destillante coagulari. Quod enim formicas, muscas, foliorum aut corticum detrimenta in electro concreta conspicimus, ea æquori aut Eridano innatantia, vndarum maris illisu electro impinguntur. Sed hunc perniciosum errorem inde in medicinam irrepsisse arbitror, quod gagates & succinum vtrumque facile accendatur, attrituque vestium calefactum paleas attrahat, idemque in vernacula Germanorum lingua nomen ab agatha deflexũ, Aidsteyn obtineat: cum, vt olim erant herbarii cultioris latinæ linguæ imperiti, legissent gagatẽ suffitu epilepticos deprehendere, id procurare intellexissent, easdem quoque vires succino

De succini suffitu.

Bituminis nidor epilepsiam redarguit. Plin. li. 35. cap. 15.

Digitized by Google

attribuerunt: neſcii, huiuſmodi medicamentorum effectus plus à ſubſtantia, quæ partim bituminis, partim ſulphurea eſt, quam à manifeſtis qualitatibus dependere. Neque te mitior ſuccini, quam eſt gagatis, odor & ſuffitus decipiat: quoniam etiam fragrantiſſimus aromatum odor, vt Meſue ex Hippocrate docet, quantumuis mulcebris, caput, niſi prius bene expurgatum fuerit, calidi ſtatus repletione offendit. Quare Germanis, qui quotidiana gula, vinique meri crapala, capita onerata habent, hunc nidorulentum electi ſuffumigium periculoſiſſimum cenſeo. A quo ſi tibi plethorico conſultum voles, caueto. Vale: nec temere credas Meſuæ, oleum gagatis epilepticis prodeſſe, cum nullius auctoritate vel ratione id aſſerat. Sed potius credas Alexandro Aphrodiſiæo, qui libro Problematum ſecundo inquit: Quanquam male olida vuluis proſunt, tamen comitialibus auertenda omnino ſunt. faciunt enim, vt qui eo morbo capi ſolitus eſt, collabatur & æſtuet. ergo vitent pennas igni iniectas, lapidem gagatem, bitumen, cornu omne, lucernas, lapidem thracium; qui aqua vritur, oleo extinguitur. de quibus Auicenn. lib. 2. tract. 2. c. 117.

Aromatũ odores capita repleta offendere, Gal lib. 5. aphor. 28. Meſue in fine capit. de foda frigida. de loc. affect lib. 3. cap. 9.

Problem. 60.

De Absvrda Et Affectata Medicamentorum citra methodum compoſitione. *Epiſt.* LXXVI.

INoleuit, Chriſtophore, noſtris temporibus pernicioſa quidem apud indoctos pharmacopœos, & ignarum empiricorum vulgus, opinio, vt illi

vt illi ob lucri aucupium, hi vero ob ambitiosam & vanam pluralitatis remediorum ostentationem, ea credant præstãtiora esse pharmaca, quæ ex vniuersa succidaneorum, radicũ, lapidum, metallorum, herbarum, ac florum sylua, nulla certe methodo congesta sunt: præcipue si exotica, & iam fere euanida, ab extremis Indis allata fuerint, quũ non raro domi in pomœrio meliora nascantur: quod vt semper sumptuosum, ita ægris crebro noxium est, & periculosum, præcipue si vnicus indicationum scopus fuerit. Vbi vero cõtrariæ diuersorum affectuum indicationes coinciderint, tum miscenda sunt simplicia medicamenta, viribus diuersa, non quæ eadem virtute pollent: quæ nostri logiatri omnia ad inanem pluralitatis ἀπλαμμένην ostentationem, in vnum pharmacum numerosum, veluti in confusum chaos, conglomerare solent: quibus magis pharmacopolas locupletant, quam ægros alleuiant. qualia vt ipsis videntur, magnifica pharmaca, ex numerosis medicamentorum simplicium, ac nõ raro compositorum fragmentis, scrupulatim cõfarcinata, Plutarchus in Symposiis irridet, ac Erasistratum quoque in testem accersit: ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ὅτ' ἂν μιχθῶσι τὰς βασιλικὰς καὶ ἀλεξιφαρμάκους ἐκείνας δυνάμεις, ἃς θεῶν χεῖρας ὀνόμαζον. Ἐρασίστρατος ἢ ἐλέγχει τὴν ἀπόνοιαν καὶ πολυπραγμοσύνην, ἐμοῦ μεταλλικὰ, καὶ βοτανικὰ, καὶ θηριακὰ, καὶ τὰ ἀπὸ γῆς καὶ θαλάττης, εἰς τὸ αὐτὸ συγκεραννύοντος. καλὸν γὰρ τοῦτο ἐάσαντας, ὃν πλησταίνη καὶ συκιᾶν καὶ ὑπερελαίᾳ, καὶ ἰατρικὴν ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ μὴ δι' ἃ ποικίλον ἐξάγει, καὶ γοητεύει καὶ ὄρεξιν. Cui Plinius ille polyhistor, his verbis perbelle suffragatur: Hinc ex terrę nascẽtib. nata medicina. hęc sola naturę placuerat

Hæc Plutar. in 4. decad. Sympos.

Plin. hæc lib. 24. ca. 1. & Blondus ea repetit.

Digitized by Google

esse remedia,parata vulgo,inuentu facilia,ac sine impendio,ex quibus viuimus. Postea fraudes hominum, & ingeniorum capturæ, officinas inuenere istas, in quibus sua cuique homini venalis promittitur vita. Statim compositiones & mixturæ inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in medio æstimantur, vlcerique paruo medicina à rubro mari importatur: cum remedia vera paupertimus quisque cœnet. Ita est profecto, magnitudo populi Rom. perdidit ritus, vincendoque victi sumus. paremus externis, & vna artium medicina imperatoribus quoque imperat.

Plin. lib. 22.c.24.

Hæc eadem Plinius alibi clarius explicat: quæ, nisi te obtunderem, libens quoque ascriberem. Veruntamẽ quia proxime ad scopum collimant, addam ea quoque: Scrupulatim quidem,ait,colligere & miscere medicamentorum vires, non coniecturæ humanæ opus, sed impudentiæ est. nos nec Indicarum Arabicarumq; mercium, aut externi orbis attingimus medicinas: non placent remediis tam longe nascentia: non nobis gignũtur,imo ne illis quidem: alioqui non venderent. Odorum causa vnguentorumque & deliciarum, si placet,etiam superstitionis gratia emãtur, quoniam thure supplicamus & costo: & reliqua ibidem plura leges. At ego aromata, gummi, radices, & alia Arabum Indorumque medicamenta exotica,si modo mercatores citra impostura̅ ea sincera ad nos perferrent, non auersarer. Nec medicamentorum compositiones recte methodo concinnatas despuo, quas cum contrarietatis proportione oporteat morbo esse analogas. Remediorũ igitur & medicamentorũ cõpositionis

Methodũ componẽdi pharmaca tradit Galenus lib.1.com-

esse

esse easdem indicationes, Galenus asserit: & recta curandi morbos ratio quæ contrariis constat, exigit. Nam vt primus & præcipuus curationis & remediorum scopus, ex morborum διαθέσει, affectus dispositione (quæ remedium morbo contrarium, suique ablationem & correctionem indicat: cui & natura corporum, ac situs loci affecti, ætas & aer coindicant); sic eadem morbida affectus dispositio, pharmaci compositionem indicat, & talem postulat, quæ cum contrarietatis æquilibrio, morbum quasi ex diametro oppugnat suisque viribus membra principalia & locum affectum corroboret, & sua congenita proprietate vires pharmaci ad eum deferat, eaque contineat, quæ pharmaci saporem grata suauitate saporis & odoris, naturæ corporis conciliant. Et propterea Alexander Aphrodisiæus theriacã summopere laudat, quia ex pluribus herbis constet, quæ singulæ membris principalibus subueniunt singulis. Dyctamus enim cordi accommodatur: quippe qui mirifice cor firmet, atque conseruet. Eupatorium epar adiuuat, scolopendrium lienem, petrapium os ventriculi, hyssopus septum transuersum atque pulmonem, inula campana renes, ruta intestinum laxum, gentiana cerebrũ, seseli vesicam. Quod si nullum simplex medicamen ex tanta simplicium medicamentorum sylua habere poteris, quod vniuersas remedij vires & proprietates, quas compositionis pharmaci & curę morbi indicationes requirunt, contineat: tum medicus, vt sedulus naturæ minister, ita fidus eius æmulus, tale pharmacum non ex homogeneis, sed ex simplicibus viribus, & natura di-

pos. phar. general. & lib. 6. com pos. medicamen. par. in principio, & li. 2. eiusdem

Alex. Aphrodis. li. 1. proble. vlt.

uerſis, vt natura facit, conficere debet: quæ etiã ſimplicia medicamenta, ac corporis alimenta, ex diuerſis elementorum ſubſtantiis & viribus, ac qualitatibus certa mixtionis temperatura refractis, producit. Sic Medicus ſeligat ſimplex medicamentum, quale cum rationis indicationes poſtulant, tanquam baſim, & aliorum fundamentum. huius vires ſi defecerint, additis aliis roborabis, & defectas compenſabis: ſi vero exceſſerint, aliorum additione franges: additisque his quæ locum affectum reſpiciant, & eundem ac membra principalia roborent, ſimulque medicamentum palatui gratum reddant, pharmacum conficies, quo in complicatis affectibus ac indicationibus contrariis defectum ſimplicium compenſabis. Tali methodo Andromachus, Aſclepiades, & alii nonnulli compoſuerunt emplaſtra, antidota, & alexipharmaca, quibus exitiales depulerunt morbos. At noſtri doctorculi pharmacopœi nulla ratione, nulla denique indicationum methodo, coaceruatis ſcrupulatim omnium electuariorum, quæ obſcurum illud Luminare maius continet, puluiſculis, ad oſtentationem pharmaca cuiuſuis generis componũt: vnde remediorum bonitas & præſtantia, non ab artificio compoſitionis & medicamentorum viribus, ſed ſaltem à numero ſimplicium æſtimatur: & quo quis plura, vt arena ſine calce cohærentia, in vnum pharmacum vel decoctum congeſſerit, tanto ſibiipſi doctior eſſe videtur: quum protritum illud teſtetur adagium, eos grauiter delinquere, ego vero dico deſipere, qui pluribus aliquid expediunt, quod pauciorib. trãſigi poſſet.

Digitized by Google

De Emplastris Barbaris Enæmis. *Epistola* LXXVII.

ITERVM enixe desideras Christophore, vt quæ veteribus dicta sint emplastra barbara, enæma nigra, tibi explicem: quamuis Galenus passim aperte illorum meminit, & compositionis scopum ostendit. Vt tamen mea compendiaria compositionis remediorum methodus vnico illustretur exemplo, scito, ex emplastris conglutinantibus, vt Celsus ait, nulla maiorē vsum præstare, quam quæ cruentis protinus vulneribus, deterso spongia sanguine, & labris prius futura aut fibulis (quas Græci ἀγκτῆρας dicunt) coarctatis iniiciuntur, ἐπιδέσμους Græci vocant. hæc enim reprimunt inflammationem, nisi magna vis eam cogit: atque illius quoque impetum minuunt: tum glutinant vulnera, quæ id patiuntur: cicatricemque eisdem inducunt. ideo paracolletica dicebātur, & recte quidem. Constant autem ex medicamentis non pinguibus, ideoque Alipenc nominantur: quia pinguia relaxant & humectant. Atqui huiusmodi vulnerum diathesis, id est prę-ternaturalis dispositio, est continui, nulla deperdita parte, solutio, ex humorum affluxu humida per accidens, quæ indicat & requirit medicamēta exsiccantia, & quæ citra absterſionem astringant: sed tamen pro ætatis & sexus ratione, & loci affecti natura, diuersa: vt quæ ex lithargyrio, oleo & aceto ac myrrha præparantur, imbecillem mollemque puerorum, mulierum, eunuchorumque carnem agglutinant, & illorum qui muliebriter degunt. at validioribus indigent virorum corpora, qui ex virili b. vel agriculturę mu-

Corn. Celsus li. 5. c. 18. Gal. in 5. Method.

Hæc vberius Gal. lib. 1. de compos. med. gener. & lib. 3. de fract. ossium.

Digitized by Google

niis, & ſolis æſtu, duriorem corporis habitum contraxerunt? qualia ſunt ærugo, pix arida, aloes, reſinæ, & bitumen: non artificiale illud gluten, ſed naturale: qualis eſt ex Iudaico lacu aſphaltus, & quæ ex eo concreta ſunt, vt electrum, & gagates lapis: quem emplaſtro barbaro additum, Galenus ait, τὸ νεαρὸν τραύματα κολλᾶν. id eſt, recens cruenta vulnera agglutinare. & quod clarius Glauconi his verbis indicat: Si recens, inquit, cruentum vulnus medicaris, impones emplaſtra conglutinatiua ex aſphalto facta. vocant autem ea, ait, neſcio quo pacto emplaſtra barbara. Ego vero barbara dici ideo arbitror, quia aſphalt⁹, aloes, myrrha, ex Cœloſyria, barbarorum terra, afferrentur. Dum Ambergæ, Palatinatus metropoli, Medicinã profitebar, quidam aulicus ex Heluetiorũ thermis glebas nigras, inſtar pumicis leues ac lapideſcentes ſecum attulit, quæ in aqua calida inſtar bituminis lenteſcebãt: quas ab arena elutas, ac inſtar ceroti diſtentas, vlcerib. vulneribuſq; applicabat, quæ ea facile conſolidabãt. hæc nobis argumento ſunt thermarũ aquas ex ſulphureo bitumine, in viſcerib. terræ ab vndarum fluctu calce & halitu accẽſo, feruere. Nec mirũ, quũ & lapis Thracius bituminoſus, vt gagates, aſpergine aquarum accendatur, oleo vero extinguatur. vnde Nicander in Theriacis ait:

Galen. libro 9. ſimpl. med. de gagate. Gal. lib. 2. ad Glauconem.

Feruoris thermarũ cauſa veriſſima De Thracio lapide Dioſcor. lib. 5. cap. 100. Gal. lib. 9. ſimpli. med.

τὴν σύ γε Θρήϊσσαν ἀνὰ φλέξας πυρὶ λᾶαν,
ἤν τ' ὕδατι βρεχθεῖσα σελαίσσεται, ἠὲ βίαιον
πυθὸν, ὅτ' ὀδμήσηται ὑπὸ ῥαιστῆρι ἐλαίου.

Hos verſus eo libentius adduxi in teſtimonium, quoniam apud Galenum à chalcographo vitia-

Digitized by Google

vitiati leguntur. Tali methodo Andromachus emplaſtrum barbarum conglutinatiuum ex aſphalto bitumine compoſuit, quod Aphrodas medicus admiratus eſt. Accepit picis aridæ pondo libras duas: bituminis, id eſt aſphalti, ceræ ſingulorum pondo libram: guttæ ammoniaci, mannæ, ſingulorum pondo vncias ſex: ceruſæ pondo vncias tres, olei heminæ dimidium, aceti heminas quatuor. At ſi velis emplaſtrum conglutinatorium cephalicum conficere, tum accepta indicatione à loco affecto, qui ſui roboris temperamenti, at plaſmatis conſeruationem indicat, & requirit: tum certe nec gagates, nec aſphaltus bitumen competeret: quoniam omnia quæ bitumen redolent, cerebro & capiti ſunt infeſta. Quare commodius pro bitumine aſphalti reſinam aliquam odoriferam ſubſtitueres. nec acetum, quamuis exſiccat, valde cõpetit: quoniam ſua mordacitate pericranium, & alia capitis ac cerebri oſſiumque velamenta offendit: ſed vt in eo & oleo aſphaltus & gummi liqueſcant. aliis vero emplaſtris, barbaris, quæ ex lithargyro, ærugine, & calchante, id eſt atramento ſutorio conſtant, oleum additur, vt eius lenimine aliorum acuitas miteſcat: & lithargyrium, ſi cera deſideretur, vel non competat, in oleo ad lentam & nigram vſque viſcedinem decoquebatur, qua reliqua coadunentur. Accipisne iam, mi Chriſtophore, ad medicamentorum compoſitionem non ſufficere tantum ea ſimplicia, quæ morbi indicationes efflagitant: ſed opus quoque eſſe hæc admiſcere, quæ illorum vires & qualitates defectas roborent, &

Enæma loco affecto accommodare docet Gal. in fin li. 2. de Antid.

De compoſitionis medicamẽtorum methodo declaratio.

Digitized by Google

[a]augeãt: excedentes vero obtundant, & corrigant. Quare exacta compositionis medicamentorum methodus requirit, vt non emplastra & vnguenta modo, sed etiam alia pharmaca quæuis composita, ex contrariis coadunentur: quibus simul in aliquo liquore maceratis, vel decoctis, aut fermentatis, tertia quædam singularis virtus ex horum mixtura prodeat, quam nulli simplicium acceptam referre poteris. Quare præcipue illa magnifica, nuper adeo composita medicamenta, non raro nos suo effectu frustrantur, si non satis macerata, & (vt aiunt) fermentata fuerint. vides quoque quanta sit compositorum medicamentorum simul necessitas & vtilitas: & quantum delirent nostri pharmacopœi, qui ex multis medicamentis homogeniis, ad ostẽtationem in vnum pharmacũ congestis, sibi secretioris medicamentorum eruditionis famam arrogare studẽt: quod certe rectius chaos confusum, quam medicamẽtum appellabis. Vale.

QVID SIT APVD GALENVM LEX *Adrastia, & equi Prasiani ac Venetiani. Epistola* LXXVIII.

De orygẽ hæc Plin. lib. 2. cap. 40 Arist. lib. 3. de part. anim. cap. 2.

PRudenter, Didascale mi, mediusfidius suasisti: quandoquidẽ caniculæ æstus studiosis noxius (quẽ & orygẽ Ægypti ferã, lacrymis fere supplicẽ deprecari tradunt) ingrauescit, vt seueriores de re Medica hypotheses in aliud tẽpus transferamus. & modo iucundiora Epistolarũ medicinalium lemmata, quæ non egeant philosophicis argutiis, sed ex veterũ historiis aut legib. declarari posſ-

possint, modo tractentur: quale illud est. Cum nullus reperiatur equus natura Venetus, id est cæruleus, aut Prasinus, id est viridis; quosnã equos ita indigitauerit Galenus in Therapeuticis, dum de bonitate lactis & diæta asinæ ita disserit: Curandum vt quam optime animal concoquat, contemptis videlicet iis, qui, si asinorum quoque victus rationi consulemus, ridebunt. Si enim, qui veneti vel prasini studio tenentur veterinarij, equorum stercora, quo intelligant quemadmodum alimenta concoxerint, odorant, tanquam ex eo omnem eorum bonam habitudinem cognituri: multo profecto magis nostrum fuerit, pro hominis salute nihil tale non prospicere. Quare veteres medici etiam sudorem in balneis strigili exceptum, degustare non erubuerunt. Vt hæc sane intelligas, obseruabis (vt Dion in Nerone, & Christophorus poeta Thebanus, tradiderunt) Romæ quatuor fuisse aurigarum, qui in Circensibus ludis per varios viarum anfractus, ad metas olim ensibus designatas, in curru decertabant, factiones, colore vestitus & pannorũ, quibus vt phaleris equos velabant, distinctas. Cassiodorus colores explicat: Ludi, ait, theatrales & Circenses in vrbe adhuc fiebant, in quibus factionum vestitus colores, quadripartitis anni temporibus accommodabantur. Prasinus, viridis prasij color virescenti veri: ruber, siue roseus rubescenti calore æstati: albus, autumno pruinis albescenti: venetus autem color, hyemi nebulosæ. hic autem color nubilus, & quia marinis fluctibus similis, cæruleus & thalassicus appellatur quoque. vnde Vegetius libro 4. de Re militari Nautas

Locus Galeni ex 7. Method. declaratus.

Ludi Circenses. Quatuor aurigarum factiones colore vestium distinctæ.

Color prasinus. Quis sit venetus & cæruleus color. De panno & populari aurigarum fauore, Plin. Se-

cundus li. 8. Epist. 3. ad Caluisium. Pisces conditura Veneta, id est, in aqua maris cærulea elixati, *blee abgesotten.*

(ait) veste veneta esse induendos, & vela nauium exploratoriarum colore veneto tingenda. & Ælius Lampridius perhibet, Heliogabalum pisces comedisse, quasi in marina aqua cum colore suo conditura veneta coctos. Ab harum factionum coloribus, non aurigæ modo, sed equi quoque, populus, proceres, ac ipsi denique Cæsares, prout quisque studio suo factioni affectus erat, aut in Circensibus applaudebat, nomen quoque veneti, vel prasini, aut aliorum obtinuit. Nam harum factionum studio Cæsares quidam, Domitianus, Nero, Vitellius, & Antoninus Verus, ac ipse Caligula, ad amentiam fere insanierunt. Vnde Sueton. Caligula, inquit, prasinæ factioni ita addictus & deditus erat, vt cœnaret in stabulo, maneret assidue in eo, agitatori Cythico, comessatione quadam in apophoretis vicies sestertiûm contulit. incitato vero aurigæ, ob equum, cuius causa pridie Circenses, ne inquietaretur, viciniæ silentium per milites indicere solebat, præter equile marmoreum, & præsepe eburneum. pręterq; purpurea tegumenta, ac monile è gemmis, domum etiam, & familiã, & supellectilem dedit. Idem auctor tradit, Vitellium Cæsarẽ quosdã interemisse ciues, quia palam Venetę factioni maledixissent. Vnde Martialis purpuratos ita admonet:

Caligula factionis prasin æstuosus.

Auriga Cythicus, id est, ex Cypro natus, vt Iosephꝰ lib. antiquit. ea. 11. habet.

De incitato circensium auriga, Martialis passim in Epigrãmat. Vitellius venetæ factionis: Sueton De Antonino Vero hæc omnia Iul. Capitolin. in eius vita.

Si veneto prasi nove fauces, qui coccina sumis,
Ne sias ista transfuga sorte, vide.

Vnde Antoninus Verus etiam, vt refert Iulius Capitolinus, assidente M. Antonino, (sub quibus Galenus Romæ professus est Medicinã,) magnas passus est iniurias à Venetianis, quod prasi-

prasinæ factioni contra eos faueret. nam & equo suo prasino, quem Volucrem appellabat, aureum simulacrum fecerat, quod secum portabat: cui quidem passas vuas & nucleos hordei, inuicem in præsepe ponebat, quẽ sagis fuco tinctis coopertum, in Tiberianam ad se duci iubebat. cui mortuo, sepulchrum in Vaticano fecerat. In huius equi gratiam primum cœperunt aurei equi & brauia postulari In tanto aũt equus ille honore fuit, vt ei à populo prasinianorũ sæpe modius aureorũ postularetur. Hæc Capitolin⁹. Quomin⁹ mirũ veterinarios aut mulomedicos veneti & prasini equorum stercora olfecisse. odoris. n. qualitas aut rei putrefactionẽ, si male olet: aut si bene, concoctionem quoque significare potest. Alterũ vero tuæ quæstionis de Adrastiæ lege lemma, quia ab ea nemo se subducere potest, ei náque diuina & fatali constitutione omnes sumus obnoxii, præter nostrum institutum, tuumq; fidele consiliũ, his diebus canicularibus (qui merito feriis Palladis dedicarentur) arcana Platonis sapientiæ sacraria adire & introspicere cogor, vt quæ sit apud Platonẽ Adrastiæ lex & regula, exactius cognoscamus. Adrastus enim ille, non erat Argiuorum rex, Polynicis Thebani socer, qui in Cadmæo prælio solus superstes mansit: sed ille ex Mysia, qui Adrasteam vrbem in Hellesponto, prope Æsepum amnem, non longe ab Abydo cõdidit, quã Lampsacum fuisse alii contẽdunt. Hic ex demoliti Parii oppidi saxis fertur templũ Nemesi deæ, scelerum vltrici, bonorumque retributrici, ædificasse: quã deam Nemesim Antimachus, ob id Adrastiam vocat his versibus;

Equus Antonini prasinus.

De Adrasti oppido & templo hæc Plin. lib. 5. cap. 32. Strabo lib. 13 Suidas in dictione ἀδράστεια.

Digitized by Google

Adraſtia eſt humanæ mentis prædeſtinatio, & fatalis cauſarum ordo.

ἔστι δὲ τις Νέμεσις μεγάλη θεός, ἣ πάσι πασῶν
ἀνθρώποις μακάρων ἔλαχεν βαιὸν δὲ οἱ εἴσατο πρόσσω
Ἄδρηστον, τοπαμοῖο πολυκρήδεμνον ἄνασσαν
ἔνθα τιτύμηται πάντα, καὶ ἀδρήστεια καλεῖται.

Eſt enim Adraſtia apud Orpheum & alios veteres ethnicorum philoſophos & theolog. potẽtiſſima incuitabilium ac diuinarum legum (tam Saturniarũ, pertinentium ad mentes, quam Iouialium, concernentium rerum naturas) regina, quas fatali cauſarum ordinis ſucceſſione inſtar catenę annulos agglutinatas, diuinæ mentis prouidẽtia condidit: cuius manus oculoſque effugere poteſt nihil, vt Orpheus cecinit. & Ariſtot. in fine libri de Mundo: Deum, inquit vocant Adraſtiam, ἀναπόδραστον αἰτίαν ὄσαι κατὰ φύσιν. Proinde Plato perpetuas de republ. conditurus leges. quas neque obliuio deleat, neq; defraudet aſtutia, neque violentia frangat, Adraſtiam ſupplex adorat, & implorat, fatalemque per gradus dignitatis deſcẽſus animarum in corpora ac Pythagoricæ palingeneſeos ſeriem. Idem in Phædro, Adraſtiæ regulam his verbis appellat: Dum regula, inquit, Adraſtiæ deæ, id eſt, ineuitabilis numinis, hæc eſt, vt quæcunq; anima Deũ comitata, aliquid verorũ inſpexerit, ea vſq; ad alium circuitũ regenerationis ſit indemnis: & ſi ſemper hoc facere queat, ſit ſemper illæſa: & reliqua, quæ apud Platonem in Phæd. Socrates refert, & Plotinus in libr. de vniuſcuiuſque dæmone vberius repetit. Eſt & alia apud philoſophos neceſſaria ex hypotheſi veritatis conſecutio & demõſtratio fatali Adraſtiæ legum & cauſarum ſucceſſui ſimilis, de qua Philoponus in 1. Poſter. Analyt. libro tale dat exemplum:

Hæc Orpheus copioſe in hymno

νεμέσεως, id eſt, Adraſtiæ.

Plato in dial. de Republ. 5.

Fatalis animarum ſecundum Adraſtiæ legem. id eſt, prouidentiam, In corpora deſcenſus & ordo.

Plato in Phædro.

Digitized by Google

plum: Si quis, ait, conceſſerit, in rebus humanis ſubſiſtere prouidentiam, tamen animam eſſe immortalem probabo. ſi poſtremum id quoque mihi dederis, tum ex neceſſaria huius hypotheſeos conſecutione animam eſſe à corpore ſeparabilem demonſtrabo. Has ex hypotheſi neceſſarias conſecutiones Plutarchus de fato, Adraſtiæ legi & fato aſſimilat: μετὰ δὴ ταῦτα, εἰ ἀληθὲς ἐξ ὑποθέσεως; ὅπερ δὴ τύπων καὶ ἠ εἱμαρμένη, εἰ ἄρα. ἐξ ὑποθέσεως δὴ ἔφαμεν, ὃ μὴ καθ' ἑαυτὸ πέφυκεν, ἀλλά πως ἐπί τῳ τινὶ ὡς ἀληθῶς ὑποτεθὲν; ὁπόσα ἀκολουθήσει σημαίνει. θεσπὶς δὴ ἀληθείας ἡ δὲ id eſt: Verum, inquit, quale eſt, tandem quod ex hypotheſeos diximus? nam huiuſmodi eſſe fatum exiſtimetur oportet. ex ſuppoſitione quidem id dicimus, quod non ex ſua natura ita conſtitutum eſt, vt fatũ: ſed ex alio quodã, vt vere ſuppoſitũ, & quæcũq; conſequentiã indicant: quæ etiã lex Adraſtiæ dicitur, propter conſecutionis neceſſitatẽ: & σωυμαρμένα, quaſi affata, vel fatũ comitantia, dicũtur. Ex his elicere potes, apud veteres Theologos & philoſophos duplex fuiſſe Adraſtiæ legis fatũ, aut cõſtitutionem: Primũ diuinũ & naturale, quod diuinæ mentis prouidentia, ex indiſſolubili cauſarũ cœleſtiũ cohærentia, vt naturæ legẽ inexpugnabilem, conſtituit: cuius viribus & virtutis informatiuæ ſubſidio, naturæ opifex fabricam organorũ humani corporis effinxit, in qua ineffabilis opificis ſapientia æluceſcit. Huius organorum compoſitionis quinq; cauſarum genera, & præcipuè finalem, quæ opificis prouidentiæ accepta ſunt referenda, quoniam Aſclepiadi ignota, Galenus declarare ſtuduit. Aliud vero cõditionale, neceſ-

De Adraſtiæ lege mecum ſentit Budæus in commentariis Græcæ linguæ.

saria ex hypotheſi ſcilicet veritatis aut quæſiti cõſequutio, quam nullo orationis fuco euertere poteris, quin recta ratione iudice ſubſiſtat. Galenus igitur ex hypotheſi in aliis locis probata, contra Aſclepiadem diſputaturus, eum Adraſtiæ legis ignarum & immemorem eſſe aſſerit: Conſtitui ſane (inquit) eorum in quibus Aſclepiades lapſus eſt, de vaſis pulmonis mentionem facere, oſtendereque, neminem Adraſtiæ legẽ poſſe effugere, etiamſi quis aſtutus admodum, & dicendi peritus fuerit, quin confiteatur tandem & ipſe ſuam vafriciem, feratque veritati teſtimonium. Eraſmus in Adagiis, expoſiturus hunc Galeni locum: Minatur (inquit) Galenus medicis, qui falſa pro veris docent, vltricis ſcilicet Nemeſis pœnas. At rectius dixiſſet, Galenum ex neceſſaria hypotheſium veritatis conſecutione oſtenſurum, neminem in naturæ operibus, præcipue in corporis humani fabrica, diuinæ legis Adraſtiæ vel prouidentiæ conſtitutionem falſo interpretari poſſe, quin illius error facile deprehendatur. At ſacra Adraſtiæ regula mihi in mentem quoque Polycleti ſtatuarii regulam & normam reuocat. Et quia frequens fit paſſim eius in operib. Galeni mentio, eius hiſtoriam paulo altius repetitam, his duob. lẽmatibus pro corollario addam. Plato ac Hippocrates ſanitatem corporis in elementorum iuſta proportione & temperie, pulchritudinẽ vero in recta membrorũ proportione, plaſmate, & συμμετρίᾳ conſiſtere affirmant. quam Polycletus integro libro, quẽ Canona appellauit, deſcripſit: & vt ſuam doctrinam opere approbaret, duo fertur ſculpſiſſe ſimulacra: alterum

Obſcuriſſimi loci Galeni delege Adraſtiæ declaratio, inſexto de vſu particul.

Eraſmi in declaratione Galeni error.

Regulæ Polycleti meminit Gal. lib. 17. de vtil. part. de optima corporis conſtitutione & lib. 2. de ſalub. & lib. 2. Microtech. Hiſtoriam Polycleti ſtatuarii deſcribit Aelianus de Varia hiſtoria lib. 14.

Digitized by Google

rũ ad plebis arbitrium,& temerarium vulgi iudicium effinxit,& variauit pro vnicuiuſque ſpectatoris arbitrio:alterum vero ſecundum artis normam & peritiæ rationem ſculpſit,quod vt librũ, Canona,id eſt,regulam nominat: vt aliorũ artificum ſtatuæ, ad perfectam illius ſculpturam & effigiem,veluti ad Critolai libram,expenderentur.Quumque vtrunque in proſpectum populi, in officinæ exedram collocaſſet:alterum ſecundũ artis canonem affabre ſculptũ,omnib. admirationi fuit:alterũ vero iudicio vulgi accõmodatũ,omnib.ludibrio fuit. Sic Galenus exactam corporis optime ſani temperaturã,&in mẽbris ſymmetriã, Polycleti regulam paſſim appellat,ad q̃ veluti canonem & regulam aliarũ defect⁹ vel exceſſus expendi poſſet:vt Ælianus de Varia hiſtoria copioſe refert.An igitur,Didaſcale,de venetis &praſinis equis,ac de Adraſtiæ regula,&Polycleti norma recte ſenſerim,cũ tu velut alter Ariſtarchus,grauis ſis veterum ſcriptorum interpres & cenſor, penes te & quemuis ſincere doctum, ſit iudicium.Si quis autem veriora adducere poteſt,non modo libenter cedam:ſed ô Didaſcale, ferulæ tuæ manum, vt olim, ſubdere non verebor. Vale.

Plin.lib. 34.cap.8. Gal lib 5. de doctr. Platonis& Hippocr.

De Natvrali Vitæ Periodo, *& an prolongari poſſit. Epiſtola* LXXIX.

Ad Petrvm Wirth theologvm conſobrinum ſuum Mecœnatem.

QVANDOQVIDEM M.Varro,ille togato-

Digitized by Google

Homo bulla, flos liguitri.

rum literatiſſimus, hominem ob vitæ breuitatem ſcite bullæ confert, quæ in vndis labrocera vel imbre largo ſubito decidente, incluſo flatu turget,& derepente rurſum diffiatur & detumeſcit: & cum ſingulæ horæ, imo temporis momẽta aliquid de nobis deprædentur, adeo vt dum loquimur, immutemur: vt non ineptus, vitæ noſtræ typus videatur eſſe, candidus liguſtri floſculus, qui mane ad ſolis ortum expantus floret, ad veſperam vero marceſcat: proinde admiraris longæua veterum, qui ſeptingentos & plures exceſſerint annos vitæ tempora: & quæris, quæ nam ſit naturalis hominis vitę periodus. Primum itaque noſti, præter ſacras literas, Ioſephum ac Euſebium teſtari, Noe poſt diluuium trecentos & quinquaginta adhuc vixiſſe annos, ob religionis pietatem, ſobriam victus rationem: & vt genus humanum, quod cataclyſmo peſſum iuerat, repararet, ſimulque exactius aſtronomiá & geometriam ſcrutaretur: quæ explorare non potuiſſet, niſi ſexcentos & plures vixiſſet annos. tot enim annis magni illius anni circuitus conſtat. ob hæc Deus Iſrael, omnium bonorum & vitæ largitor, illi vitam in DCCCCL. annum prorogauit. Sed quales fuerint anni, inter chronographos nõ ſatis conſtat: qui diſpares fuiſſe antiquorum annos tradunt. Siquidem Arcadum annus tribus menſibus, Acarnanum ſex, at Romanorum decem menſibus quorum Martius primus erat, cõſtabat. Ægyptii vero, vt Plinius ait, annum lunæ ſenio terminabant: itaque apud eos aliqui ſingula annorũ millia vixiſſe traduntur. nec apud Ægyptios modo, verũetiã apud Græcos Neſtoré trecen-

Breuitas hominis vitæ.

Longæua Noe ætas, Ioſeph. lib. 1. Ant. ca. 5. & 8. Euſeb. li. 9. ca. 4. Lact. lib. 2. c. 13. & 14. Aug. lib. 5 de Ciui. Dei. cap. 9.

Diſpares antiquorũ annos Xenoph. in Æquiuocis. Soli. c. 2. Cenſorin. de die Nat. ca. 14. Pli. lib. 7. c. 48. Macrob. lib. 1. Satur. c. 8.

Ægyptios fuiſſe longæuos ob cæli ſerenitatem, Plato in Epimenide. & Euſeb. libro 10. cap 1. teſtantur.

Digitized by Google

centos vixisse annos, auctores non proletarii asserunt. Anacreon poeta Argantonio Tartesiorũ regi centũ quinquaginta attribuit annos: Cynirę Cypriorũ regi centũ sexaginta vitæ annos Theopompus annumerat. Ægyptiorũ vero annos non fuisse solares, qui proprio solis per duodecim signiferi orbis animalia motu dimetiuntur: sed lunares, qui motu lunæ per duodecim zodiaci circuli signa mensurantur, vel ex hoc coniicere potes, quod Martianus Capella perhibet, Ægyptios astrologiam, ne temerarium vulgi iudicium eam protanaret, quadraginta millia annorũ occultasse. Cum vero mundus nondum tot annos solares substiterit, quis alios Ægyptiorum annos quam lunares fuisse suspicari poterit? At idem tradit Iosephus, cum homines & gigantes longæuo vitæ tempori confidentes, in nefanda scelera & impietatis flagitia prorumperent: tum Deum illorũ facinorum pertęsum, id genus hominum pessum dedisse, ac tantum centum & viginti annos humanæ vitæ naturalem periodũ constituisse. Vnde Trebellius Pollio ad Constantinum Imperatorẽ: Doctissimi inquit, mathematicorum centũ viginti annos homini ad viuendũ datos iudicant, nec amplius cuiquam concessum aiunt: addunque, Mosem ipsum Dei familiarẽ vigintiquinq; ac cẽtũ annos vixisse: qui cũ interitum hũc veluti immaturũ conquereretur, ferunt illi ab incerto numine responsum, neminẽ deinceps plures annos victurum. At quo scrutinio ex cordis incremẽto & decremẽto, vt Varro & Dioscorides astrologus tradũt, Ægyptii & Alexãdrini naturalẽ vitę periodum esse centum annorum explorarint, di-

Quid sit annus solaris, aut lunaris. De anni secundum Palæstinos, Macedones & Romanos diuisione, Gal. lib. 1. Ep. Hippocr. Com. 1. Martian⁹ Capella hæc li. 8. Philolog.

Quare Deus vitam hominum abbreuiarit.

Periodus vitæ secũdum mathematicos, & Plin. lib. 7. cap. 54.

Mosis ætas.

Ex cordis pondere ætatis & vitæ periodi

Mensura Plin. li. 11. cap. 56. Censorin. de die natali, ca. 14.

cere non cunctabor. Hi enim sane corpora defunctorũ, qui sine tabe perierãt, cedrino liquore delibuta, à putredine incorrupta custodiebant: in quibus obseruarunt, cor hominis singulis annis vsque ad 50 annũ binas drachmas crescere: deinde vero totidem annis, sed singulis, binas quoque drachmas decrescere. & ideo hominem defectu cordis cẽtesimum annũ solarẽ, id est lunares mille & ducentos excedere nõ posse, Ægyptii affirmabãt. At Aristo. & Galenus, totaq; Peripateticorũ schola rationib. efficaciorib. demõstrarũt, idquod nemo philosophorũ negauit vnquã, vitã in calore naturali, & humido radicali cõgenito ex primis spermatib. & ob id irreparabili, cõsistere: horũq; tẽperatura vitę periodum metiri. quibus namque humidũ primogeniũ inest pingue, imputribile, viscidum, calori naturali proportionatũ, ne eius copia suffocetur, hæc esse longæua quis nõ videt? Nam experimur, quæcunque illud exsiccant, & quouis modo insumunt, vt vigiliam, tristitiam, & coitũ, vitam quoque abbreuiare. Vnde mulos equabus & asinis esse viuaciores, Aristoteles tradit: & animalia quoque, quæ semel in anno stato tẽpore, vt cerui, coeũt: aut virgines Vestales & mõachos, qui voto castitatis, Cupidinis arcũ eneruarunt, cæteris obœsiora lõgæuioraque videm⁹. Ea vero quæ intempestiua salacitate in Venerẽ prona quouis tẽpore proruũt, vt Satyros, passeres, & puellas, quibus nec lasciuior vernus est passerculus, ad imnaturæ mortis scopũ accelerare cõperimus. adeo voraciter intẽpestiua & coacta Venus humidũ radicale, caloris congeniti & vitæ pabulũ depascit. Sed & caloré humido proportionatum esse,

Dè vitæ periodo Peripat. & medicorũ sententiæ. Aristot. li. 2. de Gen. & cor. c. 9. & de Long. & breuit. vitæ ca. 5.

Coitus abbreuiat vitam. De coitu & passeribus, hæc Arist. lib. 9. de Nat. anim. ca. 7. Sene. lib. 1. quæ Nat. Plin. li. 10. c. 16. & Auer in Cãt. Auicennæ.

Quæ vitam abbreuiant.

Digitized by Google

esse, ad vitæ conseruationem, citra omnem acrimoniam, oportet. Nam si febre, ira, aut putredine efferbuerit, humidum radicale & suum subiectum genuinum insumet, vitamque abbreuiabit: quæ humido isto, vt ellychnium lampadis oleo, fouetur, & conseruatur. Ex his liquet, naturalẽ vitæ periodum, longitudinem & breuitatem, à caloris naturalis ac humidi congeniti temperatura ac proportione, & à temperata elementorum mixtura dependere: ad quæ conseruanda, recta salubris victus ratio plurimum confert. Quod Auicenna in primo Canone ita testatur: Hæc est mors naturalis, inquit, cuique indiuiduo destinata, secundum suam primam complexionem vsq; ad terminum quẽ in sua potentia habet, ad suam humiditatem conseruandam. vnumquodq; enim eorum, terminum præfixum habet: qui in indiuiduis diuersificatur, propter cõplexionum diuersitatem. & hi quidem sunt termini naturales. Sunt vero & alij termini abbreuiati: totum tamen diuino prouenit præcepto. Sic Deus Ezechiæ regi, graui morbo decumbenti, & cui Esaias propheta mortẽ indixerat, petenti tamẽ, quia Dei mandata obseruauerat, vitam quindecim annos prorogauit. An non & parentũ veneratoribus, qui illis ciconiarum exemplo gratam antipelargisim repẽdunt Deus vitam prolongare promittit? quare vitæ naturalis scopus non est adeo fatalis & ineuincibilis, vt per diuinam potentiam non possit prolongari, aut per prauam victus rationem abbreuiari, vi gladij vel canabis decurtari: cuius scopũ, ob crapulam centesimus aut millesimus quisque vix assequitur. Cæterum quum omnibus rebus

Periodum prolõgari non posse, Platoin Timæo docet.

De fonte in Bonica Noui orbis insula, cuiusaqua senes iuuẽtuti restituit. Pet. Martyr. & Cardanus libro 2.

Periodus vitæ diuinitus prolongari potest. De Ezechia hæc 4. Reg. cap. 2. item 2. Paral. 32. Esaiæ 38.

Naturalis vitæ periodus potest abbreuiari. Naturalem vitæ periodum naturaliter posse prolongari. Plato in Timæo negat.

creatis pro naturalium virium facultate, finita sit potentia, & determinata roboris mensura, vltra quam nullum creatum suas expandere alas aut brachia potest: ac nullius calor naturalis sit adeo mulcebris, quin quotidie humidum congeniti momentum depascat, idq; irrecuperabile: reliquũ erit, vt nullus medicorum suis medicamentis naturalem vitæ periodum vltra suæ latitudinis limites prorogare possit. nisi quis mox à statu ætatis humidum irreparabile reficeret, & primogeniam individui temperaturam, veteri abolita, à nouo instauraret; quod nulla ars, quãtumuis naturæ sit æmula præstare potest. Verum iuuare, vt calor & humidum illud, vitæ elementa, vsque ad naturalem vitæ periodum perdurent, licebit: quod ea pars medicinæ quæ senum valetudini prouidet, γηροκομικὸν dicta, præstare poterit. Proinde Galenus nostet in libris de Salu. & marasmo, philosophum sophistam, aut verius magum Ægyptium, qui de immortalitate comparanda commentarium ediderat, his verbis scite irridet: Si inquit, naturæ, vbi ad summum vigorem animal plantamve prouexerit, totidem rursus æquis viribus elementa à nouo inferere possibile foret: sic eius opificium, perito tamẽ adhibito moderatore vel præfecto, senium & marasmum effugere posset: neque si id potis esset, & praua victus ratio accesserit, incorruptum & insenescibile fiet, si naturæ vires id præstare possent: tum, inquit, Ægyptius ille artem suam possibilẽ ostendisset. At quando inseri & transmutari prima animaliũ & plantarũ fœturæ elementa nequeant, necessum est, post ætatis vigorẽ corpus siccari & marcescere, quãdo caloris

Gerocomi con qualis medicinæ pars.

Verba sunt Galeni ex libel. de marasm. vbi, & in lib. 1. ca. 6. de Salubr. illius philosophime minit.

Digitized by Google

caloris quidem actiones nullas habent ferias. Ex dictis elicere poteris, vt vnicuique indiuiduo est specialis cõgenitaq; caloris & humiditatis proportio & mensura, ita peculiarẽ esse singulis vitæ periodum: nec illius limites citra omnem latitudinem esse coarctatos arbitreris, quippe qui vltra sanitatis latitudinem expandẽtur. Quare nil mirum, quosdam sobrios & abstemios centesimum excessisse annũ. Siquidẽ & auia mea, ætatis ratione silicerniũ, post cx. annum humanis excessit: & Sipontinus, ille grãmaticorum alterum copiæ cornu & pontifex, tradit Gal. quem febribus crebro tamen afflictum nouimus, centũ & quadraginta vixisse annos: tanta in cibo potuq; abstinẽtia vsum, vt nunquam ad satietatem comederit aut biberit: nec suadẽte etiam patre suo, geometra & architecto, crudum quippiã vnquã degustarit, odorificũ semper anhelitũ spirãs, ac sine aliquo morbo, solo tamen senectutis marasmo, defecit. At illud longe memorabilius & solitariũ reperitur exemplũ, quod Plin. scribit, Xenophilũ musicum centum & quinq; annos, sine vllo corporis incõmodo vixisse. Nam vita valere quidem, viuere est. & si cui vllum cordatũ pectus est, prẽstaret sexcẽties mori, quã vita morbis incurabilib. obnoxia, quib. diu noctuq; vt ab intercutaneo carnifice distorqueretur, diu viuere. Quare, nõ, vt pleriq; in epistolarum coronide assolent, Nestoris, cerui aut cornicis lõgeuos annos, sed bene te valere, inculpataq; sanitate frui (id quod bene & vere viuere est) pcor & opto: simulq; te fideliter admoneo, ne agyrtis illis medicis cõfidas, qui suo auro potabili & elixire indefectam iuuentutem, & (vt ille

Periodus vitæ vt sanitas, latitudinem habet Gentilis 1. fen. 3. doct. 1. quæstio. 26. & Petrus de Apponi in differ.

De longæua Galeni vita, Petrus in dictione Nestoris. & Suid. in dict. Galeni. Galen. in libel. de remor. & rig. se quater Laborate recta na & semel causone, tetetur.

De ægrotantium vita, hæc Gal. in vetitbulo li. 5. de Salub. De Xenophilo hæc Plin. lib. 7. c ap. 50.

Ægyptiorum philoſophus) immortalitatem promittunt. iterum bene vale.

De Clysterivm Vsv.
Epiſt. lxxx.

De errore legislatoris, hæc Plato lib. 5. de Republica.

Recte quidem, me iudice, mi Pandolphe, Socrates apud Platonem Glauconis ſententiam approbat, qui cenſuit legum conditorem, qui in conſtitutione legum de honeſtis bonis iuſtisque aberraret, plus delinquere, quam eum qui non ſponte hominẽ perimeret. Quare Socrates de his legẽ laturus, ſupplex Adraſtiam diuinæ mẽtis legem & ſapientiã, ne in legũ cõſtitutione aberret, implorat. At longe deterius peccant, qui falſa ſciendi perſuaſione (qua nihil eſt ambitioſius) ſeducti, abrogata veteri ac recta morbos curandi lege & methodo, ac ſpretis vel ſublatis antiquorũ remediis, ratione & diuturno vſu ſpectatis, nouã curandi morbos methodũ & legem, noua denique, ſed inexperta remedia, temerario auſu præſcribunt: parumq; penſi habent, in quã multorũ hominũ capita inexpiabilis eorum error redundet. Non mehercule improbe ageretur, ſi in illorũ caput ſolũ faba cuderetur, vt malum conſiliũ foret cõſultori peſſimũ: & non tã multis innocentibus, qui vitã ſuam logiatris illis concredunt, exitio eſſet. quippe cum ſit periculum in nullo mendacio maius. At quãdo prudentius veteres egerũt Græci, qui omnia remedia, quib. quiſque ſanitatẽ recuperaſſet, vt inuiolata manerent, & ex ſimilitudine remedia accreſcerent, in tẽplum Æſculapij, aut alterius dei, qui opẽ attuliſſet, conſcribebant:

Falſa ſciendi perſuaſio, eſt duplex ignorantia, qua nihil arrogantius. Plato libr. 9. de Legibus.

Exitialis medicorũ in præſcribenda curationis methodo error. Medicorum imperitia, quam periculoſa. Plin. lib. 29. cap. 1.

Remedia templis deorum cõſeruata,

quæ

quæ diligenter exſcripta, tandem cremato Æſculapii templo, poſt bellum Pelopõneſiacum Hippocrates natus in Coo inſula Æſculapio conſecrata, publicaſſe fertur, ac medicinam clinicen inſtituiſſe.

Hippocrates publicauit. Plin. lib. 29. c. 1. Galen. de Compoſ. medic. gẽ. li. 5. Strabo lib. 7.

Ob eandem cauſam Ægyptij quoque omnium bonarum artium, Mathematices ac prẽcipue medicinæ auctores, Græcis longe vetuſtiores, emplaſtra & alia vetuſta morborum remedia, in Hephæſtio Vulcani ſacrario recondita ſeruabãt: qui natura duce ab animalibus Nili incolis, plurima medicamentorum genera & organa didicerunt. Ab hippopotamo nempe venæ ſectionẽ: qui aſſidua ſatietate obœſus in littus exit, ac venã cruris ſpinæ affigens ſauciat: & cum corpus ſanguinis profluuio exonerauit, plagam limo obducit. Nec minori induſtria ibis Ægypto peculiaris volucris, ciconiæ ſimilima, clyſteri ab excremẽtis exonerare aluũ eos docuit: quæ aqnam marinam pleno & adũco roſtro abſorptam, collo procero ad anũ retorto, in eam eructat: perq; eam partem viſcera perluit, qua reddi ciborũ detrimẽta maxime ſalubre eſt. Clyſterium nempe vſus apud Ægyptios erat adeo (teſte Herodoto) frequens, vt ſingulis menſibus triduo purgarent ſe vomendo, atq; inteſtina diluendo gratia ſanitatis conſeruandæ: exiſtimantes, omnes lãguores hominibus creari ex cibis quod Diodorꝰ Siculus copioſius his verbis tradit: Morbos, inquit, Ægyptij vel ieiunio curant, vel vomitu: idq; aut tribus diebus aut quatuor interiectis. aſſerũt enim ex ciborum ſuperfluitate omnes creari morbos. eam ergo ad valetudinẽ recuperandam curam eſſe optimam, quæ

Ægyptiorum in re medica induſtria. Strab. lib. 16. & lib. 1. Geograph. De hippopotamo, & ibidem. hæc Pli. li. 8. cap. 26. & 27. Cic. lib. 2. de nat. deor. Plutarch. in dial. de ratione brutorum & Herodot. lib. 2. Diod. lib. 2. Purgamina Ægyptiorum. Herodotus in Euterpe. Sacroſanctam Ægyptiorum medendi legem, deſcribit Diodor. Sic. lib. 2. ab Ægyptiis videtur Auicẽna ſuũ de

Digitized by Google

vomitu mendtruo cõsilium dicit ic.

morborum principia auferat. In militiam aut peregrinationem profecti, nulla impensa mercede curantur. Medici enim ex publico victum sumũt, ægros secundũ legem curant, ab antiquis medicis comprobatisque scriptoribus traditã. Si quis normã sacri libri sequutus, infirmũ sanare nequiuerit omni caret crimine. Si præter ea quę libris continẽtur, curauerit illũ, morte punitur. Quid si Pãdolphe hæc salutaris Ægyptiorũ lex, vt æquũ esset, in Germania rogaret? quis, obsecro te, nobis tot sufficeret prætores & lictores, qui agyrtas & ardeliones, medicos impostores, meritas pendere pœnas cogerent? qui quum de sacro medicinæ ac philosophiæ fonte vix tantum, quantũ canis crocodilos expauescens, summis labris de Nilo degustarint: tamen perfricta fronte contrà omnem veterum approbatorum medicorũ curandi morbos methodum, & canones siue leges, miseros curare, ne dicã occidere audẽt. Hic certe nulla lex est, quæ puniat inscitiam capitalẽ. His enim medicis, sycophantis, ac Iudæis solum ignaris, hominem occidere summa impunitas est. Esto quod Plato medicos curantes, qui non sponte occiderint, mundos statuerit. At quæso hi perditi nebuloñes, quum sibi ipsis male cõscii, nec morbi substantiam, causas, aut remediorum naturam nouerint, eosque curare ob turpe lucrũ professi temere occiderint, qua lege hi mundi, aut criminis homicidii expertes esse poterunt? Certe præstaret incidere in coruos, aut prædones, quam his subditorum cõmittere curam pseudomedicis: qui remedia non morbis, sed voluntati ægrorum accommodant, adulatores perniciosissimi. Recte enim

Publici Ægyptiorum medici.

Medicus qui non sponte occidit, criminis expers. Plato li. 9. de Legib.

Præstat incidere in prædones, quam in medicos iudoctos.

ait

Digitized by Google

ait Galenus lib.12. Therap. Qui cubantis deliciis subscribit, eiusque voluptatem pro meta gerendorum habet, adulatoris officium facit. Quod si medicus peritus ad lenienda alui ex obstructione aut intestinorũ vlceratione tormina, aut calculi cruciatus, aluum clysteri eluendã suaserit, & æger id genus subsidii ob pudorem detrectauerit: tum audires, quibus blanditiis medicus ille sycophãta ęgro subscribat, vt se illi insinuet, & saluberrimũ enematũ vsum velut paralyseos, quæ horũ torminum est pedisequa, causam infamet. Quorũ vsus nõ apud Ægyptios modo, sed Gręcos & Arabes, certe in grauissimis morbis, fuit frequẽtissimus: & vnicũ nõ raro subsidiũ, ad quod tãquã ad sacrã anchorã cõfugerẽt, nõ tantũ ad aluum & simas epatis partes ac renes obstructos expurgãda, sed etiã ad aures ex suppuratione vermib. scatentes, otẽchytis, & ad vteros metrenchyris eluendos, ac ad vires corporis nutriendas, magnopere prodesse veteres medici agnouerunt. Si.n. neruus aut villi ipsius gulæ ex defluxu catarrhi, aut frigidæ potu, aut epidemiali putrefactione, aut narcoticis deglutitis, ita relaxati fuerint, vt æger cibum, iuscula, vel potũ deglutire nõ potuerit, dic mihi quæso, qua ratione illi alimẽtum sufficies? At si ignoras, Auẽzoar, ex Arabia medicus, nulli Arabum secundus. his verbis te docet: Rectus, inquit, & certus atq; verax est ex prędatis causis gulę paralysi affectos nutriẽdi modus, vt priꝰ intestina cum clysterib. absterſiuis expurges, & vesicã capræ lacte, aut decocta ex tritico sorbitione, refertam, per cannulã argenteã eius collo alligatam, anuique insertam, manu coarctatam,

Aurium & matricis clysteres, Gal. lib. 5. Meth. & lib. 1. de locis affectis.

An alimentum corpori per clysteres suppeditari possit. Auezoar lib. 1. tract. 10. cap. 8. De laryngis inpetie putrefactione, Galenus 6. Meth. 9.

Digitized by Google

totam exprimas}: quod mutua ſucceſſione per intestina vis vẽtriculi & inteſtinorũ alimenti auida attractrix, ad ſtomachi fundum vſque alliciet. quippe ſi odor panis in furno toſti Democritum donec theſmophorica Cereris feſta peracta eſſẽt, ſuperſtitem conſeruauit, & Demetrius Cydonius ſolius panis recentis à furno olfactu multorum dierum famem toleraui: quis per clyſterem iniecti lactis, vel ex tritico aut ptiſano cremoris, ſi non ſubſtantiam, vel ſaltem vaporem, nutrire negabit? Atqui longe à veritatis ſcopo aberrant, qui alimenti cremorem per clyſterem iniectũ, ad ſtomachi fundum deferri, deriuari, aut attrahi poſſe negant: cum in epatis phlegmone, obſtructione, aut ſcirrho, clyſteribus epatis etiam ſima & caua expurgentur. Vnde Galenus Archigenis cephalica medicamenta declaraturus, ſummopere laudat euacuationem, quæ per clyſterẽ fit, nõ eo nomine tantum, quod excrementa, inteſtinis contenta efferat: ſed etiã reuulſionis gratia, quod ea quæ ad caput efferrẽtur, ſubtus alui deiectione diuertat. Quod ſi tale enema paulo vigoroſius fuerit (πολὺ γὰρ ὀν τοιούτῳ κλυσμῷ, τὸ τῆς ἀντιάσεως ἐστὶ, πλὴν τὸ μὴ μόνα τὰ κατὰ τὴν γαστέρα, καὶ τὸ μεσέντερον ἀκκενοῦν, ἀλλὰ & τὰ εἰμὰ τῆς ἥπατος: id eſt, In tali clyſteri plurimum reuulſionis eſt, ad hoc, quod nõ ſolum ventriculum & meſeræon euacuat, ſed etiam ſima epatis {expurgat, ſi vires pharmaci iniecti, quas natura abhorret, epar ſubeunt (quis dubitabit, alimentorum facultates per aluum receptas, non æque, vel potius epar & ſtomachum ſubire? quũ natura, & famelica præcordiorũ viſcera, eas maxime affectẽt. Vnumquodque alimentum

Odore panis Democritus & Demetrius vixerunt: auctor Diog Laert. & Athenius Græcus in Apoph.

Clyſteris ventriculũ meſeræon, & epar alere, & purgare.

Gal. hæc l. 2. de Cõp. med. approp. & li. 13. Methodi.

Digitized by Google

tum etiam diſiunctum attrahere, agricolarum induſtria probat: qui ex agro plauſtra frumento plena vecturi, ne quicquam furtim ſubduxiſſe de prehẽdatur, vaſa fictilia aquis plena prope, vel in ipſum frumenti aceruũ ſtatuunt, ex quib. attracto vel hauſto humorem, grana de aceruo ſubducti frumenti tumorem & pondus recompẽſant: qua ſolertia agricolæ furtum ſuum celant. Quũ igitur inanimata à radicibus ſuis auulſa, & de folliculis excuſſa, tam ſingulari virtute attractiua prædita ſint: quis niſi demens viſcera animatorum ea carere credet: vt non de lactis aut ptiſſanæ cremore per clyſterẽ iniecto, de his ſuã attrahere, vel quaſi alimoniã ſugere poſſit? Vnde Cor. Celſus in cardiaca paſſione, ſi ventriculus nullis medicamẽtorũ ſubſidiis cibũ retinere poterit: Vltimũ, inquit, auxilium eſt, in aluũ ptiſſanæ vel alicæ cremorem ex inferioribus partibus indere: ſiquidẽ id quoque vires tuetur. Neq; alienũ eſt, narib. quoque æſtuantis admouere quod reficiat id eſtroſam & vinũ. Etſi Hipp. in pleuritide, poſt phlebotomiã tertio die locũ affectũ clyſteri expurgare iubeat, ſumptã tñ à loco affecto indicatione, præcipue vero in omnib. morbis & dolorib. qui infimi vẽtris viſcera, vẽtriculum, epar, ſplenẽ, renes, veſicã, matricẽ & inteſtina affligunt, enemata cõpetere videntur. Vnde Gal. ait, cũ partes ſuperius poſitæ laborant, per ea quæ eduntur ac bibũtur: cũ inferiores per id quod clyſteri infuſum eſt, curantur: quãdoquidem eorũ quæ bibũtur ac edũtur, vis, anteq̃ ad inferna defertur viſcera fathiſcit: quæ vero infuſa ſunt, eorũ ſubſtantia omnino ad ieiunũ vſq; aſcẽdere non põt: imo ſi admodũ nitaris, fortaſſe te-

De agricolarum celandi frumentorũ furtum induſtria & virtute ventriculi attractiua, hæc Gal. lib. 1. de viribus nat. c. 14.

Cor. Celſus lib. 3. cap. 19.

Hipp. hæc lib. 3. Reg. acut.

Quibus morbis comperat clyſtere, Gal. lib. 5. & 15. Met. docet.

Iliacam paſſionem ex vermi-

lum complexu ortam Bononiæ vidi.

nue tantum inteſtinũ contingẽt. Attamen cum ventriculus præter naturã affectus eſt, coarctatis dolore inferne inteſtinis, vel lumbricorũ glomere obſtructis, etiã ab infernis partib. aliquid aſſumere cogitur. Quippe, vt Galen. refert, nõnullis clyſteres adeo aſcenderunt, vt vomitione rederentur: quemadmodum & ſtercus per letales voluulos, quos ab inteſtinorum inuolucro, Græci εἴλεους dicũt, & cholera ad inteſtinum rectũ expulſa cum vel in cõuiuio vel in foro ventrẽ exonerare dedecori ſit, inteſtini muſculo coarctato crebro ad ſuperna regurgitat, ventriculum rodit, & caput replet. Has ſtomachi inteſtinorumque à cholera roſiones, clyſteri lubrico, quod eã per aluum eiiciat, curare, recte Gal. docet. Quod vero clyſteres abſterſiui, ac reſtrictiui, ſiue cõſolidatiui, ac ex ſeuo hircino defenſiui, dysẽtericis multũ opis afferant, clarius eſt quã ſcribi oporteat. At ſi colõ flatu groſſo aut phlegmatis vitrei frigore cruciatu intolerabili, quẽ crebro extremorum paralyſis excipit, diuellitur: ſi olea ſubtilioris ſubſtãtiæ, quale ſabinum eſt, in quo ruta aut ſemina cymini, dauci, aniſi, quæ flatus groſſos diſſipant, decocta fuerint, additis quæ phlegma illud vitreũ educere poſsũt, cũ clyſteri infuderis patientẽ cõfeſtim ab huius doloris colici carnificina vindicabis. At eſt alius huic nõ diſſimilis renũ à calculo intolerabilis dolor, q̃ ob cõmunia ſymptomata, ægre ab illo diſcernitur: niſi quod coli cruciat⁹ ob ei⁹ ſitũ, dextrũ lat⁹ potius q̃ ſiniſtrũ, ac diuerſa epigaſtrio ſubiecta loca, nõ raro ad vẽtriculũ vſq; vag⁹, infeſtare ſolet. At renalis à calculo, vel arenulis, viſcoſo phlegmate velut calce agglutinatis, dolor,

Gal. lib. 6. de cau. Symp. teſtatur, clyſteres vomitu reiectos.

De roſione ventriculi & inteſtinorũ à cholera. Gal. lib 8. Therapeut.

Colici doloris cum clyſtere curatio. Gal. li. 12. The. & li. 2. ad Glauc. li. 1. de loc. affect. & lib. 6. cap. 2.

Cura calculi cum clyſteribus.

Signa colici & renalis doloris diſiunctiua, declarat Gal. lib. 6. de loc. affect. cap. 2. & 3.

Digitized by Google

lor,circa lumbos fixus perſeuerat:à quib⁹, moto per vretheres póros lapillo, decliuis oblique ad pubem vergit:Eadem quippe vtriuſque affectus ſunt accidentia,& communia quoque remediorum ſubſidia:niſi quod in nephritide venæ ſectio plus,quam in coli dolore cõferat,obſtructis quidem à phlegmate groſſo,tophis,calculo,aut arenularum ſaburra,renibus, cum per venas emulgentes à vena chyli,ſerum ſanguinis attrahere & eam exonerare non poſſint,eam eiuſque ramos, qui renes ſepiunt,& ad crura vſq; vergunt,& velut rami à ſtipite venæ chylis,velut à caudice arboris propagantur,repletione diſtendi,& vna cũ arteriis ita coarctari, vnde & vis ſenſilis in crure ex affecti renis directo obtorpeat, vt ex doloris vehementia ac humorum affluxu ad minus alter renum phlegmone corripiatur. In qua diſpoſitione,præcipue ſi plethora aut laſſitudine corp⁹ oneratum fuerit,venæ iuxta poplitem aut talũ ſectione,nihil poteſt eſſe ſalubrius. Vnde Hippocrates:Vrinæ,inquit,ſtillicidium & mingendi difficultatem,venæ ſectio ſoluit. Incidere autem interiores oportet: verum nec has tantũ, ſed etiam incubito, ſi inſignis affuerit repletio, internã incidere venam prodeſt. Proinde auctor libelli de Renum affectib. Sed,ait,neque ſanguinem, aut alium ſuccum plus æquo redundãtem in corpore relinquere par eſt,ne inde multa renum vaſa diſtenta, plus doloris concilient: Vena igitur,inquit Aetius,cubiti ꝓpinq; manus in corpore ex repletione affecto ſecanda eſt, ſi virtus imbecillis fuerit: ſi valida, ea quæ in poplite eſt, aut iuxta malleolos, aperiatur. Ab hac etiam curam auſpicari ſuadet Galenus, etiã ante purga-

Gal. lib. 6. de loc. affec. ca. 4.

De venæ ſectione in nephritide Hip. li. 6. Aph. 36. & li. 7. Apho. 48.

Aetius Serm. 2. cap. 5.

Digitized by Google

tionem :verum quum excretioni calculorū nihil æque obſtet,quam venoſi generis vaſorum quæ corpori & cauernis renum inſeruntur,ac inteſtinorum à flatibus & cibariorum excrementis repletio,quibus & renes porique vretheres ita coarctantur, vt per eos lapis in veſicam protrudi non poſſit : nihil certe melius, quum locus affectus ſit diaphragmati ſubiectus ,quam inteſtina, quæ renes ambiunt , poriſque vretheribus ſubſternuntur clyſteri lubrico admixto diureticorū decocto,& horum quæ flatus diſſipant , eluere. ob id auctor libelli de Renum affectib⁹ ipſiſſima Aetiiin curatione calculi,ſimia: Quippe ait,manifeſtum eſt,ſtercoris obſeptione renes plerunque exaſperari, vt compertum ſit,enematis iniectione renalem dolorem eſſe mitigatum : vel quod ab ea euacuatione,ren aliquis non ſit amplius cō preſſus, vel quod ex ſtercore nulli poſtea flatus prodierint,qui in renes potuerint impingere,quibus ren diſtenderetur.& Aetius: Ægrotantis,inquit,aluo per clyſterem infundere oportet furfurum decoctum,caricarumque ac fœnigræci,& ariſtolochiæ : & ſiquidem decenter euacuentur, ſinere: ſi vero non,etiam bis aut tertiū infundere.atq; id maxime,ſi venæ ſectæ vel purgationis auxiliū ſit relictū. Et diuinus ille Hippocrates,excrementorū cibi euacuationem calculi dolore ſedare fatetur.& quoniam admirando compendio calculi ſigna pathognomica,ac vtriuſque curæ,etiā præſeruatiuæ,capitula cōplexus eſt , eius verba adſcribere operæ precium eſſe duxi. ait etiam in libris Epidemiarum: ὁκόσοισι νεφρὸν ἐδλωὴ ξαρῆα, ὅταν πληρῶνται σίτου, ἐμέουσί π φλέγμονα, ὅταν δὲ πλεονάζωσιν αἱ ὀδλωαὶ

Methodus Hippocratis curandi & cognoſcendi cal-

culum renalem, ex lib. 6. Epidemiarum. Furior & syncerior verborum Hippocratis versio.

ἰδιωτικοί, ἰώδεα. Ὅταν μὲν γίνονται, λύονται δὲ, ὅταν σίτων κενοῦσθαι, φλέγματα τε πυρρὰ ἀφίστανται, αἱματώδεις τε οὖρέουσι νάρκη μηρῶν ἐκ ἴξιν. ἐλλοιοῦσθαι δὲ ξυμφέρει, ἀλλὰ γυμνάζεσθαι, μὴ ἐμπίπλασθαι τὰς νέας. ἰλλιδοεῖζειν, ἰγνύλιν τέμνειν ὑρηπικοῖς καθῆραι, λεπτύναι, καὶ ἀπαλῶναι. id est, Si in renem dolor grauis, quando replentur ciborum excrementis, inciderit, vomunt pituitam: quando autem ingraueſcunt dolores, æruginoſa: & alleuiantur quidem. ſoluuntur autem, quando à cibariorum excrementis euacuantur, arenulæque fuluæ ſubſident, & cruenta mingunt: fœmoris è directo torpor. pergræcari, id eſt, deſidẽ in crapula vitam agere, non prodeſt: ſed exercitari, nec repleti ſagina: iuuenes veratro purgare, venam popliris incidere, ac diureticis purgare, extenuare, & emollire, cõfert. En diuinus Hippocrates, non modo iuuenes aut robuſtos, calculo renali affectos, elleboro purgare, humores viſcoſos, calculorũ gluten incidere & extenuare, dĩætaque attenuante vti, aluumque lumbricis anodynis emollire præcipit: ſed etiam eam à ciborũ excremẽtis, ne his meatus vrinales & renes coarctentur, exonerare ſuadet. *σῖτος* apud Græcos, teſte Galeno & Heſychio, non modo ex fruméto & carne cibum, ſed etiam horum in prima digeſtione congeſta περίττωμα ſignificat: quæ etiam in dolore coli per clyſterem iecta, dolorem alleuiant: etiam non raro ſimul excreto vitreo phlegmate radicitus, vt Galeno contigit, radicitus extirpatur. Vnde Galenus: Quinetiam, inquit, colicorum cruciatus multo magis quam nephriticorum, lenientibus mitigantur clyſteribus. Quibus verbis non negat, clyſteres nephriticis prodeſſe: ſed colicos plus iuuare. vtriuſque affectus quo-

Quid apud Hippocratem *σῖτος*.

Verba Galeni ex lib. 6 de Locis affect. c. 2.

Digitized by Google

In eos qui clysteres in calculi renalis cura auersan tur.

que eadem fere esse remedia, affirmat. Quare temeritatem illorum non satis admirari possum, qui rectam curandi calculum legem & methodum, veteribus probatam, abrogant, & nouam errore plenam substituunt: quos certe ex lege & decreto Platonis, eorum qui iustas veterum leges euertunt, luere pœnas, æquum & fas esset, qui tamen præter antiquorum exemplum, iuniores medicos in curando renum calculo assidua clysterium iniectione ægros excarnificare, impudenter asserunt: quum Aetius eos non semel, sed bis atque iterum, etiam efficacissimos infundere iubeat. quos tamen, quamuis aluum deiiciant, lubricent, vretheraſq; emolliant, & obstructiones detergant: tamen eo nomine noxios testantur, quod intestina repleãt, & vrinales meatus coarctẽt, quominus calculus excerni possit. At quandoquidem inanitio & euacuatio, & repletio, ex diametro pugnant: dic quæso mihi, qua ratione noxia enemata, quæ intestina à fecib. expurgant, flatus dissipant, detergũt, & vretheras ipsis incũbentes colis, mulcebri suo vapore emolliant, vrinamque proritent, ea replere, coarctare, & calculi exitum remorari possunt? & eris mihi magnus Apollo. At quod ea intra aluum iniecta, triduũ substitisse causaris, nescio quam vere, huius culpam non vsui clysterium, sed medicorum imperitiæ te impingere oportet, qui ea satis efficacia nõ composuerint. Atqui quum ingenui sit, & docti viri, errorem suum fateri, quod nec Hippocratem facere puduit: si palinodiam cecineris hæc & plura, vt nostro & veritatis amico, tibi cõdonabimus. Itaque illud quoq;, velut huius epito-

Decretum Platonis hoc habes in lib. 5. de Republica, & li 9. de Legib.

ſtolæ auctarium, addere placuit, de ſaluberrimo clyſterium vſu: Oborto in ſede interna, vel inteſtino recto, tumore phlegmonode, Galenum medicamenti diachalcitheos Phœnicei pondo, ſelibra olei rhodini liquefactum, cum veſica ſuilla, cui cornea fiſtula alligata fuerat, iniecciſſe. Quare quoque, ſi opus fuerit, malim vti, quam illis ex ære conflatis tubulis, quibus cum flatus copia plus ingeritur: & quam ex bubulo corio facco, qui manibus non æque, ac veſica porci aut bouis, eſt, contrectabilis. Adde quod exactius exprimitur, & flatum conceptum, ſi ſubter arcte conſtrinxeris, emittere poteris: id quod in ſyringa ænea commode fieri non poteſt. Vale.

Veteres veſica cornu alligata ad clyſteris vſum vtebantur. Gal. lib. 1. Methodi, & lib. 2. Compoſ. medic. gen.

DE PITYOCAMPIS, PICEARVM *erucis. Epiſt.* LXXXI.

NON temere quidem, optime Lyſander, fœda illa erucarum, quas Græci κάμπας vocant copia, vos Palatinos, Hercyniæ Bohemorum ſyluæ accolas, terruit: quæ non olera, ſed vniuerſas piceigeneris arbores, ita depaſcunt, ſuaque virulentia inficiunt, vt amœniſſima abietum pinorũque nemora, quæ fabris veſtris præcipuam ad ædificia & carbones materiem ſuppeditabant, penitus marceſcant: non temere inquam animos incolarum perculit. Nam huiuſmodi virulenta inſectorum reptilium ac volucrium genera, vel ob peſtiferi aeris putrilaginem, aut ob irati noſtriſque peccatis offenſi numinis vindictam ingraueſcere ſolent. Sic enim cum Ægyptii ac Pharao obſtinacia contumax, mandata Dei Iſrael per

Plagæ Ægyptiorum de-

ee, habentur Exodi 7. 8. 9 & vltra Ioseph. lib. 2. ca. 10. Oros. libr. 1. cap. 10.

Mosen illis denũciata, capessere nollent, fœda horum colluuie & tabe contumaces afflixit, & protriuit. quippe post aquas Nili, virga Aaronis in cruorem versas, siti ardentib, grauiora afferentes pœnarum remedia, quã pœnas: post horridos ranarum, domos & cubilia penusque esculentorum polluentium squalores, quarum interitu teter pestilensque odor omnem cœli tractum contagiosa tabis lue infecerat: post phthiriasim pediculorum, post vesicas efferuescẽtes, vlceraq; tabe manãtia, & vt ipsi dicere maluerunt, scabiem ac vitiliginem totis corporibus erumpẽtem: subsequuti sunt, de culicum genere igniti σκνῖπες, quos corrupte Siniphes appellãt, vna cum muscis caninis, toto sese aere vibrantes: ineuitabili ictu & morsu tam gratuita tormenta, quam turpia inferẽtes. ὄφις γὰρ ὁ σκνὶψ, ait Suidas, ζῶον μικρὸν ξυλοφάγον, id est: Est enim scnips volucre animal culum, ligna arrodens. Deiecta quoque cum his grando de cœlo est, ad id temporis agricolis inexperta, quæ sata, segetes, arbores, omne pecus miserabili strage protriuit. Cæterum quicquid illa cœlestis clades in agris reliqui fecerat, subsecuta locustarum nubes, præter fidem ingens, totum id quod virebat, depauit. Atqui hæc nefanda mala & prodigia anno ante vrbem conditam octingentesimoquinto, Ægyptiis acciderunt. Verum prestat recentiora in memoriam reuocare. Ab eo, quo ista meditamur anno LXXIII locustæ sturnatim in Italiam aduolantes, circa Brixiam & Mantuã omnia terræ germina, sua inexplebili voracitate radicitus deuastarunt: quas ingens & immanis subsecuta pestis, plus quam quin-

De Scnipse si hæc Suidas ac Greg. Nazianz. in suis carminibus.

Digitized by Google

quinquaginta hominum millia interemit. Quin neque illud te latebit, me natu longe maiorē, Lyſander, quod elapſis iam vigintiquatuor annis, ex Thracia immenſa locuſtarū nubes in Poloniam, Vngariam, & Germaniæ vltra limites, aduolauit: quæ non fruges tantum, ſed & olera, & quicquid in pratis virebat, & agris, præter vites, depaſcebat. ob idque crudelis (vt plerique diuinabant) futuri Turcarum exercitus prodigia, & portenta. Nec eos fefellit præſagium. nam altero anno ſtatim Viennæ obſidio, Vngariæ deuaſtatio, & ex Anglia ac Britannia febris illa ſudore exitialis, ad nos deuoluta eſt: non tantum arborum, ſed etiā peſtifera hominum pernicies, ex aeris putredine & intemperie concepta. Nam, vt Theophraſtus refert, ſummatim morbi omnibus ſeminibus ob alimenti cœlique intemperiem eueniunt: videlicet, cum plus minusve alimenti prębetur, aut aer immodice humidus ſiccusve eſt, vel etiam non tempeſtiue humeſcit: cum prius quam ſiccata fuerint, dies feruidi acceſſerint. tum enim humor ſiccitate aeris ambientis concluſus effundi nequit, putreſcitque, ac vermes procreat. quippe natura vbique animal gignit, modo calor cum humiditate ratione debita coeat. In Mileto (idē Theophraſtus ait) oleas, cum florent, erucæ erodunt, aliæ frondem, aliæ florem, genere diuerſę. itaque arbores diſpoliant. Naſcuntur tempore auſtrino, & vento. Si vero acrior æſtus inſecutus fuerit, diſrumpuntur omnes, & intereunt. Sed enim alibi quoque idem refert, pinum plus quam abietem, corrodi à teredine poſſe. hanc enim eſſe amaram, pinum vero nonnihil dulcedi-

De fœda locuſtarū calamitate Euſ. in Chronicis, & Pli. lib. 9. & paſſim toto opere.

Theophraſt. de cau. plan. lib. 3 cap. 17. & de hiſtor. plant. lib. 4. cap. 17.

De erucis in Mileto. Theophraſt de hiſt plant. lib. 4 cap. 16. & de cauſis lib. 5. cap. 14. Pityocampæ in pinis & piceis naſcūtur. Plin. lib. 29. ca. 4. & lib. 23. cap. 2.

Digitized by Google

& 4. ac libr. 28. cap. 9.

nis participare: eoque magis, quo fuerit tarda refertior. Vnde erucæ, quæ in pinis aut piceis intra corticem nascuntur, quarum virulenta rosione arbores marcescunt, Græcis πιτυοκάμπαι dicuntur, de quibus Plin. Eadem, inquit, quæ cantharidibus, vis pityocampis quoque, in picea nascentibus eademque bupresti. similiterque in olla linteolo obducta, ne excidant, & super aceti euaporationem suspensæ præparantur, efficacissimæ ad lepras lichenasque dicuntur: menses vrinamque cient. quas ideo Hippocrat. etiam hydropicis dabat. & Galen. πιτυοκάμπαι, ait, πιτύος εἰσὶ καρπαίεδες, βουπρήστης δυσώδεις. quarum exitiale virus Aetius ex Dioscoride ita describit: Piceari eruca pota, statim dolor circa os & palatum oboritur, & vehemens linguæ inflammatio, stomachi, alui, ac intestinorum afflictio fortis, cũ sensili circa interna viscera prurítu, corpus vniuersum æstuat, & stomachus cibum fastidit: quibus eisdem auxiliis, quibus cantharidibus deuoratis, opem ferimus. Proprie autem illis subuenit oleum ex cottoneis, melinum, pro simplici oleo exhibitum, & vomitu reiectum. Quibus etiam, auctore Plinio, sapa ac lac bubulum haustum magnopere confert. Verum, ô Lysander, non alexipharmaca quæris forsã: sed quibus hæc pestifera lues, vestri fundi ac nemorum calamitas arceatur, & intereat. Itaque cum his Palatinatus terris, in quibus primum medicinam professus sum, ex animo bene consultum velim, & quum hæc nostro seculo fit non visa vel experta prius pityocamparum pernicies, quicquid remediorum ex Græcorum Latinorumque primæ classis

De picearum erucis, hæc Aëtius. lib. 13. ca. 51. Gal. li. 10. de Sim. med. Dios. lib. 2. cap. 53. & lib. 6. ca. 2. Paul. li. 5. cap. 34.

Digitized by Google

classis auctorum lectione exploratum habeo, ea qua acceperim fide libens communicabo. Quumque ratione naturali non careat, de his periculum facere poteris, non modo si olera, verum & arbores infestauerint. Campas, inquit Palladius fertur euincere, qui fasciculos allii, sine capitibus per horti omne spacium comburens, nidorem locis pluribus excitarit. Si vero vitibus voluerimus consulere, allio trito falces putatoriæ inungantur. Nasci quoque prohibentur, inquit, si circum arborum vel vitium crura bitumen, asphaltum, & sulphur incendas. & Constãtinus Cæsar ex Aphricano in suo Geoponico inquit: διαφθαρήσονται σκώληκες, οἱ τὰς ἀμπέλους ἐνοχλοῦντες, ἢ ἐνυφαίνοντες τὰ μέρους τῶν ἀμπελώνων, βολβίτων καπνιζόντων κατὰ ἄνεμον. οἱ δὲ χαλβάνῃ, ἢ κέρας ἐλάφειον, ἢ ὄνυχας αἰγείους, ἢ ἐλέφαντος πρῖσμα, ἢ κρίνου ῥίζαν ἐν τῷ ἀμπελῶνι θυμιάσαντες, ἀπήλασαν αὐτόθεν τὰ θηρία. id est, Destruũtur vermes, vites infestantes, aut in aliqua parte veneæ ad fœtũ incubantes, si quis stercora boum aduersus ventum suffumigant, aut galbanum, vel cornu ceruinum, aut caprarum vngulas, aut eboris limaturam, vel lilii radicem, bulbum, in vinea suffiunt: inde namque venenatas expellunt bestias. Didymus in Georgicis ait: Si nudatas arboris radices columbarum stercore illeueris, arbor vermibus non infestabitur: pariter si truncus vel caudex stercore suillo in asinæ vrina macerato, illita fuerit, caudex à vermibus & erucis illibatus durabit. Est & aliud contra olerum erucas impudicum & obscœnum Democriti præstigium potius, quam remedium: cuius veritatem, nisi in Noricorum terris ex-

De campis & allio, hæc Pallad. de re rust. lib. 1. tit. 35. ex Africano & Democrito Constan. lib. 5. Geopo. & lib. 10. ca. 11. eadem & plura.

perientia approbaſſet, certe id referre puderet, quod grauis rei agrariæ ſcriptor Columella carmine celebrauit. Iubet Democritus, mulierem, dum menſtruis purgatur, vnicat antum veſte indutam, ac diſcinctam, paſſis capitis diſcooperti capillis, ac nudis pedibus ter areolas, & ſepem horti perluſtrare: quo facto, tandem per medium horti ſi egrediatur, tum inſtar imbris de oleribus derepente erucas decidere, & emori. Vnde Columella ait:

Mulieris menſtruatæ luſtratione campas enecati, Colu. in fine libri 11. & 12. Pallad. lib. 1. cap. 35. Conſtantinus prope finem li. 12.

At ſi nulla valet medicina repellere peſtem,
Dardanie veniunt artes, nudataque plantas
Fœmina, quæ iuſtis tum demum operata inuenta
Legibus, obſcœno manat pudibunda cruore,
Sed reſoluta ſinus, reſoluto mœſta capillo
Ter circum areolas, & ſepem ducitur horti:
Quæ cum luſtrauit gradiens (mirabile viſu)
Non aliter quam deciſſa pluit arbore nimbus,
Vel teretis mali, vel tecta cortice glandis,
Volvitur ad terram diſtorto corpore campe.

Si hoc terribilis mulieris velut Erinnys habitu erucarum fœda in hortis', oleribus ac arboribus impuritas expiari poſſet, tum certe res ſalua eſſet. Sed cum nulla credibilis & naturalis ſubſit ratio, mihi ex galbão, alphalti bitũine, ſulphure & ceruino cornu, ac allio ſuffumigia magis approbantur: quæ etiam tuto, à vẽti flatu auerſus, experiri poteris. Adde, quod graues non vulgaris experientiæ auctores tradunt, culices. cimices, formicas. pulices, locuſtas, pediculos, blattas, & erucas, ac vnumquodque id generis inſectorum, fumo ac nidore ignis quo cremantur, expelli.

Digitized by Google

pelli. Squillæ quoque phyluræ combuſtæ, aut iuxta vites aut arbores ſquilla conſita, ſui odoris acredine noxia plantis & arboribus inſecta fugat. Vale. Deumque ſupplex precare, vt hanc quam erucæ portendunt, irati ob delicta noſtra ſui numinis vindictam, miſericors & benignus nobis condonare, & à veſtra regione amoliri velit.

De recta, luxata instaurandi methodo.

Epiſt. LXXXII.

Thermarum Badéſium origo.

DE Heidelberga, mi Pădulphe, ad thermas Badēſes, quas olim Marc⁹ Aurelius Antoninus cōdidit, & poſtea Carolus quartus ſuæ nomēclaturę Imperator inſtaurauit, profecturus, cū parū à recto itinere verſus pagum *Kirloch* diuertiſſes, omnes tibi obuios, quos de recto itineris cōpendio percōctatus fuiſſes, vel luxata coxendice: vel diſtortis talis loripedes claudicaſſe, ſcribis. Quū vero chirurgos etiam, inſtaurandi luxata peritos (quos Græci ἐυμβίβας appellant) hunc pagum incolere accepiſſes, admiratus quoque è proximis villis claudicantium multitudinem, quid cauſæ ſubeſſe arbitrer, à me ſciſcitaris. Non enim illic eſſe Lemnum, Ægei maris inſulam, in quam Iuno Vulcanum (qui inde claudus eſſe factus traditur) præcipitaſſet: quum pagus hic multis millibus paſſuum ſit Rheno quam Ægeo mari vicinior. Cauſam itaque tibi eius rei petenti, reddere haud pigebit. Noſti quidem ex Hipp. aſſertione, quoſdam claudos natiuitalios

Vulcanus claudus natus.

Claudicātium variæ cauſæ.

Digitized by Google

Gal. & Hippoc. lib. de Articulis.

vero ex morbo arthritide, aut alio morbi dolore, casu à prȩcipiti loco, aut ex palȩstræ lucta, aut quauis alia violenta concussione luxatos: plures verovt Galenus refert, ob chirurgicorum imperitiam claudicare, qui rectam veterum instaurandi luxata methodum penitus ignorant. De quorum secta, huius pagi cuembolos paucis tibi ostendam. Recta quippe luxata reducendi methodus quatuor habet scopos. Primus, vt membra de suo sinu elapsa ante inflammationem, quantum natura neruorum ac tendinum fert, modo solis manib. aut loris, vel chiromactris iniectis, aut glossocomio, siue aliis machinis, leniter distenta, in suum pristinum acetabulum reponantur, cum minori, quantum fieri potest, dolore. Enimuero si pars luxata dolore intenso afflicta, phlegmone occupetur, aut congenita neruorum tendinumque duricies obstiterit, si membrum sic affectũ distensione lacessiueris temere, incrudescente dolore (vt Galenus ait) tali distensione, φλεγμονὰς ἐξ ὑτέρου ϖυρετὸν καὶ σφυγμὸν, ἔνιοτε καὶ ἀγρυπνίας ὀπφέρης, ϖ ἀσχροσύας. Proinde Hippocrates, & post eum Cor. Celsus: Quicquid, inquit, loco suo motum est, ante inflammationem reponendum est, si illa iam præoccupauit, dum conquiescat, haud quaquam lacessendum est. vbi finita, tentandum est, in his mẽbris, quæ id patiuntur. Oportet autem inflammationem ipsam, atq; doloré leuare lana succida ex hydreleo, id est aqua & oleo moderate calido, aceteque momento superimposita, febrisque rationem in victu habere quam maximam. At isti, si diis placet, chirurgi, nec quid sit phlegmon, aut

Rectæ luxata instaurandi Methodi tres scopi.

Pericula prauæ instaurandi ossa methodi: Galen. lib. 3. de medic. vulnerum officio.

Hippoc. de Articulis & Cor. Celsus li. 8. cap 10. & 11.

febris,

Digitized by Google

febris, nec vllum reponendi luxata organum no runt, quo leni tensionis moderamine elocata, sine doloris exacerbatione reponerent. Alter vero & ordine secundus scopus exigit, vt membrũ instauratum in sinu articuli quiescere sinas, donec firmatum in eo probe coaluerit. id vero effeceris, si rosaceo Mesuæ perfecto, aut quod primas certe obtinet, vnguento nostro de alabastro illeueris, & pannum lineum, vsu emollitum, lenem rhodino quoq; delibutum, applicueris. Deinde si splenia ex stupa ab aceribus purgata, aut multiplici panno consarcinata, quorũ candido imbuta, apposueris. Postremo fasciis posca vel vino madidis, primum circa articulum, aut etiam ossis fracturam iniectis, pro membri habitu latis aut oblongis, non nimis arcte, nec plus æquo laxe deligaueris. Quin etiam si necessitas postulat, post quartum vel quintum diem, ferulas ex corio bubulo vel suillo, aut tenuiorib. assulis faginis, quibus pannifices impositis pannos sub prelo applanant, recte applicato. Sic igitur membro deligato, & ad quietem schemate, figura naturali, doloris maxime experte, secundum villorum & musculorum rectitudinem situato, quiescere sinas: nec ante septimum aut decimum diem religabis, nisi prauum aliquod symptoma pruritus intolerabilis aut phlegmon ex dolore, aut quauis alia occasione inciderit. Vnde Hippocrat. inquit, ἰχρὼν τὸν ἰητρὸν ἐν τῇ ἐκπτώσιόν τε καὶ καταγμάτων, ὡς ἰθυτάτους καθιστάναι τοὺς τόνους. αὐτὴ γὰρ ἡ δικαιοτάτη φύσις. id est, Oportet medicũ luxatorũ ac fractorum situs ac status quam directissimos facere, secundum naturalem mẽbri statum: ipsa enim natura

Alter instaurationis scopus.

Quis rectus ossis fracti aut reducti situs.

Hippoc. lib. 1. de Fracturis.

Digitized by Google

Duo scopi situs membrorum.

iustissima est. Vnde Gal. ibidem ait: Duo sunt scopi, quibus naturalis membri læsi figura, σχῆμα Græcis, aut situs, exploratur: indolentia, quæ experientia exploratur (naturalis enim membri situs, doloris est præcipue expers) alter, rectitudo situs partium membri. hanc ex Anatomia addiscimus: quam nec norunt, nec aliter viderunt, quam dum lanius porcum mactat, aut Iudæus suum extenterat vitulum. Scite mehercule Hippocrates ait: Circa omnes articulorum repositiones attenuare oportet, ac fame macerare, vsque ad septimum diem, & si inflammatio inciderit, frequentius soluere: sin minus, rarius. quietem vero semper habere oportet afflictum articulum, & quam optime figuratum positum esse. At nostri de genere paganorum chirurgici membra instaurata nec vnum diem quiescere sinunt: sed quotidianis concussionibus ea diuellunt, ac ita distorquent, vt de suis acetabulis non raro iterum excidant, nouusq; increscat dolor. vnde membrum ex humorum alluuio phlegmone, patiens vero conuulsione corripiatur, tam crebra quidem distentione & violenta vulsione: præcipue in macilentis & duris siccisque corporibus, vt Galenus ait, σκῶπτουσι καὶ διαρρηγνύουσι τὰς μυῶν καὶ νεύρων ἴνας: id est, Diuelluntur & franguntur musculorum & neruorum villi, aut fibræ: vnde cum febre inflammationes, deliria, spasmi, & paralyses coincidunt, quæ patientem interimũt. Recte igitur Hippocrates, vt alia omnia, de fracturis olsium, hanc per vectes commotionem & extensionem eadem die aut secunda fieri suadet, non autem tertia: minime vero quarta. aut quinta.

Iudæorũ anatomia.

Victus luxatarũ ex lib. Hippocrat. de Articulis.

Gal lib. 3. de Medici vulnerar. officio.

Violentæ instaurationis pericula.

Digitized by Google

quinta. Nam si etiam his diebus non reponas, sed alia molestia luxata lacessas, inflammationes induces. Qui vero, ait Hippocrates, tertia aut quarta die deligantes premunt artus, aut fracturas extendunt: hi in re adeo multi ac magni momenti imprudenter agunt: minime enim iis diebus omnia vulnera mouere oportet. Et vt vno verbo dicam, etiam omnia cùm speculis scrutinia euitare conuenit, & singula quibus vulnera lacessuntur. In vniuersum enim tertia & quarta dies incrudescentias pariunt: quæ ad inflammationes, sordiciem & febres deueniunt. Hæc sane, inquit, res adeo magni momenti, vt si qua alia, est, vt non solum obseruetur in vulnerum, sed etiam aliorum morborum cura, quos etiam vlcera esse forsan quispiam dixerit. At finita inflammatione, sedatoque dolore, frictionem adhibere membro affecto, Corn. Celsus non dissuadet: actum vti cibis bonis, ac vino modice, iamque ad vsus suos membrũ promouere. motus enim vt in dolote pestifer est, sic aliàs saluberrimus corpori & membro existit. Nam vt Hippocrates lib. de Medici vulnerarii officio ait, χρησις κεκτύται, ἀρχὴ δὲ πόνος: id est, Vsus roborat, ocium extenuat. Proinde venerandus illę medicorum parens, in libro de Articulis primo: Articulum, ait, commouere oportet, non vi, sed in tantum vt dolore vacet. consistunt enim quædam in plurimo, alia in minore tempore. Vbi Galenus fidus eius interpres: Hac, ait doloris expertę commotione in declinatione phlegmonis nihil est vtilius: resoluit enim humoris affluxi reliquias, & articuli mucores liquefacit, quibus

Dies & tempus instaurandi luxata.

Hippoc. lib. 3. de fracturis.

Morbi sunt vlcera. Galen. de inæquali temper.

Verba Cor. Cels ex lib. 8. cap. 11.

Exercitiũ roborat: Hippoc. lib. 3. de Medici vulnerarii officio.

Laudatur Articuli iustaur. exercitium.

Digitized by Google

Tertius instaurationis scopus.

articulus inuiscatus, immobilis consisteret, quod Græci ἀγκυλῶσθαι dicunt. Merito igitur id Hippocratis præceptum, tertius & vltimus curandæ luxata methodi scopus constituitur, vt membro luxato in suam sedem reducto, confirmatoque, & cõuenienti schemate locato, id ab humorum affluxu & dolore ac inflammatione vindices. quod facile assequeris, si quæ roborant & repellunt stiptica applicueris, ac sobriam & tenuem victus rationem principio indixeris, venamque reuulsionis gratia secueris, & aluum leni pharmaco subduxeris, ac arosnata, & id genus quæ sanguinem inflammant prohibueris: tum fluxiones à particula affecta facile depelles. Et cum hæc expedieris singula, postremo reliquum erit, & præter hoc nil aliud, quam vt membrum opportunis exercitiis accommodes, illique pristinum robur restituas. At illi plus æquo audaces, scelerati de gẽte rusticorum euemboli, temerario vulgi applausu, procerumque quorundam suffragio, qui doctis eruditionis honorem inuident, elati: totum rationalis diuini Hippocratis methodi ordinem euertunt. Nam membra forte fortuna reposita, nondum confirmata, nec dum sedato dolore aut phlegmone resoluta, miseris carnificum modis, & quotidianis distorsionibus, ne dicam torturis, exercent: nec ægrotorum (quam vnicam laudẽ nobiles illis tribuunt) miserentur: verum si quis natura delicatior sæuas illorum manus inciderit, qui hæc chirurgicorum tormenta expaueſcit, cũ illo obiter luctantur, prostratum in terram, mẽbrorumque torsionibus exanimatum fere, pudet dicere quam obscœnis scommatibus ægro illudant.

Epilogus dictorum. Aphlegmone & affluxu humoris præseruatio.

Chirurgicorum audacia, fastus & tyrannis.

dant. Certe Deo naturaque nil iuſtius, qui tales euembolos, ne dicam tyrannos, literarum oſoribus reliquit. Nec Nemeſis iuſtæ in illorũ patruo vindictæ oblita fuit, quem claudicantem perpetuo, omnibus ludibrio expoſuit: vt eius exemplo quiſq; admonitus hæc ſibiipſis artis ſubſidia præſtare non poſſe agnoſceret, quæ in alienorũ corpore temere experiri auderent. Vale, mi Pandulphe: ac faxit Deus, ne quiſquam illorum manus incidat, niſi qui doctis medicis male affecti ſunt, & honorem ipſis inuident.

De Differentiis Signorvm, *quibus medici morbos diſcernunt & futura præſagiunt. Epiſt.* LXXXIII.

MVSSITANT, & vt audio obmurmurant quoque, barbari & ſceleratι illi in re medica impoſtores, quod delirum ac plane temerarium eorum in diſcernendis morbis ex vrina iudicium damnauerim. quorum, mi Andrea, calumnias ne gry quidem fecerim. Nam qui prodeſſe non queunt, quomodo obeſſe poſſint, non video. Perinde ac ignorata morbi conſtitutione, quid medicus in cura morborum præſtare poſſit, non intelligo. Ob id veteres non ex lotio tãtum, ſed ex ſignis ac indiciis pathognomonicis, vniuerſaque ſymptomatũ morbi ſyndrome, cauſam & ſubſtantiam morbi, à quibus remediorum indicationes acciperent, ſummo ſtudio & obſeruatione ſcrutati ſunt: ipſamque medicinam primario diuiſerunt in Therapeuticam, cuius communiſſimus ſcopus eſt, τὰ ἐναντία τῷ ἀναι-

Gryſordea ſub vngui bus contentæ.

Signorum & indicorum differentia Galé. prope fin. 3. lib. Prognoſt.

Primaria medic. diuiſio, Gal. lib. 1 de officio chirurgi.

Digitized by Google

Medicina Diagnoſtica.

πάσω ἰάμασι, Contraria contrariorum medicamẽta: & in Diagnoſticã, cuius primarius ſcopus eſt, Sana à ſimilibus, ægra à diſſimilibus ſanis diſcernere. quæ medicinæ præſtantior pars, longo interuallo Therapeuticã præcedit, quæ ſine Diagnoſtica nullius frugi eſt, aut vſus. Et quia morborum exactam per ſigna pathognomonica, cuilibet morbo peculiaria, & ſymptomatũ coincidẽtias, quas empirici συνδρομὰς vocabant (αἱ δή τινες εἰσι συμπτωμάτων ἀθροίσματα, quæ erant accidentium aut caſuum morbi per obſeruationem collectiones) cognitionẽ tradebat, eam tandem iuniores σημειωτικὴν appellarunt. Ob id merito quiſpiã admirabitur Galenũ illum polyhiſtorem, qui præter ducẽtos & quinquaginta libros, quos de variis diſciplinis cõdidit, de aliis vero ſingulis medicinæ partib. ſupra quadringẽtos ediderit, eaſq; ad vnum omnes rationali methodo expediuerit: quod hanc ſolã præſtantiorẽ medicinæ partem διαγνωστικὴν, nulla exacta methodo excoluerit: ſed tantũ paſſim, præcipuè in libello de Artis conſtitutione, eius ſemina ſparſerit. Attamen Auicẽna, Raſis, & alii de Arabũ ſchola medici, & poſteriores de claſſe Græcorũ, Paulus Æginas, Aetius, Actuarius, & Alexander Trallianus (quem Meſue iatron appellat) veteres empericos imitati, ſignorum & accidentium ſyndromen in ſingula morborum capitula congeſſerunt: ſed adeo indiſtincte, vt quod illorum ſit pathognomonicum, aut epiphænomenum, aut ſynedreuomenum, alterum ab altero diſcernere non poſſis: vt illorum medicinam diagnoſticam recte quiſpiam confuſum Democriti chaos dixerit. Adde quod

De ſyndrome empiricorum lib. de officio chirur. de conſtituit. artis & paſſim alibi Galen.

Medicina ſemeotica.

Galen. Polyhiſtor.

Galenum Diagnoſticen method. non abſoluiſſe.

Arabes & Græci ſymptomatũ ſyndromẽ indiſtincte conſcribunt in ſuis practicis.

Medicorũ vrinatorum impudentia.

Digitized by Google

nec doceant, quod morbi ſignum vel indicium viribus alteri pręponderet. Verum his longe ineptiores noſtri ſeculi in Germania quidam logiatri, qui, ac ſi omnia morborum ſigna in vrina eluceſcerent, ex ſolius lotii inſpectione de morbi ſubſtantia, patientis ſalute vel interitu, ob triobolaris ſcorti ſalarium temere pronũciare (nugari rectius dixiſſem) non erubeſcunt. Vt igitur illorum impudentia omnibus innoteſcat, pauca de ſignorum differentiis huic epiſtolæ inſerere conſtitui: in iis me doctioribus, quib. hæc abſoluta tractare methodo vacet, anſam præbeam: quam & ego, ſi plus ocii nactus fuero, ob ægrorum ſalutem, libens apprehendam: vt tandẽ ſemel hoc flagitium ex temerario de morbis vrinæ iudicio, facinus certe flagris dignum ex medicorum palæſtra eliminetur, & recta curandi iudicandique morbos methodus inſtituatur. Atqui cum apud philoſophos, tum apud medicos omnes in confeſſo eſt, effectus & accidentia ſuam prodere & indicare cauſam. Conſtat quoque, ſymptomata eſſe morborũ δηλώσεις, effect⁹. Nemo igitur inficiari poterit, ſymptomata (de quorum numero ſunt actiones læſæ, & quædam eſſentialiter inhærentia inſeparabilia) morbos, & locum affectum quoque, velut eorum domicilium & noſocomium, cui applicari & accommodari debent remedia, indicare. Symptomatum vero quædam Græcis dicuntur epiphænomena, ſiue σωμπαρεπόμενα: alia vero pathognomonica, quę ex eſſentialiter inhærentib. ac ſimul cum morbi conſtitutione orta, cũ ea quoq; diſpereunt. Hæc ſunt inſeparabilia & certa morborum indicia,

Effectus ſuas indicare cauſas.

Morbi diathesis ſymptomatũ cauſa.

Signorum diuiſionẽ Gal de artis conſt. lib. 1. Aphor. 12. & li. 4. reg. acut.

quorum ſyndrome morbi ſpeciem rectius ac verius omni lotio indicat. Sic febris continua cum dolore lateris pungitiuo, ac tuſſi anhela, cum ſimul & quaſi vna irruunt, pleuritida morbum indicant. Alia vero quæ deinceps ſuccedunt accidentia, epiphænomena aut ſynedreuonta dicta, quaſi morbi aſſeſſores, cui neque neceſſario aut inſeparabiliter cohærent, nec vna oriuntur, ſed vt plurimum aut raro vel ἀμφιδόξως, id eſt anceps ratione morbo aſſident, nec ſubſtantiam illius conſtituunt, ſed proprias morborum differentias faciunt: vt in pleuritide ſputum cruentum vel citrinum, dolor ad furculam, vel ad diaphragmatis inferna protenſus, vigilia, delirium, ſomniorum ſpectra. Hæc ſane accidentia epiphænomena dicta, vel morbi differentiam, aut illius ὀπτικὸν, id eſt manſuetudinem, aut κακοήθειαν, id eſt prauitatem indicant. Oportet certe in tali ſymptomatum ſyndrome medicum ſingulorum ſymptomatum vires æqua lance ponderare, & lethalia cum ſalubribus acri iudicio expendere. Si enim pernicioſa vel viribus aut copia, ſalutaria & naturæ vires ſuperauerint, tum periculũ mortis non longe aberit: & viciſſim, ſi ſalutaria pernicioſis potentiora extiterint, tum æger iam fere Scyllam & Charybdim eluctatus, in criſis impetu ſaluus, in portu nauigabit. idque eo certius, ſi inter hæc perfecta concoctionis ſigna affuerint. De numero vero talium ſignorum, aliqua ſunt decretoria aut iudiciaria, alia concoctionis aut cruditatis indicia, alia ſalutis aut mortis indicatiua. Signa vero concoctionis, finito morbi principio, & eius humore per calorem naturalem

Epiphænomena, vt in locis hic allegatis.

Symptomata ſynedreuonta, aſſidentia morbo.

Medici docti officium in diſcernendis ſymptomatis.

Signorum diuiſio, Gal. lib. 1. Aphor 12. lib. 3. Prognoſt.

Signorum concoctionis defectuo.

probe

probe concocto,& à putridis sequestrato, in augmento vel morbi vigore in vrina,sputo,& apostematum suppuratione quoque,digestioni, quæ in venoso vasorum genere fit, similima, & aliis excrementis apparent : nempe cuiusque partis in corpore & humorum excrementa, quæ sunt concoctionis perittomata, & reliquię, eam quæ illis inest dispositionem ostendunt : siquidem cocta fuerint, sanam : si cruda, ægram arguunt. Vnde in ægritudinibus pectoris, & spirationis instrumentis, sputum album, lene, æquali consistentia concretum, semper est salubre concoctionis signum. Si vero nihil expuitur, integram ostendit cruditatem: si vero sincerum,aquosum, tenue, liuidum, ærugini simile sputum eructatur, non cruditatem modo morbi,sed etiam perniciem minatur. At vrina, secundæ digestionis excrementum, quæ in venoso genere vasorum, visceribus, epate & præcordiis fit, dum hæc febre, phlegmone,scirrho,aut intemperatura quauis oblæsa fuerint, certus est cruditatis aut concoctionis index. Quippe si hæc colore, & substãtia sanorũ vrinis fuerit similima, hypostasim albam,lenem,puri exacte cõcocto similem habuerit,hæc non modo concoctionem morbi præcipue in febribus, sed etiam virtutes naturales esse viribus morbi longe potentiores, easque in crisis conflictu victoriam obtenturas, vere testatur. At ea ratione nõ est vrina signũ pathognomonicum : sed concoctionis vel cruditatis in febribus, & morbis viscerum,præcordiorũ,signũ obseruatione penitus necessarium. Proinde Gal.in Prædictionibus Hippocratis cõcedit,vrinam,diathe-

Excrementa suarum partium dispositionem indicant. Gal. lib. 1. de crisi. Signa concoctionis in morbis pectoralibus.

In morbis mẽbrorũ naturalũ & febriũ concoctionis signa. Vrinæ digestæ & crudæ descriptio. In quibus morbis vrina indicet morbum, & concoctionem morbi.

Gal. ſuper ſecundum lib prædict. Hippocrat.

ſim,id eſt morbum partium epatis, ac renum, & veſicæ, ac ſanguinem continentium vaſorum, ac virtutis naturalis humores generantis robur & imbecillitatem indicare: at cerebri, pulmonis, matricis & neruorum, affectuum alia eſſe ſigna pathognomonica affirmat. Nec tamen quiſpiam temere aſſereret, vrinam eſſe quorundam morborum, membrorum per quæ labitur, indicem, non primaria ratione, ſed per accidens, ratione contentorum, quæ ſunt membrorum diureticorum excrementa. Proinde Hippocrates teſtatur,

De iſtis vrinæ in morbis veſicæ & renum ſignificationibus. Hippoc. lib. 4. Aphor. li. 2. Prognoſt. & lib. 2. de Criſi. Verba Hipp. lib. 2. prognoſt.

ſi quis arenulas, furfures, aut ſquamulas furfuribus ſimiles, carunculas, ſanguinis grummos, pus, aut capillamenta quædam alba, conglomeratis ſub cauda cancrorum venulis ſimilima, eminxerit, hæc veſicam ſcabie, ac renes lithiaſi, ſuppuratione aut quauis alia nephritide, vel venæ ruptura laborare. At ne quis temere hęc vrinæ indicia ad alios quam prædictorum membrorum affectus referat, venerandus ille medicorum parens in fine ſubiungit: Ne igitur decipiaris, inquit, caue, ne veſica quouis modo affecta, ſi huiuſmodi reddiderit vrinas, te decipiant. tales enim non ad vniuerſum corpus, ſed ad ipſam duntaxat veſicam referri debent. Eſt & ſatis verendus renum morbus, hydrops ad matulam, aut diabetes, ſiue vrinæ profluuium, ob inexplebile bibendi deſiderium dipſacus à Græcis dictus. hic renum veſicæque affectus, inteſtinorum læuitati, quam lienteriam vocant, ſimilis eſt: ob idque ſubinde bibere coguntur. quod tandem, ob virtutis renum retentricis & alteratricis imbecillitatem, nihil in colore, ſubſtantia & odore immutatum,

tum, quale biberunt, exuberanter quoque reddunt. Tale vero lotium, diabetes esse proprium & cognobile morbi accidens, quod Græci pathognomonicum appellant, nemo inficiabitur. Reliquum est tertium signorum cõcoctionis & excrementorum genus, nempe alui ex prima digestione excrementa, quæ mollia & leniter pro coli cauitate figurata & concreta, consueto tempore egeruntur, & excreta cibo ingesto proportione correspondeãt: tum hæc, vt Hippocrates ait, naturaliũ ventriculi facultatum & concoctionis robur recte indicant. Tria igitur hæc excrementorum genera propriam cuiusq; mẽbri per quod deferuntur, dispositionem, & virium naturalium robur indicant ventriculi vires, cibi excremẽta. Ob id Antonini stabularii, equi eius prasini stercora quotidie olfaciebant, ac etiam degustabant, an probe pabulum cõcoxisset exploraturi. At venosi vasorũ generis, & epatis, quod ardẽs humorũ concoctionis focus est, vrinæ: morborũ, & humorum pectoralium, sputa, sunt cõcoctionis aut cruditatis signa & indicia. hæc vt plurimum mala, nec raro etiam pernicioſa: illa vero semper salutaria, ac salutiferæ crisis internũcia. Vnde Hippocrates ait, πᾶσαι πέψεις τελείως, ἀσφαλεῖαι ὑγιείας σημαίνουσιν. ὡμὰ δὲ, καὶ ἄπεπτα, εἰς κακὰς ἀποστασίας τρέπεται, ἢ πόνους ἢ θανάτους, ἢ τῶν αἰτίων ἐπιφοράς. Sunt ad hæc alia plurima, vt futuræ crisis signa decretoria, mortisque & salutis signa prognostica: quorum declaratio non epistolam, sed iussũ exigeret volumen prius ab Hippocrate ad amussim descripta, præcipue ex pulsib. prædictionis ac præsẽtis morbi & loci affecti signa admo-

De diabete hęc Gal. lib. 1. de crisi. & de loc. affect. lib. 6. cap. 5.

Tertium excremẽtorum genus, & digestionis signũ, lib. 1. de crisi. Hippocrat. 2. prognost.

Epilogus dictorum. De sterc. equi prasini hæc Gal. lib. 7 Methodi, & Iul. Capitolinus in Antonini vita.

Signa pathognomonica & concoctionis, medico scitu necessaria.

Medicos et amfudores & aurium sordes degustasse. Gal. prope finem tertii lib. de symptomat. differentiis.

dum perplexa: quæ libens ideo prætereo, quod horum vis, energia, & significatio à signis concoctionis dependeat, nec esse vlla|sint concoctionis ex signis pathognomonicis scitu medico magis necessaria. Dic enim obsecro, quî medicus potis est ignotos curare morbos, nisi signa pathognomonica illi hos manifestarint? in quorum cognitione adeo veteres medici desudarũt, vt nõ modo signorũ pathognomonicorũ syndromen diligenter obseruarint, sed ad exactã morbi cognitionẽ, etiã sudores in balneis strigili excepros, ac auriũ sordes deguſtauerint. Verũ cum nõ medicus, sed natura, cõcoquat & curet morbos: maxime intererit medici, scite naturaliũ virium robur, an morbum euincere possint, aut eas sub morborũ tyrãnide succũbere oporteat: vnde certiora salutis ac mortis accipiuntur signa, quã vel augures & vates, quos ob ægros Rom. alebãt, vnquã statuere potuerint. quorũ vera esse vaticinia,

Romanos de ægrorũ salute augures consuluisse. Cicer. lib. 1. diuin. Gal. libro 1. epidem. com. 3. & ii 1. ac 3. reg acut. Iuuena. Sat. 2.

Nec pueri credunt, nisi qui nondũ ære lauantur.

At ea quæ à signis concoctionis prognostica accipiuntur, tam firma sunt, vt illis nunquam se falsum Gal. glorietur. At nostrates medici, ex vrina hydromantes, vel hæc ignorant penitus: aut nõ intellecta, flocci pendunt: qui domi desides, ex solo lotio de omnib. morbis vaticinari non erubescunt: quiq; alteram præstantissimam medicinæ partem diagnosticam, sine qua Therapeutica subsistere nõ potest, nec à limine salutasse videntur: tamen nec ignotis mederi morbis, nec se profiteri medicos pudet. Vale: & quanam methodo cõpendiaria, medicina diagnostica cõscribi docerique possit, aliquando mihi rescribe.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNIS LANGII EPISTOLARVM MEdicinalium LIBER II.

AD ILLVSTR. PRINCIPEM, OTTHenricum, Comitem Palatinum, Sacri Romani Imperii Electorem, vtriusque Bauariæ Ducem, &c.

EPISTOLA I.

PRÆCLARA & liberalis, Princeps illustrissime, erat olim maiorũ erga cuiuslibet ordinis ministros emeritos beneuolentia: etiã erga bruta. Quippe Tharantinus auctor est, quũ Athenienses ædem Ioui sacram in arce ppè Enneacrunum fontem cõderent, decreto publico edixisse, vt omnia Attici agri iumenta in oppidum, vt operam ad templi fabricã conferrẽt, deducerentur: ac tum quendam villicum plebiscîti metu edicto audientem, veteranum, iam octuaginta annos agentem, mulum adduxisse: populũ vero, ob emeriti villici & senilis muli labores & honorem, eum structuræ templi iumentis ducẽ præfecisse: qui nullo coercitus iugo, aut clitellis oneratus, cæteris tantum anteiret. Decreuisse quoque senatum, vt publico cauueretur edicto, ne quis institor triticum aut ordeum vendens, aut quiuis alius frumentari⁹ negotiator, eum à tabernis abigeret, neque à cõditionis pabulis arceret: sed precium depasti frumenti ex ærario peteret publico: quippe cui, vt athletæ emerito, sportula in Prytanæo decreta, cum omni laborum immunitate foret. Magna mehercule,

Historiam muli Athen. scribit Nicocles in Prologo lib. 1. Art. vet. Ælianus de animalibus lib. 6. cap. 49.

Princeps, & præclara fuit hæc Athenienſium, erga mulum emeritum, munificentia: quam tamen tua erga me & alios veteranos miniſtros clementia longe ſuperat, qua me vt emeritũ comitum Palatinorum Medicum ſeptuagenarium proſequeris. Nam probe noſti, quanta peregrinationis diſcrimina ſeptem plus triginta annis per mare, ſaxa & ignes, illuſtriſſ. Principem Fridericum Co. Palatinum comitatus, pertulerim: cũ quo nõ ſemel Hiſpanias, Galliam, Italiam, adde & fere maiorem totius Europæ partem, cum irrecuperabili ſtudiorum & temporis iactura peragrauerim: ac bis denique, illo copiarum Romani Imperii duce, cõtra Solimannũ Turcarum imperatorem, & immanem ex profeſſo Alemannorum hoſtem, & Chriſtianorum flagellum, in caſtris meruerim: nec minus ſtrenue cõtra exitiales eius, aliorumque de generoſo Palatinorum ſtemmate ducum morbos, quibus domi foriſque crebro affligebantur, cum pharmacis pugnauerim, eosque non raro à lethalis morbi ſæuitia vindicauerim. At poſtquã Friderici patrui tui manes, fatorum lege æthereas conſcenderunt auras, tuaque illuſtris clementia iure hæreditario, cum ingenti ſubditorum ſpe ac deſiderio in locum parentis merito ſurrogatus, patruo tuo ſuccederes: me tamen quamuis ærumnoſis curandi ægros laboribus effœtum, ac febrili calore ex mœrore defuncti mei principis languidum, tua ſponte in miniſtrũ adoptaſti, & in ſenatum ac album tuorum à conſiliis conſcripſiſti: & omni laborum, quos per ætatem ſenilem virib. exhauſtus ferre vel obire non poſſem, immunitate, tãquam

Langii peregrinationes.

Turcas Alemannis infeſtos Nicetas libro annalium 2. vocat.

Febrim ex mœrore o rtã, Gal. lib. 1. ad Glauconem.

Digitized by Google

quam emeritũ rude donasti : nisi quum languore quouis affectus, mea opera aut consilio egeres: vel noui morbi ad curandum contumaces in crudescerent: tum quoque mihi Doctorem Marcum, vt fidum & eruditum meorum laborum collegam, in subsidium constituisti. Vix equidẽ, Princeps illustrissime, Comitum Palatinorum decus & columna, verbis pro dignitate consequi possum, quanto gaudio illa laborum & peregrinationis immunitas me senem septuagenarium affecerit: qua me vt athletam, in morborum conflictu emeritum, tanquam rude & sportula donasti. Ah quoties lætus cum Virgiliano pastore ex animo cecini:

O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.
Namque erit ille mihi semper Deus: illius aram
Sæpe tener nostris ob ouilibus imbuet agnus.

Per Deum Virgilius Cæsarem, Langius ducem Othenricũ intelligit.

Non tamen, Princeps, id ocii, velut Alexandrinorum medici deses & iners male collocare volo: aut tanqnam ignauus Accesius nauta, modo suppetant vires, incassum transigere desidero: quem quum nauigationis tæderet, lunam infaustam causari solitum ferunt. Perinde ac quidam nostrates medici, cognitionis morborum imperiti, vt curam morbi vel abdicare vel prorogare possint, inauspicatos lunæ aliorumque siderum in Ephemeridibus Calendarii dies causantur: ac tamdiu cunctantur, donec de ægroti vita pene conclamatum fuerit. Non mediusfidius, Princeps, ocium illiteratum desidero: sed quo studio mea dudum neglecta resarcire, & perplexa in arte medendi theoremata explicare, & obscura illustrare, fraudesque agyrtarum detegere, &

Accesii nautæ pigri cum ignauis Medicis, astrologis, scita comparatio, ex Diogeniano.

Digitized by Google

amicorum problematibus per epistolas respondere possim: vt vice cotis fungerer, aliisque me doctioribus scribendi ansam præberem, & calcar adigerem. An vero id duabus Epistolarũ medicinalium Miscellaneis assequutus fuero, penes viros artium peritos, sit iudicium: quas, ne ingratus videar, tuo augusto nomini ac veneranda dedico. Nam vt Ixion in versatili apud inferos rota proclamat, ὅτι δεῖ τοὺς εὐεργετήσαντας ἀντ' εὐεργετεῖν, id est, Oportet benefactoribus beneficii vicem rependere: sic ciconia ob crus fractum, & ab Heraclide muliere curatum, carbunculum, verum Æthiopum amethystum, qui nocturnas instar lampadis illustrat tenebras, præteruolans in sinũ mulieris deiecisse fertur: sic ego ingenii mei in re Medica primitias, in sinum tuum offero. Ingens tamen pectus meum subit cura, ne ea quæ tibi dicantur, tuo præclaro nomini non sint condigna. Verum illud quod Plinius ait, me solatur, audacioremque reddit, quod his lacte rusticæ multæ gentes supplicant: & mola salsa litant, qui thura non habent, Sæpe namque Deis hos inter honores, Cespes, & exigui placuerunt farra coloni. Nec vero, vt contra inuidorum calumnias me tuearis oro: inuidiam enim, quæ est fœlicitatis comes, nihil vereor, nec deprecor. Probe quidé noui (vt D. Hier. ad Præsidium diaconum scribit) eum qui scribit multos sumere iudices: ita alius in alterius liuet & grassatur ingenium. ille, si vna periodi clausula vel membrum defuerit, mancam esse oratiunculam clamabit. alius, si eloquentiæ cothurnum paululum extuleris, non medicum, sed rhetorem esse latrabit. Horum gannitus, atque

De Ixione hæc Pindarus interpretatur in Pythiis.

De gratitudine ciconiæ. hæc Aelianus, lib. 8. de hist. animalium.

Aethiopũ amethystus est verus carbunculus.

Heliodorus de rebus Aethiopum. Plinii verba. ex prologo libri 3.

Statius l. 1 Syluarum.

Verba Hieronymi, epistola. 33 2 partis tertiæ.

Digitized by Google

que vt vulpium, aut anſerum ſibila, nihil expauoſco: ſed has epiſtolas tuo nomini ideo conſecraui, gratitudinis nempe ergo, ne beneficii immemor viderer, & aliquo meæ chartaceæ ſupellectilis munuſculo inſignem tuam celſitudinem demererer. Vale, Palatinatus & Romani Imperii decus.

LANGIVS SCHLESITA DE Athenienſium mula.

De ſalubri carnis aſini eſu, hæc Aelianus lib. 17. de hiſtor. animalium cap 35. πανάκεια morbos vniuerſos curantia.

Schleſia naſutis ridetur ſcommate vappis,
Quod carnes aſini deuoret illa pigri.
Viſceribus teneri cur non ego veſcar aſelli?
Hæc cum tabiſica ſint medicina luis.
Cecropidum muli mallem collega ſenilis
Dicier, emeriti, præmia digna ferens.
Pro quibus hæc πανάκεια refert tibi pharmaca,
Princeps,
Langius, officii munera digna ſui.

DE MEDICINÆ APVD ÆGYPTIOS, *Chaldæos, Græcos & Arabes, origine: ac in natura calumniatores Apologia.*

Ad GEORGIVM WIRT Medicum Cæſareum conſobrinum ſuum.

Epiſtola II.

QVæris, Georgi conſobrine, ex animo mihi dilecte, quidnã nos ex Germania medicinę alumni, æſtus inſueti, dum cũcta caniculæ feruore flagrarent, Bononiæ in præclaro totius liberalium artium encyclopędiæ Muſęo egerimus: quẽ nec homines, nec pecora facile ferre poſſent.

Digitized by Google

De origine Plin.lib.2. cap.40. Ariſt. li. 3. de Part. animal. cap. 2.

Orix nempe, ſitibunda Ægypti fera, mœſta, ac quaſi ſupplex Caniculæ ortum contuetur, & lachrymabũda illius æſtum deprecari videtur. Ne ergo arbitreris, Conſobrine, nos nullam ſanitatis ac viciſſitudinis temporum habere rationem, libens ediſſeram. Quamprimum ſcolimos, Veneris incitabulum floret: & rauciſonæ in arboribus, matutinum lambentes rorem, cicadæ obſtrepunt: tum indictis Muſarum & in foro feriis, quo vires corporis Sirii feruore decoctas, ante lucani temporis frigore reficeremus, omnes nos ex Germania Medicinæ commilitones, in rus conceſſimus: vbi ſtridulum cicadarum concentum pertæſi, ne tamen Muſarum ferias inerti ocio cum irrecuperabili temporis iactura tranſigeremus, celebriora Italiæ literarum gymnaſia perluſtrare, & quam curandi morbos docendique Medicinam Methodum quoduis obſeruaret, explorare decreuimus. Ferrariam igitur venimus, vbi Leonicenum, elegantioris medicinæ illuſtratorem, edentulum fere, & iam ex ſenio maraſmo tabeſcentem, conuenimus: quem, ſenile ætatis eius decus reueriti, perplexis de erroribus Plinii problematibus obtundere nolebamus. Sed itineri iam accincti, Paduam, auguſtum Venetorum Muſæum, vbi Eridanus in mare Adriaticum ſeſe exonerat, accelerauimus: quod, ob eaſdem Apollinis ferias, Medicis deſertum inuenimus, qui Venetias Medicorum viſuri praxim, conceſſerant. Quorum veſtigia cõfeſtim ſequuti per Padum Venetias traiecimus. quo quum appuliſſemus: en peropportune nauem egreſſis nobis, præter ſpem obuiam fit Petrus

De Scollmo, carduo. & cicadis, hæc Plin. li. 11. cap. 11. Heſiod' in Ἔργοις, Plato in Phædro.

Leoniceni ex ſenio maraſmus.

Digitized by Google

trus Æginetа, ex Ægina Græcorum in Peloponneſo inſula natus, Pauli Æginetæ medici vernaculus: qui olim Bononiæ lepidiſſimas Ariſtophanis comœdias prælegerat, ac me & Leonem Pontificem Græcæ linguæ rudimenta docuerat: quem, vt nobiſcum cœnaret, in xenodochium Fiſtulæ deduximus. Et quum iam nobis pene ſaturis hoſpes ὀψοφάγος, ſecundæ menſæ bellaria, apponeret: Viri Germani, inquit, quid ita eſt τῶν ἀρεοπαγιτῶν σιωπηρότεροι, iudicibus Athenienſium taciturniores? An neſcitis, verba non minus vini Nepenthes dulcedine exhilarare conuiuas? Cur non, qua gratia huc aduenerit is, veſtro præceptori & amico Petro Æginetæ refertis? Cui ego, nihil cunctatus, ſubito reſpondi: Appulimus Venetias, ad diues ex India, Syria, Alexandria medicamentorum emporium, aduentu Græcorum celebre: à quibus percunctaremur, an veram nobis mummiam, malobathrum, laccam, & id genus ex Arabia medicamẽtorum attuliſſent: & an ars medica, aliarumque artium cultura, in Græcia, vt olim, adhuc floreret: vel iam redacta ſub iugum tam barbari ferociſque Turcarum tyranni, vna cum aliis artibus exoleuiſſet: & an medicinæ inuentio potius Ægyptiis, Chaldæis, aut aliis barbaris nationibus quam Græcię, hominibus deniq; an beſtiis potius ſit accepta ferẽda. Proinde ô Ægineta, inquam, cum ſis ex Ægina inſula natus Græcus, & Eurip. allerat, τὸ φιλονικάμασος πόνημα, id eſt, labor amicorum nomine facile expeditur: te obſecramus, vt quid de his tibi exploratum ſit, nobis recenſere, & percontationis tædio nos leuare velis. Ad hæc oculis

Petrus Ægineta Langii præceptor.

De Epidorpiis. Ælian lib. 14. cap. 11.

De Areopagitis hęc Macrob. li. 7 Satur. Lucian. de ſectis, & Iuriſconſ. in Pand. l. vlt.

Digitized by Google

conniuebat, & placide ita respondit: O Langi, probe nosti, id quod Bononiæ tibi cõquestus sui, multos iam præteriisse annos, quum ob Solimãni tyrannidem dulce meum natale solum desererem, & in Latio exul oberrauerim, adeo inceps, vt velut Dionysius Syracusanus, vix diram ludimagisterii depellere arte famem potuerim, studiorum Græciæ fere oblitus. at quorum adhuc reminiscor, libens vobis commemorabo. Heri ad vesperam triremis, mercibus onusta variis, ex Alexandria Venetias appulit: accessi percontaturus, an ex Ægypto siliquam, vulgo cassiam dictam: aut ex India malobathrum, folium: aut ex Æthiopia medicati cadaueris mummiam bene olentem: aut rorem illum ex Syria mannam, laserpicium, agallochũ verum: aut ex India xyloaloes & id genus medicamentorum simplicium, quæ Græci vel desiderant, vel tandẽ sero cognouerunt, aduexissent. nosti sane, Græcis pleraque esse exotica, quæ Arabibus semper fuerunt vernacula: qui medicamentis Græcorum medicis semper fuerunt opulentiores. Quamobrem non tædet me, Medicorum Arabum, adhibito tamen iudicio, perlegere libros. Tum aiebat, nauclerum mœstum quidem respondisse: Æginetæ, his quæ commemoras mercibus, ex animo nauem nostram onerassemus, si ob cruenta Persarum cum Ægyptiis bella, ex naui tuto in continentem prodire licuisset. cras vero si redieris, quamprimum illuxerit, veram tibi ostendemus laccam: pro qua medici & pictores nescio quibus fecib arte paratis vtuntur. Cæterum (ait) ô Langi, cuias gentis aut nationis fuerit primus libera-

Arabum Medici, medicamẽtis Græcorum Medicis opulentiores.

liberalium ac philoſophiæ artium auctor, id diuinis teſtatum literis, vos non celabo: nempe hic fuit (vt mea fert opinio) Seth, Adam ꝓtoplaſtide prima claſſe ſoboles: vir ingenio, pietate ac rerũ naturaliũ peritia, deniq; ſiderali aſtrorũ ac totiꝰ Matheſeos ſciẽtia cæteros de ſua ſtirpe lõge ante cellens: quam à parentibus velut per manus acceptam, poſteris ſuis ſinceram tradidit: qui quũ ab Adamo auo intellexiſſent, fore vt hæc pulchertima totius orbis terrarum fabrica, vel aquarum inundatione aut ignis incendio peſſum iret, ne igitur naturalium cœleſtiumq; rerum doctrina vna obliteraretur, illius axiomata duabus columnis (quarum vna ex lapidibus, vt aquæ: altera ex latere coctili, vt igni reſiſteret, compacta fuit) idque literis Hieroglyphicis, quæ erant animalium effigies, inſculpſerunt: quos Chaldæi ac Ægyptii, poſtremo & Græci, imitati, ne maiorũ & auitæ ſtirpis monumenta, ſalutariaque in arte medendi præcepta & medicamenta, ab ipſis reperta obliterarentur, ea templorum quoque columnis inſcripſerunt. ac vt medicina inuentis hominum locupletaretur, auctore Strabone & Herodoto, piaculum erat, ægrotos, de more gentis in publicum ſtratum delatos, præterire: niſi quis prius, quibus ipſe pharmacis ſimili correptus morbo ſanitatem recuperaſſet, decumbentem in lectica ægrotum eruditiſſet, quæ ne ab ignobili agyrtarum vulgo prophanarentur, diis nempe dicata medicamenta, quæ Erophilus θεῶν χεῖρας, ſalutares deorum manus appellabat, Ægyptiorum ſacerdotes eiſdem quoque ſignata animalium & figura-

De duabus artiũ columnis Ioſephus lib. 1. antiquit. cap. 4. Zonaras annalium primo. De literis Hieroglyphicis Ægyptiorũ, Orus. Petrus Crinitus lib. 7. cap. 2. Pli. lib. 36. ca. 11. Corn. Tacit. lib. hiſt. 14. Strabo li. 17. & diuus Hieronym. in Epiſtolis. De viſendi ægros in publico Ægyptiorum more præter Strabonẽ & Herodotum, Plutarchꝰ in libello περὶ ἰατρικῆς. Medicina non vulgo ſed ſacerdotib. concredita, in templis cuſtodiebatur,

rum characteribus, in Epheſtii Vulcani templo recondita ſeruabant. Græci vero, ſcientiæ Ægyptiorum mancipia & ſimiæ, Epidaurum incolentes, ea in Æſculapii templo, tanquam donaria eidem conſecrata, recondebant: quæ vulgo cõtrectare nefas erat. Fuit ſane, vt Pauſanias refert, in Epidauro olim lucus Æſculapio, Apollinis in arte medendi ſucceſſori, ſacer: in quo ædificium rotundum, marmore candido incruſtatũ erat, quod tholum vocabant: olim pluribus, viuente vero Pauſania, Græcorum hiſtoriographo, ſex tantum columnis ſuffultum: quibus tum virorum tum mulierum nomina, qui Æſculapii opera conualuiſſent, inſculpta erant: inſertum quoque, quo quiſque morbo laboraſſet, quaque curationis methodo ſanatus eſſet. Verum quum columnæ partim vetuſtate concidiſſent, & Æſculapius (qui repertis morborum remediis medicinam adauxerat) ob Hippolytum ab effrenibus diſcerptum equis, operaque eius inuito Apolline vitæ reſtitutum, fulmine afflatus interiiſſet: tum Medicina duce & auctore deſtituta, in denſa ignorantiæ caligine quingentos annos, vſque ad Artaxerxis Perſarum regis tempora, nempe Olympiadis 86. delituit: quã Hippocratem tempore belli Peloponneſiaci in lucem reſtituiſſe, Plinius his conceptis verbis refert: Natus, inquit. Hippocrates in inſula Co, vallda, & Æſculapio dicata. is quum mos fuiſſet, morbo liberatos in templo eius dei conſcribere, qui opem tuliſſet, vt ſimilis morbi cura poſteris prodeſſet: ea exaraſſe fertur. aut (vt M. Varro credit) templo iam combuſto, κλινικὴν, & Prodicus eius diſcipulus ἰατρολογικὸν inſtituiſſe

Pauſaniæ ex lib. 2. Corinthiacorum verba.

Medicina 900. annos laruit. Plinius li. 29. c. 1. Iſidorus in Etymologiis ſuis.

isse feruntur. Sed (inquit) viri Germani, pudet me fateri, Ægyptios tam longo Græcos tempore totius matheseos ac encyclopædię eruditione antecessisse, qui multa ante Græcos secula rerum gestarum memoriali floruerunt. adeo vt apud Platonem in Timæo, sacerdos Ægyptius perbelle Soloni de vetustate Athenienſium, instar cicadarum, quas in pileis ex argento conflatas deferebant, ex terra primum genitarum, glorianti, responderit: ô Solon Solon, vos Græci semper pueri estis, nec quisquam apud vos rerum gestarum memoria aut disciplinæ vetustate est senex. At Ægyptii ab origine mundi omnes medicinæ studio adeo flagrarunt, vt Gryllus in Plutarchi de ratione brutorum dialogo, testetur, τὸς μὲν Αἰγυπτίους πάντας ἰατροὺς εἶναι: id est, Audimus Ægyptios omnes esse medicos. ipsi nempe medicinam magia naturali admirandam effecerunt, & illustrarunt: adeo vt pleraque pharmaca vel hodie videantur esse ἐπῳδαὶ, carmina, vel incantamenta. Hæc enim ex rerum naturalium sympathiæ & antipathiæ peritia, conspirantib. astrorũ, & non raro etiam spirituum vicibus constabat, qua admiranda in morbis prodigia peragebant. Quid multis? fateri ingenue cogor, Græcos omnes artium ingenuarum disciplinas à barbaris accepisse. Primus omnium Cadmus, Agenoris filius ex Phœnicia, Orpheus ex Thracia literas, deorum cæremonias, simulacrorum consecrationes, hymnosque attulere. ac Persæ magiam Græcos docuerunt, qui hęc ab Ægyptiis primum hauserunt. ad quæ discenda Democritus, Pythagoras & Plato in Ægyptum migrarunt, vt arcana ma-

Ægyptii arte Græcis vetustiores. Plato in Timæo, Euseb. 10. de præpar. Euan. c. 2. copiose.

Breuis Magiæ ex Plin. & Suida definitio.

Græci à barbaris literas didicerunt. Plin. lib. 7. cap. 5. 6. Euseb. lib. 10 cap. 2. Cor. Tacit. li. 11. ca. 3.

De philosophis in Ægyptum profectis, Cicero de Finibus, & Philostrat. in vita Apollonii.

giæ, cui medicina annexa fuit, ab Ægyptiorũ magis & Hebræis, qui tum in seruitute Ægyptiorum vitã misere traducebant, addiscerent. Non temere igitur Homerus, omnis eruditionis fons finxit, Menelaum comite Helena in Ægyptũ, medicamentorum feracem, ad Polydamnam, Thonidis Ægyptiorum regis vxorem deuastata Troia nauigasse: quæ præter alia xenia, varia quoq; cõtra omne virus alexipharmaca Helenæ dono dedit, ac præclarũ illud omnis luctus & mœroris antidotum, vinum Nepenthes: conficere docuit: eique helenium herbam serpentibus infestam ostendit, ex qua præsens Pharici veneni antidotum cõficeret, quo Pharũ Aegypti insulã ἰοβόλοις periculosã, tuto perlustrare posset.

De Polydamna Homer. Odyss. Ælian. de varia hist. lib. 9. c. 21.

Quod Hõerus his versib. testatũ posteris reliqt:

πολλὰ Διὸς θυγάτηρ ἔχει φάρμακα μητιόεντα
ἰητρὰ, τὰ οἱ Πολύδαμνα πόρε, Θῶνος ἄκοιτις
Αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
φάρμακα, πολλὰ μὲν ἰητρὰ μεμιγμένα, πολλὰ δ' οὐλά.

Quare operæ precium erit, ad hæc comprobanda, medicorum Aegyptii in curandis ac prædicendis morbis Epidemiis acta cum Græcorum remediis conferre, quæ ab Aegyptiis accepisse clare intelliges. Erat quondam apud Aegyptios spectatæ virtutis & eruditionis medicus, cui nomen erat Iochen. hic caniculæ æstum, Ægyptiis noxium, Orixi eorum feræ exosum (vt Suidas refert) & pestiferam aeris luem igne expiare ac prædicere nouerit. à quo Ceos, maris Ægæi incolas, & Græcos eadem didicisse, nihil est dubii: quos Cicero prodit, quotannis caniculæ ortum dedita opera obseruasse: & exeo quoque

De Iochen Medico hæc Suidas.

Hera-

Heraclides Ponticus asserit, an salutaris aut pestifer annus futurus sit, coniecturam fecisse, ea ratione. Si namque canicula vna cum Sirio suo assecla in ortu caliginosa effulserat, tum cœlum illud pingue & concretum, illiusque inspirationem pestis contagione fore virulentam: sin vero illustris & sole coruscа emicuerat, tum cœlum aut aera tenue purumque fore & eo nomine salubre diuinabant. Quum ista Democritus in Ægypto didicisset: reuersusque domum, Hippocratem, quo cum familiariter vixit, hæc erudiisset, grassante in Græcia peste, discipulis comitatus, in Illyriam profectus, aerem ignis incendio à pestis contagione expurgauit. Cui ob id tota Græcia, vt antea Ægyptus Iochini, diuinos vt Herculi decreuit honores. Hæc & alia plura θεοπρεπῶς ὑπομνήματα, diuinæ medendi scientiæ dogmata, Democritus Hippocrati impartit' est: quæ Hippocrates & Galenus, velut Triptolemus Cereris fruges, per tellurem Atticam seminarunt: hic Attica dicendi copia, ille vero Laconica scribendi breuitate, memoriæ discipulorum profuit, vestigia sapientum Lacedæmoniæ assequutus. apud quod, vt Socrates in Platonis Protag. refert, inoleuit consuetudo, τὸ σοφίαν πότε, οὐ μακροῖς καὶ διξοδικοῖς λόγοις, ἀλλὰ βραχέσι μᾶλλον καὶ σωτόμοις ὑπομνήμασι διδάσκειν, ὃν τρόπον ὁ πὶς Λάκωνας τὸ φιλοσοφίαν ἀσκῆσαι φαυερόν. Tali quoque breuiloquii charactere Laconum, Pythagoras, & septem toto orbe celebrati sapientes, in eorum Symbolis ac Apophthegmatibus, Hippocrates in Aphorismis, in Epidemiis, & passim aliis omnibus libris vsus est: qui dum breuis esse laboraret,

De futuræ pestis ex caniculæ ortu præsagio, & Ceis, hæc Cicero in fine lib. 1. de Diuinatione.

Democriti cum Hippocrate commercium, Ælianus li. 4. c. 20. Euseb. lib. 10. c. 2. & Petrus in Epistola ad Artaxercem.

Causa breuiloquii Hippocratis ex Platonis Protagora.

obſcurusque fieret, Galenus Attica dicendi copia eius ſcripta illuſtrauit O ter quaterque fœlix ſeculũ, omnigenis muſarũ & philoſophiæ floríb. amœnum & fœcundum: quos Mars Turcarum, vnica ſtudiorum Græciæ calamitas, velut auſter putrido flatu diſſipauit. Nam anno ab origine mundi tertio ac ſexageſimo, ſupra noningenteſimum ac quinquies milleſimum, à ſalutifero Virginis Deiparæ partu 1012 anno, Conſtantino V. moderante Imperii habenas, dum Scytharum gens vaga, ferox, prędæ cruoriſque auida duce fere nullo, vel ſaltem ignobili, ex Caſpiis montibus à ſuis profligata, in Græciam erumperet, Aſiam ac Perſidem occupaſſet: Turca etiam, magna & opulenta Perſarum vrbe deuicta, abolito veteri Scytharum nomine, Turcas ſeſe dixerunt: qui Sarracenis inde Mahometi fidem vna profeſſis, confœderati, & coadiuti, cum Aſiam & Ægyptum, bonam orientalis Europæ partem fœlici bellorum ſucceſſu debellaſſent: tum philoſophiæ, ac medicinæ, venerandæ ſalutis humanæ pręſidis, profeſſores variis bellorum exagitati calamitatibus, colonias crebro commutare coacti, primum ex Ægypto, duce Democrito, Pythagora, Platone, ac pleriſque aliis Matheſeos coryphæis ſtipati, in Græciam migrarunt: vbi obuiis eruditorum manibus excepti, Medicina philoſophorum thematis exculta & illuſtrata emicuit: nec vulgo, ſed ſacerdotibus concredita, velut ſacroſanctum Dei donum, in templis condita ſeruabatur. vnde apud Galenum paſſim pleraque ſacerdotum & prophetarum nomine leguntur medicamina. Verum quum crudelis ſtudiorum

Origo Turcarũ, ſtudiorum Græciæ calamitas, Sabellicus Ennead. 9. lib. 2. Zonara annal. tomo 3. & Nicet. 3.

Turcarũ, ab oppido Perſarum Turca cognomen.

Medicinæ ad Græcos fuga ex Ægypto Euſeb. lib. 10. cap. 2.

Digitized by Google

diorum desolator Mars quiesceret, durante pace, Medicinæ studium plurimum creuit. Non enim (inquit Cicero) bella gerentibus nec regnum dominatione impeditis, aut deuinctis, nascitur discendi cupiditas. Eruditio nempe, & eloquentia, pacis est comes, ociiq; socia. Verum, quũ crudelis Turcarum imperator Solimannus, & alii Sarracenorum Persarumq; stipatus præsidio, ferro & igne deuastaret Græciam, tum Medicina suis philiatris & alumnis transfugis comitata, in Arabiã concessit: plenamq; librorum Hippocratis & Galeni sarcinã, quorum nonnullis nos caremus, secum detulit: quorum Galenus CL. omnifariæ eruditionis volumina conscripsit, & librorũ numero annos vitæ CXL (quos vixit) fere adæquauit. quorũ pleraq; Latini desiderant: ex quibus, vt de manna, Mesue & Auerrois pleraque allegant testimonia, in latinis Galeni codicib. nõ lecta: quos Arabes lingua sua donarũt, apud quos Medicinã exoticis medicamentis (quæ partim Arabia felix, partim India medicamentis & gemmis dives fert, quæ Græcia desiderat) locupletatam, Auicenna, Rasis, Albumasar & Auerrois, Medicorum Arabicæ factionis principes, suis lucubrationibus auxerunt, & illustrarunt: quos Cheraldus Cremonensis, Arabicæ linguæ parum peritus, Latino idiomate satis inculto Toleti donauit. Vnde accidit, vt barbaries in Medicinam irrepserit: & Medicorũ Arabię libri, non auctorum, sed interpretũ culpa tot errorib. scateant. Et ita Medicina dialecticis Arabũ argutiis polluta, tãdẽ ad Latinos & Romanos cõfugit: quos Medicinã sẽper magni feciſſe, vel ex hoc cõiicere poterimus, quod vrbs

Pax artium alumna.

Medicinæ a Græcis ad Arabes fuga. Galeni vitam & libros Suidas, & Perottus in dictione Nestoris, exponunt. Galeni libri à Latinis desiderantur plerique.

Cheraldus interpres Auicennæ barbariæ Medicinã polluit.

Medicinæ à Græcis & Arabib. ad Latinos fuga.

Digitized by Google

De Æsculapio ex Epidauro Romam aduecto, Valer. lib. 1. ca. 93. Ouid. 1. Fastor. Plin. lib. 29. cap. 1.

triennali pestiferæ luis cõtagione pene exhausta fuisset, nisi Sibyllæ vaticinio admoniti, ex Epidauro Æsculapium, qui illic serpẽtis specie sancte colebatur, Romam accersiuissent: cui naue triremi per Tiberim aduecto, in Tiberina insula, quinto ab vrbe lapide, templũ consecrarunt. Huius itaq; numinis salutari afflatu, pestifera aeris contagio in salubriorem repente commutata, & consopita fertur. Sed quod Romani tam sero Medicinam

De Catone & Archagato hæc Plin. li. 29. ca. 1. & li. 7 c. 30. Lactan. li. 1. cap. 15.

acceptarunt, id effecit Græcorum & Ægyptiorũ luxus: quo ne virile Romani populi robur eneruaretur, Cato, seuerus ille morũ censor, Græcorũ medicis vrbe interdixit. Quid ergo? Damnatamne à Catone rem, Reipublicæ tam salutarẽ & necessariam, arbitremur? Minime gentium hercule: vt qui medicina, & herbis quas ipse plantauerat, & brassica sua vsus, se, coniugem suam, filium & libertos ad longæuam senectam incolumes perduxit. Non sane veteres artem,

De Medicis ex Aegypto Romam accersitis, Plin. li. 6. cap. 1.

sed artis professorum (vt Archagati) secandi vrendiq; in cura morborũ sæuitiã damnabant: qui primus Medicorũ, anno vrbis DXXXV, ex Peloponneso Romã venit. Tandem vero, quum Claudii Cæsaris principatu Lichena & Mentagra purulentis per Italiam grassarentur vlceribus: tum (vt refert Plinius) ex Ægypto accersiti Medici, qui hæc phagædenica & exedentia, fœda vtriusq; vitii vlcera, vrendo aut secando curabant. quo factum, vt hanc salutarem curandi morbos artem,

De Anatomia viuorum. Cor. Celsus in prologo libri 1.

non dolorum depultricẽ, sed carnificinã esse crediderint, ac ob id exosam habuerint. At mitius egerunt Herophilus & Erasistratus, qui homines sicarios & homicidas neci condemnatos, à regib.

(vt

(vt Corn. Celſ. ait) ex carcere acceptos, viuentes incidebát, vt internorũ viſcerũ palmos, atteriarũ motus, & mutua officia atque colligantias ſcrutarentur. Medicinam vero herbariam ab Ægyptiis acceptam, Democritus & Pythagoras integris voluminibus deſcripſerunt: quã Valgius Romanus poſtea, & Pompeius Leneus, Pompeii magni libertus, ex bibliotheca Mithridatis, à Põpeio deuicti, primum Romanis exhibuit. Accepiſtis arbitror, inquit, celebriores totius orbis terrarum nationes, Ægyptum, Chaldæam, Aſſyriam, Græciam & Arabiã, Medicinam, vt venerãdam ſalutis humanæ præſidem, obſeruaſſe, & numinis inſtar coluiſſe: quam vna cum cæteris artium liberaliũ ſtudiis, cruenta Solimanni victoria radicitus extirpauit. O execranda, omnibuſque diris deuouenda Turcarum victoria, quæ non in ſubactos modo, ſed in eorum etiam ceremonias, politiã, idiomata, atque artium ſtudia, adde & regionum, oppidorum, herbarumq; nomina, ius & imperiũ ſibi vendicauit: abrogatisq; & aboletis veteribus nominibus, barbara & inſueta ſubſtituit. Inde accidit, vt Græcæ Romanæque linguæ decus ac nitor, barbaris mixta nominibus, obſita ſqualeant, vniq; herbarum plura æquiuoca accreuerint nomina: quorum perplexa æquiuocatione efficitur, vt quod ſit illius veteris & peculiare nomen, etiam peritos lateat ῥιζοτόμους: & genuina ſtirpiũ, metallorum, gemmarumq; exoleuerint nomina. Proinde quærimus, quod habemus: & quod deeſt, nos habere putamus. Tandem Æginetа inquit: Langi ſympoſiarcha, præterea nihil habeo, quod à nauclero acceperim, quod

De medicina herbaria hæc Plin. libro 26. cap. 2.

Vera ſimplicium medicamentorũ, oppidorũ ac regionum nomina, à belli victoribus corrupta, vel abrogata.

Digitized by Google

vobis pro ſymbolo referre poſſim, quam triſte & lugubre Medicinæ & artium philoſophiæ in Græcia exitium, & Apollinis vna cum Muſis exilium. Tum ego: Certe Æginetа nullũ triſtius nobis potuiſſes afferre nuncium. Philoſophia & Medicina, Deus & natura nihil humano generi præſtantius, vtilius, magisq; neceſſariũ dare poterat. Quare coepulones perchari, Democriti paradoxa ferre nõ poſsũ, qui Naturam vt nouercam noſtram calumniatur : quam tamen non benignam modo parentem, ſed & liberalem experimur: quæ (præter præclara philoſophiæ & medicinæ munera, quæ infolẽs Turci victoria nobis eripuit) etiam quæcunque in ætherea & elementali mundi fabrica continentur, diuinæ prouidentia mentis vt (Cic. lib. de Legib. primo ait) cuncta ad vſum & commoditates hominum ita affatim largita eſt, vt ea quæ gignũtur, donata nobis, non fortuito nata videãtur: non ea tantũ quæ ad medicamenta & vitæ alimoniam ſementis, baccis & plantis de fœcundo telluris gremio, tanta rerum vbertate & varietate, velut ex Copiæ cornu effuderit: ſed (vt Lucretius poeta cecinit)

Etiam omne genus ferarum quod eſt veterino ſemine partum, (*rarum*:
Lanigeraq; ſimul pecudes, & bucera ſecla fe-

quibus homo partim culturæ telluris opera, partim ad veſcendum vteretur, producta ſint. Attamen non defuerunt ex ſchola Democriti, cuius fontibus Epicurus hortulos ſuos rigauit, philoſophi, qui pro tantorum munerum mercede, naturam

Hæc Democriti in naturam argumenta latius repetit Pl. in prologo lib. 7. Cicero li. 2. de natur. deorum Lucret. lib. 5. Lactan. de opificio Dei per totum.

turam non benignam noſtri parentẽ, ſed ſæuam & iniuſtã calũnientur nouercá: quod ſcilicet hominẽ (vt Plinij verbis vtar) animal cæteris imperaturũ, in die natali nudum & inermem ac inopẽ, ex tepido matris vtero in gelidam humũ, vix de paleis coopertã ſtragulis, proſterneret, & tanquam naufragum ad vitæ ærumnarũ ſcopulos elideret nudum: ac tandem falciis, velut quadrupedem compedibus, per ſingulos artus vinctum, in cunabula coniiceret, qui vitam à lachrymis & eiulatu auſpicaretur, nec alio modo quam vagitu opem & lactis alimoniam poſceret. Id quod Lucretius poeta, dogmatum Democriti & Epicuri aſſertor, his quoq; verſibus teſtatum reliquit:

De infantium ploratu Alexander Aphrodiſ. lib. 2, proble. 61.

Cum porro puer, vt ſæuis proiectus ab vndis
Nauita, nudus humi iacet, infans, indigus omni
Vitali auxilio, quum primum luminis oras
Nixibus ex aluo matris Natura profudit,
Vagitumq; locum lugubri complet.

Et vt admiranda naturæ in humani fœtus enixu opera cõuitiis & calumniis eleuent & exacerbent, ab huiuſmodi aiũt vitæ & ærumnarũ rudimentis, homo infans vitam auſpicatur: & tandẽ quũ adoleuerit, & tacito pede nõ intellecta obrepſerit ſenectus, morborum agmine vallata, vix dici poteſt quantæ & quot aduerſæ fortunæ calamitates cũ maneant & exagitent, ac veterum nouorumq; morborum phalãges agminatim irruãt: ac tãdem miſerũ, Medicinæ ignarũ, illiusq; ſubſidio, natura duce, deſtitutũ peſſundent. Laudant itaq; Silenũ, à Mida rege captũ, pro λύτρῳ dimiſſionis præmio nõ temere docuiſſe regem,

De Sileno hæc Cicero, in calce lib. 1.

Digitized by Google

Tuscul. quæst. Lactanz. li. 3. ca. 10. Theognis in Elegiacis.

Non nasci optimum, deinde natum quam ocyssime aboleri. Eam ob rem ferunt luctuosa apud Thraces fuisse puerperia, læta vero funera. quod Archias luculento Epigrammate testatur:

Θρήικας αἰνέι τω τις, ὅτι γοναχεῦσι μὲν υἷας
Μήτηρος ὀκ κόλποις εἰς φάος ἐρχομένους,
Εμπαλι δ' ἐλθίζουσιν, ὅσους αἰῶνα λιπόντας
Ασκοιδὲς χειρῶν λαῖφος ἔμαρψε μόρος.
Οἱ μὲν γὰρ ζώοντες ἀεὶ πανπῆια πρῶσιν
Ες κακά, τοὶ δὲ κακῶν εὗρον ἄκος θανόντι.

Præterea aiunt, Naturam hominem tantum alienis alere & vestire opibus, ac armis munire: quum cæteris animantibus terrigenis, volucribus, aquatilibus, singulis cuncta ad vitæ vsum necessaria, vt parens beneuola suppeditauerit. hæc nempe conchas & testudines domiportas, teitis, quæ plaustri onus sustinent infractæ: alia, vt alces, coriis apros setis. lanigerumq; pecus vellere vestiuit. Addunt, quod & armis ad arcendas iniurias renascentibus armauerit: damas timidas & ceruos cornibus, aduncis apros dentibus, he-

De herinaceis hæc Ælianus de animalibus li. 3. cap. 10.

rinaceos cute spinarum aculeis rigente, quibus in pilam conglomeratis, non venatorum modo canes arcent, sed poma quoque his affixa in hybernas deferunt latebras. histricem illis quoque congenerem, à canibus lacessitam in eos iratam, mirifice spinarũ aculeos eiaculare. Quid multis? Natura, ait, castaneas echinato cortice vallauit: stipites arborum, ne illis frigus vel æstus obesset, libro non raro gemino obduxit. Solum vero inter cætera animantia hominem, nudum & inermem, velut naufragum, in hos vitæ scopulos eiectum, alieno subsidio sibi victum, amictum ac

alime-

alimoniam compararе oportere : quum , teſte Cicerone, Natura ſenſum & appetitum dederit, vt altero peſtifera à ſalutaribus diſcernerent : altero ad commoda ſuo generi pabula tempore opportuno capeſſenda ſollicitarentur, quę plus quá humana ſolertia ſibi comparare norunt. Nunquid araneoli, mira artis textoriæ induſtria (qua Arachne, ob id in araneum verſa, Palladem ſuperauit) ex lanigero & lento corpuſculi ſucco rete nent. in quod ſi quid inſectorum inciderit, id ſubito inſultu arreptum conficiant & exugant? pinna quamuis oculis orba, duabus tamen patula conchis, cum ſquilla exiguo piſciculo, ſuæ piſcationis prædæ conſorte, ſocietatem init. quũ piſciculiin conchas hiantes primum impune inſiluerint, & tandem licentia creſcente audacia, conchas adimpleuerint, tum pinna oculis captą à ſquilla piſcationis ſocia, quæ eo nomine Pinnophylax dicitur, morſu admonita cõchas coarctat partemque prædæ piſcationis ſocio impertit. At pinnæ ſolertiam, plateæ induſtria longę ſuperat: quæ pendula in aere ſeſe vibrans, piſces rapto viuentes obſeruat: quibus ex alto aquarum gurgite emergentibus, in caput illorum irruit, roſtroqúe adacto ferit, donec prædam ore hiante eructent: quam platea volucris prædæ auidą arripit, & deglutit: quibus ſatura, poſtquam ea ventriculi calore concoxerit, euomit, ac quæ eſculenta ſunt ſeligit, reliqua deſpuit. At vociferant vt verbis Plinii vtar, hominem ſine doctrina nihil ſcire, non fari , non ingredi: & breuiter , non aliud quam naturæ ſponte fiere : & quum veterum vel nouorum morborum agmine ob-

Cicero li. 2. de natura deorum, & li. 2. de anima.

De Arachne, Ouid. lib 1. Metam.

De aranea textu Cicero lib. 2. de nat. deorum. Plin. lib. 11. ca. 24. Ariſt. lib. 9. c. 29. & lib. 5. cap. 27.

De pinna hæc Cicero. lib. 2. de nat. deorum. Pli. li. 11. c. 24. Ariſt. li. 5. ca. 15.

Pli. li. 9. c. 41. De platea Pli lib. 10. cap. 4. Ariſtot. lib. 9. c. 10.

Cic. lib. 2. de nat. deorum.

Verba Plinii ex prologo libri 7.

Digitized by Google

ruitur,nulla horum ſcire remedia, niſi quæ ab animantib.didicerit,quæ alia animalia(natura duce)αὐτοδίδακτα abſque medico probe norunt. ob id non temere, hiſtoriæ animalium exploratores, plerique Medicinæ inuentionem brutis acceptam ferunt, à quibus ſua Ægyptii & alii pleraque didicerunt remedia. Canes,inquit Plinius, vomitum hominibus monſtrauerunt: qui ægreſcentes, aut cholera in ventriculo onerati,aut lúbricis infeſtati, herbam tritici aut aſpera gramis folia edunt & rodunt, quoventriculum exonerant: quem podagra, paralyſi, arthritide, nephritide aut aſmate laborantib., reuulſionis ergo prodeſſe nouimus. Adde, quod eundem ad ſanitatis conſeruationem, ex Hippocratis ſententia, Auicenna etiam fen. 4. primi, ſalutarem eſſe teſtatur: qui eam ob rem, quouis menſe duobus diebus continuis ventriculum vomitu expurgare ſuaſerit. id quod ab Ægyptiis quoque didiciſſe videntur,qui præcepto huic audientes, arbitrati omnes morbos ex crapula & ciborum cruditate oriri, ſingulis tribus menſibus ventriculum à ſaburra crudi eſculentorum chyli exonerabant, & inteſtina clyſmate eluebant. cuius ſalutarem vſum longo ante Hippocratem tempore ibis volucris, ciconiæ ſimilima, Ægyptios docuit: quæ aquam Nili, aut de æquore ſalſo, pleno gutture abſorptam, oblongè in anum collo eructat, qua excrementa viſcerum eluit. Obiiciunt quoque nobis veteres ex Cnido Cycladum inſula Medicos,qui ſolum elaterio & tempeſtiua lactis ſorbitione ægros purgabant, qui venæ ſectionem expaueſcebant. quos alii Medici quoque, Theſſali ſecta-

An bruta Medicinã inuenerint, & quæ.

Vomitus commoda à canibus Ægyptii edocti. Ælia.lib 19. c. 4. Ariſt. lib. 9. c. 6. Aelian li. 5. cap. 46 & lib 8. cap. 9.

De Ægyptiorum purgationibus hæc Diodorus & Herodotus. De ciconia aut ibide Cic. li. 2. de natura deorum Pli. li 8. c. 27. Solin. cap. 41. Plutarchus in Dialog. de brutorum ſolert.

Digitized by Google

ſectatores hæmophobi imitati, venæ ſectionem (adéo præſens in febribus, abſceſſibus, epatis aliorumque viſcerum obſtructione remedium) neglexiſſent, niſi hippopotamus, belua Nili, crocodilo maior, binis vngulis conſpicua, cætera vero dorſo equi repando, iuba, hinnitu equum repræſentans, Medicos ad venæ ſectionem audaciores reddidiſſet: qui aſſiduo paſtu obœſus, egreſſus Nilum, venam cruris aculeato veprium ramo allidit: ac poſtquam laſſum ex repletione corpus ſanguinis effluuio exonerauit, plagam limo ex Nilo obducit, & obruit. Quo aſſerunt, hæc & pleraque alia remedia, bruta rationis expertia, ſola natura duce, ſibi comparaſſe: quibus toxicis aut phatmacis deleteriis infecta, ſeſe tuto curare poſſunt, quibus homines careant. Perhibent namque, Barbariæ venatores, pantheras carnibus aconiti veneno, quod Pardalianches ob id vocant, delibutis ineſcare: quibus deguſtatis, niſi hominis oletum ediderint, repente ſtrangulari. quod illis eſt efficax alexipharmacum. Ceruos quoque, aut, vt mauult Cicero, in Creta capras, virulentis ſaucias telis, dictamum, herbam lanuginoſis foliis cognobilem, deguſtare, & toxica ſubito excidere. Hirundines aiunt chelidoniam, herbam crocei coloris, ſucco madidam, viſui inſtaurando ſaluberrimam nobis mõſtraſſe: qua oblæſis pullorum oculis medentur. Pariter aſſerunt, anguem, membrana hyberno ſitu ſqualida, oculis & corpori obducta, deguſtato fœniculi ſurculo, ſpolium viſus impedimẽtum, exuere, aciemque viſus priſtinam recuperare, exutoque corpotis ſquallore nitidum ver-

De phlebotomiæ vtilitate, & ex Cnido medicis. Hippocr. in prologo de victu acutor. Gal in lib. de pleb. contra Erafiſtratũ, & li. 9. & 11. Method.

Hæc animalium antidota repetit. Cic lib. 2. de nat. deorum Plin. li. 8. cap. 27. Ariſt. lib. 9. cap. 6.

De Panthere hæc Cicero. vt ſup. Theophraſt. lib. 9. cap. 16. Plin. li. 8. cap. 27. Ælian. l. 4. c. 49. Plutarch. in Dialogo de brut. ſolertia.

Digitized by Google

nare. Teſtudinem viperæ morſu ſauciam, cuniculæ paſtu, quam bubulam ſylueſtremque origanum appellant, medicam ſibi ferre opẽ. Muſtelam cum ſerpente dimicaturam, ruram edere: cuius odorem ſerpẽtes ne quidem ferre poſſunt. Ciconiam origano, apros vero ægrotantes hedera, aut cancris ab æquore eiectis ſibi mederi perhibent: vrſas vero, quum ſomnifera mandragoræ poma ederint, formicas melle contritas lambere tradunt. Ceruos quoque affirmant, cinaræ ſerpentiumque eſu, virulento pabuli veneno reſiſtere: ac (vt Theomneſtus, grauis rei veterinariæ ſcriptor, lib. 1. refert) vermes inteſtinorum cet ui inuolucris implicitos ſerpentium eſu enecare. quod Martialis quoque affirmat, dum cecinit:

De ceruis hæc Theomneſtus lib. 1. Lucret. lib. 6. Mart. lib. 14. epigrãmat.

Ceruinus gelidum ſorbet ſic halitus anguem.

Et ante cum non illepide Lucretius dixit:

Naribus alipedes vt cerui ſæpe putantur
Ducere de latebris ſerpentia ſecla ferarum.

Quis tandem bruta hæc morborum & veneni alexipharmaca, quæſo docuit? Natura certe horum hypodidaſcalus fuit, quæ hominem celauit. quod Plutarchus vna cum Democrito, in brutorum Dialogo his conceptis verbis teſtatur: τὰς μὲν γὰρ λίγυστικὰς ταὶς ἰατρικὰς ἀκούομεν εἶναι. τὴν δὲ ζώων ἕκαστον, ὃ μόνον περὶ ἰασιν αὑτοῦ πεφυκότ' ἐστίν, ἀλλὰ καὶ περὶ διαβροφὴν, καὶ περὶ ἀλκὴν, ἤδη τι καὶ φυλακὴν καὶ μουσικὴν, ὅσον ἐκάστῳ προσήκει κατὰ φύσιν. ὧν δέ τινος δεόμεθα ἡμεῖς, οὐκ οἴδαμεν ὅτι ποταμίοις καρκίνοις φέρονται; βοηθοῦντα γὰρ ἐλάφοις πρὸς καταλαλήθρα. τίς δὲ τοὺς χελώνης ἐδίδαξε, τὴν ἔχεως φαγοῦσαν, δίκτυον ἐρίγανον ἐσθίειν; τίς δὲ τοὺς Κρητικὰς αἶγας, ὅταν βεβλῆσθαι τοῖς τοξεύμασι, δίκταμνον δοῦναι, οὗ ἕρπε

Σύντος

Digitized by Google

φῦλος ἐκβάλλουσι τὰς ἀχίδας. αἰ γὰρ εἴπης, ὅτι ἀληθὴς ἐστὶ τὸν διδάσκαλον εἶναι τὴν φύσιν. Id latine ita reddideris: Audiuimus Ægyptios omnes esse medicos: & animal quoduis, sine artis doctore, nō ad medelam solū, sed & ad victus rationem, robur, venationem, custodiam, ac Musicā, quantum vnicuique pro natura sua cōpetit, esse dispositum. A quonam obsecro didicerunt sues, cephalalgia laborantes, ad fluuiatiles cācros accelerare? quos quum ederint, à capitis dolore alleuiātur. Quis testudines docuit, à cōesa vipera, origani esu sibi mederi? Quis tandē Cretenses capras, intoxicatis vulneratas telis, dictamnum quærere: quo degustato, spicula derepente excidant? An non quæso dices, id quod verum est, horum omnium διδάσκαλον siue doctorem esse Naturam? quid ni? At, aiunt, tam præclara artis Medicæ opera & bona, iniqua certe lance distribuit. Brutis nempe contra iobolorum virus, vt parens beneuola, alexipharmaca dedit & docuit: quæ homines, vt iniqua nouerca, celauit. ob id brutis, non homini, Medicinæ inuentionem tribuunt. His & aliis argumentis, quibus & prouidentiam deorum securi redarguunt, naturam quoque lacessunt. Quare, inquit, ô Langi, fas & æquum est tandem, vt Naturæ, beneuolæ humani generis parenti, patrocineris, eamque à nouercæ perfidia esse immunem edoceas. Tum ego respondi: Quamuis, Æginetа, non meæ est opis, tantam inter philosophos medicos componere litem: tamen quum me & Leonem pontificem olim Græcæ linguæ rudimenta docueris: æquū est, tibi non secus ac parenti, morem geram.

Cephalalgia porcorum canens curari. Plin. Aristot. ac Ælianus quoque testantur.

Contra naturæ calumniatores patrociniũ.

Quare experiar, an fœcundi calices, vel potius mea erga vos confidentia, me ad dicendum alacriorem reddiderit. Natura (inquiunt eius calũniatores) hominem in die natali nudum & inermem, velut naufragio eiectum, ſupra nudam humum enixa ſtatuit. At quid tum poſtea? poterat enim homo pro temporis & loci commoditate, ingenio armari, & ratione veſtiri: qua vel ſola ratione Natura, mundi opifex, omnia bona quæ brutis liberalius quam homini data videntur, affatim compenſauit. Recte mehercule ait Ariſtoteles: Qui hominẽ deteriori conditione natum, quam cætera animãntia, nudum ſcilicet & inermem creatum tradunt, hi non recte ſentiunt. Cætera animalia vnum auxilii genus habent, idque nullo pacto mutare poſſunt: ſed quaſi ſemper calceata dormire, nec veſtem vnquam exuere pleniorem, nec arma quæ ſemel acceperunt permutare poſſunt. Sed homo rationis induſtria fretus, ea quæcunque brutis largita eſt, ſibi pro loci, regionis, temporiſque commoditate adaptare poteſt. Sed ne id Ethnicorum tantum teſtimonio me aſſerere conqueramini, audite, quæſo pium illum Philonem Iudæum Græce loquentem, qui ſubſcriptis verbis eadem affirmat:

De naturæ præſtantia rationis Philonis verba ex libro de Somniis.

Κατὰ τὸ ἀβλαβέστατον μέν τοι καὶ ἀνθρώπῳ λόγος δῶρημα κάλλιστον ἐδόθη παρὰ θεοῦ, πρῶτον μὲν ἀντὶ πάντων ἀσπίλου καὶ ἀνεπιβούλου εἰς σῶσιν, ὅπλον ἀμυντήριον. οἷς γὰρ πᾶν ἄλλον ἕκαστον ζῴων ἡ φύσις οἰκείας πάλλας ὠχύρωσε, δι' ὧν τοὺς ὑπερχειρίσαντας ἀδικεῖν ἀποκρούσεται, καὶ ἀνθρώπῳ μέγιστον ἔρυμα καὶ προμαχὼν ἀκαθαίρετον λόγον ἔδωκεν, οὐ κεφαλῆς, οἷα πανοπλίας ἐνειλημμένοις, οἰκεῖον μὲν καὶ περιφυέστατον ἔχει θυρεὸν φρόνημα. τούτῳ δὲ περιχωννὺς χρώμενος, ἀμυνάσεται τὰς ἀπὸ

τῶν ἰχθύων φερομένας ἀπωθοῦσαι ζημίας. id est: Pro his brutorum donis, ratio præclarum Dei munus data est, vltrix & præsidium cõtra eos qui in hominem aliquid moliuntur. Nã perinde natura quod uis animal propriis præsidiis vallauit: quibus iniurias propulsaret. sic homini rationem, præclarum munimen & propugnaculum dedit, qua stipatus, proprium ac cognatum haberet satellitem, quo iniurias hostium arcere posset. Euge si vis exemplis contendamus: & hominem sola versatili rationis industria, qua varias meditatur artes, omnem brutorum congenitam superare solertiam facile conuincam. Quis, obsecro vos, apud Plinium, veterum scriptorum bibliothecam, vel alios de prima philosophorum aut historiographorum classe. non legit, Zeuxim pictura cognobilem, tam graphice vuas depinxisse, vt aues sturnatim aduolantes deceperit. Apellem, equam & canem ad exactam viuentium effigiem ita ad vnguem expressisse, vt equi prætereũtes adhinnirent, canes allatrarent. Sed fere oblitus fuissem mechanicorum operum, quæ, Græci αὐτόματα dicunt, quæ sua sponte mouentur. Scribit Phauorinus, Architam Tarentinum columbam tam affabre cempegisse, vt aura spiritus incluſa, eam abditis concitatam libramentis in aere pendulam assiduè se libraret: nec vnquam nisi obstitisset subsideret. Scribit Mercurius ille ter Maximus, Ægyptios arte quadam ineffabili confinxisse simulacra, quæ articulatam oraculorum depromerent vocem: & ne quid admirationi deesset, etiam αὐτόματα sua sponte progrederẽtur. Eusebius quoque memoriæ prodidit, Memnonis

Zeuxidis & Apellis opera, de quib. Plin. & Valer.

De operib. αὐτομάτοις.

Arist. in Politicis, Philostra. lib. 3. & 4. Herod. li. 3. Soli. cap. 39. De columba Architæ Tarentini, Gell. li. 10. cap. 12.

Oracula Christo nato obticuisse, testes sunt

Auguſt.de ciuitate Dei Euſ. Plutarch' in libel. de eiſdem. De ſenſus animaliũ excellentia Ariſtot. lib. 4. ca. 8. Plin. li. 10. cap. 60. Gal. li. 1. ſalubriũ.

tegis Ægyptii ſtatuam; mane ſolis radiis efferue-factam, vſque ad Chriſti aduentum, humano conſultoribus oraculi obſtrepuiſſe eloquio. quo tempore alia quoque deorum, aut verius dæmonum oracula obticuerunt. Quod monachi Bernæ, profeſſione Dominicani, infeliciter imitati: igne combuſti, meritas luebant pœnas. At ô Ægineta, hæc humanæ rationis inuẽta, bruta nulla induſtria aſſequi poſſe, fateri vel inuiti coguntur. Viciſſim ipſe quoque ingenue fateor, homini non ineſſe leonis robur, non tigrium aut leporum pernicitatem, non vſus aquilæ aut lyncis acumen, piſcium natandi agilitatem, odoratus vulturũ & canis ſagacitatem: aut tam clarum talparum, ſub adeo denſo & ſurdo naturæ elemento, auditum. Verum ineſt homini prudentia, ineſt ratio naturæ intelligentis: ineſt & ipſa ratione diuinior mens, qua brutis dominatur (vt Plautus ait) ea patinaria vel aſſa velis, etiam colla iugo ſub ducent. Proinde Plato vna cum Thalete Mileſio, fertur naturæ egiſſe gratias, quod natus eſſet homo, non belua: maſculus, non fœmina: Græcus, & non barbarus: ac Socratis temporibus. Magni enim refert, in quæ tempora & loca ingenium vniuſcuiuſque inciderit. His Ægineta, inquam, conuicti, fateri coguntur, hominem rationis ſolertia bruta longe à tergo relinquere. Valeant igitur in perpetuum philoſophiæ Democriti & Epicuri aſſertores, qui vt Deum ocioſum à curis hominum explicarent, prouidentiam diuinam ſuſtulerunt: & naturam, quod hominem nudum & inermem, medicinæque ignarum, deteriorique quam beſtias conditione pro-

De Platone hæc Lactant. lib. 3. Laert. in eius vita.

produxiſſet, calumniari non erubeſcunt : quum dotes brutis conceſſas, Natura homini diuino rationis dono plus millies compenſarit. Quid enim (inquit Cicero) ne dicam in homine, ſed in vniuerſo cœlo, ratione diuinius? quæ quum adoleuerit, perfectaque fuerit, rite nominatur ſapientia: cuius ſi homo cõpos fuerit, diuinitatis quoque particeps erit. Sola, inquit Euſebius, hominis intellectualis anima diuinitatis eſt particeps: reliqua cuncta ad ſeruiendum homini producta. Præeſt enim homo vniuerſis animantibus, quaſi dominus ac dux, viribus rationis corpore robuſtiora ſubigens: idcirco prudentiæ, iuſtitiæ, aliarumque virtutum capax, cœleſtia contemplatur. Solus, ait, ipſe in terris rationis compos, ea regere, leges ferre, artes experientiæ ſcrutinio condere nouit: qui non modo ſui corporis, ſed etiam veterinariorum medicamenta inuenit, & inuenta auxit. Non igitur ab re Philo, Iudæus quidem, ſed pius, hominem veri Dei ſimulacrum & numiſma, verbo Dei & ratione ſignatum, appellauit. Iure quidem optimo Deus hominem ſalutifera Medicamentorum inuentione donauit: diuinum namque diuina decent. & ea non agyrtis & ſycophantis, ſceleratis Iudæis, monachis apoſtatis (vt noſtrates) concrediderunt, ſed his qui à ſacris deorum eſſent, arcanorum naturæ conſciis committebant : eaque diis velut ſacroſancta donaria, ne à vulgo prophanarentur, dicata, conſecrabant: & in templis cuſtodiebantur à ſacerdotibus. quorum in Pergamo & alibi in Græcia officium erat, ære publico medicos conducere, qui gladiatores in

De rationis humanæ excellentia Cic. lib. 1. de legibus Ariſt. li. 1. de nat. animal. M. Manil. lib. 2. ca. 1. Lact. lib. 2. cap. 12.

Digitized by Google

ſpectaculis publicis ſaucios, pariterque in militiam profectos, reduces gratis curabant. Quo ſtipendio Galenus in Pergamo quoque meruit. & merito id factum, quis non collaudaret? quum Medicinam, ad priuata & publica commoda cœlitus nobis reuelatam, nemo inficiari poſſit. Quis oro Thobiam fel piſcium albugini oculorum mederi docuit? Angelus Domini. Quis Rachaelé & Lyam, venuſtas quidem, ſed ſteriles Iacobi Iſraelitæ vxores, mandragoræ poma ſterilitatis eſſe antidotum docuit? Certe Ruben filius, Dei Iſraelis monitu. Quis tandem Ezechiam regem, emplaſtro de ficub. apoſtema eius cacoethes aut peſtilens maturare docuit? nempe idem Deus Iſrael, qui periodum vitæ eius 15 annos quoque prorogauit. Verius ergo Deus noſter, orbis conditor, apud Ouidium, quam Apollo dixiſſet: *Inuentum medicina meum eſt, opiferq; per orbem Dicor.* qui, vt Ieſus Syrach ait, de terra medicinam procreauit, quam vir ſapiens non deſpiciet. Ob id non ſolum olim in Ægypto & Æthiopia, ſed in Arabia & Syria, viri ſapientia & pietate illuſtres, operam medicinæ nauarunt: vt Lucas ex Antiochia, fidus diui Pauli Achates, & in omnib. eius peregrinationibus comes, in Damaſco ambo medicinam profeſſi traduntur: vbi & Ioannes Meſue, filius Abdela regis Damaſci magno mortalium commodo medicinam docuit. Ex eadem quoque Damaſco metropoli Syriæ, prodiit inclitus Iacobus medicus, pietate & medicæ artis eruditione clarus, numinis inſtar venerandus: quem ἰσόθεον ob id merito appellarunt. Medicum quippe experientia & philoſophiæ doctrina clarum,

De Rachele & Lya, ac pomis mandragoræ, Genes. 30 Ioſeph. lib. 1. antiqui. cap. 28. Zonaras tomo annalium 1. De Ezechia, Regũ 4. cap. 20. Eſaiæ. 38.

Damaſcus Medicis ſanctis claruit. Diuus Iacob. clarus in Damaſco medicus, de quo Suidas plura.

Digitized by Google

rum, qui ægris deploratis ferret opem, Deo iure conferebant. vnde Hippocrates in libello de Medici decoro, ἰατρὸς (ait) φιλόσοφος ἰσόθεος, Medicus philosophus Deo æquiparandus. Ob id Ægyptii, Osiridi, Apidi, Isidi, Græci vero Apollini, Æsculapio, Asclepiadi, Machaoni, Podalirio ac Pæoni, medicinæ inuentoribus, templa consecrarunt: & in album diuorum conscriptis, diuinos quoque decreuerunt honores: quorum artium inuenta & studia, Turcas bonarum artium calamitates & ἀλάστορας bellis deuastasse, & tandem abrogata, non sine tristis nuncii mœrore lugubri, iam intellexi. Qui quum mihi lachrymas eliciat, plura quoque dicere vetat. Vale consobrine.

DE VETERVM MEDICINÆ, ALIARVMQVE FACVLTATVM *bibliothecis, & Chalchographia: ad illustriss. principem Otthenricum, Com. Palat. Electorem.*

Epist. III.

Hæc inuentorum præmia & honores Plin. lib. 2. cap. 7. Cicero li. de natura deorum 2. Euseb. de præparat. euäg. lib. 2. ca. 9. recensent. De diis Ægyptiorũ Diodor. & Herod. lib. 2. Iuuenal. Sat. 15. Cicero de natura deorum.

AB ea ætate, Princeps illustrissime, qua nondum repertis à Cerere frugibus, aut à Cadmo literis, homines glande vescebantur, memorabilis, omniq; præconio digna inoleuit consuetudo: vt si quis sua ingenii industria quicquã, quod mortalibus vsui foret, comperisset, auctori diuinos honores (est.n. honor virtutis ingeniorumq; calcar) festosq; decernerent dies: eũ quoque in censum deorum conscriberent. Ob id ante Græcos Ægyptii Bacchum, quod vites plãtasset: Osiridem, quod ex ordeo zythum decoquere: Proserpinam, quod ex frugibus Siculos pin-

fere panes docuiſſet: Iſidem, quod morborum medicamenta reperiſſet, eaque per ſomnium ægrotis ſuggeſſiſſet: vt ſacroſancta numina venerati ſunt. nec hominib. modo, ſed beluis quoq;, bobus, crocodilo, felibus & cercopythecis hunc honorem deferebant: quorum exemplo aliquid, quod homini vel ad vitæ aut agrorum cultum vſui foret, reperiſſent. Porcos nempe, quod tellurem Nilo madidam, roſtro velut aratro ſulcare docuiſſent, reueriti, à ſuillæ carnis eſu, velut Deo dicata, abſtinuerunt. quod Iudæos ab Ægyptiis didiciſſe, Plutarchus in Sympoſiis refert: qui nec vel hodie ea veſcuntur, ne lepræ aut vitiligi-nis contagione (vt Corn. Tacitus ſcribit) coinquinentur. Quo effectum, vt tam numeroſa deorum phalanx & caterua ab Ægyptiis & Græcis conſcripta ſit, quæ immenſas Xerxis Perſarum regis copias excederet: quarum equos flumina exhauſiſſe, milites ſpiculis arcu vna extortis ſolem aut eius iubar obumbraſſe, hiſtoriæ Græcorum referunt. Nec Græcia Æſculapium ac Hippocratem, medicinæ inuentores, ſuo diuinitatis defraudarunt honore. nullus eſt enim in Epidauro lucus, vel templum (vt cætera feſta ſolennia taceam) quod illis non eſſet conſecratum. Hippocratem, alterum Medicorum numen quitam fallere (vt Macrobius ait) quã falli neſcit, Eleuſinis ſactis initiatum, Athenienſes municipali iure ciuitatis donarunt: ei quoque ac poſteris ſuis in Prytaneo alimenta, diuinosque (quos Herculi) honores decreuerunt, ob peſtẽ ex Illyria & Athenis, ignis incendio depulſam. Præclarum quidem ac magnificum eſt, mortales

Quare Iudæi non veſcantur carne ſuilla, Plutarch. Sympoſior. 4 Cor. Tacitus lib. vlt. hiſtor. & Iuſtinus tradunt.

Deorum numerum infinitum, Plin. li. 2. cap. 7. Euſeb. lib. 5. cap. 3. Lactantius & Tertullianus referunt.

De Æſculapio & Hipp hæc Pauſ. li. 2. Pli. li. 7. & 29. c. 1. & Ælianus quoque.

rebus

rebus ad vitæ cultum & vsum, ac sanitatis conser-
uationem necessariis, adiuuare: at non minus
celebre & honorificum est, inuenta aliorum in-
geniis, labore, sudore & vigiliis parta, posteritā-
ti conseruare, ne tempus edax, omnibusque exo-
sa senectus, & obliuio semper inuida memoriæ
nouerca, scientiæque fraudatrix, ea nobis ex a-
nimo eripiat, aut cataclysmus aboleat. Ægyptii,
ac illorum affines Babylonii, Chaldæi, Mathe-
matices, & de vtroque errantium siderum motu
ac eclipsib. theoremata, columnis ex marmore
ac lapide coctili compactis insculpserant. Alii
vero, ne præclara ingeniorum inuenta ac rerum
gestarum memoria disperiret, libros in palma-
rum folia, & papyrum, Niliacæ paludis arundi-
nem, ac internos arborum quarundam cortices,
tiliæque philuras, ac membranas, ex cera, vel
plumbo tabellas, conscribere excogitarunt, vt
forent (quemadmodum diuus inquit Hierony-
mus ad Marcellam) æterna rerum gestarum &
inuentorum monumēta, ac ingeniorum effigies.
Ob id reges & orbis terrarum imperatores biblio
thecas magnis expensis magnificoque apparatu
construere excogitarunt: quorum primus fuit
Pisistratus Athenienssium tyrannus, qui artium
liberalium libros primum publice Athenis le-
gendos exhibuit, quos Areopagitæ maiori post-
ea studio auxerunt & adornarunt: quorum im-
mensam copiam Xerxes rex victoria potitus, ac
vrbe præter arcem incensa, in Persas asportauit.
quos postea vniuersos Seleucus rex, ob cor-
poris molem & robur Nicanor dictus, referre
Athenas curauit. Ab hoc tempore reges & ma-

De duab. columnis hæc Ioseph. & Zonaras.

Librorum vtilitas.

De varia scribendi libros pro papyro materia, Pli. & Herodotus.

De Pisistrato hæc Gell. lib. 6. ca vltimo.

Athen. Bibliothēca spoliata.

Digitized by Google

giſtratus præclara eruditorum, ad artium incrementum, inuenta toti terrarum orbi profutura, rerumq; geſtarū monumenta, ne in ſpongias (vt Cęſaris Aiax) caderent, Bibliothecas de ære publico ædificarūt: inter quos Ptolemæus Philadelphus Ægyptiorū rex, anteſignanus fuit. hic ſtudiū Piſiſtrati æmulatus, omnium artium ingenuarū & totius encyclopædiæ libros variis linguis conſcriptos, ab Ægyptum præternauigantibus ſibi afferri curauit: quorum ἀπόγραφα magni empta, Alexandriæ in Bibliothecam depoſuit, & transſcriptos nautis redeuntibus reddidit. De quo memorabile liberalitatis regiæ in coemendis libris exemplum Galenus tale refert: nempe quod Athenienſibus xv. puri argenti talenta ἐνίχυα, pro Sophoclis, Euripidis, Æſchylique tragœdiarum exemplaribus ἀπογεγράφοις oppignorallet: quas tandem exquiſite & eleganti apparatu exaratas Athenienſibus, noua ſcilicet pro veteribus, reddidit, & xv. illa argenti puri talenta ἐνίχυα, id eſt, pignora illis donauit. Fuit hæc rege digna liberalitas, quam pius eius erga Moſaicam affectus & religio longe ſuperauit: qui ab Eleazaro pontifice ſeptuaginta duos Hebraicæ legis interpretes, viros pietate & vtriuſque linguæ eruditione ſpectatos, precario impetrauit, qui (vt Tertullianus & Iuſtinus Martyr memoriæ prodiderunt) ſinguli caſis ſingulis ſeparatim apud Pharum inſulam, contra Nili oſtia ſitam celebrem Alexandriæ portum, ædificatis, incluſi, tam concordi (ſed non abſque ſpiritus afflamine) ſenſu, in Græcum idioma legem Moſaicam verterunt, vt ne alter ab altero verbulo quidem diſcre-

De Ptolemæo hæc Galen. in tertium Epid. Hip. librum, & lib. 1. de natura hominis.

De legis Moſaicæ interpretatione hæc ex Tertulliano & Iuſtino Martyre, Auguſt. lib. de ciuit. Dei 18. & Tertul. cap. 17. Euſeb. de Eccl. hiſt. lib. 5. Xerxii Epidemiorum.

diſcreparet. quam in LXXII. quoque volumina digeſtam, Ptolemæus in ſacratium Bibliothecæ Alexandrinæ collocauit: quibus ſacra diuini Hippocratis volumina, digna certe ne vnquam putreſcerent, vt cedrinis includerentur forulis, quoque acceſſerunt. De quib. Xerxes & Mnemon, Hippocratis interpretes, tertium Epidemiorum librum acceperunt, ac obſcuros illius characteres dilucide commentariis illuſtrarunt. Ad hæc erat Alexandriæ in Ægypto bibliotheca locuples, artium omnigenarum inuentarium, & rerum memorabilium theſaurus, ſeptingentorũ millium librorum diues, cum diuite Perſarum in Suſis & Ecbatanis gaza non permutanda. Sed proh dolor, quum Cæſar diu circa regiam Alexandrię dubio marte pugnaſſet, iuſſiſſetque recta vrbis incendi: tum quoque nobiliſſima illa Bibliotheca, quam Ptolemæus Philadelphus congeſtis ex vniuerſo terrarum orbe libris conſtruxit, ſubito quoq; incendio deflagrauit in qua ſeptuaginta voluminum millia inexplebilis Vulcani voracitas deglutiuit. Græci vero, nec Piſiſtrati ac Seleuci regum bibliotheca Athenis inſtaurata contenti, ſed in Cnido quoque, vna Cycladum inſula, in arte medendi ſectam & bibliothecam conſtituebant: quam Andreas Medicus, in eo quem de medicinæ origine conſcripſit libro, Hippocratis igne concrematam, ex maleuolentia refert. Cæterum quum in Pergamo, paterno Galeni noſtri ſolo, ſacerdotes non ſacrorum modo, ſed & medicinæ eſſent antiſtites: nihilque quod ad medicinæ incrementum ſpectaret, reliqui facerent: Galenum curæ gladiatorum, qui in

Hippoc. libri interpretes.

De Alexandrina Bibliotheca Iotephus li. 11. ca. 2. Zonaras primo annal tomo, Petr. Crinit. lib. 3. c. 3. Euſeb. de Hiſt. eccleſ. lib. 5.

Alexandriæ bibli oth. incẽdio periit, vt Plutarchus tradit.

Græcorum Athenis & in Cnido bibliothecæ.

De Hipp. hæc Soranus in eius vita.

Digitized by Google

palæstra, aut sacris Æsculapii vulnerati forẽt, magno conductum stipendio præfecerant. Bibliothecam, quoque perantiquis medicorum libris, partim in membranis, primum in Pergamo repertis, partim in delicatioribus ex tilia arbore corticibus (quos φιλύρας dicunt) conscriptis, refertam construebant: de quibus Galen. lib. 1. de Medici vulneratii officio, ita luculenter scripsit: Τινὲς μὲν γὰρ καὶ πάνυ παλαιῶν βιβλίων αὖ εὑρεῖν ἐσπούδασαν, πρὸ τριακοσίων ἐτῶν γεγραμμένα, τὰ μὲν ἔχοντας, τὰ δ' ἐν διφθέραις φιλύραις, οἷα περ ἐν τοῖς ἡμῖν ἐν Περγάμῳ. Quidam, ait, valde antiqua Hippocratis exemplaria ante trecentos annos exarata habebant, & cõquirere studebant: hæc vt volumina complicata, alia ex tiliæ philuris alia in membranis conscripta, quaha apud nos in Pergamo reperiuntur. Has in Pergamo bibliothecas Plutarchus scribit M. Antonium Cleopatræ dono dedisse, quæ ducentis librorum millibus constabant, ab Attalo & Eumene regibus conditas, quas Galenus suis quoque locupletauerat libris CL. quos de omnifaria artium eruditione ediderat: quos partim Romæ in bibliothecam in Sacra via & prope Sandalarium & templum Pacis, vbi erat quotidianæ ad vesperam medicorum disputationis palæstra, erectam deposuit. templo vero incenso, magnæ quoque Romanorum in Palatio bibliothecæ, vna cũ Galeni libris, incendio perierunt. Quod passim Galenus in suis conqueritur libris: quorum iacturam Romanos & magni fecisse, & luxisse credere fas est Nec sane Romani diuite librorum thesauro cæteris nationibus, Ægyptiis, Chaldæis aut Persis concedere voluerunt: apud quos Asinius

De libris & bibliotheca Pergamena Galeni in Epidem. 3. Hippocr. & de fractura ossium. li. 3. Plutarch. in vita M. Antonii.

Romanorum bibliothecæ. Galen. de suis librís combustis, lib. 1. de compos. medicamen. generalium, & lib. 1. de natura hominis, & libris propriis.

nius Pollio bibliothecam publicauit:quo vt Plinius ait,ingenia hominum rempublicam fecit,in qua M. Varronis togatorum omnium doctissimi adhuc viuentis effigies collocata fuit: cui (teste Suetonio) Cæsar dictator Græcos & Latinos in bibliothecis codices digerendi in ordinem prouinciam dedit : quam postea Cæsar Augustus, mortuo Lepido designatus Pontifex, assumere non erubuit. qui inter libros præcipue fatidicos vtriusque linguæ, acerrimum delectum habuit. quorum,qui non de probatis circumferebantur auctoribus, plusquam duo millia combussit:solos tamen, habito delectu, Sibyllinos quosdam retinuit, quos in duobus deauratis forulis sub Palatini Apollinis basi recondidit. qua in re officio suo præclare functus est. Refert namq; Liuius lib. 41.ab vrbe condita, Patrum auorumque tate negotium semper magistratibus datũ, quo sacra externa fieri vetarent, vaticinos libros conquisitos comburerent, omnemque sacrificandi ritum, præterquam Romano more, ab Obid Cæsar Druydes, Vespasianus Iudaïma exegit. Arbitrarisne Princeps, generosa tinorum stemmatis decus, Sammonicum Serenum (vt Iulius Capitolinus refert) exiguam sibi conciliasse laudem,aut parum fauoris demeritum, quod Gordiano iuniori Imperatori, tam raræ adeo eruditionis,& clementis quoq; ingenii adolescenti, vt etiam commilitonibus à plagoso ludimagistro cæsis collachrymaret, ob tam mitis ingenii indolem & doctrinam, suam sexaginta duorum millium librorum bibliothecam legauerit?qua nihil ei gratius acceptiusque offer-

De Asinio Pollione Plin. li. 35. cap. 1. & lib 7. Bibliothecarum præfecti fuerunt Pontifices & Cæsares. Suet. & Liuius.

Libri Sibyll. partim combusti, part. tim seruati.

Sammonici Sereni bibliotheca Gordiano Cæsari legata.

Digitized by Google

re,vel teſtari poterat. Vrbs quippe Romana,tum non minus bibliothecis , quam coloſſis , pyramidibus ac templis Pario marmore incruſtatis deco a fulgere voluit: quam non minus ornabat Va..ana ſummorum Pontificum bibliotheca, quam opima Iouem olim ſpolia. Sed eheu Mars, humani cruoris hirudo , (pudet dicere, ſed dicam tamen) dum Carolus, quintus nominis ſui Romanorum Imperator Clemente pontifice, vrbe potiretur, hanc Germani, Hiſpaniq; milites rapaces miſere diſcerpſerunt. Nec tamen incliti Galliarum reges,tam frugi librorum vtilitate publica,locuples eorum regnũ defraudari,vel ſaltem carere paſſi ſunt: quin bibliothecas omnifariæ eruditionis libris , tam græcis quam latinis magno ab exteris ſumptu conquiſitis refertas , in Fontanablio & ad ſanctum Victorem conſtituerent. Nec obticenda eſt ingenua Ioannis Pici Comitis Mirandulæ in comparandis triplicis lin- ris liberalitas , & indefeſſum in omnibus acultatibus ſtudium , qui ſeptena aureo- nmûm millia pro ſua adornanda biblio- th rogauit:quã hiſce oculis vidi,& perluſtraui. Sed Princeps illuſtriſſime , quid obſecro opus eſt, iſta per exemplaria θεωρίαν? aut equo ſponte ſua currenti , & ad ſcopum acceleranti , inſtigere calcaria? quum tu auita maiorũ tuorum virtute, ad erigenda inſtaurandaque liberalium artium ſtudia,ſponte tua ſis procliuis. Audio namque, te accerſitis omnifariæ eruditionis optimis præceptoribus , Theologis , Iuriſprudentiæ conſultis,Medicinæ ac vniuerſæ μαθήσεως peritis , collapſa Heidelbergenſis Academiæ ſtudia inſtauraturum:

Vaticana pontificũ Rom. bibliotheca ſpoliatur.

Regum Gallicanorum bibliothecæ.

Pici Mirandulæ Comitis bibliotheca.

Ad ducem Ochinum apoſtrophe.

Academiæ Heidelber. & bibliotheræ inſtauratio.

Digitized by Google

turũ:& ad illius incremẽtum variæ eruditionis & triplicis linguæ libros magni emptos, ex diuerſis orbis terrarum locis cogere:& ne tineis & blattis eſca forent,iam ſitu ſquallidos in apricum proferre: quibus in ſacra Spiritus ſancti æde publicam facturus bibliothecam,ſuos deſignaſſes forulos. & Medius fidius conſulto quidem. Nam apud Ægyptios,& in Epidauro,ac Babylone, deorum templa erant Medicorum bibliothecæ, & ſacerdotes medicinæ antiſtites. Quâ ratione, Princeps inclite, non minus quam Ptolemæus Philadelphus, Piſiſtratus & Attalus in Pergamo, & apud Romanos L. Lucullus,ingenia hominum eruditorum rempublicam facies. Lucullus quidem ,vir conſularis, Romæ Bibliothecam conſtruxit , quam ſtudioſis omnibus , etiam aduenis,tanquam amœniſſimum Muſarum diuerſorium & aſylum,libere & perpetuo patere voluit: ad quem viri docti ex Græcia & Arabia turmatim confluebant,& aſſidente Lucullo de grauiſſimis totius Philoſophiæ theorematibus concertabant:qua Lucullus æternam ſibi comparauit gloriam. Euge ergo Princeps optime, alter eruditorum Mecœnas,macte virtute eſto. Non enim iſta ſine numine fiunt. Non defuit hactenus Germanis, ſoli fœcunditas aeris ſaluberrimi cœlum,frugum fertilitas, metallorum omnium copia ,& ingenii acumen , virileque robur : verum , quum libri manuſcripti magni venirent, accidit, vt optimorum vtriuſque linguæ auctorum Bibliothecæ nobis Germanis defuerint: donec artis Chalcographiæ inuentio,deorũ munere cœlitus nobis data eſt, qua vno die à qua-

De Luculli Bibliotheca Plutarch. in eius vita.

tuor hominibus tantũ librorum æreis typis præ-
lo excuditur, quantum vix decem alii quamlibet
expediti ſcriptores integro anno exarare calamo
poſſent. Et quis, obſecro, illam immenſam &
inæſtimabilem librorum, qui incendiis vrbium
pericrunt, iacturam & theſaurum reparare po-
tuiſſet vnquã: niſi Chalcographia cœlitus nobis
data fuiſſet? imperante enim Baſiliſco, Conſtãti-
nopolitanã Bibliothecam incendio combuſtam
eſſe, in qua centum viginti millia librorum de-
poſita fuerant, Zonara his verbis refert: Βασι-
λίσκου κρατοῦντος, ἐμπρησμὸς ὁ Κωνσταντίνου πόλει γέγονε
μέγιστος, ὁκ τῶν χαλκογραφείων ἀρξάμενος, ⊕ πάντα τοὺς
ὁροθεσίῃ νεμηθεὶς καὶ ἀποφράσας. πάντα τῶν δημοσίων
πλατειῶν σοὰ, ⊕ πὰς αὐταῖς ὑπκειμένας οἰκοδομάς. ἀλλὰ ⊕
αὐτῶν τὸ κεκλημένον Βασιλικὸν, καθ' ὃν καὶ βιβλιοθήκη
ἐτύγχανε, δώδεκα μυριάδας βιβλίων ὑπκειμένων ἐν αὐτῷ
ἔχουσα. In qua feruntur quoq; draconis inteſtino
centum viginti pedum oblongo, Ilias & Odyſſea
Homeri poemata inauratis literis exarata fuiſſe.
Eam quidem artem fertur Petrus Schœffer, Au-
guſtæ, Maguntinæ diœceſis metropolis ciuis, ſua
induſtria reperiſſe, aut à ſuis repertam cognatis
ſaltem excoluiſſe. Eam poſtea, Anno à Chriſti-
paræ virginis partu 1465, duo ex Germania fra-
tres Italis inuulgarunt; qui primum Romæ cœ-
perunt æreis characterib. atramento ſpeciali de-
libutis, paginæ torculari ſubſtratæ impreſſis, La-
ctantii opera, & Auguſtini de ciuitate Dei libros
excudere. Quam tamen artem, principio adhuc
rudem, plures in Latio & Venetiis inde exercue-
runt: donec Aldus Manutius Romanus eã tripli-
cis linguæ characteribus expoliuit, primæq; claſ-
ſis au-

Zonara tertio annalium tomo, fol. 43. col. 1.

Vide Polydorũ de inuentoribus rerum. Hæc de Lactantii & Auguſtini operibus Romæ impreſſis, Volater. lib. Philologiæ 31.

Aldi ſtudium.

Digitized by Google

sis auctores magnis sumptibus ex tota Græcia, Alexandria & Macedonia conquisitos, à blattis ac tineis ereptos, prælo suo excusos atque emendatos nobis suppeditauit. Quo factum est, vt simul cũ librorum copia, ingenia quoque hominum & artes creuerint, ab obscuraque barbarie vindicatæ, tanquam renatæ vna cum linguarum peritia, cultiores in lucem prodierint. Quo nomine, omnes linguarum & bonarum artium alumnos, chalcographis & Germanis, artis huius primis auctoribus, plurimum debere, ingenue fateor. Et ne tam eximium inuentum exoleſceret, nosq; librorũ copia destitueremur, successerunt his iure quasi hæreditàtio in Germania præ multis aliis Basilienses Chalcographi, Frobenij, Oporinꝰ, Isingrinus, Episcopij: in Heluetia, Tiguri vterq; Gesnerus: viri mehercle, qui eruditione & artis industria aliarum nationum chalcographis non cedunt: qui sane, Princeps eximie, magnificos tuos in Bibliotheca & studiis instaurandis conatus, magnopere adiuuare possunt: efficereque, vt tandem memorabilia Comitum Palatinorum domi forisque gesta, facinoraque hactenus scriptorũ penuria, velut densa caligine obsita, latuerunt, in lucem aliquando prodeant, ac in cœlum vsque efferantur. Chalcographi certe sunt illustriũvirorũ stratagematũ archãgeli, qui ea per orbẽ terrarũ propagare & eliminare possunt: quos, Princeps inclite, ob literarum incrementum tuæ protectioni commendo. Vale in perpetuum, Comitum Palatinorum decus.

Basilienses chalcographi & Tigurini.

Digitized by Google

QVA METHODO CONTVSIONIS ET *aduſtionis vulnera machinis πυροβόλοις inuſta curentur.*

AD GEORGIVM WIRTH LEMBERGIVM Medicum Cæſareum conſobrinum ſuum.

Epiſtola IIII.

NVdiuſtertius, Georgi conſobrine, ex animo dilecte (idque eo maxime nomine, quod de noſtra ſtirpe ſis medicus) ex Argentina chirurg' empericus, vt mea ferebat opinio, non imperitus, ſed rationalis curandi vulnera & inſtaurandi luxata methodi plane inſcius, ad nos Heidelbergam diuertit: grauiterque mecum expoſtulauit, quod vulnera glandibus ex plumbo aut ære fuſis, vi tormentorum & pulueris ex nitro incẽdiarii corporibus illata, ſaltẽ curandi vulnera cõtuſionis, quę putreſcere neceſſe eſt, methodo curanda, in prima Epiſtolarum miſcellanea cenſuerim: quum ea Theophraſtus aduſtionum ex igne, aqua vel oleo, remediis conſolidare, non abſque ratione doceat. Nam in confeſſo eſt, glandes has ex pulueris nitri ardore ac violento motus impetu adeo incandeſcere, vt telorum quoque ex plumbo mucro liqueſcat. Eſt (inquit libro de Cœlo ſecundo Ariſtoteles) motus calefactiuus, ignire valens ferrum, ligna, lapides: quib. crebro motu colliſis, elicitur ignis, & ſagittarum ex plumbo apex in aere vibratus, concepto ex motu calore liqueſcit. Vnde Ouidius perbelle cecinit:

Motus plumbum inflammat & liquefacit. Ariſt. li. 2. de cœlo, cap. 7. Ouid. lib. 2. Metamorph. Sen. libr. 2. quæſt. natur.

--Cum

Digitized by Google

--Cum balearica plumbum
Funda iacit, volat illud, & incandeſcit eundo,
Et quos non habuit ſub nubibus inuenit ignes.

Quod affirmans quoque ſeuerus ille morum & Romani luxus cenſor Seneca: Non puto, inquit, miraris, ſi aera aut motus ſiderum extenuat, aut extenuatio incendat. Sic liqueſcit exculſa glans funda, & aeris attritu vel igne deſtillat. Quod vero motu cuncta incandeſcant, attrituque incendantur, rotæ molarum plane oſtendunt: quæ flammam ſedulo conciperent, niſi continua aquarum aſpergine irrorarentur, aut molitor ſuper axem rotæ per elicem aquæ riuulum deriuaret. Vnde Lucretius ait:

Lucret. lib. 5.

Exprimitur validis extritus viribus ignis.
Et micat interdum flammai fernidus ardor,
Mutua dum inter ſe rami ſtirpesque teruntur.
Æſtuat in ramos incumbens arboris arbor.

Hęc ille ſeuero vultu, tanquam ex loquelę motu, ira quoque percitus incandeſceret, aſſeuerabat. Cui ego, tum nihil calumnia commotus, placide reſpondebam hęc: O amice, tua (inquam) erudita obiectio non tonſtrinam, ſed ex Latio Chirurgicorum ſcholam olet: qui ſe à medicis cauſarum naturalium & morborum peritis ſeiũgi non patiuntur. Sed neſcio quo monitore, hac in re magni adeo momenti, mihi es iniurius. Nõ certe inficior, ex ferro, plumbo, aut quibuſuis metallis tela vel glandes, diuturni impetu motus vel attritu, incandeſcere poſſe: ſed hunc ex incẽdario nitri puluere, aut eius virulentia, ſi quam habet, eum tela aut glandes vel vulnus ardorem concipere, mihi non perſuadebis, quum ne tan-

Chirurgorum cum doctis cõmercium laudatur.

Digitized by Google

tillum pulueris glans illa per tantos aeris impetus & procellas, ad vulnus deferre possit, quin aeris motu diffletur: nec quisquam glandem bombardis eiaculatam liquefieri vidit vnquam, quod ex ære tormentis πυροβόλοις, id est, ignem eiaculatibus, aut veterum funda accidere posse, non pernegarem. At quæ obsecro (aiebam) est illa Chirurgicorum dementia, qui horum vulnerum dolorem in nitri virulentiam & ardorem referunt, cum nitrum adeo nihil virus habeat, vt eo plerique Ægypri & Indiæ incolæ pro condimentis vtantur in esculentis: cuius sesquidrachmam in iure pisorum dissoluti, ad alui deiectionem, & enecandos ventris lumbricos fœlici successu exhibui: ac salutarem eius in vlcerum mundificatione & exiccatione vsum, medicos compertos audio. Quare non possum non admirari quorundam Chirurgicorum, qui castra sequuntur, amẽtiam, qui omnem in cura vulnerum sclopetarum in extinctione pulueris nitri ardore impendunt operam: cæteras vero vulneris contusi indicationes aut negligũt, aut (quod vero arbitror similius) non norunt: insani quippe incendiariũ ex nitro puluerem in vulneribus extinguere satagunt: quum in halitum incensus fatiscat: aut reliquum in aerem dissipetur. Pluribus hanc Chirurgicorum imperitiam redarguerem, nisi Bartholomæus Maggius Bononiensis, eruditione in re medica nulli Chirurgorũ secundus, verá curandi hæc vulnera methodũ docuisset integro libello: & Belloni⁹ Gallus, in libello de Medicatis corporib. veri nitri vires sua peregrinatione cõpertas nobis explicasset. Cæterum quum hæc obiter, vt tempus

An nitri vsus sit noxius, vel salubris.

Chirurgorum in nitri ardore extinguendo amentia.

Maggius Bon. chirurgus.

Digitized by Google

tempus negotiorũ ferebat, dixiſſem, tum ille iterum exorſus ſuam teſtibus (quod rhetorum eſt) tueri cauſam: Quid, ait, ad Theophraſtum mihi reſpondes, qui vulnera igniuomis bellorum machinis illata, non cõtuſorum methodo, ſed eiſdẽ remediis, quib. Auicenna, & Raſis aduſtiõis vulnera, quoque curat? Cui tandẽ reſpõdi: Certe cũ totius diſputationis cardo in verbis Theoph. verſetur, vt hęc recte intelligãtur, operæ preciũe- Theophr. in lib. de igne.
rit illa in mediũ afferre: ne de ſententia tanti Ariſtotelis diſcipuli, & in ſchola ſucceſſoris, quicquam temere ſtatuamus. Sunt igitur hæc: τῶν ὀβελιακῶν εἶναι φασὶν, ἐάν τις μίξῃ ὄξος ὠῷ τῷ λευκῷ. τὸ μὲν γὰρ γλιχρόν, τὸ δὲ διαπυτικόν. καὶ πρὸς ταῖς ἐμπρήσεις τῶν μηχανημάτων τοῦτο μάλιστα βοηθεῖν ἐάν τὶς ἅμα τῇ ὑγρότητι τῇ τοιαύτῃ τὸ ψυχρὸν προσῇ φύσει, καὶ τοῦτο συνεργεῖν εἰς τοῦτο ὀβέλισιν, ὥσπερ οἱ περὶ τοῦτο σαλαμάνδρας λέγειν εἶναι, ψυχρὸν γὰρ τῇ φύσει ζῷον, καὶ ἀπορρέουσα ὑγρότης χλιχρὰ καὶ ἅμα χυλόν τινα ἔχουσαν τὸν αὐτὸν, ὥστε διικνεῖσθαι πορρωτέρω. i. Aſſerũt extinctiuum vſtionis maximum, ſi quis acetum ouorum albumini miſcuerit, hoc quidem viſcoſum, illud penetratiuum: & ad vſtiones machinarum hoc maxime conferre opem, ſi cum humore tali frigidum admiſcuerit: & hoc ad extinctionem conferre, quemadmodum circa ſalamandrã accidit, frigidum natura animal: & defluens ab eo humiditas viſcoſa, ac ſuccum habens pariter quendam frigidum, vt penitius penetrare poſſit. Vſtionis ſalutare medicamentũ. Salamandra extingui ignis ardorem.
Ne diutius, inquam, igitur te itinere feſſum detineam, paucis accipe hæc de igniuomis veterum Græcorum machinis ac telis, malleolis, & ſcytalibus, quæ vel halitu corpus obuium diſſipabant, aut ſuperficietenus adurebant, domus ciuita-

Digitized by Google

teſque incendio deuaſtabant. De his & harum vſtione Theophraſti verba & remedia ſunt intelligenda, non de noſtris ex ære tormentis, quæ à ſono horribili bombardas, aut cum Italis ſclopetas appellare poteris Licuit .n. ſane, vt Moſchopulus ait, ſemperq; licebit, ficticia à ſono reb. indere nomina. Hæ vero machinæ quorum glandes penitius in corpus ſubeunt, carnem & oſſa magis contundunt, quàm adurunt: dum Theophraſtus, Darius, Alexander, Xerxes (tria terrarum fulmina) viuebant, non erant: quę Bohemus quidam in oppido Werauu ciuis, aut (vt alii) monachus, fertur inueniſſe: tormenta certe execratione digna in perniciem hominum excogitata: quorum auctorem vtinam Phalaris in æneo tauro decoxiſſet. Sed Romani ac Græci tum pro his, malleolis & ſcytalidibus (vt dixi) pugnabant. Erant ſane malleoli, vt Ammianus Marcellinus libro rerum geſtarum 24. ſcribit, tela ad effigiem muliebris coli, ex cannis, cauo intus alueo parata, in quem ignis fomentum deponebatur: quæ ne extinguerentur, arcu lento eiaculabantur: nec vllo remedio, quam iniecto puluere, aut amurca, conſopiri poterant. Vnde Liuius ab vrbe condita libro 38. ait: Alii cum ardentibus facibus, alii ſtupam picemque & malleolos ferentes, tota collucente acie aduenere. In malleoli concauitate glutinum, ignisque inextinguibile fomentum inerat, ex colophonia, ſulphure, nitro, omnibus in lauri oleo liquefactis & coadunatis: aut, vt alii tradunt, ex oleo petroleo adipe anatis, medulla cannę ferulæ, ſulphure. Alii vero ex oleo oliuæ, ſeuo, colophonia, camphora, reſina,

Ficticia à ſono reb. indere nomina licet.

Bombardæ à Bohemis inuentæ. Machinæ veterum igniuomę.

Malleoli deſcriptio.

De hac ignis græci incendiarii cõpoſitione Olaus Mag. Gothorum ep. ſ. lib. 9. cap. 5 & Scaliger exercitatione 11. Triplex. ignis græci compoſitio.

Digitized by Google

resina,& stupa, hunc ignem græcum incendiarium conficiebant. Erat & aliud teli igniferi genus, quod Suidas σκυταλίδιν appellat: πυροβόλα ἐρμάλεια ξύλινα. Τὰ μὲν πολλαῖα, τὰ δὲ πηχυαῖα, id est: Erãt Scytalia opera ignem eiaculantia lignea, alia pedis, alia cubiti mensuram adæquantia, quarum in apice mucro, ferreis clauis stupa implicitis circumseptus, affusa pice: quibus incensis, earum in ædes, tabulata & tecta, aut cominus in hostes eiaculabantur, aut clauis tectis adhærebant. Horum adustionis vulnera & excoriationes, vesicis turgidas, vt Pindarus & eius interpres in Pythiis refert, τῷ θερμαντικῷ πυρὶ φθούμενοι, καὶ καταπαίμενοι τὸ σῶμα, id est, igne vsta corpora, centaurus Chiron & Chirurgus, Æsculapium curare docuit. Quod etiam Theophrastus hic nos, vt pleraque alia quoque medicamenta, ad animantibus eruditos, exemplo Salamandræ, scite docet. Est porro Salamandra animal lacerti figura stellatum, & (vt Nicandri in Alexiphar. interpres refert) quadrupes, terrestri crocodilo simile, cutis & squamarum expers, lubricum, & natura frigidum: vnde ab eius corpore iugiter lubricꝰ manat & viscidus ichor, quo ignem extinguit. Andreas vero Medicus inquit, καὶ τὰ αἵματα αὐτῆς ἢ χεῖρα ἢ ἱματια χειρὸς ἁβλαβὴς ἴσαι ὁπὸ πυρός. id est, Si sanguine Salamandræ aut manum aut vestem inũxeris, ab igne inoffensa manebũt. Sic pariter medicaméta igneꝰ ardoris aut vstionis extinctiua, penetratiua, & viscosa ac infrigidãtiua, vt lubricũ Salamandræ ἰχῶρα, quale est oui albumẽ aceto dissolutũ, esse oportet. Nec in vniuersum mẽbris ardore ignis, aut olei, aquæ feruẽtis feruore exustis (vt

Scytalorum descriptio.

De Salamandra hæc Plin. lib. 10. ca. 67. & lib. 29. ca. 4. Arist. lib. 5. de natura animaliũ, ca. 19.

Auicenna quarta quarti ca. 12. & Rasis 14. cõtinent. cap. 6.

Rasis & Auicenna ac chirurgicorum vulgus sentit) semper frigida sunt applicanda. nam à feruore adurentis, cutis pori coarctantur, vnde mordaces rei adurentis fuligines & scintillæ exhalare non possint. At frigida magis poros, & cutim inspissant, exhalationemque vaporum feruoris prohibẽt: vnde ardor subtus cutẽ magis increscit, & exacerbatur. Ob id Platearius non temere suadet, quo mordaces ardoris vapores à rebus adurentibus intus concepti in halitum dissipentur, vt in principio calida applicentur. Nam & Theophrastus quoq; quærit, δι' τί τὰ καταγμάτα τῷ θερμῷ καθίσαται, & κωλύει φλυκταίνας ῥεῖσθαι. παύτα γὰρ ταῦτα φησί, καὶ εἰ τύποις ὅμοιον εἰς ἐκείνας πίπτει τὰς αἰτίας, εἴς τε τὴν τὸ ἧλαττον ἰσχὺν τῶ πλείονος φθείρεσθαι & μαραίνεσθαι. id Latine sic reddideris: Propter quid adustiones calido sedantur & subsistunt? & calidum impedit vesicas efferuescere? omnia enim hæc, & si quid iis simile, in easdẽ cadunt causas: nẽpe omne imbecille à robustiori corrumpi & marcescere. Et verum id esse comperi, quum loco affecto phi luras cæpæ sub cineribus coctæ tepidas applicarem, aut succum cępæ expressum linteolis exceptum adhiberem, aut vitello oui cum oleo rosaceo dissoluto inungerem: quibus dolore sedato, altero die apertis vesicis, & pellicula derelicta, sub qua ichor mordax efflueret, ac locum affectũ vnguento quotidie inunxi, quod ex calcis viuæ septies lotę ʒ ſ. cęruſæ pariter cum aqua distillatitia rosarum liquoris lotæ, & terræ chimoliæ ac lithargyrii an. ʒ. ij. his oleo rosato & albumine oui co[illegible]natis confeci, aut si hæc defuerant, solo ol[illegible] de vitellis ouorum in patella frictis expresso

Theophrasti ex lib. de igne verba.

Vstionis dolor calidis, vicus postremo frigidis & siccis curatur.

Cura adustionis.

Vng. ad vita curanda.

Digitized by Google

preſſo inunxi: & patiens, Deo auſpice, breui cõualuit. Hæc etſi ſint vulgaria, & quæ cum chirurgo obiter collocutus fui, ad militiam nonnũquã profutura, ſi quando caſtra Cæſaris noſtri ſemper Auguſti ſequi cogêris, te celare nolui. Vale: & da operam, vt patria tua miſere exuſta, te breui reducem videat, vtq; parentem tuũ ac fratres & ſorores conſolari poſſis: quos meo nomine ſiue præſens, ſiue per literas, plurima impartiaris ſalute oro.

Oleum de vitellis ouorum vſtionis medicamen.

De indistincta Triplicis Gonorrhœæ dinotione & cura, Galeno veteribusque Medicis ignota. Epiſt. V.

CVM cæteris animantibus fere omnibus ſtatutum ſit coeundi, pariendiue tempus, vel ſtati per tempora anni concubitus: homini tamẽ quouis anni tempore in Veneris conflictum prorumpere natura conceſſerit, quo ſe à genituræ copia & pruritu, niſi religionis votum obſtet, exonerare poterit. attamen feminis genitalis profluuio, quod Gonorrheam vocant, nonnunquã corripitur, languet, ac tabeſcit. Vnde cõiicere poſſumus, Gonorrheam, aliud, quã feminis & nominis etymologia declarat, eſſe profluuiũ: quam auctor libri Definitionum ita definit: γονορροιά ἐστι ἀπόκρισις, ὑπὸ φύσεως σπέρματος νόσημα, μετὰ τῆς πλοδσης τὸ σῶμα, καὶ ἀχρόνιστον ἀποτελοῦσα. γίνεται δὲ ἀπὸ τοιούτων τῶν σπερματικῶν ἀγγείων, ὥστε πρόμῳ τινὶ παραμένειν αὐτῶν μὴ κρατεῖσθαι τὸ σπέρμα. Latini vero vna cum Galeno quidam non inelegantes (ſed quam vere, ipſi viderint) definiunt eſſe feminis

Plin. li. 10. c. 63. li. 7. c. 5. Auſt. ſectione 10. Piet. l. 46. & lib. 5. de natura animalium.

Gonorrheæ definitio Galeni lib. 6. de loc. affectis.

Aetii lib. 11. ca. 33. De prima gonor. spec. Gal. lib. 6. sa. lubr. Pilosi, salaces. Arist. sectione 4. probl. 32.

præter consensum ac colis tentiginem, leui vel nullo oblectationis aut pruritus sensu percepto, excretionem. Hæc autem quantum à vero naturalis ac prolifici seminis effluuio dissideat, ex tergemina Gonorrheæ diuisione, nec Galeno nec aliis nostri seculi medicis, quamuis eruditis, perspecta satis, dilucide intelliges. Sunt homines, qui renum, epatis ac vasorum seminalium calore, corpore plerumque hirsuto, ac succi pleno, semẽ genitale copiosum & calidum coacerusant: quos non raro per nocturna insomnia, quum renes ac lumbi supino decubitu incalescunt: aut illis decora amicæ facies interdiu visã, noctu obuersatur: vel attenta rei venereæ cogitatio, ad eius excretionem lacessit ac proritat. quod plerique tam confertim effundunt, renum calore ad lumbos attractum, vt etiam stragula polluant. De qua gonorrhea Lucretius, ex Epicuri schola poeta & Philosophus, in Somniis inquit:

Seminis per insomnia profluuium. Aristot. sectio. 4. probl. 5.

Lucret. lib. 4. de rerum natura.

Irritata tument loca semine, fitque voluptas
Eiicere id, quo se contendit dira libido.
Incitat, irritans loca turgida semine multo,
Idque petit corpus, mens unde est saucia amore.

Hæc prima gonorrheæ species, ἀπὸ τοῦ γόνου, id est semine, & ῥέω fluo: & ob insomnia ὀνειρογόνος recte appellatur. Hæc etiam, si in viris aut mulieribus (vterq; enim sexus huic malo obnoxius est) modum excesserit, vires corporis ad tabem vsque exhaurit, & pallere vt amantes facit. His curandis, omnibus quæ sperma adaugent, & flatulẽta sunt, (vt ouis sorbilibus, pineis, fabis, rapis, scolymis, id est cinara vesci) interdicendum: ac his vtendum, quę siccando genituram insumunt, ac

Vterque sexus, gonorrh. laborat. Galen. lib. 6. salub. Aetius li. 11. Sperma augentia lib. 6. de salub.

De Semine agni casti & a-

renes

renes lumbosque refrigerant : quale eſt viticis ſemen toſtum, vel frictum. folia quoque eius & flores non modo comeſta, vel in potu ſumpta, at cum floribus nympheæ quoque in lecto ſubſtrata, venerem cohibent. Porro Galenus ex gymnaſtis, qui corporis athletarum robur curant, quendam vidit, qui lumbis athletæ plumbi laminam applicuit : quod huic & pleriſque aliis conſule Galeno profuit. Vt alia plura lactucæ, pſilii ac polygonii, & ſolani ſuccum & cremorem taceam. At hæc frigore : rutha vero comeſta calore ſuo ſemen coagulat & corrumpit. quorum plura medicamenta Galenus, & eius ſimia Aetius, recenſent : quæ, vita ſobria & abſtemia vel ſuperat, vel coadiuuat. Altera vero vulgaris gonorrheę ſpecies, producitur ex putrilagine phlegmatis, vel ſalſi, vel etiã crudi copia: quę non raro cum momento genituræ permiſcetur, ac præcipue à cerebro per ſpinam dorſi, lumbos & renes, & etiam ab epate per venas ac neruos, qui ex omni corporis parte ad pudenda vergunt, per vaſa ſeminaria ac cremaſtiras coleis annexas, ad vterum & penem defertur: à quo, non ſine horum excoriatione ſenſim deſtillant. Huius fomentum eſt ſanguis crudus, ac impuris humorib. permixtus, quorum colluuies non, vt alii cenſent, ad veſicã, ſed ad vterum ac verenda defluit, ac per meatũ ſpermatis in penem excernitur. Horum humorũ ante & poſt menſes profluuium (tum enim facta ſanguinis in principio ebullitione, copioſius erumpunt : quamuis etiam in medio temporis nõ ſubſiſtant, in quibuſdam) Græci in vtroque ſexu gonorrheam, Latini vero in mulieribus men-

illis vide Ælianum lib. 4. ca. 23. & lib. 9. cap. 16.

Plumbi lamina gonorrh. curat.

Sperma infrigidãtia. Aetius lib. 11. c. 33. Gal. li. 6. Salubri.

Secunda gonorrheæ ſpecies.

Pudenda neruoſa.

Menſtrui albi fomentum, Gal. lib. 4. de vtilit. p. aliter ſentire videtur.

Digitized by Google

ſtrua pituitoſa appellant : de quibus Hippocrates more ſuo Laconico, id eſt, breuiter, ſic ait in libro primo de morbis mulierum : Eis, inquit, mẽſtrua alba accidunt, ſi corpus impurum, & caput pituita repletum fuerit: ac nec per nares, nec per ſedem, nec vrinæ meatus, ſed per menſes tantum expurgentur. Hæc virorum gonorrheæ eſſe analoga, Ariſtotel. in libro de Somno & vigilia, & Themiſtius in libr. de Somniis teſtantur. Nec virilis gonorrheæ ſunt pleræque etiam mulieres expertes Gal. lib. de ſpermate 2. teſte : Mulier, ait, pótos ſpermate refertos, quãuis viro nõ coeat, etiã per inſomnia exonerat, ſed ægre curatur. At hoc, quod Hippocr. lib. 2. de Morbis te admonet, memori mente depoſitum velim : Niſi, inquit, in hoc ex catarrhi & genituræ à capite per ſpinam dorſi defluxu, quem formicarũ motu ſenſim delabi pleriq; ſentiunt, caput & corporis molem bene expurgaueris, patiens maraſmo, quem dorſalem tabem quoq; appellat, marceſcet, ac morietur. Quod idem Hippocrates in libro Epidemiarum ſexto, Satyro ex Tharſo, cognomento Gripalopex, id eſt vulpes tortuoſa, accidiſſe ſcribit : qui xxv. agens annum, ſæpe noctu per inſomnium, ac interdiu, ſemen effudit : anno xxx. contabuit, & mortuus eſt. Cæterum hoc te admonitum quoq; velim, Hippocratem hanc viſcidam & putridam & aquoſam humorum colluuiem, quum per vniuerſos genitalis ſeminis meatus ad pudenda deferatur, ac ob id cum mométo ſeminis crudi excernatur, hanc ſemen quoq; aut menſtrua pituitoſa paſſim appellare. Quis, obſecro, credere poteſt, hanc eſſe verum prolificæ geni-

Muliebris gonorrhœa.

Fida ex Hippocrate admonitio, de corporis purgatione.

Altera de Seminis dictione admonitio.

Digitized by Google

genituræ ſemen? quum vnica, vel tantilla eius excretione, tanta virium & ſpirituum copia diſſipetur, vt (teſte Hippocrate in veſtibulo libri de ſperm ate) vniuerſi corporis robur labefactetur, langueat, & contremiſcat: quum illius vero excretio annum aut quinquenniũ, illæſo vitali robore, durare poſſit? Prętera genituræ ſemen excretum, aeris frigore liqueſcit: at illud, vt viſcus lenteſcit, veſtibusque tenaciter adhæret: ac non raro, vt putridum, male olet. quare non eſſe hominis genituram, ſatis conſtat. Qui igitur vtramque gonorrheæ ſpeciem eiſdem curare remediis volunt, hi certe vel ægrum ad perniciem deducent, aut plane deſipiunt. Primæ namque ob renum feruorem ac ſeminis copiam, mentisque intranquillæ ſomnia, quæ refrigerant, aſtringũt, ob vaſorum imbecillitatem, & ſperma exiccant, ſunt ſalutaria: quæ plane huic ſecundæ, ob malorum humorum & flegmatis à cerebro & epate ad matricem & vaſa ſpermatis alluuionem, ſunt noxia & perniciosa: quæ non adſtrictoria & ingroſſantia frigore indiget, ſed ob humorum cruditatem & putrilaginem, ſui per vomitum aut alui deiectionem, ablationem indicat. qua Methodo, auſim deierare, ſolis purgationibus, ac ſobria victus ratione, plures ſanitati reſtitui. At nunc tertia ex lue venerea gonorrhea reliqua eſt, quã ob id fœdam virulentáque appellãt: in qua principio, vigilanti pariter ac dormienti virus album, aut ſubcitrinum è vaſis ſeminalibus ſine ſenſu deſtillat, ac nõ raro penis cannam exeſt. Ex hac virulẽta lue accidit, vt quicquid in vaſis coacerua-

Magna ex coitu virium diſſipatio. Ariſtot. ſectione 4. probl. 22.

Fluxus ſpermatis & gonorrheæ differentia. Gal. de vtil. part. lib. 16. Ariſt. lib. 2. de gen. animal. c. 2.

Vera vtriuſque gonorrheæ cura.

Secundæ ſpeciei gonorrheæ remedia.

Tertia & noua gonorrheæ ſpecies.

tum fuerit, male oleat, & putredine aceſcat, ar-

dor dyſuriæ ſimilis in eminctione,& dolor in mẽ tulæ tentigine,ac ſi funis ſubtus penem extenderetur,vlcus internum ſubeſſe produnt. Hoc virulento fluore præter rationem ſuppreſſo , tum plerumque abſceſſus colligitur,alias quidem circa teſticum in epididymide,alias in perineo :quo rupto , continuus fluor conſolidationi obſiſtit. ac poſtremo in fiſtulam deſinit,per quam lotium tandem defluit. At hæc, ex lue Gallica ichoris viroſi eluuics,non melius quam ligni Guaiaci decocto,aut ex hydrargyrii vnguento,vt probe noſti,curatur. Vale.

An Scolymvs Caprvm Svb alis curet,& cur ephebi hircum oleant. Epiſtola VI.

De humanæ ætatis hebdomadib.Gell. li.3.c.10. Plin. lib. 7.Macrob. de ſomnio Scip.

In medicos philoſophiæ rudes.

PEr lectamea,de tergemina Gonorrheæ differentia,Epiſtola,inter veſtræ Academię phi liatros,obiectum audio probleima interpretatione dignũ. Nempe,qua ratione accidat , vt adoleſcentium corpora,qui ex ephebis,& vltra ſecundam annorum ætatis hebdomadã progreſſi, poſt quam prolificum iam ad concubitum ſemen maturum , & calore naturali concoctum, patuloſque genituræ meatus habeant ,hircum aut caprum ſub alis male oleant: ante pubem tamen nec viri nec mulieres, nec qui adulti iam poros genitura plenos per inſomnia exonerãt,tale quid piam fœtoris hirci oleant. Nihil ſane mea interpretatione opus foret,ſi veſtri medicinæ alumni, ſacris philoſophiæ Peripateticæ initiati , & non velut monachi apoſtatæ, agyrtæ & Iudæi, ne à limi-

Digitized by Google

mine quidē ſalutato Ariſtotele, cauſarū naturaliū rudes, ſacram diuini Hippocratis & Galeni medicorum ſcholam inuiſerent. De quibus Ariſtoteles cauſam in Problematibus dilucide talem reddit. Cum vero ſingula eius verba plurimum ponderis habeant, & obſcuram de Gonorrhea diuiſionem illuſtrent, eius verba adſcribam. Quæ, ait, incocta ſunt, tum ſapores habent deteriores, aut acidiores, ſalſiores, aut amariores, tum odores reddunt fœtidiores. Contrà vero, quæ concocta maturaque ſunt, ſapores aut dulces, aut minus amaros, & odores ſuauiores præſtant. Patet hoc ex omnibus terræ ſtirpibus, ac animantibus ipſis. Detractis autem quæ matura concoctaque ſunt, cætera cruda relinquuntur: vt & in cinere, portione dulci conſumpta, puluis amarus relinquitur: & ſudor quoq; ſalſus eadem de cauſa eſt. Calor autē naturalis ſemen genitale concoquit. quod quanquam exiguum eſt, vim tamen obtinet maximam: quippe quod ex multo admodū tam exiguum conſtitutum eſt. Quamobrē vbi id ſeceſſit, reſoluimur magna ex parte vehementi⁹, atq; refrigeramur. itaq; inconcoctiores humores reddētur patefactis meatibus propter ſeminis ex curſum. quo fit, vt ſudor ob cruditatē & ſalſior & fœtidior tunc ſit, quam puerili ætate, præcipue ſub alis, ad quem locum tāquam ad epatis & cordis emunctorium humores vberius confluunt. Hæc Ariſtoteles. Ex quibus elicere potes, pubertatem ſpermatis ac menſtrui principium, teſtium ac mammillarum augmentationem, vociſque in βαρύτονον mutationem, in idem ætatis tempus, in ſecundam certe annorum ætatis hebdo-

Ariſtot. verba ſectione 4. problem. 15. & 25.

Ariſt. ſectione 4. problem. 4. Galen. in ſexto Epidēiarū Hippoc.

Digitized by Google

madam coincidere, vt ex Hippocrate Galenus in ſexto Epidem, perſpicue docet. Cauſa igitur hircini adoleſcentum putoris, omnibus in philoſophia eruditis eſt obuia, quæ apud medicos crudi in venoſo epatis vaſorum genere ſucci concoctionem, & per ſudorem aut lotium euacuationem indicat. Quod ſcolymus, de genere carduorum, ab Italis artiſcoyk dictus, mirabiliter præſtat. Dioſcorides ſane inquit: Scolymus radicé nigram craſſamque habet, quæ graueolentes alarum hircos, & reliqui corporis viroſum odorem emplaſtrata emendat. Idem etiam decocta potaque in vino poteſt. nam pota itidem copioſam graueque olentem vrinam prolicit. Eo nomine quoque virulentæ tertiæ Gonorrheæ differentiæ præſens eſſe remedium experior. Et Oribaſius libr. 2. Synopſeos: Cardui radix, inquit, magnam educit graueolentium vrinarum copiam, ſi quis vino incoquat, & decoctū bibat. Et in deliciis ganeæ, carduus adeo frequens erat, vt ſine eo nulla magnifica aut adiicialis cenſeretur cœna. Huius folia conſtricta, & terra obruta, albeſcunt: & hyeme, ſi inter ferçula cū thyrſo decocta fuerint, gratiſſima. Caulis eius in vere pineas aculeatis foliorum ſquammis compactas geſtat, quæ autem radicis eius pars tenerior, vt aſparagi, in iure cum butyro elixata (ad proliciendam Venerem vterque ſexus edit) æſtate ad id viris in veneris conflictu languentibus, hyeme vero mulieribus ad venerem pigris, vt Heſiodus refert, patrocinatur. Glaucias quoq; prodidit, çardui eſum ad prolis maſculi cōceptum plurimū conferre. Nil igitur mirum, mulieres carduum adeo

De variis ſcolymi nominib. Athenæ lib. 2. Dipnoſoph.

Hoc idem Paulus li. 7. de ſcolymo.

Gallicæ Gonorrheæ remedium.

Plin. li. 10. c. 61. feminas ſalacitate viros in æſtate ſuperare ait.

Eſu cardui maſculus naſcitur.

adeo ambire: vt diligentiori earum cultura & plantandi ſolertia effectum ſit, vt non tantum echinatæ carduorum pineæ, ſed radices caulis & folia per totam hyemem, qua cætera contabeſcunt, nobis in cibum ſuppetant: ne quis omnino, vt fertur, ſine carduis ſit dies. De quibus, vt maior adhibeatur fides, ob auctoris vetuſtatem verſus Heſiodi pro coronide adſcribam:

Verſus Heſiodi 2. de diebus. & Ariſt. ſectione 4. problem. 26. declarat hoc.

ἦμος δ' σκολυμός τ' ἀνθεῖ, καὶ ἠχέτα τέττιξ
ἑζόμενος κατὰ δένδρον ἐριδμαίνῃσι λιγυρῇσι
πυκνὰ ὑπὸ πτερύγων θέρεος καματώδεος ὥρῃ,
τῆμος πίονά τ' αἶγες, ἐπ' οἶνος ἄριστος,
μαχλότατά τε γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τοι ἄνδρες.

Quos verſus ad verbum ita reddere poteris: Quando ſcolymus floret, & ſonora cicada arbori inſidens: ſtridulam effundit cantilenam crebram, alis vibrans æſtatis laborioſæ hora: tunc pinguiſſimæ capræ, & vinum optimum, ac mulieres ſalaciores, viri vero imbecilliores ſunt. Sylueſter vero ſcolymus, Cinara dicitur, qua cerui venenatis pabulis reſiſtunt. Hanc Dioſcorides tradit Ægyptios Cnun appellare, Proclus autem Cnebiſon: id eſt, carduum, quo magos dæmones ad ſubitam apparentiam ſollicitare aſſerit. Gonorrhea vero, & quouis libidinis œſtro affectos, poſſe olere hircum, non inficiamur: ſed ante pubem, vel priuſquam ephebis exceſſerint, cum Ariſtotele & Galeno pernegamus.

Virosbyſſome, feminas æſtate, veneris auidiores ait Plin. li. 10. ca. 63. De cinara Pli. li. 8. ca. 27. Dæmones herbarum & lapidum illecebra allici Auguſt decimit. Dei li. 21. cap. 5. & 6.

Digitized by Google

DE VARICIFORMIS VASORVM *ſpermatis anfractibus, & illius concoctione, & occultis à cerebro per lumbos meatibus.*

Epiſtola VII.

NVDIVS TERTIVS, tabellarius veſter ex Heluetia regreſſus, tuas, quas Argentinæ à mercatore acceperat, literas mihi obtulit: in quibus ſcribis, te hilari fronte meas de gonorrhea, & male olenti hirci ſub adoleſcentulorum alis odore, accepiſſe, & perlegiſſe literas: quas omnes veſtri medicorum collegij philiatri impenſe, vt illis harum copiam faceres, deſideraſſent. Verum tu ex compoſito illas celaſſes, donec tertia de variciformi vaſorum ſpermatis inuolucro & propagine, ac de genituræ in his concoctione, & de illius occultis à cerebro per lumbos ad teſtes meatibus, epiſtola mea in lucem prodiret. tum illas & lectu fore iucundiores, & vtiliores. Proinde oras, vt illius editionē maturare velim, ſi modo mihi per ærumnoſos curandi ægros labores vacaret. En Nauclere, etiamſi non vacet, quum labor amicorum (vt Euripides ait) ſit κάματος ἀκάματος. id eſt, labor abſque faſtidio, bene ferendus, tibi morem geram. Quare vt hæc dilucide intelligant, operæprecium erit, vt corpuſcula teſtibus agnata, neruos, venaſque, & horum tortuoſos anfractus, ad eos deriuata, compendio perbreui explicem. Teſtes porro, quorum officium & res hic agitur, quos Herophilus didymos, Græci orchees appellant, ſubſtantia ſunt glandulosa & ψαθυρὰ, attritu fragilis, & (vt Galen. ait) σπαγγώδη, id eſt, cauernoſa, vt humidum in tortis vaſorū ſemina-

Partes teſtibus agnatas. Paul. lib. 6. c. 61. Gal. li. 14. de vtil. particul. deſcribūt.

minalium plexibus tandem decoctum excipiant & perficiant. Cooperitur vterque teſtis gemina membrana: intima, quæ tenuis eſt, carnoſa ac exanguis & alba: quia neruoſa parte caua teſticulo adhærens, in gibbo laxa, & ex abdomine propagata, Erythroides dicta: altera hac dẽſior, etiã exanguis firmiter adhærẽs, quæ (vt Paulus ait) mẽbranoſa, ac exteriorem pellem Erythroidi tunicę agglutinat, quæ à Græcis δάρτος dicitur. Illa vero rugoſa, duabus coadunata tunicis, interna tenui & lubrica, externa (vt dixi) denſa & rugoſa, à peritoneo orta, quam Latini ſcrotum, Græci ὄσχεον dicũt, commune amborum teſtium velamentũ. cui alii Epidermida ſubſtratam ferunt. Caput vero teſticulorum panniculoſum veſtit inuolucrũ, id quod complures exileſque venulæ, ſeroſo humore refertæ, velut fiſtulolæ elices deriuantur, quod Epididymida vocant. Verum ad hoc legitimum & naturale partium teſticulorum conſortium, & vaſa ſeminaria pertinent: nempe duæ arteriæ & venæ, arteriæ aortæ & venæ chylis propagines, quę non recto calle, ſed per ſinuoſos anfractus, inter peritonei mẽbranas dorſo innixas, ad ilia vel renum lumbos tuto proreptãt, ſanguinem ad teſtium alimentum, & ſpermatis generationẽ delatura. qui iſtic albeſcere in venis perplexis primũ incipit: & deinde ad oſſa pubis exporrecta, ibidem tam vena quam arteria, ac neruus ab interna peritonei membrana, quæ ſpinæ dorſi adiacet, communem accipiunt tunicam, ſiue mauis dicere cooperculum; quo ſimul inuoluta pubis oſſa conſcendunt, ac ad teſticulos deorſum delabuntur. Prope quos ſita ad tunicam Epididy-

Erythroïdis teſt. tunica.

Dartus teſt. tunica.

Scrotum teſtic. mar ſupiũ Epidermis.

Epididymis.

Vaſa ſeminariorum propago.

Prima ſpermatis decoctio, & vaſi inuolucrũ.

Secunda ſpermatis decoct. & vaſ. plicatura.

Digitized by Google

Vasa sperma præparantia.

mida dictã alligantur,ac ꝓparantia, aut etiã adferentia vulgo dici possunt: nondum tamen spermatica.sanguinem enim nondum ãd id elaboratum ad testes deferunt,quorum natiuo calore in sperma decoquitur illic elargata.dum testes ambiunt,in rugas quasdam & variciformes spirascõplicantur,quas Herophilus (teste Galeno)ob id

Pataflatæ varicosæ.

ἀρχιστάτας κιρσοειδεῖς vocat,id est,varicosos renum assessores,aut præsides.qui illic instar capreolorũ vitis aut hederæ ita implicantur,vt nõ inepte δικτυοειδὲς πλέγμα:i.retiformis plexus,dici possit. In horum anfractib.sanguis ad spermatis productionẽ delegatus, diutius immoratur. nec amplius vt in primis,sub renibus, circumuolutionib. rubet,aut sincerus conspicitur:sed fit candidior, ac in spermatis substantiã cogitur,guttis rubeis velut rore sanguineo consperſam, ac id humoris in his perplexis anfractibus necdum exacte decoctum, testiculi per complures exiles meatus, & quasi fistulas,qui ex vasis seminariis ad eos pertinent exugunt,decoquunt perfectius, & iterum elaborant:donec vasa tum vere spermatica, sursum à testiculo ascendant, & quasi reflectantur. & quamuis in ascensu firmiora fiunt,glandulam tamen pro fulcimento habent testiculo annexam,quam chirurgi didymum vocant. Abhinc sursum ab vtroque latere ascendit vas vnum spermaticum, non amplius præparatorium aut deferẽs,sed ciaculatorium appellatum:quod communi membrana à peritoneo assumpta, ipsis deferentibus & descẽdentibus annectitur:quousque ad superiorem ossis pubis regionem perrexerit. quo loco à deferentibus seiunctum ve-

Spermatis in testibus decoctio. Gal. lib.9. de vtilit. partium.

Glandula didymus.

Vas spermatis ciaculatoriũ.

sicæ

ſicæ circumferentiam, quæ à ſuo latere eſt, amplectitur: ac tandem decumbit in eam partem, qua veſica inteſtino recto connectitur. Illic vaſa ſemen eiaculantia dilatantur, multaſque venulas & arterias exiles comites habent, ibidemque paraſtatas plectunt, in quibus tandem ad vnguem tertio ſperma elaboratur. Sunt autem paraſtatæ, numeroſi vaſorum ſperma eiaculantium anfractus, permultis glandulis innixi inter rectum inteſtinum, circa peritoneum & veſicã collocati. Alii paraſtatas vocant, glandulas collo veſicæ circa vaſa ſpermatica annexas, quæ prolificum ſpermatis humorem ad caulem virilem deferunt, & in veneris conflictu per penem eiaculantur: quas ob id Herophilus (vt Galenus refert) προστάτας ἀδενοειδεῖς, hoc eſt, glandiformes coadiutores appellauit. Paulus vero, paraſtatas, id eſt aſſiſtentes & κρεμαστῆρας, hoc eſt, teſtium ſuſpendicula, definit eſſe netuos à ſpinalis medullæ membrana exortos, qui cum arterioſis venis ad teſticulos pertingunt, per quas ſemen in penem deferatur. Quid multis? Admiranda quidem hæc eſt naturæ in fabrica humani corporis & membrorum generationis ſolertia, & prouidentia: quæ vt genituræ prolificum ſemen, vniuerſa corporis alimenta & ſpiritus exactius calore naturali, & congenitis membrorum virib. decoquerentur, varia ad id membrorum, arteriarum, & venoſi generis vaſorum meditata eſt ſinus & inuolucra. Primum quidem, vt eſculenta in ventriculi fundo vtcunque decocta, ne per inteſtina lubrica & recta, antequam epar per meſaraicas, tanquam arborum radices de terra,

Tertia ſpermatis in paraſtatis decoctio.

Paraſtatæ glandulo-ſæ.

Cremaſtires quid.

Quare Natura concoctionis vaſa implicuit.

Inteſtinorum inuolucra quare facta. & cerebri retiformis venarum plexus.

Rete in cerebro admirabile.

Trina vasorum sper. inuolucra.

suam attraxisset alimoniam, deorsum præcipitarentur: ea prudens natura multifariam implicuit. Deinde porro, nunquid ex arteriis & venulis, quas Carotides dicunt, in cerebro θαυμασίως πλέγμα, id est retiformes plexus ineffabili industria connectit? in quorum perplexis anfractib. de vitali spiritu decoqueretur animalis. Sed quo piaculo, dic quæso Nauclere, tacitus fere prætermisissem, diuina vasorum genituræ inuolucra: primum sub renibus, deinde prope epididymida testium caput, ac tandem in glandulosis circa collũ vesicæ & peritoneum varicosis paraſtatis, spiras & plexus ex arteriis & venis seminalibus implicatos: quorum vsum & commodum Aristoteles de generatione animalium libro 1. his explicat verbis: At quæ animalia sobria esse conuenit, iis vt in cibi vsu, intestino opus est nõ recto, sed intorto: sic meatus illi vasorum seminalium, reuolutionem anfractusque habent, ne libido vehemens crebraque incitetur. Testes autem ad id natura molita est, vt motum excremẽti genitalis stabiliorem faciant, in viuipetis, equis, & aliis veterinariis ac hominibus, cum replicationem seruant. Cedat igitur Dædalus, cum sui in Creta labyrinthi inexplicabilib. ambagibus. Nã natura, quamuis indocta, ad humanæ speciei cõseruationem, vasorum genituræ inuolucra tanta molita est dexteritate, vt in iis sperma diutius cõcoqueretur & detineretur, quo homo ad venerem fieret cunctatior, ne frequenti coitu vires eneruarentur, & semen ad masculæ prolis procreationem magis concoctum, paratumque redderetur. Nam senes qui raro cõeunt, etiam semẽ magis

Arist. lib. 1. de gen. animal. cap. 4.

magis concoctum habent, & masculos generãt: quod Philelphus, auctor non proletarius, his verbis in epistola ad Fridericum Cornelium pererudite affirmat. Accidere inquit, videmus, vt senes potius quam iuuenes gignant mares. Causam, inquit, esse puto, quod senes rarius coeunt, quã iuuenes: quo fit, vt quod natura in iuuentute est potentius, id nimio veneris vsu reddatur frigidius, & ad marium procreationem imbecillius. Habes hic, Nauclere perdilecte, vasorum genituræ progagines & inuolucra, in quibus semen vt fiat prolificum decoquitur: quod ad amussim & pererudite describit Galenus in libro de vsu partium 14. quem si legeris, illius & nostra scripta tibi maxime arridebunt. Reliquum est, vt quibus argumentis & coniecturis asserere possim, præcipuam spermatis partem à cerebro per spinam & lumbos ad testium parastatas defluere te edoceam. Inter reliqua argumenta vel hoc plurimum ponderis habere arbitror: venas & arterias in temporibus dissectas, postquam occalluerint, obstructis nempe meatibus, per quod semen à cerebro ad lumbos destillat, id sterile & infœcundum reddi, Hippocr. tradit: quem vt testẽ veridicũ, qui nec (vt Macrob. ait.) fallere nec falli nouit, appello. Qui in libello de Oss. lib. quoque ait, venas ex capite, iuxta aures sphagitidas, id est, iugulares dictas interne prope spinam ab vtroque latere iuxta lumbos procedere in testes, & eo deferre semen nec dum elaboratum. Caluiciem quoq; id testari, ex Aristot. intelliges, dũ in libro de Generatione animalium quinto: Causa caluiciei, inquit, est inopia humoris calidi &

Quare senes masculos, adolescentes femellas procreẽt.

Vbi Gal. vasorum spermatis vsum & seminis concoctionem exactius describat.

Sperma an à cerebro defluat, Hipp. in lib. de locis, aere, & aqua: ac Auicenna Macrob. lib. 1. Saturnal.

Arist. de gen. animal. li. 5. cap. 3.

Calui quare ſelaces. Ariſt. ſect. 4 proble. 19.

pinguis, qui coitu inſumitur. ob id plantæ quæ pingues ſunt, vt arbores reſiniferæ, perpetua frõde virent. quamobrem nemo, antequam coire incipit, calueſcit: ſed à coitu his accidit, qui natura eo ſunt propenſiores, & ſalaces. Id quod teſte Suetonio milites Iulio Cæſari dictatori, ob Gallias deuictas triumphanti, exprobrarunt:

Suet. in vita Iulii Cæſaris.

Vrbani ſeruate vxores, mœchum caluum adducimus:

Auro in Gallia ſtuprum emiſti, hic ſumpſiſti mutuum.

An non quæſo, id ſatis erit locuples teſtimoniũ, vaſa genituræ lege quadam conſortii magnam habere cum ſpinali medulla, altera quaſi cerebri parte, colligantiam, & participium, quod luxatis dorſi neruis & vertebris cuidam ὀφειπόφ baiulo, inuoluntarium loti & ſpermatis acciderit profluuium? Habes igitur Nauclere, vaſorum ſpermatis à vaſis maioribus propagines, & terna illorum inuolucra, in quibus ſemen deçoquitur: quod cum à totius corporis partibus, tum à capite præcipue & à lumbis deciditur, quos vt celebs præcinctos habeas ſcriptura iubet. Vale.

Vt Hipp. & Gal. lib. 3. epidemiar. tradunt.

Dorſo luxato ſem. profluuium.

De Fortentoso masculi de Pectore maris nato: & ſine ſexus compare aut ſemine parturientibus.

Epiſt. IIX.

Africa ſane monſtroſo multiformique animalium partu, ob aquarum penuriam, fœcunda eſſe prohibetur: quam penuariam etiam Iudæi, Moſe duce, conqueſti ſunt, ob quam videlicet

delicet omnifariæ ferarum ſpecies ad vnum amnem ſitis compeſcendæ gratia cõueniunt, promiſcua venere coeuntes: vnde variæ animalium formæ ſubinde naſcuntur. obid (vt Ariſt.air) inoleuit adagium, Africam ſemper aliquid noui afferre. Idcirco & Anaxilas cecinit, λιβύη ἀεί τι καινὸν καθ' ἑνιαυτὸν τίκτει θηρίον, Africa quotannis nouam procreat feram. Cæterum id rectius modo in Germaniam & Heluetiam transferretur, in qua, annis præteritis, fœtus modo bicipites, modo tripodes, nõ rãro gemellos dorſo agnatos, ac neſcio quos non Geryones & Hippocentauros editos vidimus: vt Francofordianæ nundinæ quotannis ſemper aliquid noui attulerint. Adeo quidem variis monſtris ludit non modo in humanis diuina potentia rebus, ſed etiam in animantium genitura: hæc quidem abſque ſemine maſculo, alia abſque ſui ſexus cõpare parturiunt fœtus innumeros. Ægyptii virum bellatorem, animo virili armigerum, literis Hieroglyphicis deſignaturi, ſcarabeos, quos Græci cantharos vocant, depingunt: quod omnes ſint maſculi: qui pedibus auerſi, ad reciprocum ſolis inſtar motum retrogradi, ex fimo bubulo aut equino pillulas fingũt, de quibus liquore ſcarabeorum aluis conſperſis, magna prolis copia enaſcitur. Hos refert Plinius ex Appionis interpretatione, quia ſolis motum retrogradi imitẽtur, quod inter numina Ægyptii conſecrarunt: quæ Plutarchus ille polyhiſt. in libello de Iſide & Oſiride explicat abunde. Non diſſimilis fœcunditatis partus abſque ſemine & coitu in Sicilia, poſt editam in bello ſeruili ſtragem, accidit: dum terra cruore maderet, ca-

Africam ſemper aliquid nõui afferre. Ariſtot. li. 2. de gen. anim. cap. 5. Plin. lib. 8. cap. 16. Athenæus lib. 4. dipnoſ.

De ſcarabeo hæc Plutarch. lib. de Oſiride. Plin. li. 11. c. 28. Ariſt. lib. 5. cap. 19.

Obſcurus Plinii locus ex lib. 30 cap. 11. illuſtratur: & Euſebio lib. 3. ca. 2. de præp. Euang.

De brucis hæc quoque Plutarch. in lib. de Osiride.

dauera insepulta putrescerent: ex iis tanta ἀπτελέων copia enata fertur, vt passim frugem depascerent, & insulam vastarent. At quis non vidit, vel saltem audiuit, volucrem cicadarum nubem, ferale pestis portentū subito absque coitu ex terra ortam? quæ pariter, vt bruci pabula & fruges depastæ sunt, ac ingens fundi calamitas fuerūt. quas ob id Athenienses ex argento conflatas, in vetustæ eorum originis monumentum, in capite deferebant, quod ipsi in tetra Attica nati, & non aliunde coloni deducti forent. Porro dic quæso, muribus quid vnquam fœcundius inter quadrupedes? quorum generatio (vt Aristoteles scribit) non coitu, sed salem lambendo constat: quos Lypsiæ in Musæo nostro, noctu ad lucernam sputum meum salsum lambere vidi. quare salis gustatu fieri prægnantes, non temere plerique opinantur. Vnde eorum sobole nauigia salem deferentia adimpleri, Plutarchus in Symposiis his verbis. Τὰ δὲ ἅλσια πλοῖα πλῆθος ὀκφύει μυῶν ἄπληστον, οἷς μὲν ἔνιοι λέγουσι, πρὸς θηλειῶν, καὶ δίχα συνουσίας κυουσῶν: id est, In nauibus salem deferentibus multitudo murium nascitur insatiabilis (vt quidam dicunt) fœminis absque coitu concipientibus. Sed stupenda murium Ægypti ex solo Nili limo propago nequaquam obticenda: qui nostris sunt & longiores, ac pilis hispidiores. Quippe, vt Diodorus ait, Ægyptii prima animantia apud se orta, ea vruntur coniectura, quod nunc etiam in Thebaidis agro multi & magni generentur mures: qua ex re obstupescunt homines, cum videant, quorundam anteriorem partem vsque ad pectus & priores pedes murium animatam moueri, posteriori nondū inchoa-

De cicadis hæc peregregie Plato in Phædro. Arist. li. 5. c. 10. Pli. lib. 11. cap. 26. & Aristoph. in nebul.

De fœcunditate murium, Pli. lib. 10. ca. 65. Arist. de histor. lib. 6. cap. vlt.

Plutarch. in fine Symposii quinti.

Diodo. li. 1. ca. 1. & 2. Plutarch. in Osirid.

choata,ſed informi. abſcedente enim Nilo, & eius ſolis æſtu limo arefacto,quędam animalia perfecta, alia vix inchoata, in gleba conſpici aiunt. Sed de terreſtribus hæc abunde ſatis. Reliquum erit,vt de aquatilibus quoque afferamus exemplum,quo animantia abſque coitu & ſemine naſci probemus. Ariſtoteles prodidit, anguillas nec per coitum procreari,nec parere oua:nec vllam à piſcatoribus captam, qua in diſſecta aut genitale ſemen,cur oua conſpecta fuiſſent. Idque tali aſſe runt argumento,quod in nonnullis ſtagnis fæculentis aqua omni exhauſta,& limo detracto,anguillæ denuo generentur,ſi aqua pluuia affluxerit:quippe quod imbre viuãr &alantur. Quid vero alia animalcula,quorum alia in lignis intempeſtiue cæſis,creſcente luna,teredines,coſſos & tabanos:alia in igne,vt pyrauſtas: & in niue vermiculos,abſque ſemine & coitu nata,commemorẽ? quũ horũ copiam immenſam Plin. Ariſtot. & eius diſcipulus Theophraſtus,claris verbis depingant.nec enim hic Natura ocioſa torpet. hæc quippe æthereus ſtellarum ſolis & lunæ calor in elementis & excrementis,cadaueribuſque putreſcentibus producit , fingit , & pro materiei potentia format : nec ad id conceptus organa , matricem & ſpermatis vaſa poſcit.vt etiam Auicen. Arabs de reparatione hominis, in opere ſuo de Diluuiis , aſtruere audet. Id quod & Phœnices ac Ægyptii de reparato hominis poſt Deucalionis diluuium ſexu,quoque arbitrati ſunt:vt Diodorus in primo ſuæ Bibliothecæ libro prodidit. Cæterum hęc ſpontaneę generationis animalia, quamuis abſque coitu &conceptus organis extra

De anguillis hæc Ariſtot. lib. 6.de hiſtoria animal.c.16. Plutarch. vt ſup. Oppianus libr.1. ἁλιευτικῶν.

De his Pl. lib.11.ca. 32.Ariſt. li.5.c.19. & Theophraſt. de plantis lib. 5.c.5.

Cauſa efficiens abſque coitu & ſemine natorum. Monſtrorum cauſa & definitio. Ariſt. le genera. animal.li. 4. ca. 1. & 4. Alber. lib. 18 de partib animal.tract. 1.cap. 36. & tract. 1. cap. 1.

Digitized by Google

vteri loculos enaſcantur, Monſtra tamen dici nō poſſunt, quum non præter naturæ ſeriem à ſpecie ſua euarient, & virtute conceptus informatiua impedita producantur. Embryo quidem à ſpecie ſui generis degenerat, quum diuerſi ſexus animalia, vt in Africa, coeunt. Et Romæ, Alexandro Pontifice claues eccleſiæ moderante, annis paulo minus L X. elapſis mulier ex canis concubitu ſemicanē enixa traditur. Recte igitur Democritus monſtra, id eſt animalia oblæſa, naſci docuit, quādo duo ſemina vterū ſubirēt alterum ante alterū & poſtea in eo cōfunderentur: tū euenire, vt membra coaleſcerent, aut diſſiderent. Virtus vero embryonis informatiua, quæ illius lineamenta effingit, tum impeditur, quum ſpermatis crudi aut indigeſti copia obruitur, aut probe concocti inopia laborat. Ob id Empedocles monſtra fieri dixit per exuberantiam defectumue ſeminis aut illius agitationis turbulentiā. Monſtra quoque enaſci Ariſtoteles ait, dum naturam materiæ, natura formæ non ſuperat. Virtutis quoque informatiuæ operatio impeditur, rei deſideratæ penuria, dum prægnans ex humorum malorum in ſtomachum affluxu pica laborat: aut terribilibus perculſa ſpectris, forti imaginatione illa menti affigit. De quibus ſingulis mōſtrorum cauſis plurima tibi afferre poſſem exempla, niſi vel putarem ea tibi prius eſſe cognita, aut epiſtolæ te longitudinem faſtidire vererer. Illud tamen quod nuper ex nundinis Francofordianis (vnde, velut ex Africa, ſemper aliquid noui ad nos perfertur) accepi, obticere non poſſum. Anno à Chriſtipare virginis partu ſupra ſeſqui-

Virgo ſemicanem peperit Romæ.

Ariſtot. vt ſupra, & Plutarc. de placitis philoſoph.

Monſtrū quod anno 1556. videndum Francofordi in nundinis proſtabat.

quimille & quinquaginta ſex annos, ad quartum à celebri vrbe Argentina lapidem; mulier inops in pago quodam enixa eſt maſculum, cui per epigaſtrium infra ξιφοειδία orificii ventriculi cartilaginem, manu tranſuerſa, prominebat moles infanti non diſſimilis, cuius caput cum ceruice ad ſpatulas vſque intra pectus cognati maſculi latere videbatur: ſi modo vllum habuit. brachia vero vtrinque cum manibus eminebant foras: ſiniſtra manus quatuor, dextra tribus digitis conſtabat. nates vtraſque habuit leniter extuberantes, diuaricatis vſque ad ſui cognati crura pedib. quorum inuerſa planta dextera tabeſcebat, hiſpidam ſub axillis & in pube lanuginem, & penem virilem, vnde ſerum ſanguinis eminxit: vt embryo, intra ἀλλαντοείδια καὶ ἄμνιον tunicas ſuum effundit lotium: & proinde ac fœtus in vtero, nihil excrementi per anū egerit, ſic quoque nihil excreuit. hos ex feminis copia ita agnatos coaluiſſe, in confeſſo eſt, qui nundinis elapſis octo nummis videndi proſtabant. Quid vero hæc monſtra portendant, Deus nouit. Vale.

DE INFOECVNDI SPERMATIS MAſculorum cauſis. *Epiſt.* IX.

EXperior medicos quoſdam οὐρομάντεις, qui vt Alexandrinorum medici domi deſides, ex lotio diuinant, mulierculis adeo male affectos, vt omnem ſterilitatis cauſam in ſolam frigidam & lubricam matricis conſtitutionem referant: ac tandem vt ſe à labore curandi eas expediant, ad

In Medicos vromanteis iuſta expoſtulatio.

De Orpheo fœminarum osore, Ouid. lib. Met. 11. Euseb. lib. 13. de præp. euang. c. 10.

solas thermas tanquam ad sacram anchoram cõfugiendũ censent. Quos vtinam Thraciæ mulieres, vt Orpheũ, lapidib. obruissent, aut fustib. enecassent: qui quũ viros censent innoxios, sola culpa & medicina mulierib. obtruditur. quib. cũ inuisere thermas non sit cõmodum, accersitur anus delira, quæ balnea de more Laconum sudorifera, aut ex formicarũ aceruo fomentationes edoceat. ita accidit, vt miseræ mulierculæ culpæ expertes, medicamentis frustra macerentur, viri vero noxii impunes euadant. Cæterũ vt muliebri sexui patrocinemur, veritas, ius & pietas efflagitant.

Cachectici mẽses cunctantur. Gal. in Epidem.

Euge dic quæso, an non in sterili coniugio videris maritũ pallidũ: qui, obstructo epate, ac reliquis cõcoctionis organis distẽperamẽto frigidis, langueret: vxor vero inculpata frueretur sanitate? At virum in tali præcordiorũ dyscrasia semen habere crudũ & a quosum fateberis. Ad id quoq; esse infœcundũ, Arist. de spermatis fœcũditate, scrutinio conuincã. Gignuntur inquit, & mulieres viragines, & viri fœminares: alteris menstrua desunt, alteris semen exile frigidũq; est. Quãobrem ratione recta, experimento in aqua probatur feminis fœcũditas. quod enim tenue ac frigidum est, diffusum cito per summa innatat: quod fœcundũ est, in imum descendit. calidum enim, quod cõcoctum est. Concoctũ aũt est, quod spissum crassumq; est, vnde spiritus genituræ vitales exhalare facile non possunt. Mulierum probatio

Semĩnis fœcunditatis scrutiniũ. Hipp. lib. de sterili. Aristot. li. 2. de gen. anim. c. 5.

Mulierũ fœcunditatis signa. Hipp.

suffitu fit, vt odores subeuntes vterum, efferantur ad locum spirandi, & afficiant halitum. Atq; etiã illitu, vt colores oculis impositi, saliuã inficiãt oris.

Digitized by Google

oris. Ad fœcũditatẽ vero, prẹter cẹtera, reqritur ſobria victus ratio. Nihil.n. ſane genitale ſemẽ (vt Gal. de vſu partiũ ſcribit) adeo, vt crapula & ebrietas, infrigidant: quib ſe mares plus quã fœminæ onerant. Temulentia quidẽ mariti non modo, vt Macrob. ait, ſemen infœcundũ efficit, ſed liberos quoq; male morigeros parturit. Apud Lacedæmones lege cautũ erat, qui mulieres prolis generandæ gratia accederent, vt hi ſobrii, aut vino modeſtiſſime delibato, illis concũberent. Ebrius ſane (vt Plato 6. de Legib. tradit) tanquã mente captꝰ, ad ſerendam prolẽ eſt inutilis. Propterea quum Diogenes quendam ex temulentia alienatæ mẽtis adoleſcentulum deſipere videret. Adoleſcentule, inquit, ebrius te ſeminauit pater. Et Ariſtot. in Problematis: Semen genitale, ait, ebrioſorum magna ex parte infœcundũ eſt: quia habitus corporis eorum prẹhumidus eſt: ſemen aũt nõ quod humidum, ſed quod cõſtat, craſſumq; eſt, id prolificum eſt. Adeo certe magni refert, qua victus ratione, & exercitio quoq; corporis maritus vtatur, vt Hippocrates paſſim inter ſterilitatis remedia ita præcipiat: Vir autem non ſit ebrius, neque vinum album, id eſt aquoſum, bibat, ſed meraciſſimum: magni nutrimenti eduliis veſcatur. calida non lauet, eneruat enim corporis vires. ſit quoque robuſtus & ſanus, & à cibis abſtineat ad rem non conferentibus, ac altero poſt mẽſes die, quibus matrix expurgata & ſiccata fuerit, concumbat. Venerem vero quæ exiccant, ſunt, fricta, & cyminum, ac ruta: & quẹ infrigidant, pepones, melones, & lactuca, in qua Callimachus allegorice dicit Venerem ſuum amaſium Adonim

de ſteril. libro 1. aphor 59. & Pl. li. 7. ca. 16 Galen. de vtil. par. libro 11. Plutarch. in Sympoſ. tertio, ca. 3. Macrob. lib. 7.

Ebrietas parentũ, libris obeſt: vt Plutar. li. de educat. liberorum.

Ariſt. ſectione 3. probl. 40. Digeſtio ingreditur.

Quo tempore coeundum Hippoc. lib. de natura mul. De ruta id Plutarch. ſymp. 3. cap. 1.

Digitized by Google

De Lactuca hoc Athen lib. 2 Dipnosoph.

abſcondiſſe, ὅτι ἀδυνὰς εἰσὶ πρὸς ἀφροδίσια, οἱ συνεχῶς χρώμενοι λεπίδαξι: quoniam (vt Athenæus exponit) imbecilles ſunt ad venerea, qui aſſiduè vtuntur lactucis. quomodo & mariti in acetariis nimium vtuntur. Taceo quod armis onuſti, equitationis ſuccuſſione diuturna, pedes, crura, ac vertebrarū lumbos ita defatigant, vt perinde ac Scythæ, ad coeundum feſſi, impotentioresque reddantur. Quid multis? ſi æqua lance ſterilitatis cauſas expenderis, inuenies eas vtriquè ſexui communes. Qualis eſt pedum nuditas, quam concubituris officere Ariſtoteles quoque aſſerit: quippe dum corpus frigore torpet, & venus ipſa friget. quod accidit, dum penes nudi algent. Noctu vero dum feruent, totum quoque incaleſcere corpus experimur. Ob id noctu ſine corporis ſuccuſſione in ἐνυπνίοις ſemen crebro ſponte profluit, quod interdiu non ſine conatu erumpit. Vnde non illepide hebetiorem ac flaccidum Veneris vſum, Clinopalen nudipedalem appellare poteris. Domitianus imperator aſſiduitatem concubitus in lecto, velut exercitationis genus, græce Clinopalen, Veneris in lecto colluctationem vel palæſtrā vocabat. Tertullianus vero & diuus Hieronymꝰ, Sacra quæ Iudæi nudis pedibus ſacco incubantes & cinere conſperſi colebant, Clinopalea dicunt: apud quos, vt modo etiam apud Mauros & Sarracenos, templa aut loca Deo dicata, calceatis ingredi pedib. nefas erat. Quare & Moyſes à Deo Iſraelitarum iuſſus eſt in loco ſancto ſtare ἀνυπόδητος, id eſt, diſcalciatus. Vnde Pythagoras ſacris Ægyptiorum edoctus, in Symbolis ſuis, adorare

Equitatio Scythas ſteriles facit, Hipp. libel. de aere, aquis & locis.

De pedib. nudis hæc Ariſt. ſect. 4 cap. 5.

Videant monachi Franciſcani, quomodo libidinem coerceant.

Clinopala nudipedalis.

Verba Suetonii in vita Domitiani.

Sacra nudipedalia.

& ſa-

Digitized by Google

& sacrificare diis nudis pedibus iubet: id est, animo casto, & à libidinũ criminibus expiato. Quod & Lacedæmonii obseruarunt, qui (vt Eusebius in Chronicis refert) regnante Romæ Tullo Hostilio, sacra nudipedalia instituerunt. Scribit & Iosepus Iudaici belli lib. 2. Berenicen regis Agrippæ sororem, vt Deo pro salute sua vota solueret, Hierosolymam venisse: & cæsis de more patrio hostiis, derasisque capillis, nudipedem ante tribunal Flori præsidis quoque stetitisse. Ex his cõiicere poteris, ἀνυποδυσίαν, id est, pedum nuditatẽ, fuisse in veterum religione castitatis symbolum. Ea propter, vt fama est professionis diui Francisci monachi, ad seruandam castitatis sanctimoniam, pedibus nudi, solis callopodiis vtuntur, quorum professionis auctor, libidinis tentiginem, de niue imagunculæ amplexu, Assisiis in horto refrenabat: adeo frigus natiuo Veneris calori esse noxium, multis argumẽtis & mille testibus probari potest. Vale.

Symboli Pythagoræ declaratio.

Cur Monachi callopodia ferant.

De Menstrva Mvliervm hæmorrhagia. Epistola x.

NOmine vrbis vestræ mulierum, Theodorice Pãphile, magnas mihi egisti gratias, quod sterilitatis causas ipsis & maritis esse communes docuerim. Et vt tu quoque vestri in aula Gynęcii fauorem demereri possis, oras & obsecras, vt grauiorum vteri affectuũ causas, breuiter tuo nomine explicare velim. Arbitrabar, Theodorice, illis satis fore, si ipsis de mulierum morbis Theodo-

Digitized by Google

Theodori de mulierum morbis Gynæcia.

ri Priſciani Gynæcia, pro tuis obtuliſſes. verum, quum à prole ſubditicia abhorreas, & plagiarii crimen verearis: & quandoquidem (vt Euripides ait) amicorũ κάματος ἡδὺ τὸ κάματος, id eſt, amicorũ nomine labor ſuſceptus faſtidio laboris careat: libens tibi pro veteri amicitia morem gerã. Morbi, quibus muliebris ſexus crebrius & efflictim maceratur, ad vnum fere omnes ex matricis lubricitate, & menſium obſtructione ac cruditate, fiſtulis, & intempeſtiua hæmorrhagia, affectus & tormina, oriuntur. Sed vt internas horum cauſas facilius diſcernere poſſis, menſtrui profluuii naturam & commoda ediſſeram, operæ precium etit. Menſtruum itaque, eſt muliebris excrementum ſanguinis, ob frigidam & humidam corporis mulierum conſtitutionem crudi & redundantis, alimentum & materiam ad embryonis formationem virili ſpermati ſuppeditans: à cuius ſaburra, natura ſtata menſis periodo, per internas matricis venas aut cotylidones, in vterum ferentibus, quamuis raro, per illius colli venulas ſeſe exonerat: per omnia virili ſemini analogum, niſi quod virtutis embryonem informantis prolificæ non eſt particeps: eadem nẽpe ætate, qua genitura in marib. effluere incipit, fœminis menſes erũpunt, vox ingraueſcit, vbera intũeſcũt. Has vero eſſe muliebris ſanguinis, & vltimi quoque earum alimenti excrementum indicia certa eſſe ait Ariſtoteles, quod nec elephantiaſis, nec cancer, nec varices, nec iſchiatica, nec mariſcæ, nec ſanguinis de naribus profluuium, nec aliud tale quid mulieribus magna ex parte accidere ſolet, quamdiu menſtrua profluunt. Si quid enim

Plagii crimen.

Menſtrui deſcriptio.

De cotilydonibus hæc Gale. lib. 1. de ſpermate, & 2.

De menſibus hæc Albert de natura anim li. 15. tract. 2 c. 6. & vltimo. Ariſt. de generat. animal. li 1, cap. 19. Albert. vt ſupra.

De Ancilla hæc. Gal. lib. contra Eraſiſtratũ.

enim horum acciderit, tum deteriores fiunt mẽ-
ſium purgationes. Proinde ex inſula Chio ancil-
la, vt tradit Eraſiſtratus, cui diu fluxus menſium
ſubſtiterat, ſtatis menſiũ periodis ſanguinem ab-
unde exſpuebat: quod & Nurumbergę virgini de
ſtemmate patritio accidit. Et Gal. aduerſus Lycũ
teſtatur. Theſſalum ſanguinis vomitum mẽſtrui
prouocatione & venæ ſectione curaſſe. At hæc
ſuppreſſi menſtrui ſymptomata, illorũ quoq; cu-
rã, Hipp. in Aphoriſmis nos perbelle docet: Mu-
lieri ſanguinem euomenti menſtruis erũpentib.
ſolutio. Et deinceps quoque ait: Menſtruis defi-
cientibus, ſanguis ex narib. defluens, bonum. Mẽ
ſtruis purgationibus, præcipuè à partu, nihil na-
tura ad fœcunditatem, & depellendos morbos,
ſalutarius inſtituere potuit. Nam, vt Florus in
Plutarchi Sympoſiis ait, ἡ δ' ἔμμηνος κάθαρσις οὐ πλή-
θους, ἀλλὰ διαφθορᾶς καὶ φαυλότητός ἐστιν αἵματος. τὸ γὰρ ἄπε-
πτον αὐτῆς καὶ πεπτωματικὸν, οὐκ ἔχον ἵδρυσιν, οὐδὲ σύστασιν
ἐν τῷ σώματι, διὰ ἀσθένειαν ἐκπίπτει παντάπασιν ἀμιγὲς καὶ
θολερὸν, ἀῤῥωστίᾳ δὲ θερμῆς γινόμενον. δηλοῖ γὰρ τὸ ὑποφεύγειν
αἰεὶ ὅπου πολὺς καθαιρόμενος, ὅτι ψυχρόν ἐστι καὶ ἄπεπτον
τὸ κενούμενον. i Mẽſtrua purgatio nõ ob ſanguinis
copiã, ſed illius prauitatẽ & corruptionem fit: ſed
quod in eo crudũ eſt, & virulentũ, excrementis
ſcatens non habẽs firmam in corpore ſedẽ & cõ-
ſiſtẽtiam ob imbecillitatẽ. elabitur paſſim, quod
flaccidũ, hebes & turbidũ: quod ob caloris con-
geniti fit inopiam, & imbecillitatẽ. cuius certum
eſt indicium, quod dum purgãtur, plerunq; hor-
rore corripiũtur. quod enim effluit, frigidum &
crudum eſt. Porro, ne obliuiſcamur in hoc mor-
borũ ſcrutinio valetudinariæ puerperarũ cõditi-

Libro Aphor. 5. & contra Eraſiſtratã Gal.

Verba Plutarch. ex Sympoſio 3. cap. 4.

Digitized by Google

Hippoc. l. 5. Apho. 30.

onis, periculosis adeo obnoxiæ morbis: idq; vsq; adeo, vt si qua morbo correpta acuto fuerit, hunc ei fore letalẽ Hippocrates tradat. De quarum sanguine defæcatiori, aliis tamẽ quoq; humoribus nõ sine moderamine admixtis, per venarum acetabula, ac ex chorij per vmbilicum attracto, coalescit & nutritur fœtus. Pars altera sanguinis fœculẽta & cruda, partim in vtero & venarum inuolucris, pessimorum fomes morborũ, vsq; ad fœtus enixum, nouem mẽses detinetur. quam vt excrementum putidũ, in sui alimentũ infans insumere nequit: quod nisi à partu stato dierũ numero expurgetur, letalis (vt Hippocrates refert) morbus puerperam certe manet, nisi quis conuenienti medicamine euacuationem induxerit. Non itaque temere Moyses Israelitarum legislator, hos purgationis dies puerperis in Leuiticorũ libro seuere edixit, quos & Christipara virgo quoq; obseruauit. Si, inquit, susceptο semine pepererit masculũ, immunda erit septẽ diebus, iuxta dies separationis mẽstruæ, & die octauo (qui Romanis lustralis erat) circumcidetur infantulus, ipsa vero triginta diebus manebit in sanguine purificatiõis suæ. Sin autem fœminá pepererit, immunda erit duabus hebdomadis, iuxta ritũ fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium, donec impleatur dies purgationis suæ. An putas, Pamphile, Moysem, vatem naturalis & veræ magiæ peritissimum, temere hos purificationis dies puerperis sanciuisse? In iis sane, vt Hippocr. de natura fœtus docet, genitura vt plurimum primam coagmentationem

De vtroq; sanguine hæc Galẽ. li. 1 Hipp. de natura hominis. & Christoff. Marcell. lib. 2. de anima.

Puerperæ non purgatæ perpetuo sunt valetudinariæ Hippo. de natura fœt'.

De menstrua purgatione Moysis & Hippocr. concors sententia & causa. Leuitici. 12. Lucæ 2.

Moyses magus Pl. li. 30. c. 1. Euseb. l. 8. de præpar. Euang. capite 2. & in Actis Apostol. cap. 7.

Digitized by Google

nem & coarticulationem accipit: & quia infans puellula ex materno ſanguine frigidiori, minuſq; ob caloris inopiã concocto coaleſcit & enaſcitur, pluſq; de infantili alimonia excrementi in vteri locellis remanet: ob id perite plures purgationis & dearticulationis dies femellam enixis Moyſes, & Hippocrates quoque, ſtatuerunt. Sed hic, Theodorice, quis non (oro te) iure optimo obſtetrices, deliras illas anus, omnibus diris deuoueret, quæ nihil adeo penſi habent, vt menſes puerperis rite effluant? quæ vnica tamen eſt earum ſalus, & ſalutare morborum qui illis imminent alexipharmacum. quibus ob id crebro, imitatus Hippocratem, inuitis illis rugoſis lamiis, internam iuxta talos venam ſecui, & illis plurimũ profuit: eo maiori fiducia fretus, quod Galenus mulierem, quę ob defectam mẽſtrua ſectionẽ venæ neglexiſſet, obiiſſe, cõtra Eraſiſtratũ ſcribat. Quod ſi qua, quę peperit, febrem inciderit, nec victus rationẽ edocere norunt: nec quicquam aliud quam ex vmbilici nodulis prædicere, quot liberos, præter hunc modo editũ vxor ſit paritura: & vt admoneãt, ne puerperę glãdulis ex melle ad alui deiectionem vtãtur, aut ordeo veſcantur: vtrunq;.n. noxiũ puerperis eſſe virus. Proinde, Theodorice, ſi miſeris mulierculis conſultũ voles, illarumq; fauorẽ demereri, age cum tuis ſenatorib. vt obſtetrices (quales Plato deſcribit) peritas mercede conducant: quib. audio meum de conducendis pro Republ. peritis medicis in Sympoſio conſilium, non alio diſplicuiſſe nomine, quam quod veritatẽ illis nudam (quæ veſtiri recuſat) nimis aperte indicauerim. Plura & ſcitu longe vtiliora ad te ſcriberem,

Obſtetrices imperitæ.

Puerperis ſaphena inciſa profuit.

Vmbilici nodis hæc Albumazar in principio introductorii.

Mel obſtetrices damnant.

Plato de obſtetricibus, in Theæteto.

Digitized by Google

si non tabellarij festinus abitus, celeritatem calami anteuerteret. Tu itaque boni consule: proximis enim literis neglecta compensabo.

De vtraque menstrui purgatione obstructa, morbis mulierum grauioribus. Epistola XI.

QVid causæ subsit, Theodore, quod tuus nũcius in hac intempesta hyeme tam celeriter ad me redierit, & mea de morbis mulierũ grauioribus ex mensium obstructione vel abortu promissa consilia tantopere efflagitauerit, ex Hippocratis præsagiis facile diuinare possum. Neimpe quum hyems assiduo austri flatu tepida & humida fuerit, verq; siccum & boreale, spirante aquilone successerit, vereris, ne (vt Hippocrates prædixit) mulieres abortiãt, aut fœtus pariant imbecilles, aliisque morbis variis affligantur: quod sane & ego euenturum vereor. Ne igitur, si cunctarer, faba in meum cudatur caput, morborum ex suppresso mensium profluuio causas, quæ curã di Methodum tibi indicabunt, breuiter edisseram. Inter quos primum sese offerunt sæua illa matricis tormina, quibus mulieres quæ Rhenũ accolunt, creberrime macerantur, & fere intabescũt: quæ imperitum medicorum vulgus, ob stomachi cruditatem putat esse cardialgiã: alii ob articulorum cruciatus arthritidem: nec desunt, qui ob dorsi & lumborum dolores nephritida, aut ob ventris circa pudenda tormina colicam esse dicant: quũ ex diametro cũ illis omnibus pugnẽt.

Hippo. li. Aphor. 12.

Matricis tormina paucis cognita.

gnent. quo fit, vt infœlices mulierculas ac virgines medicamentorum faſtidio, plus quã morbi cruciatus, & fruſtra tamen, macerent. Proinde harum miſertus, cauſam morbi admodum perplexam ex Hippocratis promptuario explicabo. Qui in primo de Morbis mulierum libro ita refert: Si ſanguis menſtruus, ob ſuam craſſitiem & lentorẽ circa cotylidonum venas per menſium interualla ſenſim coaceruatus, & dum in principio vel medio menſtruæ purgationis tempore alius affluxerit ſãguis, qui etiã per obſtructa venarum matricis oſcula erumpere non poteſt, tum oborta illius cũ horrore & febre lẽta ebullitione, ad quæcunque loca venæ ab vtero propagantur, nempe ad ventriculum nauſeabundum, vbera, lumbos, ſpinam, coxas, crura, inguina, ad pedum denique talos & manuum articulos, qua, quærens exitum, regurgitat, ſub muſculorum panniculis & artuũ deliteſcens, eos diſtendit, & dolore arthritidi non diſſimili diuellit. Si vero his torminibus correptæ fuerint, quæ virum aut puerperia non ſunt expertæ, minus dolebunt, at morbus diuturnior erit: donec nupſerint, cõceperint, aut pepererint. Partu enim, venarum matricis oſcula & acetabula, mucore prius obſtructa, dehiſcunt, & effringuntur. Vteri quoque, vt Hippocrates in locis de homine aſſerit, pleni & ſanguine diſtẽti, velut pilæ in coxendices & inguina deuoluũtur, & tenſione panniculoũ immẽſos ad crura & genua vſque parturiunt dolores. Primogenia quoq; vteri affectione, ſuppreſſo muliebri menſium profluuio, lege cõſortii, aut ob neruorum & venarum colliganti am cerebrum epilepſia cõ-

Hipp. id quoque in lib. de natura fœtus docet.

Torminũ matricis deſcriptio.

De cerebri, cordis & epatis morbis ob matricis colligantiam & conſenſum.

uellitur, veterno torpet, cor palmo contremiſcit, epar hydrope turget, orificium ventriculi ob humorum acrium affluxum cardialgia dolet. καρδιαλγίαν, inquit Galenus, ἐστὶ, τὸ στόμα τῆς κοιλίας ὀδυνᾶσθαι.

Cardialgia quid.

Longe tamen his plures aliorum membrorũ morbos, quos cõmuni cũ matrice ſympathia ferre coguntur, Galenus libro de locis affectis ſexto, & in primum Hippocratis Epidemiarũ commentario altero recenſet. quorum præcipua cauſa eſt, ſanguinis ob matricis venas oppilatas in præcordiis redundantia. Non diſſimili vero afficiuntur dolore mulieres, ſi apoſtema aut phlegmõ matricem ſuppreſſis mẽſtruis obſederit, niſi quod hæc primogenium locum affectus nõ euariant, febriſque continuo adſit: ac vrinæ ſtillicidio, ardore & dyſuria quoque macerantur. vt in Aphoriſmis Hippocr. dixit: inteſtino recto, & vtero inflammationem patiente, vrinæ ſtillicidium accidit. quod renib. quoq; purulentis accidere vidi. Cæterum, Theodorice, vt muliebres hos morbos, cognitu & curatu maſculis longe difficiliores, eorumq; internas affectus cauſas, poſſis ad vnguem diſcernere, ſcito Naturam (prouidũ corporis humani opificẽ) gemina purgatione muliebre corpus, à redundanti crudi ſanguinis excremento & fæcibus expurgare. Primum enim id quouis mẽſe natura molitur, niſi frigida victus ratione, aut laborum exercitiis indefeſſe impedita fuerit. Altera vero, vterũ ferentibus à partu, etiam ſi abortiuerint, debetur. Vtramque ſane Galen. in tertio Epidemiarum libro pereleganter deſcribit, eius igitur verba ſubſcribemus. πάντων δὲ ἐν ὑστερικοῖς

Hippocr. lib. 5. aph. 38.

Duplex per menſes mulierum purgatio.

Eadem omnia quoque Gal. de ſanguinis miſſione ad Eraſiſtratum.

Digitized by Google

δεῖσις δ' κ᾽ τ᾽ τόκου καθάρσιος, γενέσθαι τῇ γυναικὶ καὶ ἰνόσους. νοσώδης μὲν γὰρ ἡ τ᾽ καταμηνίων ἐπίσχεσις, ἀλλ' οὐχ οὕτω μοίρας βλαβερὰ τῇ μετὰ τὸν τόκον, ὅσῃ μὴ μόνον αὐτὴ πλῆθος, ἀλλὰ καὶ παχυχυμίαν ἱκανὴν ἐργάζεται. τὸ μὲν γὰρ χρηστότερον αἷμα τὸ ἔμβρυον ἕλκον εἰς ἑαυτὸ τροφῆς ἕνεκα, καταλεῖπον τὸ φαυλότερον, ἄῤῥητον γίνεται δ' παχυχυμίας τῆς κυήσεως, ἣν μετὰ τὸν τόκον ἡ φύσις ἐκκενεῖ. i.e. Apparet itaq; ſuppreſſa in partu purgatione, in muliere morbos gigni: ſuppreſsio quippe menſiũ morboſa eſt, ſed nõ ita noxia, vt illa qũæ à partu fit: quoniã ipſa nõ multitudinẽ ſolam, ſed & inſignẽ generat humorum prauitatem. meliorem quippe ſanguinem embryo ad ſui alimoniam allicit, deteriorem relinquens, quæ cauſa malorum humorum & ægritudinum exiſtit prægnantibus, quos natura poſt partum educit. & hanc poſt partum ſanguinis purgationem veteres λοχίαν κάθαρσιν appellarunt. Hoc vtroq; menſium profluuio, natura ab omnifaria morborum tyrannide muliebrem ſexum præſeruat illibatum. Si vero altera harũ ſubſtiterit: tum tota crudelium morborum phalãx atrociter irruit, febris, arthritis, podagra. Proinde Hippocrates ait: Mulier podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint, tum ſane natura horum colluuiem excrementiciã in articulos, & præcipue εἰς τὸ ἰσχίον, id eſt coxẽdicẽ protrudit ac præcipue à ſolis occaſu vſq; ad noctẽ concubiã non ferẽdo dolore, à coxendicis vertebra ad genua & crura vſq; excruciat. Vnde tot claudę nobis quotidie obuerſantur mulieres, coxendice ob dolorẽ luxata: vt Vulcani claudicantis ſobolẽ ex Lemno coloniã huc duxiſſe iurares.

Embryonis alimonia.

Mulierum lichiatica. Galenus ad Eraſiſt. Hippocr. li. 6. Epid. in principio, & lib. 6. de locis affectis.

Digitized by Google

At olim, dum apud Romanos & Lacedæmonios mulieres abſtemiæ & ſobriæ viuerent, erãt morborum arthritidis expertes: quæ modo ob crapulam iure, lege conſortii, viris compatiuntur, & condolent. Operæprecium autem erit, ſi in calce epiſtolæ pro corollario addidero miraculum ingens, quod in oppido Cæſareæ Philippi accidit: vbi ante fores mulieris, quam Chriſtus ab hæmorragia XII. annorum menſtrua, contacta Chriſti fimbria, liberauit, ſtatua Saluatoris, cum mulieris ſupplicis in genua deuolutæ effigie, ſupra baſim erecta fuit: ex qua herba πανάκεια, id eſt, omnium morborum medela, vſque ad fimbriam Saluatoris creuit. de qua Euſebius hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 7. Vale Gynæcii decus.

De Admirandis Mvliebris *pica hiſtoriis, & cauſa.*
Epiſtola XII.

QVVM hæc, Alceæ grauiter ægrotante principe meditaremur, nobiſcũ generoſis ſtemmate Comitibus vna diſcumbentibus, vt temporis faſtidium falleremus, admirandas muliebris picæ (quam & Cittam ac Malaciam vocant) hiſtorias conuiuæ recenſebant. Verum quum pica ſit detenti ſanguinis menſtrui plerumque ſobole, eas hic, earumque cauſas ſubtexere conſultũ videtur. Accidit hic ſtomachi affectus maſculis quoque ac femellis, quum rugoſæ illius tunicæ orificii, acidis, acerbis, amarulentis imbutæ fuerint humoribus: qui illum ſimilia, vel etiã abſurdiora appetere vrgent. Aſſolet hic vitioſus appe-

De pica hæc Gal. lib. 6. de locis affect. & lib. 4. de cauſis ſympto & in lib. definitionum.

De grauidarum pica hæc Paul. lib. 1. cap. 4.

titus

titus mulieres, prauis circa præcordia ac ventriculi venas humoribus refertas & plerunque grauidas, ſecundo aut tertio conceptus menſe præcipue infeſtare: quod tum, quidquid puerilis ratione aliméti ad vterum defluxerit, fœtus adhuc imbecillis inſumere non poteſt: nec menſium effluuio expurgetur. quapropter putidi in ventriculo coaceruantur humores, qui ſtomachi orificium, vt abſurda quædam, quæ eſculenta non ſunt, acerba & acria, ac non raro terram chimoliam, teſtas, carbones extinctos edere appetat, laceſſunt, ac proritant. Quarto vero menſe ob vomitus euacuationes, & quod fœtus iam robuſtior plus alimenti digerit & abſumit, hic affect' miteſcit. qui adeo nonnunquam ſæuus, violétus & imperioſus eſt, vt homines, quæ à natura hominis aliena ſunt, & facere & edere cogat. Elapſis non plus duodecim annis, mulier in pago nõ longe ab Andernaco, epiſcopi Colonienſis oppido, in littore Rheni, malacia laborans, carne mariti veſci deſiderabat: quem ei percharum occidit, & dimidia fere carne coniugis dilecti ſaturata, reliquũ ſale macerauit: vt ipſamet poſtea, cum malaciæ furor deferbuiſſet, & eam facti iam pœniteret, ingenue maritum quærentibus amicis confeſſa fuiſſe fertur. Lembergi vero in amœno Schleſiæ & regali oppido, in quo ego natus ſum, ſacerdotem lotis & nudis pedibus egreſſum balneo, inque plantis de more crepidas deferentem, mulier grauĩda ſubſequuta, pedum deſiderio capta, procidit à tergo in genua: ac ambabus manibus crure altero apprehenſo, de calce ſacerdotis mordicus dentibus fruſtum euulſit, nihil

illius clamorem expaueſcens, quo deorum hominumque fidem & ſubſidium is implorabat. At illud, quãuis videtur memorabilius, magis tamen commiſeratione quam admiratione dignũ cenſeo. Mulier quædam vterum ferens, deſiderio humeri piſtoris denudati, & panem ad furnum deferentis, irretita, mœſta omnem cibum, præter carnem de piſtoris humero, faſtidiebat. Maritus charæ miſertus vxoris, certam pecuniam pro ſingulis de humero piſtoris morſibus cum eo paciſcebatur. Duos itaque dentium mulieris inſultus fertur ſuſtinuiſſe: tertium vero, doloris pertræſus, ferre noluit. Mirum quid accidit. Mulier tergeminos eſt enixa, duos viuos, tertium vero mortuum. Ita quoque naturæ vires re deſiderata crebro reficiuntur. Nec illud de cuiuſdam viri principis pellice obticere poſſum, quæ mane integros lini aut ſtupæ manipulos, vt in Alpibus † glis aut mus obœſus, plenis buccis deuorabat. Quum forte ex ſtomacho laboraret, ac anus eius vrinam ad me perferret, omniaque prius de eius pica conſtarent, conſultus ab anu quid vrina indicaret, reſpondi, iuuenculam hanc plus lini de colo decerpere ore, quam fuſo quouis verſatili deduceret. Quum hoc anus garrula vaticinium ex lotii obſeruatione de me ciuibus prædicaſſet, vt vatem me omnes admirati ſunt. Poſtremo & illud, cuius ego ſum teſtis oculatus, corollarii loco addam. Vxor barbitonſoris in Nouoforo, Palatinorum in Noricis oppido, plus ſibiipſi quam marito aut medicis morigera, cuius venter hydrope in immenſum turgebat: hæc aquam de fonte ſcaturiente magnopere

Murmelthier vulgo dicitur.

pere ſitiebat. Progreſſa itaque marito inſcio, extra vrbem ad fontem, in quo cum aquæ ſcaturigine ſimul arena ebulliebat, de qua quantum manu caua apprehendere potuerat, ter aut quater deuorauit. Domum læta reuerſa, rem omnem nobis recenſuit: & intra biduum, per fluxũ ventris plurimũ pituitæ excreuit: apertis quoque ſua ſponte in ano mariſcis, vnde confertim ſanguis niger effluebat ab hydrope cõualuit. Quam potentes ſint oris ventriculi affectus, adeo vt rationis conſilium euincant, hæc malaciæ exempla declarant. Nã nulla, inquit Galenus, corporis pars eſt, quæ vel adeo exacte ſentiat, vel principũ partium vtramque, cor & cerebrum, pro ſuarum affectionum modo perinde afficiat, atque ventriculi oſculum, quod conſueto nomine ſtomachus, & veteribus cor quoque appellatur. Hæc quum ob impeditas matricis per mẽſes purgationes non raro quoque accidant, prioribus epiſtolis addere libuit. Vale.

Galen lib. 4. de caus. Symptom.

Senſus orificii ventriculi acumen, & cõſenſus.

De Novis Morbis.

Epiſtola XIII.

QVOD in meis, præter amicorum cõſuetudinẽ, literis nihil noui ſignificauerim, nõ tãtũ admirari, ſed ægre ferre quoque videris. Nempe quum in epiſtola de portentoſo partu aſſeruerim, Germaniam crebrius ipſa Africa, aliquid morborum vel monſtri noui parturire. Nam vt Diogenianus, octauus apud Plutarchum Symposii cõuiua, ait: *οἱ δὲ καὶ τὰ νοσήματα τῶν φύσιν, ὥσπερ τέρατα γινναῖ ἀξιοῦσι.* id eſt, Aliqui naturam parere morbos nouos æque ac mõſtra cenſent. Si id ſcire tibi

Morborũ monſtra noua.

cordi, & non horrori fore sciuissem, non modo quid nostra ætate, sed etiam quid olim in genere morborũ nouu præteritis seculis accidisset, libens significassem. nam vt tu es φιλόκαινος, nouitatis amator: ita ego sum παλαιόφιλος, antiquitatis amator. His porro morborũ monstris, non solum ob siderum & cœli ex octaua domo schemata, aeris, aquarũ mutationẽ, sed ob ganeam & mutati victus rationẽ Germania nostra est valde fœcũda: quæ quum, vt alia quæuis monstra, præter naturæ consilium accidant: ita quoque sensim exolescunt, vel in aliam morbi speciem degenerant. vt febris illa ex Britannia sudorifera, & venerea illa ex Neapoli contagionis lues: quæ quum sit multorum morborum farrago, facile in alias commutari ægritudines potuit. Vt recte quis cum poeta exclamarit:

Causæ nouorum morborum.

Species morbi Gallici mutata.

Heu quantum noster mutatus ab illo?

An non quoque noua morborum portenta, dũ Traianus Cæsar orbi imperaret, contigerunt? Dum quidam diuturna laborans δυσουρίᾳ, tandem eminxerit geniculatum ordei calamum. Ac dum Plutarchus viueret, adolescens ephebus magna cum spermatis vbertate excreuit animalculum hirsutum & multipes. At illud longe admirabilius, quum quædam in Principis cuiusdam Germani gynæcio iuuencula, ad speculum sese adornaret, detentis in ore acubus, quibus peplũ affigeret, ab amasio à tergo clãculum adeunte intra scapulas perculsa, ingemiscens acus deglutiuit, quas post biduum illæsis vretheris eminxit. Atqui quum hæc raro & admodum paucis accidant, præter morbi rationem, miraculis quam

Hæc morborum portenta Plutarch. sympos. 8. cap. 9.

Digitized by Google

quam morbis ſunt ſimiliora: quorum tres ſunt primariæ claſſes. Epidemii, qui ex aeris & aquæ infectione, aut priuata virulentæ luis contagione, aut Dei ob noſtra delicta vltione ac vindicta vulgo graſſantur. Alii ſunt Endemii, vni populo familiares, ob vitiatas mineris aquas, vt Carinthiis, & quibuſdam Alpium accolis, ſteatomata, ſtrumæ, bronchoceli. aut ob crudi ſalſi victus rationem: vt Danis ſtomacacia. vel vni nationi ſint vernaculi, & quaſi natalicii. Tertiæ claſſis morbi dicuntur Sporades, qui ex praua victus ratione diſpari ſpecie paſſim & ſparſim graſſantur. Nihil ſane æque parit nouos, & veteres innouat morbos, ac praua cibi & potus victus ratio. ὁκοῖα γὰρ τὰ σιτία καὶ τὰ πόματα ἐστὶν ἃ ἐσθίομεν καὶ πίνομεν, τοιοῦτοι καὶ ἡμεῖς γινόμεθα (inquit Diogenianus) νοσοῦμεν, οἷς καὶ ζῶμεν. Ex his enim ægrotamus, quibus viuimus. Ad ſanitatis quippe conſeruationem, & morbi effugium, plurimum referre quo quiſque cibo aut potu vtatur, Iulius Cæſar de bellis ciuilibus teſtatur, in quibus aſſerit Maſſilienſes graui peſte cõflictatos quod in obſidione ob annonæ inopiam, veterem panicum ordeumque exoletum edere fame coacti fuiſſent. Herodotus in Euterpe ſcribit, Ægyptios ac Chaldæos quouis menſe triduo ſe vomitu purgare, atque inteſtina clyſteriis eluere ſolitos, ſanitatis conſeruandæ ergo. arbitrati, inquit, omnes corporis languores ex cibis & aëris mutatione oriri. Quod & ille Medicorum coryphęus Hippocrates, libro de natura humana altero, his verbis nobis teſtatum reliquit. At præſtat Galeni, eiuſdẽ fidi interpretis, verba Græca, quæ plus energiæ habent, adſcribere. εἰσὶ γὰρ οἱ ἐν λίνῳ, οἱ λιμῷ ὑποπεπιεσμένοι, σκιλίων ἀκρεγκίτις ἐχόντων. ἅπερ καὶ οἱ

Tres morborum claſſes, Gal. 1. epid. & li. 2. de natura humana, & lib. 1. de ratione vict. acutorum.

Morbi Epidemii, & Endemii.

Morbi ſporades.

Plutarch. octauo ſympoſii, Hippocr. lib. 2. de natura humana.

Maſſilienſium peſtis.

Diodor. quoque eadem lib. 1. & 4.

Verba Hipp. & Gal. lib. 2. de natura hominis.

Digitized by Google

ὑροβοφαγόντας, γυναλγεῖς. ἐσμὲν δὲ ὅτι ⊖ πυρὸν ἡμισαπῆ δεῖ λιμὸν ἀναγκαδόντες ἐδέιν τινὲς, κοινὸν λοιὸν τῆς καινῆς αἰτίας ἀπέφηναν νόσημα. καίτοι σιτοπόνδων ὅλον ὕδατι μοχθηρῷ χρησάμενος, ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς σιταπώταις τὸν βλάβεν ἔχει. id est: Non recte Hippocrates omnium communium morborum cauſam in ſolum aerem refert. Siquidem qui in Æno, vrgente fame, veſcebantur leguminibus, cruribus vacillabant: qui vero erua edebant, hos genuum dolor infeſtabat. Nec vero nos id latet, quum quidam cogente fame, triticum ſemiputre manducaſſet, in communem, communem ob cauſam, incidiſſe morbum. Aliquãdo etiã quum totus exercitus vitiata vteretur aqua, ſimiliter eodem morbo omnes afflictos fuiſſe milites. Hæc Galenus. Quod & Plinii hiſtoria perbelle confirmat, qui ſcribit, in Germanici Cæſaris exercitu citra Rhenũ, ex vitioſi & medicati fontis aquæ potu, vi malefica cõſpurçatæ, duos nouos exiliiſſe morbos: quorũ alter erat putridũ oris male olẽtis vitiũ, quod στομακάκην appellabant, quo intra biẽnium omnes dẽtes decidebant, cõmune quoq; gallicæ luis ſymptoma: alterum, quod neruos cturium adeo oblædebat, vt compagines in genib. diſſoluerentur, & crura vellicaret: quod ob id σκελοτύρβην à cruribus appellarunt. Strabo vero non in Germania, nec ex vitio aquæ tantũ, ſed in Arabia quoque ex fructuum ac pomorum eius regionis eſu, in Gallorum exercitu, vtrunque ſæuiiſſe malum tradit. Quæ ſua ſeminaria in Daniam & Noruegiam vſque propagaſſe videntur, vbi (vt Olaus Magnus Gotthorum archiepiſcopus, harum rerum teſtis oculatus ſcribit) ex cibis, piſcib', carne, ſale & ſuffitu

Plin. li. 25. cap. 3.

Stomacace.

Sceleotyrbæ.

Olaus de region. Septentr. li. 9. cap. 38. & lib. 16. cap. 51.

Digitized by Google

fitu maceratis, eſculentis frigidis & crudis, ac pane non probe piſto, morb. ille horrendus caſtrēſis, & à vulgo dictus Scherboc incrudeſcit, quo fauces, & gingiuę putreſcunt, vētriculus diriscruciatibus torquetur, dentes ſtupēt & vacillant, mē bra carnoſa tumore inflātur, & caro ſub cute liuida ac vt cera mollis tabeſcit, ac digitorum impreſſioni velut œdema cedit. Obſelli vero in Dania, ne defectu carnium recentium, hoc corripiātur morbo, pecora ſecum abducta, vel hoſtibus adempta, in herboſis domorum tectis paſcunt. Hic morbus frigida murorum exhalatione exacerbatur, intra tabulata vero miteſcit: aſſiduo autem potu vini abſinthitis, aut veteris cum butyro cereuiſiæ, in qua abſinthium quoque maceratum ſit, potu, is crudelis morbus profligatur: quem vt nouum Coloniæ incrudeſcere morbum, quum non diſſimili Danorum victus ratione vtantur, Doctor Ioannes Echtius, vir eruditione vitæque integritate ſpectatus, mihi recenſuit. Senſit quidam, inquit Plinius, & facies hominum nouos, omniq; æuo priore incognitos nō Italię modo, verū vniuerſæ prope Europæ, morbos. grauiſſimum ex his morbi genus, quod primū Tiberii Claudii principatu irrepſit in Italiam, Lychenas Græco nomine: Latino quidem, quoniam ioculari quadam laſciuia à mento pullularet, mox vſurpato inde vocabulo mentagram appellauerunt. Græcorum Elephantiaſim, quam Arabum eſſe lepram aſſerimus, ante Pōpeii magni ætatem Italia nō vidit: &, quam ex canis rabie ὑδροφόβων, iuxta Aſclepiadis primū tempora, Græcorum medicis agnitam, Athenodorus philoſo-

Scherbock Daniæ & Norvegiæ morbus.

D. Ioan. Echtius Princ. Iuliacenſ. medicus. Plin. lib. 26. c. 1. Plutarch. Sympoſ. 8. cap. 9. De nouis morbis hæc Plin. lib. 26. c. 1. Petr. Crinitus lib. 20. cap. 20. Plutarch. vt ſupra. Lychen & Mentagra. Aquæ timor in canis rabie.

De Gemurſa hæc Plin. li.26.c.1.

phus in primo Epidemiarum teſtatur. Et hic quidem morbus in Italia celeriter reſtinctus eſt, ſicut & ille quem Gemurſam appellarunt priſci, inter digitos pedum naſcentem, etiam nomine iam obliterato. Idipſum certe, inquit Plinius, mirabile, alios deſinere morbos, alios durare: ſicut colum, quod Tiberii Cæſaris principatu irrepſit malum. At Plutarcho mirabile non videtur, dum ob nouam victus rationem nouos incrudeſcere morbos, & rurſus ob alteratam corporis complexionẽ eos exoleſcere quoque pateat. inquit enim: διὸ μὴ θαυμάζωμεν, αἰ γένηταί τι τῶν οὐ πρόπαλαι ὄντων, ὕστερον ἐκλείποντα. αἰτία γὰρ ἡ τῶν σωμάτων φύσις, ἄλλως ἄλλοτε λαμβάνουσα κρᾶσιν. i. Nil admirabimur, ſi quid morborum acciderit, quod prius non erat, ac rurſum defecerit. Cauſa enim eſt, corporum natura, aliam atque aliã ſuſcipiens temperaturam. Quid igitur ad has nouitatis morborum cauſas reſpondebis? An vis, vt Africa plus nouitatis afferat? aut deorum iras cenſebis? Parumne erat, quum homo trecentis morborum generibus infeſtaretur, niſi etiam noua adderentur? à quibus te, ac humanum genus vniuerſum, Chriſtus, qui pro nobis languores noſtros ſuſtinuit, aſſerere velit.

Ex octauo Plutarch. Sympoſ.

De morborum numero Plin. quoque libro 7. c. 51. & lib. 25. cap. 2.

De Veterum Stomacacia, *& Scelotyrbe & morbi Gallici tuberibus.* *Epiſtola* XIIII.

Accepistine modo, obſecro Theodorice, exoletos veterum morbos? quorum vel nomi-

Digitized by Google

nomina sūt obliterata, ſeminaria tamē in corpori bus elementariis rediuiua delituerint: ob mutatā victus rationem, loci, aquarum, aerisq; naturā, cœleſtium ſiderum ortus occaſusq; radiis alteratam, vt nouos nonnunquam renaſci morbos. Ob id accidit, vt Plin. Strabo, Olausq; Gotthorum archiepiſcopus, Stomacaciam, Scelotyrben, nouos in Dania & Cæſaris Germanici exercitu caſtrēſes eſſe & dici morbos arbitrati ſint: quū iidē ante Hippocratis quoque tempora mortale hominum genus diris calamitatibus afflixerint. Id ambiguitatis, vt in herbarum cenſura, nominum varietas & mutatio effecit. Stomacaciam quippe Danorum & Cæſaris Germ. militum morbum, Hippoc. libro de internis affectibus, ſub nomine voluuli hæmatitis, non deſcribere, ſed tanquam penicillo his verbis depingere videtur: In hoc, inquit, morbo accidunt, vt ex ore male oleant, à dentibus gingiuæ diſcedūt, & à narib. ſanguis profluit, aliquādo ex crurib. vlcera pullulāt, & alia ſaneſcunt, alia emergunt, & cutis extenuata nigreſcit. Eſt & alter ærumnoſus neruorū morbus, ac roboris eorum decoctor, ante Cæſaris Germanici expeditionem quoque non ignotus, quē ob ſolutas in genibus neruorū compagines, Scelotyrben appellarunt. Hic ex lētore & defluxu phlegmatis per ſpinæ medullam, obſtructis ac relaxatis neruis, qui à poſtremis lumborum vertebris & oſſe ſacro, vbi multifariam diuaricantur, ac in colli veſicæ & ſphinteris muſculum & crura propagantur, cēteris ſupremis à lumborum vertebris per totam corporis molem neruis illæſis. Quo fit, vt ſuprema corporis pars in vigore

Voluulus hæmatites, Stomacacia noſtra, de quo Hippocr. lib. de morbis internis.

Ab oſſe ſacro vſque ad talos crurium paralyſis.

De Scelotyrbe Plī. li. 25. ca. 3.

ſubſiſtat, & inferna ab vmbilico ad talos vſque relaxetur: & ægrotus cruribus tremat, & vacillet, ac titubet. nerui quoque groſſo de flegmate flatu diſtenti, quum in lecto vel quouis motu incaluerint, & crurium ac veſicæ muſculi ſaltu iectigationis adeo conuelluntur, vt lotium præter voluntatis arbitrium emingant. Quid multis? Corpus niſi baculis ſuffultum fuerit, progreſſuri labaſcunt & corruunt. Quem morbum Hippocrates libro Prænotionum altero, hiſce verbis deſcribit: Medulla, inquit, ſpinæ affecta, homo nec crurium, nec veſicæ aut ventris officio potens eſt, niſi vrgente neceſſitate. ſi vero morbus inualuerit, tum aliquando præter voluntatem meiit & egerit. Hunc vero morbum auctor libri Definitionum perelegantet ita definit: σκελοτύρβη ἐστὶν εἶδος παραλύσεως, ὥστε σκαπτῶν ἐπ' εὐθείας μὴ δύνασθαι, ἀλλὰ ποτὲ μὲν κατ' εὐθύ, ποτὲ δὲ εὐώνυμον εἰς τὰ δεξιὰ φέρειν, ἢ τὸ δεξιὸν εἰς τὰ ἀριστερά· ἐπὶ ποτὲ μὲν ὑπτιάζειν τὸ σκέλος, ὥσπερ οἱ ἀναβαίνοντες τὰ μείζω. id eſt: Scelotyrbe eſt ſpecies paralyſis, qua correpti, recto calle progredi nõ poſſunt, ſed modo à dextris in ſiniſtrum vacillant ac ſiniſtrum pedem in dextrum circunferunt, ac cogũtur dextrum in ſiniſtrum, & in progreſſu attollere crus, tanquam hi qui magna & ardua conſcendere volunt. Plerisque mederi cum theriaca ac balneis Laconicis, & vnguentis calorificis de Caſtorio, coſto, ac euphorbio volunt: ſed fruſtra omnis conatus. quin thermis ſulphureis quoque fruſtra inſudarunt: quibus tamẽ eſum odoremque columbarum ſylueſtrium eſſe ſalutarem, Zoar Soldano ſcripſit, & dixit: Co medere colũbas ſilueſtres eſt præſentanea antidotus

Hipp lib. prædictionum 2.

Galen. in lib. Definitionum, Scelotyrbes deſcriptio.

Vſus colũbarum medetur paralyſi. Rabi Moyſes in conſilio ad Soldanum.

Digitized by Google

dotus relaxationi omnium membrorum, & illis qui reponunt poſt ſe crura & pedes, & ſalutares priuationi ſenſus & motus. Verſari etiam in peri-

Peristerotrophium, columbarium. Morbus Gallicus, vetus morbus.

ſterotrophio, id eſt, columbario, eſt iis paralyticis valde ſalutare. Morbum quoque Gallicum, quamuis ſit veterum morborum farrago & colluuies, nouum tamẽ eſſe plerique contẽdũt: quũ ſæua illius ſymptomata, multis ſeculis, antequam increduiſceret, nobis viſa ſint: varia ſcilicet exanthematum genera, Lychen, Serpigo, Herpes, Gargareonis & tonſillarum vlcera, Sephiros, cancer & ſteatomata, tubera, ac ex intima oſſium medulla concretus ſub illorum panniculis tumor: & in cruribus ſcyrrhi & πόροι, qui noctu plus quam interdiu ſæuiunt: quos ochram βρύσπιν, id eſt diſſipare, dixit Dioſcorides. nec tam dirus in arthritide ex viſcidi humoris lentore graſſatur dolor, qualis circa oſſa in hoc Gallico morbo ſæuire ſolet: quem græcè ἰσχιάσιν ob id dicunt. Qualem quoque dolorem & olim Archigenes & Galenus, oſſibus cranei impactum, cantharidũ cauteriis & elleboriſmo curarunt. μεγαλοκεφαλίαν, inquit Aetius. ἔδηλῶ δέ φησιν ὁ ἐν κυβοῖς ὡς ἐπὶν πῖϊ ὀστέοις παχυνίαν. Hoc teſtatum fiet, oſtocopũ, oſſiũ doloré, antequam Gallica ex venere lues innoteſceret, in humana deſæuiiſſe corpora. Vnde & in capite, ſub pericranio tubera oſſibus cranei impacta crebro vidimus enaſci, quæ ex morbo Gallico cephalalgiæ agnata merito dicere poteris. Proinde nil opus eſſe arbitror, vt meis literis ſemper aliquid noui tibi ſignificem: quum exoleti veterum morbi quotannis denuo increduiſcant, & renouẽtur. & (vt Comicus ait) nil

De dolore oſſium Aretęus Cappadox libro 2. ca. 12. Dioſc. in ca. de ochra tosta.

Aetius lib. 6. cap. de hemicrania.

Cephalalgia Gallica.

dictum modo, quod non sit dictum prius: ita nil in morbis modo accidit, quod non acciderit olim. Vale.

De nova Italorvm Febre lenticula. *Epist.* xv.

MActe eruditionis virtute Theodorice mi festo, ac vt incepisti perge. Si quid, oro, in epistolis nostris tibi displicuerit, aut aberratum videtur, id obelisco confodias, & de tua opinione vicissim nos certiores reddito: & ea ratione mihi meorum studiorum calcar eris, & ego vice cotis fungar. Placuit mihi summopere, quod testimonio Hieronymi Fracastorii, non vulgaris eruditionis Veronensium medici, nouos esse morbos asserere contendis, qui non penes incrementum aut decrementum (vt apud Plutarchũ Diogenianus vult) differant, sed qui forma speciuoca euariant. Tradit namque Fracastorius, anno à natali Christi 1528, febrem contagiosam, malignam tamen potius quam pestiferam, primum in Italia apparuisse, quæ ex Cypro & insulis proximis in Latium migrasset, quam vulgus lenticulam & puncticulam appellaret: quod maculis, lenticulis aut pulicum puncturis similibus scateret, quo inferri solitos esse & oriri nouos morbos, qui ex Endemiis Epidemii quoque non raro fiant. Fateor quidem, Theodore, ob mutatam victus rationem, & siderum influxu alteratam loci, aeris, aquarumq; naturam, & corporis hominum temperaturã, alios exolescere & desinere morbos: & exoletos vetervm morbos de-

Plutarch. sympos. 8. cap. 9.

Febris lenticulæ increscentia.

Causa exoleti & renascentis morbi.

nuo

nuo quoque incrudeſcere & innouari. Oriri ve-ro nouos, quorum veſtigia ſaltem ante non appa-ruiſſent, pernego: quod febris lenticula approbat, quæ antequam Fracaſtorius naſceretur, per Græ-ciam paſſim ſæuiit. quod Aëtius Amidenus, ex-plicans febrium exanthemata, ex veteri medico Herodoto his teſtatur: γίγνονται δ' (ait) ἐξανθήματα, καπὶ αρχαὶς δὲ τῶν πυρετῶν, ὑ τῶν ἁπλουστέρων, ἀλλὰ τῶν κακοχυμοτέρων, ὥϛε ὅλον τὸ σῶμα μώλωπες, ἐμφερεῖς τοῖς ὑπὸ κωνώπων δήγμασιν. id eſt: Gignuntur quoque exan-themata principio febrium, non ſimplicium, ſed malignarum, ſparſim per totum corpus vibices, aut maculæ culicum morſibus ſimiles. An quæſo febris lenticula clarius depingine poſſit, quam ab Aëtio & Herodoto deſcripta fuit? Qua tres in Palatinatu ante biennium infectos, expurgata cũ pharmacis catharticis leuiorib. cacacochymia, ſanitati fere deploratos reſtitui: adhibita victus ratione, quam febres virulentæ exigunt. Sed hu-ius contagioſę luis ſeminariis non vltra propa-gatis, morbus hic Dei auſpicio conſopitus, hacte-nus delituit. Valeant igitur, qui non mille, ſed (vt Plinius ait) infinita morborum multitudine val-lati nouos excogitant morbos.

Verba Aëtii libr. 5. cap de exanthemat. febrium.

Febris lenticulæ in Germania exordiũ.

De morborum multitudine Plini. lib. 7. cap. 15.

De καταπεψιμάτων *concoctione.*

Epiſtola XVI.

QVicunque Hippocraticam curandi morbos, præcipue febriles, Methodum conſectari volet, huic valde operæpretium erit, vt humorũ concoctionem in morbis diligenter obſeruet: ſi-

Digitized by Google

ne qua nec tempora morbi distinguere, nec crisim salutarem fore, vel defectam præsagire, nec tempestiue humorum sentinam expurgare poterit. Præstat certe in curãdis mulierum morbis, mẽstrui profluuii, & in vtriusq; sexus ęgritudinib. cõcoctionis tẽpora, quam faustos vel inauspicatos in Ephemeride astrologorum obseruare dies.

Astrolog. Ephemeridum vanitas.

Digestio morbi naturalis.

Sunt autem variæ morborum digestiones species. Nam præter primariam humorum à calore naturali concoctionem, in qua humoris noxii & putrescẽtis à salubriorib. (vt in quauis digestione fieri assolet) fit sequestratio, vt tandem noxii per crisim κείνωνται id est excernantᵹ: aut si expultrices naturę vires defectę fuerint, pharmacis alui deiectoriis expurgentur: tamen si humoris pituitosi aut atræ bilis grossities, vel pituitæ lentor, venarum meatuumque obstructio obstiterit, tum opus erit vt medicus digestione humorum (quã præparatoriam vocant) naturæ subueniat. χρὴ γὰρ, vt Aëtius ait, καθαίρειν βουλομένους, περιττύνειν τε καὶ τέμνειν τοὺς παχεῖς καὶ γλισχρους χυμοὺς, καὶ τὰς πόρους ἀνοίγειν, δι' ὧν οἱ χυμοὶ μεταλαμβάνονται, καὶ ἕλκονται πρὸς τὴν καθαρτικὴν φαρμάκων. id est: Oportet purgare volentes extenuare & incidere densos & viscidos humores, & meatus aperire, per quos humores transsumuntur, & à pharmacis attrahũtur. & alia plura ibidem. Ad hæc concoctio humorum præparatoria, non internis tantum pharmacis, syrupis, electuariis, pastillis omnifariis decoctis, conspirante naturæ subsidio, promouentur: sed externis quoque inunctionibus, fomentis, frictione, ac extenuante quoque victus ratione, ac ipsis thermis perficitur. Verum

Digestio præparatoria. Verba Aëtii ex lib. 3. cap. 13.

quum

Digitized by Google

quum de his duabus digestionis speciebus, naturali ac præparatoria, in duabus Primæ Miscellaneæ epistolis abunde scripserimus: reliquum erit, vt de tertia καταῤῥευμάτων id est, fluxuum concoctione & maturatione, id quod ibi neglectum fuit, succincte expediamus. Est itaque catarrhorum vel defluxuum digestio, illorum substantiæ & qualitatum moderatio, aut adæquatio, quę præcipue fluxus curat & maturat. Proinde Hippocrates de veteri medicina: Fluxiones, inquit, omnes, quas propter humorum acrimonias & intemperantias ego fieri sentio, restituuntur & curantur, vbi temperatæ fuerint, & coctæ; id est, crassiores redditæ. Vt in ophthalmia ardor oculorum & phlegmon cessat, quum fluxiones fuerint concoctæ & crassiores factæ: & lemæ, id est oculorum sordes sublatæ fuerint. Fit autem concoctio ex permixtione temperaturaq; mutua, quasi coctura. Et subdit: Quinctiam fluxiones in fauces decumbentes, ex quibus raucedines fiunt, anginæ, erysipelata, peripneumoniæ: omnes hæ primum sallæ, humidæ, acresque descendunt, in quibus morbi firmantur: Vbi vero crassiores factæ, & maturiores fuerint, & ab omni acrimonia liberatæ: tũc & febres, & quę eunq; ex catharri defluxu oblædunt, solvuntur. Nec temere in principio medicamentis irritandæ sunt ante concoctionem, vt Plutarchus ad Apollonium his verbis pererudite docet: οὐδὲ γὰρ οἱ βέλτιστοι τῶν ἰατρῶν, περὶ τὰς ἀῤῥόας τῶν ῥευμάτων ὑπορροὰς εἰσὶν οὐ φέροντες τὰς δι' αὐτῶν φαρμακείων βοηθείας, ἀλλ' ἕως ἂν τὸ ἔαρωδες τῆς φλεγμονῆς δι' αὐτῆς τῶν ἔξωθεν ὑπηχείων ὑπνίσωσιν· εἶτα τὸ δι' αὐτῆς λαβεῖν πέψιν. ἐπειδὴ οὖν καὶ

In Primæ miscel. epist. 41. & 12. ac 37. Digestio in morbis fluxuum.

Galen. de oculorum affectibus hæc quoque Galen. in 2. Epidemiarum Hippoc.

Plutarch. in libello ad Apollon. consolatorio.

χρίνος ἰ πολὺ πλημμυρεῖν εἰωθώς. id est: Neq;, ait, optimi medicorum, ad copiosos humorum affluxus statim medicamentorum auxilia afferunt, sed sinunt grauitatem phlegmonis per extrinsecus inuncta ipsam per se matureſcere, quoniam tempus omnia concoquere solet. Quod non tantum in corporum morbis, sed in animi quoque affectibus verum esse, Oceanus apud Æschylum poetam prodidit: qui Iouem non in primo iracũdiæ feruore, sed postquam iram concoxerit, orandum & compellandum esse, Prometheo suader. Id quod apud iratos principes magnopere obseruandum quoque esse censeo. Vale, & ab iis quæ fluxus, antequam maturuerint, proritant, caueto.

Aeschylus & eius interpres in tragœdia Promethei. Cunctatio iram cõcoquit.

Fernel lib. 9. cap. 4. eadem docet.

EX SIMPLICI ALIMENTI CHYLO, *eodemque calore opifice, omnes quatuor humores in corpore produci. Epistola* XVII.

De cholerę in ventric. defluxu Galen. lib. 1. de tempera. & lib. 2. Microtech. c. 74.

ELapsum est fere semestre tempus, quum patiens tuus, iurisprudentiæ cõsultus, flauę bilis in ventriculum defluxu grauiter vellicaretur: perinde ac hi quos Galen. ob porum fellis ad ventriculi pyloron pertinentem, infelices appellat: quorum choleræ per pyloron influxus, stomachum ad vomitũ, & sua acrimonia intestina quoque ad crebram alui deiectionem & diarrhœam proritaret. Ita patiens tuus, etiam post crebram choleræ per vomitum & cholagoga euacuationem, quęris qua ratione fiat, vt omniaquę euomit, vel per aluum deiicit excrementa, vtraq; bile

Vt accidit quoque in cholera.

Digitized by Google

bile nihilo minus redundent: quum ex lotio nulla insignis epatis inflammatio vel viscerum intẽperatura appareat, victusq; ratione frigida & humida ex lactucis & oleribus vtatur. Problema, Wagenmane, certe in re medica magni momenti, & quod periti medici acri iudicio egeat, mihi obiicis: annitar tamen pro viribus ingenii mei, breuiter explicare. Primum hos maxime cæcutire arbitror, qui ex alimentis frigidis & humidis tantum pituitam, dulce nonnunquam futuri sanguinis rudimẽtum, ex calidis vero & siccis choleram vtranque, ex temperatis vero solum sanguinem in iecore eiusq; venosi generis vasis produci credunt: quum nullum sit sub concauo orbis lunæ alimentum adeo sincerum & simplex, quod non fiat ex quatuor elementorum mixtura, quasi in Atomos refracta, calore cœlesti & congenito ita exacte coadunatum: quin dum epatis calore ac viribus & contagione in venis exilib. concoquitur, ac in sanguinem mutatur, etiam reliqui humores, quatuor illis peruulgatis rerũ naturalium primordiis correspondentes, pro alimenti ratione & mixtura, in omnibus naturis, ætatibus, regionibus, cœlique constitutionibus, in iocinore & vasis eius sanguinariis pariter quoque producantur. Deinde nõ minus à veritatis scopo aberrant, qui hanc quadrifariam humorum generationis differentiam caloris incremento ac decremento attribuunt: quum potius alimentorum mixturæ acceptum referre deberent. Quod & Auerrois 7. Metaphysicæ, commento 28 facit: Varietas, inquit, generabilium, & ab vno agente effectuum, propter materiæ subiecti, in quam

Problem. hoc quoque tractat Conciliator differen. 32. Gentil. fen. 1. pri. quæst. 14. doct. 4.

Quatuor humores ex quouis simpli. alimento procreari.

Quatuor humores vasa semper existũt & generãtur. Galen. in lib. de atra bile.

Digitized by Google

Effectus causæ efficientis varietas, à materia dependet.

fit actio, diuersitatem accidit. Videmus sane vniusmodi solis calorem pro ratione obiecti diuersos parturire effectus: terrā adurere, ceram liquefacere: quinetiā in hac vinea, generosa & viribus potentia, in confinio vero vina oligophora, paucarum virium, ob soli diuersitatem & situm producere: Sic quoque vniformis iecinoris calor, varios quoque ex chylo simplici procreat humores: ob variam inde elementorum mixturam. Porro quemadmodum Philinus (vt Plutarchus & Athenæus ex Aristotele & Theophrasto tradunt) nullo alio cibo vel potu quā lactis alimonia, toto vitæ curriculo vteretur: & Plin. tradat, Zoroastrē magum in deserto viginti annos solo casei esu vixisse, tali artis industriaq; operato, vt vetustat s acorem non sentiret. Xenoph. lib. 1. Cōmentariorum scribit, Socratem tam sobria diæta animū corpusque formasse, vt pane tantum lacte madido vesceretur; in horum tamen corporibus ex tā simplici victu, quatuor quoque humores, quatuor in Microcosmo elementis correspondentes generabantur, sine quorum temperatura nec vita hominis incolumis, nec vllū simplex subsistere potest Proinde, Wagemanne perdilecte, desine admirari, quod patiens ille tuus post crebram, adde & copiosam bilis per vomitum & aluū expurgationem, & adhuc in eius excrementis redundet cholera, quæ ex quouis alimēti frigidi & simplicis chylo pro ratione suæ elementariæ mixturæ renasci potest. Vale: & si quid tibi in huius problematis explicatione displicet, si id scribere tædet, vesperi quum apud Chilianum pharmacopœum (vt Romanorum medici ad templum Pacis)

Plut. lib. An. sit. Athen. lib. 9. Philitas & Hippo nax. Plin. lib. 30. ca. 4. De Zoroastre hæc Plin. lib. 30. ca. 4.

Templum pacis erat disputandi picorum palæstra Romæ.

Pacis) conuenerimus, in familiari colloquio referre poteris. iterum Vale.

De Occvlta Pharmacorvm *purgantium proprietate, & potentia attractiua.*

Ad Georgivm Wirth Medicvm consobrinum.

Epistola XVIII.

MEmorabilis sane, Georgi cõsobrine, fuit olim imperante Antonino Cæsare, vetus Romanæ vrbis medicorũ consuetudo, qui dũ sol ad occasum vergeret, apud templũ Pacis vnde bibliothecæ Romanorum non longe aberant, sedulo conueniebant, quisque de suę sectæ thematibus disputaturus. Horum exemplo Heidelbergensis Academiæ philiatri admoniti, non raro à cœna apud Chilianum pharmacopœum è regione templi sancti Spiritus conueniunt. Quum ergo ibidem nudiustertius disputatio de viribus pharmacorum incidisset, quærebatur, qua ratione fieret, vt scammonea, rhabarbarũ, aloes, & alia cholagoga, bilem, coccus vero Gnidius, agaricus, cnicus, colocynthis, pituitam, & alia phlegmagoga plurima: elleborus vero niger, sene, epithym⁹ Cretensis, atrą bilẽ: sambuci vero internæ corticis ac radicis ireos succus, & alia hydragoga, aquam intercutem expurgarent. Aderant tum quoque quidam logiatri, qui malebant videri quam esse docti: qui horum causas omnes in proprietatem occultá referebant, quæ solet esse vulgare causarum ignorantiæ asylum. Hi rogati, quæ

Galen. lib. 1. de compos. medica genen. & lib. 1. de natura hominis.

De his Hipp. & Gal. lib. 1. de natura hominis.

Logiatri Medicastri.

Digitized by Google

Galeni opinionis de proprie occulta confutatio.

hæc eſſet abdita rerum naturalium proprietas? conticuere omnes, attentique ora tenebant. Tãdem vnus ex Olyſippona ait, eſſe ex ſimplicibus rerum primordiis & qualitatibus temperaturam vnicuique ſpeciei compoſito peculiarem, quam vna cum Galeno totam compoſiti ſubſtantiam appellabat. Sic magnetem, dum ad ſe alliceret ferrum, à tota & innata eius ſubſtantia id operari aiebat. Verum ea non eſt ſubſtantia, ſed potius virtus quædam accidentaria, ſubiecto cõmode diſpoſito, excepta: cuius vires, vt ſcãmoneæ, rhabarbari, epithymi nonnunquam vetuſtatis ſitu exoleſcunt, & difflantur: & manente compoſiti ſubſtantiali forma illibata, à contrarii præſentia obtunduntur. vt magnetis allio inuncti vires, vel obiecto adamante diſpereũt. Alii vero, quibus ego aſſentiebar, Platonis ac Meſuæ auctoritate freti, omne ex vulgaribus illis rerum primordiis coadunatum, duplici virtutis dote, elementari nempe & cœleſti, imbui, aſſerebãt: hac quidem cõmuni ab elementis, propria vero à cælo. Etenim calefactiuum & infrigidatiuum, calidum & frigidum omne: ſolutiuum vero, non quia calidum, nam & piper laxaret: nec quia frigidum, alioqui & cicuta aluum quoque expurgaret: ſed quia cœleſti tali virtute dotatum cœlitus, qua cum forma ſpeciuoca (vt Druſianus ait) operatur. Eſt proinde abdita illa rerum proprietas virtus in ſementis & aliis terræ naſcentibus, opportuna elementorum mixtura coadunatis, cœleſti ſiderũ vigore prædita, qua operationem ſuam (vt Auicẽna de viribus cordis ait) vltra formæ complexionalis naturam prorogat, quæ materiis

Proprietas occulta non eſt ſubſtantia.

De allio cauſam reddit Druſianus tertio Microt. com. 60.

Verba ſunt Meſuæ in principio de conſola. medicin.

Auicen. de viribus cordis, tract. 2. cap. 1.

teriis elementorum adglutinatur: ſed in ſpiritu & calore congenito, ab æthere in ſemina diffuſa ſubſiſtit, cœlique & aſtrorum viribus, vnde emanat, fouetur. Cuncta ſiquidem terrę naſcẽtia virtutis aſtrorum conſortio fruũtur. ob id ferreum illud compaſci perpendiculum, magnete in apice confricatum, Arcturum ſemper ſpectat. Alia lunę incrementis ac ſolis aliorumq; aſtrorum (quotũ radiis & lumine vigent) occaſui & ortui ſeſe accommodant. Nonne vides heliotropii & ſcorpiuri, cichorii ac molochi maluæ flores ortui occaſuique ſolis conniuere? Oſtrearum conchiliorumque corpora cum luna creſcere, & quoq; decreſcere? & quod omnem ſuperat admirationẽ, ſoricum fibras numero dierum lunæ correſpondere? Æſchrion empericus, à Galeno non illaudatus, tradit cinerem cancri, ſole leonis ſignum peragrante, lunæ decimaoctaua ὑληροφίδοις à cane rabioſo morſis mederi. Pulegium aridum è tectis pendulum brumali ſolſtitio florere, Cicero & Plinius auctores ſunt fide digni. Selenites, candidus ex Arabia lapillus, pro lunæ creſcentis ac decreſcentis mole, eius imaginem reddit. Ex his plane efficitur ac conſtat, plantas, radices, lapides, aſtra & ſpiritus, diuina quadam conſortii lege conſpirare. Quod non alia accidit ratione, quã (vt Plato in Timæo ait) quod cuilibet rerum ſpeciei peculiare aſtrum, vt polus magneti, & cuilibet aſtro peculiaris intelligentiæ dæmon, vt homini cuilibet ſuus genius, dicatus ſit. Quicunque horum ſympathiæ conſenſum, & antipathiæ diſſidium nouerit, ille admiranda per herbas & lapides, horumq; occultas vires & ſpiritus producet

Viret omnium, ſiderum vigore fouentur.

De molocho hæc Columel. lib. 11. de aliis Theophraſtus li de cauſ. plant. cap. 26. Plin. & Gel.

Cinis cancri medetur à cane rab. morſis. Dioſc. lib. 6.

De ſelenite hæc Proclus in libello de magia, Dioſc. lib. 5. cap. 100. & Aelian.

His magia conſtat, & dæmonibus imperat. Auguſt. li. 21. c. 2.

Magiam ferũ ſympathia cõſtare. Proclus in li. de Mag. & ſacrificio. Sell. lib. de dæmonib.

Digitized by Google

magiæ opera, quorum ratio, vt Alexander Aphrodiſeus ait, humani ingenii vires, obſcuris vallata cancellis, excedens, eſt inexplicabilis: Deo ſolum immortali cognita, qui horum omnium parens, auctor & opifex eſt. His dictis, Guilhelmus Raſcalonus Gallus, ſpectatæ indolis & eruditionis adoleſcens: Vt omnis, inquit, Langi ſcrupulus animo noſtro eximatur, reliquum eſt, vt de virtute medicamentorum ſoluẽtium attractiua, aliqua edifſeras. Tum ego: Vt illorum cognitio non modo vos in illorum admirationem trahat ſed ad medicinæ quoque ſtudium alliciat, tibi morem geram: & rem totam breui & perpetua oratione, ne aliquis me interpellat, explicabo. Cũcta creata ac terræ naſcentia, virtute animę altricis attractiua, qua cõgenerem ſibi ſuccum in alimoniam attrahant, eſſe prædita, fallax agricolarum induſtria probat: qui, teſte Galeno, ex areis vel horreo triticum in forũ aut dominis delaturi, ſitulas aut lagenam prægrandem aqua refertam & probe obturatam in frumenti aceruũ recõdunt, & obruunt: quam triticum occulto ſuctu lactat, quo põdus & moles in coloni fœnus, tritico accreſcat. quã attractricem facultatẽ tritico natura inſitam, Plutarchus in Sympoſio perbelle teſtatur: ἀπὸ δὲ ὁ πυρὸς ἔχει θερμότητα, τεκμαίρονται τοῖς ἀμφορεῦσιν ὧν ἂν τεθεμένων εἰς σῖτον, ἐξαναλίσκεται ταχέως ὁ οἶνος, id eſt: Quod triticum attractricem caliditatem habeat, ex amphoris vini in tritici aceruum reconditis coniicere licet, ex quibus vinum cito inſumitur. Porro ſi quis olitor prægrandem funiculum pinguibus caricis ita contricatum, vt cenchrades adhæreant, tellure obruat,

Alexander hęc in procem lib. 2. probl. Galen. lib. 6. de ſimpl. medic.

De hac agricolarũ fraude Gal. lib. 1. de poten. natur.

Vis tritici attractiua.

Verba Plutarchi in fine Sympoſii ſexti.

Caricarũ plantatio.

Digitized by Google

ruat, ingens ficulneară propago ſuccreſcat, id quod (vt Æneas Platõicus refert) qui arbores lõga ſerie in quincuncem digeſtas habere cupiunt, diligenter obſeruant. Cardama quoque omnem telluris in confinio humorem exugunt: vnde prope conſita, ſubducta humoris alimonia, marceſcunt. Quod Socrates apud Ariſtoph. conqueritur.

Naſturtiũ vis attracti.

--ἀλλ' ἡ γῆ βίᾳ
ἕλκει πρὸς αὑτὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος,
πάρεχει δ' ταυτὶ τῆτο κὰ τὸ κάρδαμα.

Ariſtophanes in Nebulis.

id eſt: Sed & terra vi allicit ad ſeipſa liquorẽ ſpeculationis & curæ: idipſum quoq; facit naſturtium. Non diſſimili attractionis ratione lupini in meditullio vincarum conſeruntur, vt omnem amarorẽ de vitibus ad ſe alliciant, ipſi amarulenti reddantur, nec niſi vino vel aqua diu multumq; macerati dulceſcant. Quid dicemus, ſi exemplo quoque docuero, hanc præclaram animæ virtutem attractiuam, non animatis modo rebus, ſed anima quoque carẽtibus ineſſe? vt elephantis dentibus quos verũ eſſe ebur liquet, & Iuba ac Ælianus cornua appellant: quos vitio corporis, vel caſu aliquo aut ſenecta deciduos, elephantes defodiunt: quorum exploratores, in locum in quo ſeſe elephantes ob æſtum illatebrant, vtres aqua turgidos & plenos deferũt, ibique relinquunt: redeũtes, ſi aquam exhalaſſe, vel vi eboris abſorptam, vacuis vtrib. viderint, ibi ebur effodiunt: ſi vero plenos conſpexerint, ſpe fruſtrati, triſtes ſecedunt. Atqui licet hæc virtus ſola ſpirituali contagione, abſq; obiecti contactu plerunque agat: in humano tamen corpo-

Lupinorũ amaritudo. Plin. & Theophr. ac Conſt. in Geopon. lib.

Plin. lib 8. cap. 3.

De meatibus per quos humores expurgãtur, Alexander lib. 2.

Digitized by Google

re ſua habet organa, villos longitudinales, venas, arterias, & alios meatus, per quos chylus ad epar defertur. Per hos quoque humores noxii, naturæ aut pharmaci viribus, attracti in ventriculum aut aluum, rurſus redundant. Natura, inquit Alexander Aphrodiſæus, quum corpus purgatione indigere animaduerteret, poſtrema venarum orificia ad ventriculum finiuit: ac ad vuluam, ob menſtruam purgationem, alias duxerat: alias quoque ad nates: & alias, vt hæmorrhoides, ad ſedem coniecit. Hæc, quum purgandi, exonerandique neceſsitas ingruit, aut naturæ ſponte per facultatem excretoriam, aut medicamentorum calore patefacta, materiam morbi in amplis venis & arteriis ac vaſorum conceptaculis cõcoctam, per aluum aut os egerunt. Non tamẽ quemuis humorem, ſed quem pharmacum ſibi conuenientem & congenerem attraxerit. Quod ſapiens Hippocrates hac analogia approbat, in libro de Seminis natura, dum ait: Perinde ac ſata vel ſtirpes in terram plantatæ ſubiuerint, vnumquodque exugit quod ſibi conueniens ac naturale eſt (ineſt enim terræ acre, dulce, vel amarum aut ſalſum, ac omnifarium quoduis) primum plurimum, quod ipſis naturale & idoneum eſt, arripiunt, poſt alia quoque per radicum fibras alliciunt: talem, inquit, attractionis ordinem & medicamenta in corpore obſeruant. Naturalis namque inſita eſt vnicuique facultas eorum quę ſibi cõueniunt attractrix: vt lapidi Herculeo, ferri. Fit quidem, vt Galen. de potentiis naturalibus edocet, triplici ratione attractio. Primum ratione vacui, quum natura id non ferat: dum aer canalis

Problem. 54 Hipp. lib. 4. de morbis. Galen. lib. 1. de potentiis naturalibus. Arist. ſectione 1. Probl. 41. Verba Alexandri lib. 2. Probl. 54.

Mec Hipp. lib. 1. de natura hominis.

De triplici attract. hæc copioſe ſcribit Alexander lib. 1. Problem. 56.

nalis aut tubuli internus, oris ſuctione abſorbetur, neceſſario alius ſuccedit. quod etiam ænea fiſtula, quam græci Catheterũ vocãt, medicorũ in lotio obſtructo, ad id eliciendum, inſtrumẽto, accidere videmus. lana enim obdurante (inquit Alexander) detracta, ſpiritus internus efflatur: & ne quid inane ſit, vrina ſubſequitur. Quin etiam medicinales cucurbitulæ, eadem neceſſaria corporum conſequentia, ne vacuum relinquatur, ſanguinem attrahunt. ignis enim iniectus ſtupa, vbi extinctus eſt, efficit vt tantum ſanguinis ſuccedat, quantum loci ipſe occupabat. Alia vero caloris vi attrahunt: vt frictio, & tapſia illita. Tertio, à proprietate occulta pleraque fit attractio, quam Druſianus formam ſpecificam vocat: qua ferrum magnes, membra ſanguinem attrahunt. Et vtinam eſſet aliquis magnes, qui te reducem in patriam traheret. Vale.

De Catheteris hæc Galen. lib. 1 de locis affectis libro 4. & 5. Methodi.

Cucurbitularum cum igne applicatio & attractio. Paulus lib. 6. cap. μό. Lib. 3. Microtech. commento 60.

De Temerario Pharmacorvm *purgantium vſu: & fructibus, artis opera, laxatiuis. Epiſtola* XVIII.

AVdio, Cyrlere amicorum optime, apud vos audax medicorum, ne dicam ardelionũ vulgus paſſim, conſentiẽte magiſtratu, oberrare: qui medicamentorum exquiſite, aut ſi mauis dicere electiue operantium effectus bonitatem, non excrementorum qualitate, virtutis tolerãtia, morbi lenimine aut ſiti, ſed crebris tantũm alui deiectionibus, etiam ad animi vſque deliquium metiuntur. Ac quum legerint, puellam illam Veneris decore venuſtam, à rege Indorum Alexan-

Digitized by Google

dro missam dono napellum: & anum illam Atticam, cicutã, venenorum iam esculentis assuetas, impune edisse: ac Thrasiũ Mantinensem, peritum illũ ῥιζοτόμον radicisecum, ac quosdam pastores, integros ellebori manipulos citra noxam deuoralle: audẽdum esse aiunt. audaces namq; fortunam iuuare, cui plus quam arti confidunt: ac in febrilibus morbis nec dum concoctis humoribus, nec reseratis meatuum obstructionibus, medicamenta illa exquisita, nullis antidotis correcta, virus illorum obtrudunt: cocci gnidii grana, tithymallorum lactigenas radices, virulentũ illum ellebori albi ex sacculis puluisculum exhibere audent. Medicamenta vero exquisita, vna cum Aristotele ea appello, quæ quamuis exiguo corpore sint, tamen ob qualitatis excessum incoctilia sint aptaq; sunt vincere, & ab animantium calore non vinci: eademque reuolui facile à ventre vtrolibet possint, hæc medicamenta exquisita censentur. Vbi vero ventrem adierint, resolutaque sunt, statim ad venas per easdem feruntur semitas, per quas cibus quoque permeat. mox cum incocta victrice perstiterunt potentia, relabuntur, & quæ obstiterunt, secum deferunt: id purgare dicitur. Quod vero calore naturali concoctum, id est, in aliam substantiam permutatum, & nutriendis assimilatum membris, corpori adhæserit, alimentum appellatur. Oleum nempe, lac & mel, ac cæteri similis farinæ cibi, purgandi quoque vim obtinent: sed quantitatis, non qualitatis ratione purgant, & cruda indigestaque manent. Ob duas quidem causas aliquid concoqui non potest: aut quia generis est

Requisita ad purgationem. Galen. lib. 1. Aphor. 64.

Hæc Aristot. sect. 1. Proble. 41.

Vide de his Auicé. quarta 1. cap. 4 & Gentilem ibidem.

Exquisitũ medicamentum quid.

Quid est alimentũ.

Duplex vis purgandi.

eſt peruicacis, vt δηλητήρια: aut quia modum exceſſerit. Ad illud, Cyrlere optime, memoriamente obſeruandum eſt, quod pharmacum, quoduis purgatorium, aut quæuis alia medicina, dicitur fortis non ratione ponderis, ſed virtutis ratione, in gradu excellentiori congenitæ: qualia ſunt quæ pharmacâ exquiſita deleteriis ſimilima diximus, vt Hippocrates ac Galen. clare docent. His virulentis medicamentis Plato in Timæo corpora mouere vetat: & longo ante eum & Ariſtotelem tempore Hippocrates quoque, qui Democritum elleboro & ſimilibus curare noluit. qui in epiſtola ad Crateuam, optimum ſuum ῥιζοτόμον id eſt radiciſecum, ait: Incertam quoque eſſe eorum Medicorum coniecturam, qui in purgationibus etiam caute procedant. Nulla quippe eſt medicina ſolutiua, quæ non aliquam de viribus & ſubſtantia corporis noſtri partem deprædetur. Ob id Auicen. fen. 3. pri. ait: Medicinæ etiamſi non venenoſæ eſſent, eas tamen bibere naturæ laborioſum eſt. Dicit enim Hippocrates, quod medicinæ purgant & inueterant: & præter hoc cum humore ſuperfluo euacuant ex humiditatibus naturalibus & ſpiritu, qui eſt ſubſtantia vitæ partem magnam membraque principalia debilitant. Plutarchus id vero penitus, ſcita vrbis à barbaris aduenis inceltæ comparatione declarat, in libro de Præceptis ſalubribus, vbi inquit: εἰ δὲ πρὸς τὴν κατακοιλίαν ἐκτιθέασι δι' φαρμακείας φθείρουσι, καὶ τήκουσι τὰ ὑποκείμενα, πλείονα ποιοῦσι περίττωσιν ἢ ἐξάγουσιν: id eſt, Pharmaca quæ aluum ſubducunt, corrumpunt & colliquant ſubiecta viſcera, plures ſuperfluitates efficiunt, quã

Quæ medicina dicatur fortis, docet Hippocr. de locis in homine affectis. Galen. de Anud.

Forti medicamento non temere vtendum.

Auicen. 3. fen pri. doct. 2. ca. 1. hæc ſcribit.

De phar. purgatoris Plutarchi ex præceptis ſalubribus verba.

Digitized by Google

Frequenté pharm. vsum quoque damnat Galen. part. 3. Aphor. 25.

educunt. perinde ac, inquit, si quis Græcorum turbam pertæsus, ex Arabia aut Scythia aduenis vrbem impleuerit. Sic pariter quidam toto errãt cœlo, dum consueta & cognata corporis excrementa eliciunt, iniiciunt vero abextra in corpus coccos cnidios & scammoneam, & alias pharmacorum indefecatas & agrestes vires, quæ magis expiatione egerent, quam quod corpus expurgare possint. Audio vero, Cyrlere, te concomitatum Musis, ob caniculæ æstum derelicta vrbe in rus concessisse, & mane in pratis amœnos colorum & odoris varietate flores legere. Dum vero sol punctum verticis nostri conscenderit, intra arborum opacitatem delitescere, & commilitonibus tuis colludere: ad vesperam autem medicas scrutari & eruere radices. Ne igitur salutarium medicamentorum copia tibi desit, qua ratione fructus innoxie purgatorios in horto tuo plantare & inserere possis, ne qua ad sanitatis cõseruationem pharmaca tibi absente pharmacopœo desint, paucis edocebo. Primum ad radices vitium veratrum nigrum serito, & ex botris torculari expressis vinum quod purgando est conficies. Aut palmitem vitis per longitudinem incidito, & exempta de medulla portiuncula, eam adimple cum scammonea aut sarmentis ellebori nigri, aut esulæ, vel quouis alio forti laxatiuo: & applicito cortice vitis, velut cum surculum stipiti inseritur, constringatur, & liquor per illam cauitatem medullarem ad vuarum generationẽ procedens, laxatiuorum viribus imbuatur, vnde vuas vinumque laxatiuum conficies. Hoc idem in prunis & hcubus efficere poteris, quod Con-

De fructibus laxatiuis hæc Arnoldus in lib. de vinis factitiis.

De ellebor. hæc Dioscor. l. 4. c. 142. & Constant in suo Geopon. li. 4.

stanti-

ſtantinus in ſuo Geoponico quoque docet: ὅτι ἢ συκῆν φυτεύεις, ἐμβαλλε εἰς ἄκρας τὰς ῥίζας ἐλλέβορον μέλαν, κικεμιῶνον ὁμοῦ πεφυμαλλῳ, ἕξεις τὰ συκᾶ μαλακὰ καὶ χαρᾶς. id eſt: Quando ficum plantas, tum inijce in ſupremas radices elleborum nigrum cum tithymallo contuſum, & habebis ficus ventrem expurgantes lubricitate. Aut accipe aquam aut vinũ, in quo vel ſcammonea tithymalli cortices, vel thurbit, aut id genus fortium medicamentorum maceratum ſit, in quo pruna ſicca ex Damaſco, carice, vuæ paſſæ donec turgeſcant maduerint, hæc abſque vllis torminibus aluum leniter expurgant. nam hæc ſola virtute medicamentorum, exuta eorum ſubſtantia, imbuuntur. Item quoque theriacalem, contra omne virus & ſerpentium ictus ſalutarem, tali induſtria plantare Conſtantinus Cæſar docuit. palmitem vitis, quam plantare voles, in ſuprema parte ad trium aut quatuor digitorum longitudinem incidito & exempta medullæ portiuncula, vacuum theriaca adimpleto, ac iniecta papyro madida ne dehiſcat, conſtringito. At qui diligentius hæc cõficere volunt, radicibus theriacam antidotum aqua diſſolutam affundunt. Hæc ſi diligenter in horto tuo expediueris, horto Alcinoi regis reddes celebriorem: & tu de olitore præclarus eris medicus. Vale, & ad autumnum fructibus his onuſtus in vrbem redito.

De ficub. purgant. hæc Conſtanti. lib. 4. & Palladius.

De vite theriacali hæc Conſtanti. in Geopo. libr. 4.

Digitized by Google

De Ellebori Speciebvs, Ad *Doctorem Georgium Forsterum.*

Epistola xx.

CRebris tuis literis, Georgi multis nominibus mihi dilecte (quibus me ærumnosis ęgrotos curandi laboribus obrutum, cõsolatus es, meaq; illustrandi Medicinam studia tibi placere significasti, adeo me tibi deuinxisti, vt nihil petere possis, modo id meæ sit opis, quod non libens præstare in gratiam tuam velim) scribis, nulla re adeo te affici & oblectari, atque herbarum recta cognitione: ad quam quisque Medicus totius ingenii viribus aspirare debet. Proinde petis, vt de singulis ellebori speciebus, nempe de candido ac nigro, de cõsiligine, elleborina, vtraque sesamoide quid ipse sentiã, quidq; veteres statuerint medici, te certiorẽ reddere velim. Petis ædepol Forstere rẽ arduam, ac multis ambagib. perplexam: nodum Herculis certe quispiam facilius explicaret. Res sane videtur omnibus obuia, sed talis, quæ in recessu plus reconditum habet, quã frõte promittat. Sed tamen ob eum quem erga te amorem gero, audebo saltem ad scopũ collimare. Si abertauero, quæso errantem ad iter veritatis reducito. Primum miraberis scio, quod consiliginem herbã in catalogum ellebori conscripserim. At ego, Georgi, causam tibi facile reddere possum.

Quæ species sub eodem genere continentur.

Quæcunque pariles, formæ substantialis, aut proprietatis nobis occultæ viribus, effectus producunt, ea iure optimo inter eiusdem generis species

ſpecies quoq; cenſentur: quos ellebori nigri ac conſiliginis radices præſtare videntur. Vidi enim certe non ſemel artis veterinariæ medicos, equos orthopnœa aut quouis alio pulmõis vitio laborantes, quum alia medicamenta non ſufficerent, traiecta cum ænea fibula aut ſubula in pectore pelle & inſertis ex elleboro nigro radicibus fœliciter curari. Id quod milites quoque in bello peſtifera contagionis lue infecti, ac medicorum conſilio & opera deſtituti, facere & imitari audent. Infra quippe apoſtema aut anthracẽ, cute ad manus tranſuerſæ latitudinem forcipe apprehenſa, candenti ſubula per cannam ex lamine cõplicatam, cutem traiiciunt, & adurunt: qua repente extracta, vulnus radicibus ellebori nigri butyro delibutis adimplent, infixas q; perferũt, donec per ſuppurationem exciderint: quo omne virus ad vulnus allici perſuaſum habent. nec ſpe fruſtrantur. Atrox certe & crudele remedium, ſed quid ni? decet enim talia labra ſimiles habere lactucas. Attamen verum & efficax ac ſalubre eſt remediũ, virus à corde diuertendi ratione: quod fœlici ſucceſſu Caſpar Kegeler Lipſenſis Academiæ doctor, in curãda febre peſtilenti peritiſſimus, expertus eſt. Eaſdem curandæ peſtis, & aſthmatis præcipue pecudum, vires habere radices conſiliginis, Plin. teſtatur: Conſiliginis radix ſuum & pecorũ omnium peſtis eſt præſens remedium, pulmonumq; vitio, tantum traiecta auricula. ex aqua quoq; bibitur, & ſub lingua in ore aſſidue habetur. Quod & Pelagõius, celebris mulomedicus, his approbat verbis, de equorũ ſpirãdi difficultate loquutus: Si, inquit, nihil dictis re-

Orthopnœa equorũ radice ellebori curatur.

Peſtis cũ radice ellebori nigri militaris curã.

Cauterii modus.

Plin lib. 26. cap. 7.

In arte veterinaria lib. 1. hæc ſunt Pelagonii verba.

mediis fuerit adiutus, curabitur inserta pectori radicula, quam veterinarii consiliginem vocant, aut radice narib. vel auriculis impacta: siquidem has in partes omnis morbi vis noxiumque virus elicitur. Sed quid multis? vnius Columellæ verba, rei agrariæ & veterinariæ cõsultissimi, pro cũctis nobis sufficient: qui, Præsens (ait) etiam remedium cognouimus radiculæ, quã pastores cõsiliginem vocant. ea Marsorum montib. plurima nascitur, omnique pecori est maxime salutaris. læua manu effoditur ante solis ortum: sic enim lecta, maiorem vim creditur habere. Vsus eius traditur talis: Ænea fibula pars auriculæ latissima circumscribitur, ita vt manante sanguine, tanquam lituræ reductum appareat. Hoc & intrinsecus & ex superiori parte auriculæ cum factum est, media pars descripti orbiculi, eadẽ fibula trãsfuitur: & facto foramini prædicta radicula inseritur. quam quum recens plaga comprehendit, ita continet, vt elabi non possit. in eam deinde auriculam omnis vis morbi pestilensque virus elicitur, donec pars quæ fibula circũscripta est, exciderit demortua. & ita minimæ partis iactura caput cõseruatur. Est quippe consiligo herba primum ætate Plinii in Marsorum montibus reperta, iuxta vicum Nerueliæ: ob id Dioscoridi indicta. Duro inter saxa solo, & iuxta sepes nascitur, helleboro nigro non dissimilis grauiter olet: cuius fomentatione anus porcorum atque puerorũ pediculos enecant, scabiem quoque curant. Quũ igitur consiligo & elleborus communes vires habeant, consiliginem in censum ellebori referre libuit. Cæterum, Forstere perdilecte, ingenue

Consiliginis vites. Columellæ ex lib. 7. cap. 5. verba.

Consiliginis historia.

nue fateor, quod veterum ellebori nigri vſus ancipitem me hactenus reddiderit, vt eum quo nos inter atræ bilis cathartica vtimur, à veterũ elleboro eſſe diuerſum putauerim. nos enim tota eius ſubſtantia in catapotiis, quæ Hali & alii compoſuerunt, aut viribus tantum vino exceptis, vtimur. veteres vero medici, vt Dioſcorides teſtatur, exempta de vtroque elleboro interiori medulla, cortice tantum vtebantur. ἡμῶν δ᾽. ait Paulus, τὸ ἐλλεβόρου ξύλα τῆς ἀντερειώνης κεκομμένα, & σεσηραμένου. ἐμπάσσειν μελικράτου κυάθοις πέντε ἢ ἕξ, ἢ μάλιτα ἀπίφθῳ ἀναλαμβάνειν μετ᾽ ὀλίγου πυπέρεως. id eſt, Oportet autem veratrum nigrum abſq; interiori medulla cõtuſum, & cribro excretũ, inſpargere, quinque aut ſex melicrati cyathis aut melle crudo excipere. Quæ eiſdem pene verbis approbat Aetius Amidæus, δεῖ δὲ τὸ μὲν ἐλλεβόρου τὸν φλοιὸν ξηρὸν κόψαντας, & σήσαντας, δίδοναι μετὰ μελικράτου ὕσον ⟨ά, ἢ μάλιτα ἴφθῳ ἀναλαβόντας, μετ᾽ ὀλίγου πυπέρεως. id eſt: Oportet autẽ contundentes & cribrantes ſiccum ellebori nigri corticem, dare in melicrato drachmæ 1. pondus, aut melle cocto cum momento piperis excipientes, ex hoc catapotia aut electuarium conficere. At in elleboro, quo ſeplaſiarii in officinis vtũtur, nullus conſpicitur cortex niſi tenuis, & fere perluſtris cuticula, qua medulla eius obducitur, ſapo ris amaritudine & odore à medulla nihil differens. Cui Meſue præcipuas tamen attribuit vires: Melior, inquit, pars totius plãtæ eſt radix, & melior pars radicis e medullatæ ſunt fuſtes, id eſt radicum ſarmẽta: & melior pars ipſorum eſt cutis, quam Græci τὸν φλοιὸν, id eſt corticem vidẽtur appellaſſe. Proinde mi Forſtere conſulo, vt interim

Pillulas Hali de elleboro deſcribit.

Meſue in capite de Elleboro.

Paulus Ægineta lib. 3. cap. 13.

Aëtius lib. 6. cap. 12.

Doſis pillulæ aut electi. de elleboro.

Meſue in grabadi. ca. de elleboro.

Ob id Oribaſius lib. 8. ſynopſeos cap. 2. veratro nigro abſque medulla contuſo vti iubet.

De Sesamoide hæc Dios. lib. 4. cap. 142.

ra ſura veratri nigri vtamur, donec aliud denſiori corticis cooperculo veſtitum inuenerimus. In album quoque ellebori, omnes Græcorum medicinæ auctores vtrunque ſeſamoides album & nigrum, aut ſi mauis maius & minus, conſcripſerũt. Semen herbæ ſui generis, in Anticyra creſcentis, ſeſamo, vnde nomen habet, ſimilimum, appellatur quoque (vt Paulus ait) elleborus Anticyrenus: quoniam pariter elleboro ſemen eius purgat. id enim veratro albo coniunctum, eius operationem proſperat & mitigat, ne conſtringendo muſculos pectoris ſuffocet. cuius mixturam Hippocrates in libello de vſu ellebori ad Democritũ, & auctor libri Regiminis acutorũ quarti, iiſdem verbis docent: Seſamoides inquiunt, † ſeſquidrachmæ pondere pertritum, ex aceto mulſo pótui datum, per ſuperiores partes expurgat. Admiſcetur quoque veratris, vt tertiam efficiat potionis partem. ſic quoque minus ſuffocat. Ob id vſus elleboriſmi cum ſeſamodei in Anticyra præparati cæteris ex veratro purgationibus præferebatur. Eſt ſane, vt Strabo in 9. Geographiæ libro aſſerit, Anticyra ciuitas Theſſaliæ, in ora Phocidis, ad ſinum Maliacum & Oetam montem ſita: illic elleborum vrbanum & mitius naſci ferunt, ac optime præparari. quocirca frequentes huc aduenæ confluunt, purgationis & curationis ergo. Etenim in Laconia pharmacum quoddam naſci tradunt, ſeſamorum ſemini perquam ſimile, cui permixtum præparant Oetæum elleborũ: quo Carneades Academicus ſcripturus aduerſus Zenonis Stoici libros, ſuperiora corporis purgabat, ne quid ex corruptis in ſtomacho humoribus

Seſami ſem. hiſtoria Gal. in lib. de alim. men.

Pauli li. 7. & Gal. lib. 8. eadem ſunt verba.

Alii drachmam dimidiam tantum potuit.

Ellebori Oetæi ex ſeſamoide præparatio.

Theophr. lib. 9. de hiſt. plant. cap. 11.

ribus ad domicilia vsque mentis redundaret. Propterea quoque Gellius ac Plinius tradunt, Liuium Drusum, Romanæ plebis tribunū, comitiali correptum morbo Anticyram nauigasse, vt in ea insula elleborum biberet: quo conualuit. Primas vero inter ellebori species habet elleborus Sesamoides, qui Pyra altera Octæ mōtis parte non longe ab Anticyra creuit, de quo Theophrastus de historia plantarum volumine nono ait: Elleborus, ad hæc eadem, non solum radice, sed etiam fructu vtilis est. siquidem in Anticyra fructu eius purgantur, quem Sesamaceum fert. Addebatur quoq; ad purgatorium elleborismi poculum, vt idem Theophrastus refert. elleborinæ semen, quem Plin. & Dioscorides Epipactida vocant. μίσγεται δέ, ait, πρὸς τὸν πόσιν, ὅπως τὸ ἐμέσιμον, τὸ τῆς ἐλλεβορίνης σπέρμα. τοῦτο δέ ἐστι πάσελον. id est: Miscetur autem in ellebori poculo, vt vomitiones adiuuet, elleborinæ semen: herbula autem hæc est Hæc breuis, vt inquit Dioscorides, frutex est, folia habet minima, quorum decoctum contra venena & iocinorum mala bibitur. Atqui in mense Martio ad Hercyniam syluam, & iuxta vltrarhenana Palatinorum oppida, Creutznach & Ingelheim intra Bingen & Maguntiam, locis incultis, enascitur frutex dodrantalis, ternis vt plurimum coliculis, per ambitum foliis abrotani vestitis: in quorum singulis folioſis capitulis, appetente veris initio, singuli flores instar florum camomillę flauescunt. quibus deciduis, succrescit folliculus, seminib. vulgaris diptami albi plenus, & pariter nigris. radices porro plures nigras, graciles & complicatas habet, vna ex cepoſa

De Carneade & Druso hæc Pl. lib. 25. ca. 5 Gell. lib. 17. cap. 15.

Theophr. li. 9. ca. 10.

Theophr. libr. 9. cap. 11.

Elleborinæ historia veteribus indicta.

infimæ caulis radice prodeuntes, radicibus veratri nigri per omnia ſapore & viribus purgatoriis pares: quas noſtri & Italorũ quoq; agyrtæ ῥιζοτόμοι id eſt radiciſeci, pharmacopœis noſtris & Venetorum pro veratri nigri radicibus vendunt: nec aliis eruditi Italorum medici, quod ego viderim, vtuntur. quibus & veterinarii noſtri mulomedici equos expurgãt: ex his quoq; clyſteria alui decoquũt. Hanc eſſe Dioſcoridis & Theophraſti noſtri elleborinam, quam πὰ πόδεον, id eſt herbulam appellat, & Plinii epipactida, & radices eius eſſe veratri nigri antiquorum ſuccidaneas, arbitror. Hæc Forſtere doctiſſime, vt tibi morem gererẽ, obiter conſcripſi: tu vero, & tui collegii, Nurmbergenſisq; Reipub. medici phyſici, ſi quid melius nouerint, aut rectius ſenſerint, me certiorem reddas oro. Vale. Verum in coronide huius Epiſtolæ, quod in LXVIII primæ Miſcellaneæ epiſtola ſcripſi, eius te admonitum hic quoque velim: nempe Gallos olim, & noſtra ætate Hiſpanos, virulentũ illud toxicũ ex elleboro, quod ipſi verdegambra appellant, conficere: quo tela eorum delibuta, quauis leui ſanguinis contagione & vulnere ceruos & feras omnes interimunt: id ex conſiligine fieri docui. Vale.

De Gallis id Gell. li. 17. ca. 15. Certum eſt, id ex elleboro albo, aut ex conſiligine eos conficere.

De eryngii, secacvl, et *Carlinæ radicibus.*
Epiſtola XXI.

DVm perplexas elleborũ radices, Georgi Forſtere medicorũ decus explico, idẽ mihi accidit, quod architectis quoq; accidere ſolet: qui dum

dum veterem macerię inſtaurare volunt, quū vnum demoliuntur lapidem, alii quoq; confertim corruunt: ita dum veterū elleboriſmum inſtaurare & veratri radices explicare laboro, en confeſtim in animum irruūt radices Eryngii, Secacul, Carlinæ, & Schuuirii: res ſane obſcura & difficilis. nā qui herbarū hiſtorias conſcripſerunt, pro nationum varietate, varia quoque ſubſtituerunt & peregrina, vel noua prius indicta nomina, aut ea obticuerunt, vt lector herbę aut radicis deſiderio cognoſcendæ exardeſceret. Sic Theophraſtus herbæ nomen & ſpęciem celauit, cuius cōtactu, ſepruageno coitu libidinis tētigo duraret. ſic quoque Plinius herbam, cuius morſu velut faſcino capræ obſtupeſcunt, ex profeſſo obticuit, dum ait. Dependet omnium capratum mento villus, quē aruncum vocant. hoc ſi quis apprehenſam ex grege vnā trahat, cæterę ſtupētes ſpectant: id etiam euenire, quum quandam herbam aliqua ex eis momorderit hanc nos quoque ignoraremus, niſi Plutarchus nobis in Sympoſio ſeptimo cognobilē hiſce verbis feciſſet, Ὁ τὸ ἡρύγκιον, ὃ μιᾶς αἰγὸς εἰς τὸ στόμα λαβόντος ἅπαν ἐφίσταται αἰπόλιον: id eſt, Et ipſum quoque heryngium, quod quū vna caprarum mordicus apprehenderit, totum ſubſiſtit & obſtupeſcit armentum, ſuos in illā vnam oculos coniiciens. Cauſam Plutarchus refert in Συμποσίοις, id eſt, vaporum effluuium & exhalationē, & virtutis eorum acuitatem, quæ ignis inſtar proxima quæq; depaſcit & diſpergit. Eryngion itaque frutex eſt, qui autumno foliis aculeatis inſtar ſtellarū radiis in capitulis riget, & ob id cētum capitum carduus appellatur: & quamuis longā radice

De ellebo riſmo Aēt. lib. 3. copioſe Paul. quoque.

De hac herba Theoph lib. 9. cap. 10. Pl. li. 16. c. 10

De capris hæc quoque Ariſt. lib. 9. capite 3. Plinius lib. 8. cap. 50. Plutarch. Sympoſ. 7. cap. 2.

Plutarch. de principum cum philoſophis commercio. Hygini inſtorium Dioſcorid. lib. 3. cap. 24. Manſſtheus.

Digitized by Google

in terra innixus, caulis tamen eius ramosus in autumno à radice diuulsus, ventorum flatu per cãpos & strata rotatur. Huius radix condita, diuretica. Insigne veneris fomentum erat antiquorũ Secacul cõditum, quod Barthol. Montagnana in suo consilio de subito virtutis deliquio, 114, his commendat verbis: De conditis, ait, concedãtur rapæ, oliuę, & bauciæ, ac secacul conditum. Et est, inquit, Eryngus planta quædã, cuius radices nodosæ sunt, exterius ruffæ, interius albę, sapore dulces: cuius stipes pedali altitudine eleuatur à terra, producens folia viridia & subalba, acuta veluti spina, facit florem stellæ cœlesti similimum. Hæc ille. Auerrois in 5. sui Colliget: Elgazcaria, ait, quod Hispani vocant Panicaldr, & Arabes Alchartama, & alii Secacul, in latino Eryngium dicitur: Secacul igitur Mesuæ conditum ex Eryngii radicibus, & non polygonati, quod Salomonis sigillum appellant, confici debere, cõstanter affirmo. Nec Chamæleontis radicem quisquã radicidii peritus alleret, cuius radix nigra & oblonga grauiter olet, trifariam in vertice fissa, excaulis, sola carduorũ humi sessilis, in terra serpit: ernacei modo aculeis in foliis riget, ac in medio eorum complexu ab radice caput breui pediculo fultũ echinatũ exerit. vnde flores purpurei emicãt, qui post vergiliarũ occasum in pappos fathiscunt, semine cnico non dissimili, in echinata capitis vacuitate derelicto: quibus abiectis, in mõtium salebris quotannis repullulant. Quæ cũ ab eryngii descriptione lõge euarient, Secacul quoq; non esse chamæleonta, palam erit: quem Arabes de schola Auicennę radicisseci, similitudine vocis dece-

Secacul Montagnanæ est eadix Eryngii.

Chamæleont. historia, Ebervvurtzel. Chamæleontem nõ esse Eryngium.

decepti, Chamæleam aut thymeleam, virulentũ quippe illud Mezereon, appellarunt: vtriuſq; vires quoq; indiſcretas conſcripſerunt, vt Leonicenus, herbarum acris iudicii cenſor, docuit. Qui vero viſciferum chamæleontem in Creta creſcẽtem viderunt, cuius incolæ viſco pennas ſagittis agglutinant, aiunt ſimilimum eſſe herbæ Carlinæ, cuius caulis à radice denudatus, paucis germinat foliis: in cuius vertice pappus quidã, tanquam cardui echinus eminet, latus, purpureus, aculeis vndique circumſeptus: quo à ſpinis expurgato, Itali cum ſaccharo aut melle conditum, ſtomacho frigido ſalutare cõficiunt. Hanc, quũ ſit de genere carduorũ Leonicenus cardinã mauult appellare. Alii vero Carlinam, à Carolo magno, dici cõtendunt: cuius radicẽ, efficax peſtiferæ luis antidotũ, angelus Carolo imper. indicaſſet. vt ea exercitũ à peſte expiaret. Ob id Carlinã, quũ ſit Carolo Imper. ab angelo indicata, ac præſens peſtiferæ contagionis pharmacum, noſtrã eſſe officinarũ Angelicã contendunt. Atqui cũ Carlina ſit de carduorum genere radix, & in lanuginoſo pappi echino ſemẽ ferat, quo noſtra angelica, radix illa Imperatoria dicta, caret, nullisq; horreat aculeis: quis obſecro, niſi mẽtis impos, aut oue amẽtior, eſſe Carlinam credat? Verum vt potius credã eſſe ſmyrniũ Dioſcoridis, aut Gallicum Ruellij laſerpitiũ, vtriuſq; deſcriptio, quæ ad vnguem per omnia reſpõdet angelicæ noſtræ, efficit. His arbitror me herbæ, qua faſcinantur capræ, ac radicum carduorũ nomina quæ medicis ſunt vſui, aperte deſignaſſe. Reliquum eſt, vt herbæ Theophraſti, cuius contactu Veneris pruritus vltra 70 coitũ vreret,

Auicenn. Canone 2. cap. de Chamæl. & Can. 4. Chamæleontã non eſſe Chamæleam, Leonin. de erroribus Plinii.

Carlinæ hiſtoria.

Chamæleontã eſſe Carlinæ ſimilem.

Carlinam non eſſe angelicã.

Smyrniũ exacte deſcribit Galen. lib. 2. de aliment. facul.

Epilogus.

Digitized by Google

nomen quoque prodamus. ſed præſtat illud obticere, ne hac maritorum ſeneſcétium loculi nūmis, & corpora viribus exhauriantur. nihil enim æque corporis robur labefactat, ſpiritusq; vitæ, ac venus coacta, diſſipat: vel arte parata, eneruat.

De Olvsatri Et Smyrnii radicibus. Epiſtola XXII.

QVamuis equo ſponte ſua currenti, nil opus ſit calcaribus: attamen mihi iam radicidio carduorum defeſſo, quorum radices ægre eruūtur, calcaria addis. Sed vide quæſo, Forſtere, ne ſenilis equus, vt Horatius ait:

Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.

Moiſor VVurzel vulgo dicitur. Hæc omnia Galen. lib. 1. de antidotis.

Obtrudis mihi hippoſelini ex Macedonia radices, quas alii oſtrutium, nonnulli aſtrancium, publico corrupto nomine, appellant: quum à natali earum ſolo, in quo creſcunt, ἐστιατικὰς eſtreaticas rectius veteres cognominauerint: cuius radix, & ex Macedonia ſemen, omnibus aliis, vt Galenus refert, præfertur: creſcit vero eius exigua in abrupto monte Eſtreatico copia, quā tamen inſtitores per orbem terrarum paſſim circumferunt. ſed ſicut ſub nomine mellis Attici, & vini ex Italia Falerni, alia quoq; magni veniunt: ſic pro Macedonico petroſelino, illud quod in Epiro vbertim cr̄eſcit, circumfertur venale. Illius amaritudine tota theriaca inficitur. Hoc Latini, ob ſeminis radiciſque atrum externe colorem, Oluſatrū: Theophraſtus vero Hippoſelinum, id eſt, eque-

De oluſatro hæc Gal. lib. 2. de facul. aliment.

ſtre

ſtre appium appellarunt, quod Theodorus Gaza Equappium vertit: rectius vero, vt Marcellus ſẽtit, pro Hippoſelino grande appiũ reddidiſſet. nã ἵππος animalium appellationi coniunctum, equile quippiã, vt hippocentaurus, equeſtrem taurũ: herbis vero cõiũctũ, earũ inter congeneres proceritatem & magnitudinẽ ſignificare, hippomarathri ac hippolapathi exemplis probat. Atqui ſi Marcello cognitum fuiſſet, σέλινον, id eſt Appium, equis eſſe ocioſis ſalubre pabulũ, veriorem nominis hippoſelini etymologiã reddidiſſet. quod ob id Homerus Achillẽ, ocioſis Phœnicis & Vlyſſis legatorum equis dediſſe, ita cecinit 2. Iliados:

Vide Theophraſtũ lib. 9. ca. 1. de natura plant.

Virg. Marcelli in etymo hippoſelini error.

-- ἵπποι δὲ παρ' ἅρμασιν οἷσιν ἕκαστος
λωτὸν ἐρεπτόμενοι, ἕλεόθρεπτόν τε σέλινον.

Appium quare hippoſelinũ dicatur.

ἕστασαν. id eſt: Stabant equi iuxta currum quiſq; ſuum citiſum & paluſtre ſelinum, appium ſcilicet, depaſcentes. Huius pabuli phyſicam rationẽ Plutarchus in quinto Sympoſio cap. 4 talem reddit:

Verba Plutarchi Sympoſio 5. cap. 4.

καὶ γὰρ τοῖς ἵπποις ἐμβάλλει μετὰ τῆς ἄλφης χορτασμάτων τὸ σέλινον, οὐκ ἀλόγως, ἀλλ' ὅτι βλάπτουσι μὲν οἱ κολάζοντες ἀσειτίᾳ τοὺς ἵππους, ἔστι δ' οὗ που μάλιστα ἴαμα τὸ σέλινον. Etenim, ait, & equis obiicit cum aliis pabulis appium, & non temere quidem. nam vacantes à labore conſueto equi, pedum vitio offenduntur, cuius præcipuum remedium eſt appium. Quare quum huius pabulum equis conferat, merito hippoſelinum, equorũ appiũ, cognominabitur. Cæterum hippoſelinum ac ſelinon, quod Homerus ante ἑλεόθρεπτον, id eſt paluſtre appium dixit, Sion, & ipſum Petroſelinon ac Smyrnion, plantæ ſunt adeo congeneres ac tanta virtũ quoque affinitate coniunctæ, vt altera alterius

Hippoſelinum, petroſelinũ, Sion, Smyrniõ, nomina commutant.

nomen ſibi apud rei herbatiæ auctores arroget. omnes namque & menſes & lotium proritãt, nec auctores eas diſcernunt, niſi quod Aetius hipposelinon melan id eſt oluſatrum, maius habere ſemen ait, & viribus appio præpollere, petroſelino vero eſſe imbecillius. Nec quiſquam hæc melius diſtinxit, ac ex his delicatiora obſonia & acetaria conficere, quam Galenus noſter docuit, in libro de Alimentorum facultate ſecundo: quem vt nocturna diurnaq; verſes manu, fideliter conſulo. Vale.

Aetius lib. 1. Paulus lib. 7. eadẽ docent.

De Pestis a Febrili Ardore, & ſynocha dinotione, & ſignis.

Ad Martinvm Langivm fratrem.

Epiſtola XXIII.

Accepi nudiustertius, Martine Langi, tuas à triſti tabellario literas, mœroris plenas: quib. ſignificas, vobis certa peſtis futuræ auguria obſeruari, quæ te ob dilectam coniugem & liberos varia macerẽt ſollicitudine. Nam præter hoc quod anni quatuor tempora, ſuas in veſtro climate euarient temperaturas, æſtaſque veri fiat ſimilis, regio quoque veſtra nubibus aſſiduis pluuioq; madeſcit ab auſtro, ac barbigeri ſubſidere cometes, igniuomi quoque in aere dracones & trabes ardentes ſeſe vibrent: & quamprimum illuxerit, nebulæ fœtentes, velut ex Charoneis antris exhalantes, ſolem obumbrent: cicadarum quoque turbam, ignotis ex Aphrica volucribus con-

Hippocr. 3. Aphor. 4. & 6. & lib. Epidemiarum. De his ex aëre impuro impreſ. Ariſtot. 1. Meteor.

Digitized by Google

concomitatam, sturmatim aduolare, vestras vero auiculas auolare, aut vna cum pecoribus & apris pabuli contagione infectis subito in nemoribus concidere, vt Silius Italicus de vobis triste illud pentastichon scripsisse videatur:

Silius Ital. lib. 2. de bello Punico.

Vim primi sensere canes, mox nubibus atris
Fluxit deficiens penna labente volucris.
Inde feræ siluis sterni, cum serpere labes
Tartarea, atque haustis populari castra manipulis,
Arebat lingua, & gelidus per viscera sudor.

Et addis sollicitus, quamuis hæc parui momenti nobis videantur pestis indicia futuræ, solere tamen (vt Cleombrotus apud Plutarchum ait) nõ raro parua magnarum rerum esse indicia. πολλοὶς δὲ τῶν ἀράχνιων πλῆθος προδηλοῦσι, καὶ θέρους ἐπιγενοῦς, ὅταν κορώνης πόδι σύκινα γένηται, ἐαρινῆς ναυπλίας: id est, Aranearum multitudine pestifera fore æstas: vernis vero ficus foliis, cornicis pedẽ adæquantibus, tempestiua veris nauigatio indicatur. quod & Hesiodus in ἔργοις ita lepide quoque monet.

Plutarch. de oraculorum defectu.

Parua sunt magnarũ calamitatum signa.

Ficus folia æstatis gignum.

Matth. ca. 24. Marc. 13. Luc. cap. 21. in Euangeliis quoque testantur.

Ficus folia veræ nauigationis signa.

πάλλος δὲ ἐπιγενὸς πέλεται πολιὸς ἀνθρώποισιν,
ἦμος δὴ τὸ τρίτον τόσσον τ' ὀπιθάσσει κορώνη
ἴχνος ἐποιήσειν, τόσσον τ' ἐπὶ κύμβαλ' ἀμῆρι φανείη
ὥκεος ἀκρυπέτηι, τότε δ' ἄμβατος ἔβρι θάλασσα.

Pari ratione scribis, parua puerorum exanthemata, quæ vobiscum increbrescant, magnorum pestis apostematũ fore indicia. His quoque calamitatibus, quarum nulla sola est, ais accedere famẽ

Digitized by Google

ob annonæ, solis calore nõ concoctæ, caritatem. Proinde vereris, ne vobis accidat, quod Galenus, & Iulius Cæsar Massilienſibus accidisse tradunt, qui obsessi, ob annonæ inopiam veterem panicum & ordeum exoletũ comedere fame coacti, plures peste quam hostium armis interierint: quorum me ex animo miseret. Nam, vt Libanius in Apologia Achillis ait præstat occidi ferro, quã peste mori. Illud quidem virile & honorificum, hoc vero commiserabile. σημεῖον γὰρ ἐστὶ τῆς ἔξω θεοῦ δυσμενείας: id est, Dei enim hostilis inclementiæ signum est. Ex hac signorũ syndrome, lctibis certa te cõiectura assequi posse, te tuosque municipes dira futuræ pestis mala manere. Proinde obnixe oras, vt generalem & compendiariam illam curandæ pestis methodum, quam ante triennium cõpulsus amicorum precibus, verius abortiuerã quã ediderã, remediis conscriptis, locupletare velim. Hæc tua nullius frugi, Martine Lãgi, petitio, adeo mihi stomachum mouit, vt in te fere omnem eructallem bilem: qui ab auita nostra stirpe degenerare videris, quæ semper medicos suos in rationali Hippocratis curandi ægros methodo educauit, ac fouit: à quibus ad impostorum experimenta, quæ delira aliqua anus docuit, deflecre, & tanquam canis ad vomicum redire videris. Nonne dudum à me accepisti, duos esse in re medica impostorum ordines? quorum primi Vromantes dicuntur, ex lotio diuinatores, qui ex solo vrinæ iudicio, de substantia & causa ægritudinis ob vile precium, quo nec triobolare scortum prostat perfricta frõte nugari, diuinare (ignosce) dicere volebam, non erubescunt: quũ sit periculum

De annona & tritico hæc Gal. lib. 2. de natura hominis.

Præstat ferro, quam peste mori.

Langii familia medicorum.

Duo medicorum genera. Vromantes medici.

d by Google

lũ in nullo mendacio (teſte Plinio) maius & pernicioſius: qui ſunt in republica ægrorum pernicies, rei medicæ calamitas, & Libitinæ prætides. Alii ſunt & dicuntur Receptarii, qui à pharmacopœis & chymiſtis abſque vlla ratione integros receptorum faſciculos colligunt & recipiunt, quibus plauſtra onerare poſſent: qui neglecta morborũ per cauſas naturales cognitione & dinotione, ſola experimenta conſectantur: qui certe (vt Plinius inquit) diſcunt periculis noſtris, & per experimenta impune mortes agunt. Quod & Hippocrates in lege ſua conqueritur, à cuius doctrina deficere nephas eſt. At recta morbi medicamenta, non pharmacopœus aut chymiſta, ſed recta morbi, & illius cauſæ per ſigna pathognomica cognitio, indicat & ſuppeditat: quam abſque Theorematum philoſophiæ naturalis doctrina tibi cõparare ægre poteris: quam nec primis labris, aut vix vt canis de Nilo, deguſtarunt: & tamẽ illotis manibus ſacrum medicinæ adytũ ingredi audent. Verum non intromittêris, Martine, niſi philoſophia fores patefecerit, & illi⁹ ſacris perbelle fueris initiatus. Verum quum tanta ſit aliquãdo indiſcreta morborum ſimilitudo, vt morbi congeneres etiam à cauſarum peritis ægre dinoſci poſſint: vt ſi hyſtericis, matricis ſuffocatione laborantib ea quæ epilepſiam curare, nõ adeo diſſimilem morbum, expertus es: aut febre ardenti vel ſynocha æſtuantibus, ea quæ peſtilentẽ curare febrem quoq; continuam, nempe oleum illud ex calchanto, aut ex theriaca aquã illam vitæ, lento quouis vaporarii igne, arte chymica elicitam, expertus es, obtuleris: nunquid

Plin. lib. 29 cap. 1.

Medici receptarii experimẽtorum.

De medicorum impunitate Hippoc. in lege ſua, & Pli. li. 29. c. 1.

Philoſophia medicinæ rudimenta præbet.

Morborũ ſimilitudo medicis impoſuit.

Quam necessaria sit morbi cognitio.

ægrum perdes, ac reus mortis iudicaberis? Quod si morbum præcognouisses, in illud periculum te, tuumque ægrotum non coniecisses. Cita nempe (vt Heliodorus in Historia Æthiopica scribit) morbi cognitio, expeditam illius & facilem curá præstat: quam silentium & dissimulatio ægre curabilem reddit. Proinde quum in arte medica morborum cognitione nihil sit prius ac præstátius, & morbus iste pestifer non ferat inducias, operę precium erit, vt illius à cæteris febribus dinotionem acri expendamus iudicio. Hanc vro mantes vestri medici ex lotio discernere non possunt, quod in hoc morbo vrinæ sanorum Auicéna dixit esse similimum. Licet sanguis aliique humores & spiritus virulentæ contagionis labe cõspurcentur & labefactentur, non putrescunt tamen nec mixione, vt in febribus putridis, principio conturbantur: sed substantia, colore, sedimento laudabiles conspiciuntur. Cæterũ quisquis pestiferæ luis morbos ab aliis secernere voluerit, huic preciũ operæ erit, vt diligẽter obseruet, an ex cõmuni causa cõmunis quoq; morbus populariter grassetur κοινὸν, ait Galen. ἀπὸ τῆς κοινῆς αἰτίας ἐνόσησεν νόσημα. Ob id Hippocrates morbos epidemios, aut ex διαιτημάτων, id est victus ratione: aut ab aeris quo viuimus inspiratione oriri asserit, si putrida exhalatione infectus fuerit, cuius signa in literis tuis abunde recensuisti: aut diætæ vitio, vt Massilienſium in obsidione pestis, qui frumenta vetustate marcida ederant: & exercitus Germanici Cæsaris, qui ex putido fonte aquam mineras olentem biberat: & qui in Æno legumnibus assidue vescebantur, hi stomacacia & scelotyr-

Vrina pestem non indicat, vt Gal. lib. 3. de prænotione ex pulsu, & Auicen. Cano.

Compendiaria & certa pestis cognitio.

Communes Epidemiæ causas Hippocr. & Gal. lib. 2. de natura hominis.

Ex vitio diætæ pestis.

Ex epistola de nouis morbis repetita.

Digitized by Google

lotyrbe oris crurumque vitio pene omnes laborabant. Ex his vulgaribus morborum causis Epidemiales, id est vulgares quoque morbi hac ratione enasci solent. Quamprimum igitur de communi morborum causa pestiferæ seminaria huius orta per pulmonem aut alios meatus quosuis in arterias aut venas irrepserint, sanguinem coinquinarunt: tum primum stomachus nauseat, vniuersa corporis moles lassitudine & somnolentia torpet. Calor intra præcordia æstuat: longe tamen mitior, quam in aliis febribus continuis, per artus velut in febre hectica expanditur: quoniam non tanta humorum putredine quanta in ardenti febre causone, succenditur virus enim absque humorum putredine necare potest. Vnde accidit, vt plerunque pulsus & vrina in principio sint sanorum simillima: sed lenta illa febris vaporulentis de lue virulenta vaporibus, quauis putredine pernicioribus, cor fontem vitæ obsidet: vnde pulsus arteriarum exilis & imbecillis dispari motus tempore diastolem eius & systolem metitur. Si vero cordis robur & vires constiterint ex pultrices vegetiores, tum noxios humores vel in principio adhuc incoctos ad emunctoria protrudit vnde bubones pestiferi, & anthraces carbonum modo vrentes, nigri, enascuntur: per quos natura vel sese exonerat, vel tanquam viribus exhausta, in crisis conflictu, succumbit. His signis pathognomicis, quæ sunt inseparabiles morborum comites, & accidentia substantialiter (vt Gal. ait) illis adhærentia, hanc pestilentem febrem, ab aliis facile discernere poteris. Quod si hæc ad illius exactã cognitionem nõ sufficerint, lege quæ

Signa pestis pathognomica.

Nota, veneum in corpore absque humorum putre ine absolute.

Quid signum pathognomicum.

ſo Galenum libro tertio de Prænotione ex pulſibus: is illius cognitionem ad amuſſim te docebit. Si vero receptarii tui medici, illius alexipharmaca deſiderauerint: horum ingentem ſyluam apud Arabes, Græcos, & Latinorum medicos reperies, apud quos vix eſt vllus medicorum, qui non libellum de peſtis cura ediderit, vel ex aliis tranſcripſerit. Aut ſi horum lectionem faſtidis, ſcrutare cauſam & naturam morbi: & hæc agnita, non tantum morbi remedia, ſed curationis quoque methodum per contraria indicabit & edocebit. Vale tu: & valeant tui vromantes & receptarii medici, ac veſpillones: qui ſuis experimentis ex omnib. antidotis ſcrupulatim coacernatis, abſque morborum cognitione, commode vti nunquam poterunt.

De Arabvm, ex Cervorvm lachryma, Bezehardt.

Epiſt. XXIV.

De Medicis Alexd. Gal de natura hominis, in fine lib. 1.

CREDE mihi Martine Langi, me ex animo gauiſum, quum à tabellario audierim, te non deſidem, vt Alexandrinorum medicos, domi ocio inerti traducere vitam: ſed ſanitatis ergo, hyeme per niues ſectari aprorum veſtigia: æſtate vero per opaca ferarum nemora & valles, telis vnguento Hiſpanorū ex elleboro illitis, traiicere ceruos: ſimul quoque medicas colligere in montib. herbas & radices. Quid ni enim (inquit Euſebius) atroces illas beſtias, exercitationis bellicæ gratia diuinitus productas diceremus? Nihil.n. magis corpus ad labores, & animos ad reſiſtēdum hoſti corroborat, atq; venatio. Nec igitur tātum cor-

Euſeb. de præpar. euangel. lib. 8 cap. 5: Xenophon de venatione.

corporis robur honesto illo veterũ venationis exercitio, sed etiam contra pestem (quod proxime obnixe petieras) & omne iobolorũ virus & φλαρτίεια medicamentum alexipharmacum comparare possis, quod Arabes ex ceruorum lachrimis coadunatum Bezchardt appellant: quo studio & opera id venatores Siciliæ & Indorum inquirãt, ex Auinzoare, non illaudato Arabũ medico, te, vt affinẽ meũ percharum, docebo. Theomnestus quippe, grauis veterinariorum medicinæ auctor, scribit: ceruos, vermes intestinorũ inuolucris implicitos, serpentiũ esu enecare, quos ex cauernis narium spiritu eliciunt: & ne illorum virus ipsis obsit, ad fontes aquarum accelerant, quibus ad labra vsq; se immergunt: tum oculis lachrimæ lẽte destillant, quæ viscedine sua coagulatæ, in angulis oculorum in lachrimas nucis iuglandis põdere coalescunt. Deinde quum sese veneno exoneratos senserint, aquã egressi, in latebras diuertũt & vt lapis ille, visus obstaculum, decidat, caput arboribus affricant. quem inuẽtum, vt Bezchardt contra quoduis venenum antidotum efficacissimũ, venatores Siciliæ & Orientis magni vendũt. De quo Auenzoar Arabs, pondus trium granorũ ordei, in lacte aut aqua cucurbitæ vel rosarum dissolutum, filio, Hali regis contestabili, potandũ dedit, & cum à virulenta ictericiæ aurigine liberauit. Scribit quoq; Scribonius Largus, ceruis Siciliæ in angulo oculi, qui nares versus vergit, nasci sordes, quas venatores cõtra omne iobolorum virus & pharmaca deleteria in † cincto deferãt. Has ego sordes ex patulis infra ceruorum oculos foraminibus erui, & in solo papyri inuolucro be-

Theomnestus lib. 1. artis veterinar. Plin. li. 8. c. 27.

De ceruorum lachrimis, Abynzoar libro 1. tract. 15. cap. 6.

Lapis Bezchardticus.

De lapide Bezoartico Scribonius c. 165.

Per cinctũ intellige capitis Turbarũ inuolucrum.

Digitized by Google

ne olentes per ſeptennium illibatas ſeruaui. Quãdoquidem vero nemo Scaligero lachrymã cerui exactius deſcripſit, operæ preciũ erit, ſi eius verba ex libro de Subtilitatib Cardãi hic addidero. Ante centeſimũ, inquit, annum in ceruo nulla eſt lachryma. Poſt eam ætatem accreſcit, ad oculi cãthum, ipſis oſſibus, atque in os protuberans concreſcit, ea duricia, qua cornu ſuperet. qua parte prõinet, rotunda eſt, inſigni nitore, coloris fului, nõ ſine veſtigiis atriorũ venularũ: tanta læuitate, vt pene tactũ effugiat. ita enim ſeſe ſubtrahit, vt propẽodũ ſeipſam mouere videatur Aduerſus venenа remediũ præſentiſſimũ. Peſte correptis datur cum vini momẽto: vnde tãtus cietur ſudor, vt pene totũ ſolui corpus credas. Quũ hæc in circulis aliquãdo recitarem, vnus ex his, qui è legatorũ cõitatu rerũ Aſiaticarũ cognitionẽ profitebatur, negabat ad ceruũ quicquã attinere, ſed eſſe vero lapidẽ. Egoilli poſtridie oſtẽdi, qua parte ex oſſe fuiſſet auulſa. hãc Solimánus olim dono dederat Samblãcardo trierarcho: at ea ego poſtea, eius filii Bernhardi Orueſani munificẽtiam expertus ſum. Hæc Scaliger exercitio 112. Captos quoq; apros & ceruos illachrymare, Plutarchus aſſerit: at ceruorũ lachrymas ſalſas, aprorũ vero eſſe dulces. Diuerſis huius ſaporis cauſam Plutarchus hanc eſſe arbitratur, quã in calorẽ & frigus vtriuſque animalis his verbis refert: καὶ ψυχρὸν μὲν ἔλαφος, πυρὶ θερμὸν δὲ ὁ τυρός. ὁ σῦς. διὸ μὲν φεύγει τοὺς διώκοντας, ὁ δὲ μάλιστα κατ' ὀσμὴν ἐμβάλλει τοῖς δάκνουσιν. πολλῆς γὰρ ὄντος τοῖς ἥμασι θερμότητος φερομένης, &c. i. Animal frigidũ ceruus, ardẽtis vero calore ignis aper: vnde ille perſecutores fugit, hic vero atroci ſe

De aprorũ & ceruorũ lachrymis Plutarchus Sympoſio 7. ca. 2. & de cauſis naturalib.

Digitized by Google

ſe dente ira inflãmatus vlciſcitur. Aper ira inflãmatus, copia caloris ſpirituũ ad oculos exhalãte, ſpiritus in lachrymas eliquat. Et eius, inquit Xenophon, recenter occiſi dentes adeo feruent, vt crines, aut ſetas, ſi quis admouerit, exurant. Aliã quoque Empedoclis de lachrymis vtriuſque animalis rationẽ Plutarchus ſubiungit: quã, vt in hac ingeniũ tuum exerceas, tibi relinquo interpretãdam. Et ne fabulam de ſororum Phaëthontis lachrymis eſſe putes, hunc lapidem ex India ad Luſitanos allatum, Amatus Luſitanus, Dioſcoridis interpres, ſe vidiſſe gloriatur. Vale.

Xenophõ in lib. de venat. ad Cyrum.

De Febrivm Periodi Cavsa.

Epiſtola XXV.

Literas tuas, quas crebro Adolphe ad me dediſti, caprarum pellib. inſcriptas arbitror. Nã, vt Archelaus ſcribit, hoc caprigenũ pecoris genꝰ nunquam carere febre, ita quoque literæ tuę nũquam theorematibus de febribus carent: quorũ qui imperitus fuerit, Mulomedici cognomine indignus erit. Quæris quæ nam ſit febrilis periodi cauſa Quam vt explorare poſſim, & te deſiderii tui compotem reddere, febriũ ab origine naturam paulo altius repetã. Principio febris in ephemeram putredinis expertem, ac in putridam, diuiditur. ephemera vero accidit, dum ſpiritus in corde, caloris clibano, exercitio, ſolis æſtu, coitu, inedia, vel dolore plus æquo incaleſcunt, aut ex quouis catharrhali à capite ad articulos vel adenes defluxu, aut ab epate ad emũctoria, per muſculorum neruos humores deferuntur: tum ca-

De capris hæc Plin. lib. 8 c. 50. M Varro lib. 2. ca. 2.

Ephemeræ variæ cauſæ & ſpecies. Aetius lib. 5. Paulus lib. 2. & Galen. ad Glauconẽ.

Febres catar. Actius lib. 5.

lor ducibus ſpiritibus interna ſubit viſcera, corpus febrili horret rigore: tandem calor adauctus, ex alto regurgitat, ac per corporis molem expanditur: & quum putredinis fomento careat, in vnius diei curriculo diſſlatur. quod Galeus hiſce verbis affirmat: In qua corporis parte calor à dolore vel humorum, vt in bubonibus, affluxu, aut ſanguinis ebullitione accenditur, in eandem ſanguis vna cum ſpiritibus decumbit, & alia corporis membra exanguia calore deſtituta horrent. At hæ febres, quæ in arthritide, podagra, catarrhis, bubonibus, & puerorũ exanthematibus medicos imperitos valde perterrent, omnes, vt verbo dicam, ſunt deſluxuum germina & partus. At vero de numero putridarum febrium, quædam ſunt continuæ, aliæ vero interpolatæ. De genere vero continuarum ſunt, cauſones & ſynochæ: quarum vnus tantum paroxyſmus ad criſim vſq; creſcit, aut decreſcit: & à materia intra venas recõdita putreſcente gignuntur. Putreſcit autem humor omnis in venis humorum lentore, craſsitie, vel copia obſtructis, aut anguſtis meatuum conceptaculis infarctus, adeo vt diſſlari non poſſit, niſi bilis per venarũ poros, vt in ictericia, apertos eruperit, aut aperta vena ſanguinẽ confertim extraxeris ad animi vſq; deliquium. quẽ morbũ febris illa Græcis dicta συντηξεως, colliquationis viſcerum, vt peſtifera quoque, non raro excipit & comitatur. Aliæ ſunt febres putridæ interpolatę, quæ ſuos cum ſtato periodorum tempore habẽt paroxyſmos, in quib. humores putreſcentes, virtutis expultricis virib. èvenis ſupra molẽ corporis, diſperſi, eorũ acrimonia horrorem ac rigorẽ pro

Alterа febrium putridarum diuiſio.

Putredinis cauſa venarum obſtructio, & prohibita euaporatio.

De ictericia febri ſuperueniente. Hippocr. lib. 4. aphor. 64.

De phlebot. ad ſyncopin Galen. lib. 9. Methodi.

De febre colliquefaciente tabifica, à Gal. lib. 3. de acuto-

ritant,

ritant,febremq; putrilaginis feruore accendunt. Quod Aetius Amidæus his verbis quoque affirmat,οἱ χυμοὶ κῆ ἕ σώματος φερόμενοι, ἐκπίπτοντες ἔξω τῶ αἵματος, πυρετὸν ἀνάπτουσι. Paroxyſ. vero reduces fiũt, aut ob malã & perdurãtem in parte affecta diſpoſitionem, qua excrementa humorum putrida regenerantur: aut ob virtutis ſanguinem digerẽtis imbecillitatem, vel vitioſam victus rationem ob quam & Gal. fatetur ſe quotãnis laboraſſe febre, donec parentis monitu ab eſu fructuũ & crudorum ſibi temperauit. Cæterũ, cur paroxyſmorũ periodi ſtato temporum interuallo redeant, nec Gal. nec Raſis aut Auicenna, vel quiſquam medicorum rationem, quã tu quæris, nobis reddidit, præter Alexandrum Aphrodiſęum, qui in Problematibus ſuis inquit: Quo minus materiæ ſubeſt, eo lentius redit acceſſio: qua ratione quintana, ſeptana, ac nonana committi poteſt, pro materiæ vitiatę quãtitate. ita enim à natura comparatum eſt, vt ſanguis qui noſtra aleret corpora, eſſet largior, continuãmque putreſcens ſuccenderet febrem. Secundum vero locum pituita obtinet: nã & hæc corpus alere poteſt Bilis flaua vero tertium occupat, quoniam ob ſuã acrimoniam nihil alimenti præſtat, at atra bilis ſortis eſt poſtremæ, naturę infeſta, quæ membra exedit & interimit. Redeũtis igitur ſtato tẽpore periodi paroxyſmorum cauſam explicui, ne dum eam ſcruteris, id diſcriminis tibi accidat, quod Ariſtoteli contigit: qui dum in Chalcide exularet, & Euripi anguſti in Euboia freti, ſeptiesinterdiu noctuq; alternis fluctibus ſtato tẽpore reflui, cauſã reddere non poſſet, mœrore contabuit, & mortuus fertur.

rum dicta, & lib. 3. epidemiarum.

Verba Aëtii lib. 5. Paroxyſmi redeũtis cauſæ. Galen. de ſe hæc in libello de boni & mali ſucci cibis.

Interualli periodorũ cauſa Alex. lib. 2. Proble. 8. & 54.

De Euripi fluctu Ariſt. lib. 2. Met. ca. 7. Pomp. Mela, Cicero lib. 3. de natura deorum. De Ariſto. morte hęc Iuſtinus Martyr

contra gentes, Petrus Cun. lib. 10. cap. 3. Plutarch' in eius vita.

Vale: & in amicitiæ fœdere sis oro Euripo constantior.

SVDORIS CALIDI ET FRIGIDI *discrimen. Epist.* XXVI.

De sudoris obseruatione lib. 5. Epidem. & Galen libro 3. de loc. affect Galen. lib. 4. de salubr.

VEteres medicorum coryphæos in dinoscendis ægrotorum morbis plus sudoris calorem, odorem & saporem, quam lotii differentias obseruasse, vel ex hoc coniicere poteris: quod sudores in balneis strigili exceptos & olfecerunt, & degustarunt. Nã sudor, vt Gal. de salubrib. ait, omnium humorum per vniuersam corporis molem redundantium index est: sed vrina solum illorum, qui in conceptaculis venarum continentur. Ex sudore quoq; de crisi salubri aut letifera diuinabant. ob id Hippoc. in Prognost. & Aphorismis: Frigidi (ait) sudores cum febre acuta mortem, cum mitiori autem longitudinem morbi significãt. Hic verò cõtrouersa, sub iudice quantũuis perito, lis est, an frigidus in febrili ardore sudor, de corpore erumpere possit, in quo interna viscera & præcordia febris æstu ferueant? Quis denique (obsecro) sudor calidus vel esse vel dici poterit? cum tactu omnes esse frigidi deprehendantur, etiamsi ab humoribus calidis emanauerint. Res vero mediusfidius obscura: quam præter Hippocratem, nemo penitus perspexit. Hanc, vt tui fauorem Adolphe demerear, paucis illustrabo. Non enim veteres ex sensili sudorulenti madoris qualitate, sed ex humorum dispositione, copia, calorisque naturalis vigore, quem Hippocrates naturam appellat, calidus aut frigidus-

Hippoc. lib. 1. prognost. ca. 11. & lib. 4. Aphor. 37.

Sudoris qualitas vnde discernatur.

gidusne ſit ſudor cenſebant : ſudorem quidem frigidum, humorum copia, & caloris naturalis inopia, qui humorum cruditate ſuffocaretur, iudicabant. Calidus, inquit Hippocrates, ſudor de præcalefacto malo, & exuſto ac attenuato, debili & non valde multo, ſecernitur, & neceſſe eſt ipſum calidiorem de corpore excerni. Frigidus autem de ampliori malo ſecernitur, & de eo quod reliquum eſt, adhuc validum & non putrefactum, neque attenuatum, nec exuſtum, & frigidior ac craſſior & graueolentior prodit. nam qui frigidum exudant, è longis morbis ægrotant, inualeſcente malo ex eo quod in corpore relinquitur. qui vero calidum exhalant ſudorem, citius à morbis liberantur. Cæterum hanc cauſam Hippocrates libro de diæta altero luculentius his verbis explicat : Calefacto, inquit, ſanguine, quum reliquum corpus per ſpiritum purgatur, tum quod compactum eſt, caleſcens attenuatur, & ſimul ex carne foras ſub cutem extruditur. Atque hoc, inquit, ſudor calidus vocatur. At certe hic quum per cutẽ natura frigidam, obœſa ſubſtrata ſubſtantia, erumpit, tũ ſpiritus vaporulenti, vna cum calore ſudoris diffiantur, & cutis frigore ſudoris ille in cute & poris derelictus mador infrigidatur. Ob id Galenus inquit : Euacuantur ex cute ſudores, quam frigidam eſſe contingit, quamuis ea quæ ſunt ſub ipſa cõburuntur. Proinde accidit, vt ſudor qui à calida ſcaturigine emanat, diſſipatis per poros ſpiritibus, cutis tepore infrigidetur. Ob id erudito problemate quærit Ariſt. quam ob cauſam calidi ſudores frigidis meliores habeantur?

Verba Hippocr. lib. 1. de morbis.

Gal. lib. 4. Aphor. 37.

Sudor frigidus de materia calida. Probl. Ariſtot. ſectione 2. Probl. 35.

Digitized by Google

Fœtentis sudoris causa Aristot. sect. 2. Proble. 6.

Scite vero respondit, quod omnis sudor excrementi cuiusdam secretio est: parum autem excrementi amplius incalescere cõsentaneum est: plus autem, non æque, sed minus. Itaque sudor frigidus excremẽti multi indicium est: quocirca morbos quoque is facit longiores. Hęc quoque sudoris excrementa si spirandi libertate caruerũt, putrescunt, & male quoq; olent. Adde quod sudor non raro cruẽtus quoq; emergit. nam si sanguis, inquit Aristoteles, immodice humescit, morbus infestat. sic enim in speciem saniei & ichoris diluitur, & adeo serescit, vt iam nonnulli sudore cruento exundarint. Videsne, quam perbelle Aristoteles Hippocrati nostro succinit? Neuter tamẽ, quibus signis calidus à frigido sudor discernatur exacte docet. De quibus quid tu sentias, oro reddas me certiorem. Vale.

De sudore cruento Aristot. li. 3. de natura animal. cap. 19.

De Triennali Puellæ Spirensis inedia.
Epistola XXVII.

A Partu Christiparæ virginis anno supra mille quingẽtos, quadragesimo secũdo, Reuschi, Lipsensis medicorum Academiæ decus, dum Ferdinãdus Romanorũ rex vna cũ sacri Romani Imperii proceribus ad Comitia, à Carolo Imperatore Spiræ indicta, adueniſſet, consulturus quibus copiis & viribus sæua Solymanni Turcæ tyrannis, atrocis ex professo Chiisticolarũ hostis, labefactaretur, ne adeo impune in Christi cultores grassaretur: vbi tu quoq; aderas: tum fama, de triẽnali puellæ inedia, quæ in pago cui nomen Rodt,

Digitized by Google

De inedia & morbo puellæ historia.

Rodt, à Spira Imperiali ciuitate in littore Rheni sita, duo miliaria, Spirẽsis diœcesis, distante nata, passim increbuerat: quæ dum primum capitis dolore, ventrisque torminibus affligeretur, nec quicquam anilia mulierc̃larum medícamenta conferrent, cœpit plus cibum quam potum fastidire, doloreq; neruorum in brachiis & cruribus robur relaxari. quod edocta ab anu quadam, radicum & herbarum decocti fomentatione fertur recuperasse. sed vna cibi potusque omne desiderium amisisse: adeo, vt quamuis ab incredulis variis obsoniorum illecebris & belluariis, quibus ętas puerilis oblectatur, attentaretur, frustra quidem, nec parentum precibus adigi potuerit, vt quicquam esculẽti vel potus, vel primis labris saltem deguſtaret. quam inediam, quum vltra biennium sustinuisset, nihil excrementorum nec per aluum aut vesicam excreuit: ad nomẽ tamẽ matris, & suorum desiderio, absens affatim illachrymabat. Pituitæ mucos per nares abunde emungebat, nec suæ auribus sordes deerant. Rex itaq;, eiusque à cõsiliis proceres, tam diuturni omnis alimoniæ fastidij admiratione cõmoti, veriti quoque ne quid fraudis (vt olim in Augusta Vindelicorum vrbe, & nuper in Anglia anus, prætextu religionis, solertis etiam ingenij viros deceperãt) subesset, illustrissimus inquam Rex Ferdinandus puellulam, nullius sibi fraudis consciam, Spiram accersitam, nouis indutam vestibus, medico suo & alteri cuidam suorum à cubiculis, viris spectatæ fidei, nocturno diurnoque tempore in eorum ædibus obseruandam dedit. Verum quum nihil fraudis in ea deprehenderetur, cuncta quoq; di-

Digitized by Google

ctis correſponderent, Rex, pro ſua genuina clementia & liberalitate, puellæ miſertus eam virgineo mundo decoratam, parentibus reddidit. Quam vidimus & nos, duodecim annos natam; iuſto corporis pro ætate habitu, coma flaueſcente, fuſcam, oculis cæſiis facie non illiberali: quod ad animi affectus attinet, taciturnam, benignam & mitis ingenii puellam, parentibus morigeram, ob exhauſtas ieiunio vires deſidem, & ſomnolẽtam. venter compreſſior, nec quicquam circa præcordia vitii, quod tactu deprehendi poſſet, protuberabat: attamen corpus puſtulis de phlegmate ſcatebat. Sed, quod admiratione non caret, crura velut tabe inſumpta gracilia erant: quum aliis diuturnam inediam paſſis, præcipue ex febre lõga craſſeſcãt, aut ſaltẽ tumore inflentẽ. quod Heſiodꝰ in Ergis quoq; hoc diſticho indicat:

Corporis puellæ habitus.

Crurum à morbo habito œdema.

Ariſtot. ſectione prima Problem. 5.

μή σι κακοῦ χειμῶνος ἀμηχανίη καταμάρψῃ
σεῦ πινύσῃ, κεφαλὴν δὲ καὶ οὐδας χερσὶ πίζοις.

Cuius tumoris in pedib. cauſam vt phyſicam, ita quoq; veriſſimam Plutarchus reddit: quã, ne animus à puellę inedia abſtrahatur, hic reddere conſulto omittimus. Pedem igitur, vnde digreſſi ſumus, referamus. Quum omnes qui puellam viderant, vel hæc alios referre audierant, tantarei admiratione velut attoniti obſtupeſcerent: hic in Deum, ſanctorumque ſuffragia cauſam referret, qui Heliam prophetam ob Iezabelis reginæ minas transfugam, apud torrentem Carith mane & veſperi pane & carne pauiſſet, quam corui illi diuinitus ſuppeditaſſent: alius præſtigias dæmonũ & faſcinũ cauſabatur: non deerant quoque φιλοσόφοι, qui tam diuturni omnis alimenti faſtidii cauſam

De Helia hæc Reg. tertio, ca. 17. & Ioſephus li. 8. cap. 10.

Digitized by Google

cauſam pharmacis attribuebãt, quæ græci ἅλιμα & ἄσπλα nuncupant, ex halimo herba, damaſonio paluſtri non diſſimili, confecta quæ deguſtantibus famem & ſitim obrepere non ſinit. At tu Reuſchi vero horum paradoxa irridens, aiebas, ſubſtantiam corporis humani ſpiritus & vires cæca per poros exhalatione continua difflari, humidumque radicale à calore quoque depaſci. proinde niſi hæc vitæ fomenta alimentis aſſidue reficerentur, vitam non magis quam ardens in lampade ellychniũ abſq; oleo ſubſiſtere poſſe. Opus igitur eſſe alimẽto aliquo, quo vires corporis & vitæ cõtinuo difflatu diſſipatæ, continua quoque nutritione reſtaurarent. Ob id per cõmune ſtudii noſtri & literarũ cõmmercium, quod verã amicitiam patere ſolet, obnixe orabas, vt docere te vellẽ, quodnã internum illud intra corpus eſſe poſſit alimentum, quum nulla externa alimonia vteretur, quo in tãta triennali fere inedia corpus aleretur, & ſpiritus vitæ cõſeruarentur. Tum ego reſpõdi: An neſcis Reuſchi, pleraq; virib. naturæ ꝓduci & accidere, quæ ob raritatẽ ignarũ cauſarũ naturaliũ vulgꝰ, dæmonũ aſtu vel ꝓſtigiis accidere arbitrat̃? Vt igit̃ tã diuturni in vniuerſũ aboliti appetitꝰ causã exactius perſcrutemur, operę̃ precium erit, vt priꝰ vnde appetitꝰ & fames ꝓducãt, expẽdamꝰ: q̃. triſtẽ aliměti deſiderati eſſe sẽsũ, medici definiũt. nulla q̃ppe corporis pars neruos à cerebro adeo sẽſiles ſortita eſt, & quę ob id tã exacte sẽtiat, cor & cerebrũ ꝓſuarũ affectionũ modo pinde afficiat, atq; neruoſũ illud vẽtriculi oſculũ: cuiꝰ affectione vẽtriculꝰ laceſſitꝰ, optimũ cibi cõcocti cremorẽ arripit, intraq; ſuas tunicas ac rugas recõdit, & partim ſibi agglutinat. Appetitꝰ vero natu-

De his Plutar. in Vit. & Symposi. 7. ſapientum.

De corporis continuo diffluxu, Galen. li. 1. ſalub.

Famis & appetitus cauſa. Gal. lib 4 de cauſis Symptom.

Acutus orificii ventric. ſenſus. Gal. li. 4. de cauſis Symptom.

ralis in aliis corporis partibus tali exinanitionis ratione excitat. Quũ animalis cuiuſuis ſubſtãtia in ambientẽ aera diſſipetur, primum partes cuti ſubditæ inanes redduntur, quæ à vicinioribus viſceribus & præcordiis alimentum ad ſe alliciunt. Hæc vero exinanita, ab epate per venas viciſſim nutrimentũ attrahunt. at tandem epar per meſeraicas, tanquam arbor de terra per radices, ex inteſtinis & ventriculo, ciborum promptuario, reliquum chyli cremorem allugit: qui exhauſtus ac contriſtatus fameſcit, & cibum appetit, quo ſuas reficiat vites. Cuius appetitus cum ob varias cauſas proſternatur, tum ob has non raro in vniuerſum aboletur: nempe quum relaxatis in ventriculi orificio neruis, ſuctionis ſenſus penitus pereat. Quod puellæ huic quoque, dũ crurum brachiorumque ipſius nerui paralyſi in morbo reſoluti fuerant, accidiſſe, non temere ſuſpicari poterimus Sed ne aſſidua medicorum theoremata faſtidium quoque nobis pariant, ſtomachumque moueãt, libet parum in amœna oratorum viridaria diuertere. nihil enim refert, cum quouis literarum anteſignano verſuram facere. Phauorinus nempe in A. Gellii noctibus Atticis, ex Eraſiſtrato duas allegat cauſas, per quas priſtinũ edẽdi deſideriũ elangueſcit, aut reſtinguitur: videl. ob vaſa, quæ cibũ capere & concoquere debẽt repleta: aut ob inediã diutina inanitate cõtracta, & cõniuctia vel obſtructa. Scythas quoq; refert ſi quãdo cuiuſpiã rei cauſa inediam ferre cogerentur, laticibus faſciis ventrem cohibere, quod fames ita nulla relicta inanitate minus eos infeſtet. Cogitabamus, inquit Eraſiſtra-

Hippoc. in lib. de natur. fœtus & ſperm.

Excitatur fames, ſuctionis ſenſus. Aboliti appetitus cauſæ Galen. lib. 4. de cauſ. ſympton.

Hanc inediæ ex orificii ſtomachi paralyſi cauſã, docte explicat Galenus l. 3. epide. commen. 1. Aëtius lib. 6. ca. de gulæ paralyſi. Gel. lib. 16. ca. 4. Scytharũ ciuctura.

Digitized by Google

tus, propter nimiam ventris compreſſionem ſummam eſſe inediam. Venter quoque puellæ non tantum ob ieiunium, ſed natura quoq; compreſſus apparebat. Sic noſtrates virgines vt graciles eſſe videantur, & in nuptiis genium æquiori animo defraudare poſſint, hypochondria arctiori veſtium cinctura conſtringunt. Accepiſti iam ſatis Reuſchi, ob quas cauſas appetitus hominis langueat, aut aliquando penitus aboleatur. Reliquũ eſt, vt ſolerti indagine ſcrutemur, quænam in tam diuturna inedia alimenti vicem ſuppeditare poſſint, quo vires corporis & vitæ conſeruari queant. Nihil, inquit Plutarchus, inter elementa & corporis noſtri partes ac primordia æque alimenti eget, ac calor ille nobis congenitus. Ob id corpora ſenilia, mulierum præcipue, & animalia exanguia, minimum alimenti ob caloris inopiam egent. Cicadæ, dum ardenti flagrat Sirius æſtu, ſolo rore paſcuntur. Chamæleon ſolus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio quam aeris vtitur alimento. Ob id ſenes quoque, inquit Hippocrates, οἱ γὰρ γέροντες ῥᾷστα ἄσιτίαν φέρουσιν, facilius ieiunium ferunt. Itaq; puellas quoque ob frigidam corporis conſtitutionem facilius maſculis ferre inediam, credere phas eſt. Sunt vero, præter eſculenta ac potulenta, quæ alimentorum penuriam, vel ſaltem aliqua ex parte, compenſare poſſunt, partim extra corpus nata, vt aer, odor: partim vero intra corpus nata, vt adeps, pituita, defluxuum à capite catarrhi. Quod autem aer per arteriarum diaſtolen & pulmonis hiatum aſpiratus, vires corporis & vitæ ſpiritus conſeruet & foueat, hac ra-

Hæc Plutar. Sympoſ. 6. c. 5. copioſe.

De cicadis hæc Plin. lib. 11. ca. 26.

De chamæleonte Pl. li. 8. c. 33.

Quæ corpora inediam facilius ferunt. lib. 1. Hipp. aphor. 15.

Aere nutriri corpora & ſpiritus. Gal. lib. 7. de vſu partium.

tione conuincere poſſum. Quicquid calorem congenitum & ſpiritus animales ac vitales, naturalium vtriuſque animæ functionum organa, adauget & conſeruat, vires quoque corporis & vitæ alit: ſed aer inſpiratus (vt Galenus ait) calorem naturalem, ne diffletur, ſui frigoris tepore attemperat, & corroborat: quem Plato omnis concoctionis cibi inventriculo, ſanguinis vero in epate & venis, opificem appellat: quo veluti rore vniuerſum corpus aſpergit, irrigat, & nutrit: perinde ac natura ſubſtantiam iecoris mollem ac bibulam produxit, qua chylum in ſanguinẽ trãſmutaret. ſic quoq; ſubſtantiam pulmonis aream, fungoſam, ſpiritu infarctam effecit, vt aerem per arteriam tracheam attractum in ſpirituum pabulum conuerteret. Nec tamen id repente aut confertim operatur, ſed in cauernoſa pulmonis carne primam alterationem ſuſtinet: deinde alteram in corde & arteriis, quibus admirandus ille retiformis arteriarum ſub cerebro plexus contexitur, patitur: poſtremam vero, & abſolutiſſimam, in cerebri ventriculis. Ergo, inquit Galenus, animalis ſpiritus, cerebrum veluti fontem eſſe docuimus, qui partim ex inſpirando, partim ex eo quod reticularis plexus ſuppeditat, irrigat atque alitur. Proinde certe plurimũ refert ad corporis vires & ingenii acumen conſeruandum, qua vitali aura quiſque veſcatur. Obid Heraclitus ille Scotinus: Aer (inquit) ſiccior, anima prudentior. Quibus perſpicue confectum arbitror, aerem ſalubrem, quo & puella illa refocillabatur, eſſe ſpirituum vitæ & caloris congeniti fomentum. Non minus aũt ad horum alimoniam con-

Plato in Timæo, caloris natur. vires.

Aeris in ſpiritum vitalem & animalem digeſtio.

Galeni ex 2 2. Methodi verba. Hippoc. in lib de aere & aqua, & quod anima corporis temperaturam ſequitur.

fert

fert odor, cuius aer est vehiculum. Quicunque (ait Galenus) citissima virium refectione indigent, iis & vinum humidum remedium ad reparandas vires est optimum: vbi autem adhuc citius, per odorem refici oportet. Sic apud Virgilium anus illa messoribus fessis allium, serpillum, aliasque herbas contundit olentes: & Galenus insaturabili canina illa fame, quam Græci Βούλιμον appellant, in itinere languentes acetum & pulegium, aut terram quamuis obuiam, aceto madidam, poma Appiana olfacere aut panem vino maceratũ degustare, vel saltem odorare præcipit: cuius solo odore recens in furno pisti, Democritus, donec θεσμοφόρια Cereris sacra Athenis essent peracta, vitam fertur iamiam moriturus prorogasse. At illud longe est memorabilius, quod Plinius tradit, Astomorum gentem, sine ore, corpore toto hirtam, vestiri in India frondium lanugine, halitu tantum viuentem, & odore, quem naribus trahant: nullum illis cibum, nullumque potum, tantum radicum florumque varios odores: syluestrium malorum, quæ in longiore itinere secum deferunt, ne desit olfactus, nutriri & alis. Quis tandem obsecro sanæ mentis compos, tam fide dignis Hippocratis & Galeni conuictus testimoniis & exemplis, ac rationibus, inficiari audebit, præter potum & esculenta, aerem & odorem spiritus vitales fouere, externaque alimonia conseruare & prorogare vitam puellæ potuisse? præter alia interna corporis alimenta, de quib summa tantum capita perstringemus. Quemadmodum sunt prouida quædam animalia, quæ futurorũ conscia, hyberni vi-

Odore refici vires vitæ, & prorogari. Gal. 2. aphor. 11. & lib. 8. de phar. secundum loca & facile parabilibus.

De Demõcrito hæc Diog. Laertius in eius vita, & Athenæus Episcopus.

Astomos solo odore nutriri, Plin. lib. 7. cap. 2.

Animalia prudentia.

ni victus promptuaria sibi construunt, ne bruma lis escæ inopia tabescant. Sic formica sagax, frugis semina prius, ne condita excrescant, arrosa, sub aceruum congerit: apes mella in alueatia, pi-

De iis omnibus Plin. lib 8. & 11.

cus Martius nuces iuglandes in cauos arborum truncos recondunt. Sic natura, quamuis indocta, tamen prudens, quædam hominum brutorumque corpora adipe, pinguedine, & phlegmate, sanguinis rudimento, infarciuit: ne si qua ferenda foret inedia, pingue & aerium pabulum calori congenito deesset. & eam ob rem, inquit Ga-

Gal. lib. 4. de vsu parti.

lenus, natura plurimum adipis intra peritonei & omenti plicas constituit. qua calore ventriculum foueret, panniculos lubricaret, & cibus calori naturali tempore inediæ foret: & ne sanguine exhausto, humidum radicale, naturale eius fomẽtum, insumeret, phlegma crudũ sanguini admiscuit, quod sibi in alimenti vicem decoqueret. Quo subsidio, corpora quoque mulierum phle-

Hippoc. lib. 2. de acutorum diæta. Galen. lib. 12. Methodi. de febre ex humorum cruditate.

gmate referta, non modo μονοσιτέω, id est semel in in die tantum edere, sed etiam ἀσιτέω, id est inediam facilius præter consuetudinem ferre posse, Hippocrates asseruit. & Galen. in Methodo, ex humorum & pituitæ cruditate febre correptos, sola aqua mulsa, in qua hyssopus decoctus esset, septem dies alere præcepit: Siquidem (ait) longissimam, qui sic affecti sunt, inediam ferunt, corpore ex crudis pituitæ succis concoctis alto.

Phlegma conuerti in alimentum, Alexander lib. 1. proble. 82.

Talia vero sunt mulierum & animalium, quæ in hyeme sese illatebrant corpora. quæ erudita verborum breuitate Galenus ita affirmat: οὕτω τοι καὶ τὰ φωλεύοντα ζῶα πολλάκις εὑρίσκεται πιμελοδέστερα, καὶ γυναῖκες ἀνδρῶν, ὅτι ἐν τῷ κεφάλῳ ψυχρότερον ἔρρεπε τὸ φλεγ-

Verba Galeni ex li. 2. de temperat.

μα.

Sic, inquit, & animalia hyeme in cauernis delitescentia, & vrsæ, mures alpini, & viperæ, obæsiora cæteris reperiuntur: & mulieres viris, quoniam muliebre genus temperatura est frigidius masculino. horum quippe corpora frigore obstructa & condensata, quum per transpirationem occultam non difflentur, & ob caloris imbecillitatem nullo vel exiguo alimento egeant, sua saturantur adipe. Cum vero omnis pinguedo ex sanguine panniculorum frigore coalescat, non desunt qui adipem ali, & coctas vrsarum carnes, tempore quo delitescunt vrsæ, ob arcturi septentrionalis vrsæ frigus adaugeri credant. Plinius libro octauo ait: Mirum dictu credit Theophrastus, per id tempus, quo se illatebrant quoque, vrsorum carnes coctas, si asseruentur, increscere.

De animalibus latentibus. hæc Galē. in fine libelli de venæ sectione cōtra Erasistratum libro 1. Aphor. 11. & de locis affect. li. 5.

De pinguedine id Gal. lib. 4. de vsu partium.

De siderū effectu ſi lo vide Matern. Firmicū. Plinii error lib. 8. cap. 36. indicatus.

Atqui non id de carne, sed de adipe vrsorum in olla condita, Theophrastus tradit: θαυμασιώτατον ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, τὸ ὅτι ἐν τοῖς ἄρκτου συμβαίνει, αἱ περὶ ἄμα ταῖς φωλείαις ἐπαίρεται, καὶ ὀκταπλασίαι γίνεται. id est: Admirabilissimum horum est illud de adipe vrsi, quæ dum in latebris delitescit, simul vltra vasa in quib. asseruatur, quoq; excrescit. Hæc inedia non bestiis tantum, sed hominibus quoque accidere solet. Testatur quippe Aristot. testis arcanorum naturæ consultissimus, Timonis amitam quotannis in spelæa vrsarum more, bimestre tempus absque vllo alimento delituisse semianimem, vt sola spiratione viueret, ac ægre dinosceretur. Hos quoque ex pituita humores, quibus nutriuntur, defluxus à capite in carne, rorido corporum alimento, admixtos adaugere, Hip-

Verba Theophr. ex lib. de odore.

De Timonis amita hæc Athenæus lib. 2. dipnosophistarum.

Fluxus capitis corpus quoq; mutare.

Hippoc. in libro de locis in homine tradit.

pocrates tradit: & alimentum partim conſpurcant, vnde corpora tabeſcant, ſcabieque phlegmatica (vt puellæ huius corpus) inficiantur: partim tamen quoque nutriant, adeo vt ſitim febricitantium etiam alleuient. Præterea, vt verbis Galeni vtar, ſi animal neque nutriatur, veluti in latentib. accidit: nihilominus viuere poteſt, quo ad cor manſerit, illæſum. Quippe videm' ſæpenumero, multis deinceps diebus aliquos neq; intelligere neq; ſentire, nec etiã moueri, at nihilominus viuere: quemadmodum vbi quis ab virium epatis imbecillitatem ſine alimento permanens, diutius ſufficere poteſt. At vero ſi cor ſpiratione priuetur, hominem illico perire neceſſe eſt. Sed affecto iecinore, ob inediam animalia moriuntur: verum (ait) per longa temporum ſpacia, in huiuſmodi affectibus vitam protelare poſſunt. Puellæ vero epar vitiatum fuiſſe, præter ſcabiem plumbeus in facie color indicabat, quem Græci μολυβδοχρόον à plumbi colore dicunt. Et vt ad ſcopum epiſtola acceleret, ex prædictis conſtat, corpora ſexus feminei frigidioris eſſe quam maſculorum temperaturæ: ob id pituita & adipe referta, & obœſiora, inediam, quam Græci ἀσιτίαν dicunt, facilius diutiuſque ferre poſſe: præcipue ſi effœtas caloris congeniti vires, & ſpiritus vitalis robur, ſalubris aeris inſpiratio & odor refecerint: ac iis pituita, concocti ſanguinis rudimentum, & adeps, vt oleum in lampade ellychnio, alimentum & fomentum illis ſuppeditauerint: quibus etſi ad vitæ periodum, obſtante morbo vitam traducere non poſſint: eam tamen iis vicem alimenti ſuppeditantibus, diutius quam omnimo-

Scabiei puellæ cauſa.

Fluxus cathorri ſedare febricitantium ſitim, teſtatur Galen. lib. 5. epidem commento. 1.

Verba Gal. lib. 5. de locis affec. 1.

Epar affectu diu abſque alimẽto homo viuere poteſt.

Epilogus dictorum

da fer-

Digitized by Google

da fert inedia, prorogare etiam ægrotantes possunt. Memoriæ enim proditum in annalib. reperio, Lothario imperatore & Paschali papa imperantibus, puellam xii. quoque annos, natam post assumptum angelicum Eucharistiæ cibum, primum decem menses panem abhorruisse: deinde integro triennio ab omni cibo & potu abstinuisse. Albertus, magnus ille philosophus, scribit se Coloniæ vidisse mulierem, quæ crebro triginta dies, non raro quoque viginti, cibi potusque abstinentia suum defraudasset genium. Consulto autem, Reuschi, ne epistolæ longitudo tibi fastidium pariat, prætereo, quæ Heluetiorum annales de Nicolao anachoreta tradunt: qui in deserto viginti annos inediam sustinuit: & mulierem Germanam, quam Ioannes Bocatius scribit triginta annos omnimoda inedia vitam traduxisse. Vidi quoque ex torminibus coli paralyticos, ob resolutos in orificio ventriculi neruos, quamuis non tam diuturna, pari tamen inedia aboliti in vniuersum appetitus affectos. Quod & puellæ huic ob eandem accidisse causam arbitror, cuius caloris congeniti & spiritus vitalis vires, aeris, odoris, adipis, ac catharri & pituitæ concoctæ fomento, enutritæ, triennii inediam ferre potuerant. Quid vero tu sentias, & quantum fidei his rationibus tribuas, ex emporio Francfordiano quæso redde me certiorem. Vale.

Alber. de natura animal. lib. 7. Tract 3. cap. 3.

Digitized by Google

QVÆ FVERINT ALIMA ET ADIPSA famis & sitis pharmaca. Epistola XXVIII.

REduces ex nundinis Francofordianis mercatores nostros, lucro ditiores & alacriores vidimus. Qui mox ad vesperam tuas mihi obtulerunt literas, quibus significas, omnes Academiæ vestræ medicos & philosophos, meas de puellæ triennii inedia rationes concordi suffragio & approbare, & admirari. Verum longe plus gratiæ demeriturum, quum magna apud vos annonæ caritas ingraueſcat, immẽsumque ſterilis brumæ frigus immineat, ſi edocuero, ob quã cauſam vtraque fames, canina, & Græcorum βούλιμος, vna cum frigore, cum omnia niue obſita torpeant, et iam incrudeſcere ſoleat: & quibus remediis veteres vtriuſque famis rabiem obtuderint: & quænam fuerint ipſorum ἄλιμα & ἄδιψα, omnis famis & ſitis pharmaca. Noſti probe, mi Reuſchi, quum Lipſiæ bonas in frequenti auditorum conſeſſu profiterer literas, me nihil arcani vnquam te celaſſe. Quare quicquid de iſtis magni momenti famis problematibus exploratum habeo, tibi libens communicabo. Primum admiror, veterẽ illum & peritũ mediçũ Eraſiſtratum, in primo διαιρέσεων, id eſt diuiſionum libro, ſcribere, cauſas vtriuſque famis hybernæ non fuiſſe ei compertas. ἄπορον δὲ, inquit, καὶ διόμενον ὁπότερα διὰ τοῦτο, καὶ ὅτι διὰ τοῦτο, καὶ ὅτι διὰ τῶν λοιπῶν βουλιμίων, τὸ, διὰ τί ἐν τοῖς ψύχεσι μᾶλλον τὸ σύμπτωμα τοῦτο γίνεται, ἢ ἐν ταῖς ὥραις, id eſt: Dubium eſt indigens conſiderationis, tum in hoc, tum in cæteris famelicis, quare

Hæc Eraſiſtrati verba exponit Gell. lib. 16. c. 6.

Digitized by Google

quare in frigoribus magis huiuſcemodi caſus accidat, quam ſerenis temporibus. Cauſam vero, ob quam vtraque fames hyberno tempore, homines pecoraque magis infeſtet, Ariſtoteles in Problematibus talem nobis reddit: quod conſtrictis à frigore ambientis non aëris, poris, quum calor naturalis occulta per poros exhalatione difflari non poteſt intus coarctatus adaugetur. Ventres quippe, ait Hippocrates, hyeme & vere calidiores: quare tum quoque plurimum alimenti egent & fameſcunt. Illud tamen vt memori mente obſerues moneo, vt ſua cuique eſuritionis ſpeciei poſſis accommodare remedia: non hic agitur de fame naturali, quæ eſt ſuctionis viſcerum, alimenti à ventriculo, in orificio eius ſenſus: ſed de ea, quæ eſt inſaturabile edacis ſtomachi, alimenti deſiderium. Quam bifariam, in caninam, & famem grandem diuidimus. Hanc Græcia βὺ augmenti particula, & λιμῷ fame, βύλιμον & βούρεξιν, id eſt, grandem eſuritionem, & anxiam edendi ſitim appellarunt. Canina vero illa eſuritio, fit ab humore frigido & acido, quem oſculum ventriculi à ſplene intus abſorpſit, qui aſtrictione alimenta in ventriculi fundum protrudit, famemque ſedari contumacem acerbitate humorum indeſinenter accerſit: quam meri potionem diſſoluere, Hippocrates ait, λιμὸν θωρηξὶς λύει. Eſt autem thorexis, vt Euſtathius interpretatur, apud veteres οἰνοποσία καὶ ἀκρατοποσία: id eſt, vini meri potatio, aut (vt Suidas exponit) μέθη, id eſt ipſa ebrietas. Si vero voles hac iugi & intolerabili fame affectos curare, oportet vt præter merum, pranſuris offeras edulia pinguia &

Cauſa hybernæ famis explicat Ariſtot ſectione 8. Probl. 4. & Plutarch. ſympoſ. 6. cap. 8. Hippoc. libr 1. Aphoriſ. 15.

Famis definitio. Galen libro 4 de cauſ. ſymptomat.

De etymo bulimi, Suidas in dictione eadem.

Caninæ appetentiæ definitio Galen. lib 2 Aphor. 21. Hippoc. lib. 4. Aphor. 21.

Euſtathius Iliad. β.

Hęc famis caninæ remedia approbat Oribaſ. libr. 9.

synopseos, ca. 10. Oleum sedare famem, Auicenna tertia primi doctr. 5. cap. 2.

oleaginea,& quæcunque alia, præter vina acerba, & acetaria, quæ plurimo præparantur oleo, quod suo vnguine acorem humorum,famem excitantiũ,obtundit:adeo vt Auicenna referat,quẽdam peregre profecturum libram olei violacei cum adipe mixti bibisse, & inediam absque vlla fame decendium sustinuisse: quod & oleum amygdalarum,ac adipem vaccinum,eorum viscedine tollere quoque famem , idem Auicenna tradit.Est & altera famis ægre saturabilis species, quam Græci βούλιμον dicunt, ob quam arcendam

Festum bulimi Plutarch. in sympos. 6. c. 4.

solenne festum celebrabant, quod βουλίμου ἐξέλασιν appellarunt:in quo Magistratus in publico foro opipare,cęteri vero in suis quique ædibus priuatim & laute prandebant:tandem epulis saturati,mancipium apprehendebant, quod de vitice virgis cæsũ foras protrudebant,acclamantes, ἔξω βούλιμον, ἔσω δὲ πλοῦτον καὶ ὑγίειαν: id est, Foras famẽ, intro Plutonẽ & sanitatẽ. Hoc festũ si crebro do publico celebrares, nil opus aliis foret remediis, quin facilè famẽ foras eliminares. Sed,vt vnde digressus sum reuertar : est bulimus, virtutis, ob

Bulimi definitio, ex Galeno libr. 2. aphor. 21.

ambientis nos aeris frigus, casus, & lipothymia, quæ à fame inchoat:sed hæc rursus aboletur ,nec virtutis, languori coniuncta manet, quæ hominibus pecoribusque est infesta, ac præcipue iis qui hyeme per loca deuia,alte niue obsita, peregre proficiscuntur.Causam reddit Suidas his verbis: συμπίπτει δὲ τὸ τῆς βουλιμιάσεως πάθος, χιόνος οὔσης, πνεόντος κρύους καὶ ἀνθρώπου, ἢ πῦρ τῷ θερμοῦ δεῖ ἀφεψύξει καὶ πύκνωσιν, ὅταν ὑπὸ ἄκρου καθειρχθῇ, πλὴν τροφῆς ἀθρόως ἀναλίσκοντος· εἶτα λεπτὴ τῆς χιόνος διαδιδομένης ἰοῦσα πρὸς πέμπει τὸ σῶμα, καὶ διαφθείρει τὸ θερμὸν

μὴ ἔξω καὶ ἐπὶ δεδομένον. id est: Accidit hæc bulimi famis affectio existente niue, & in ea laborãtibus pecoribus, hominibusque: siue ob calorem, cute frigore condensata, intus omnem coarctatum, nutrimentum corporis affatim depascentem: siue quod acris à niue & subtilis exhalatio penetret, ac dissecet corpus, & corrumpat calidum rursus foras redditum. Elegans certe ratio, quam Plutarchus in Symposiis multo vberius ad amussim declarat. Contra hoc edax malum nullum pane, & eius odore, præsentius inuenit remedium vetustas. quod Brutus Romanorum consul feliciter expertus est: qui quum à Dyrrhachio, quod obsederat, ad Appolloniam, in magna niuis copia proficisceretur, hoc malo pene fuisset periclitatus. qui quum exanimis in itinere in lipothymiam ex bulimo concidisset, ministris qui commeatũ deferebant cunctantibus, satellites eius ad τειχοφύλακας murorum custodes accelerare, & ab hostibus panem petere sunt coacti: quo derepente, veluti Democritus solo eius odore, refocillatus fuit. tandem victor ciuitate potitus, humaniter captiuos tractauit. Id quoque te admonitum velim, oppida Africæ & Indiæ longo interuallo esse dissita: ob id per gelu, saxa & æstum, ac loca deserta profecturi, niuis aut solis ardore defessi, bulimo facile corripiebantur. Propterea Arabum medici Rasis & Auicenna, ac inter Græcos Galenus, peregrinantibus medicamenta εὐπόριστα facile parabilia contra bulimum conscripserunt. Ait quippe Galenus: Bulimo in itinere aut quauis alia ratione affectos refecimus aceti olfactu, pulegio, aut

Plutarch. in sexto Symposio, cap. 8. Aristotel. sectione 8. prob 4. Bruti historiam Plutarch. Sympos. 6. cap. 8.

Diæta peregrinantium in æstu & niue. Rasis sexto tract. ad Almans. c. 6. Auicen. fen. 3. primi. Gal. lib. 8. de medi. loco appropriat. & de facile parabil.

Digitized by Google

terra aceto irrigata, pomis apiis, aliisque fructibus: aut cogẽtes eos panẽ mero madidum deuorare. Quo remedio ipſe quoq; dum Hiſpanias & regnum Granati cũ illuſtriſſimo principe Friderico Comite Palatino, in ardenti caniculæ æſtu peragrarem, vſus ſum. mane nil præter panem in generoſo aliquo vino maceratum edebam: mirum quam conſtanti virium robore, cum æſtum, tum labores, nulla fere vrgente ſiti vel fame, ferre poteram. Eſt namque panis tam præſens viriũ alimentum, vt iumẽta & homines modico eius eſu aut odore defeſſa reficiantur. Refert Iulius Capitolinus, Antoninum Pium Cæſarem, ſenem iam, & ſilicernium, mane antequam ſalutatores aduenirent, ſolo pane ſicco virium robur ſuſtentaſſe. Veterum quippe quorundam ientaculum & prandium ſolo pane & vino conſtabat: quod & Cornelius Celſus, Latinorum medicorum latiniſſimus, in lib. 1. præcipit. Ob tam præclaras ex alimento panis vires, iure optimo panem inter alima & adipſa pharmaca referre poteris: è quibus ſi momentum deguſtaueris, famem & ſitim obrepere non ſinent. De quibus Ardalus medicus apud Plutarchum ait, ἁλίμου διωάμεως μικρὸν εἰς τὸ στόμα λαμβάνοντα, διημερεύειν ἀπάεισον καὶ ἄδειπνον: id eſt, Qui parum de alimo in ore maſticauerit, totum diem abſque prãdio & cœna trãſigere poteſt. non enim hæc pharmaca (vt Cælius & Ruellius, alias multifariæ eruditionis viri) ex halimo herba aut frutice, quæ in littore maris creſcit, & ſalſilaginem reſipit, quæ aluum exonerat, lac puerperis, viris ſemẽ prolificum adauget, conficiebantur: ſed ex melle & caſeo barbarico, addi-

Ex pane aluntur vires.

Corn. Celſus lib. 1. cap. 3.

Cælii & Ruellii de halimo error, de quo Dioſcor. lib. 1. cap. 11. & Pli. lib. 22. ca. 22. Hæc Plutarch. in 7 ſapientum Symp. ſio.

Ex melle contra famem remedia.

Digitized by Google

additis quibuſdam ſementis facile parabilibus, conſtabant. vnde Periandros apud Plutarchum ait, ταῦτα ἦ ἄλιμα καὶ ἄδιψα φάρμακα, μᾶλλον ἢ σιτία πυνθάνομαι καὶ μέλι καὶ τυρὸν πρὸ βαρβαρικὸν δίχεσθαι, καὶ σπέρματα πάμπολλα τῆς εὐπορίσεων. Obid nomenclaturam ab α priuatiua particula, & λιμῷ fame, ac δίψει ſiti, obtinuerunt. Nec mirum adeo his ſedatam eſſe famem, quum Ariſtoxenus tradat, Pythagoricos non aliud quam panem cum melle Attico prandere ſolitos. Erat quippe & placentæ genus, quod ex butyro ſemidale & melle conficiebatur, quo famis tyrannidem compeſcebant. Si plura vtriuſque famis remedia & cauſas ſcire eſuris, inuiſe ſextum Plutarchi Sympoſium, acid quod ſeptem ſapientes apud eum celebrarunt: & crede mihi, doctis illorum epulis ſaturaberis. Vale.

Athen. li. 2. Galen. lib. 5. Galubr.

Sobrium Pythagoricorum prãdium.

Carapotiã ἄδιψον conficere docet quoque Oribaſius lib. 6. Synopſeos, capite 59. & libro 9. ca. 10.

An Caseus Edendo Sit Salubris, *ad Philippum Melanchthonem.* *Epiſtola* XXVIIII.

INdicta erat mihi per Cyrlerum noſtrũ cœna, vt in ſuis ædibus cum ſacri verbi concionatoribus, qui tum parochias luſtrabant, vt eas à ſuperſtitionibus & idololatria expiarẽt, cœnarem: quũ iam fere eſſemus ſaturi, & ſecundæ menſæ bellaria apponerentur, & caſeus: tum, Philippe, honorifica certe tui ac famuli tui facta fuit mentio; qui tibi edenti caſeum prætripuiſſet. Aderant tum inter conuiuas, qui famuli audaciam admirabantur. Alii vero quí eius fidelitatem collaudabant, qui non paſſus fuiſſet, vt dominus ſuus

ventriculū cibo praui aliméti, & ad cōcoquendū contumaci, oneraret. Tum ego rogatus respondi: Me suspicari, famulum fuisse de vulgari illa Medicorum hæresi, qui aliorum vētriculos sui virib. metiuntur: & medicamenta non Socrati aut Philippo, sed vniuersali hominum in mente ideæ accommodarent: ignorantes naturam ventriculorum ita diuersimode esse comparatam, vt hic natura incalescens, esculenta grossa concoctioni contumacia exacte digetat, tenera vero adurat, & in nidorulentam eructuationem conuertat: alius vero vicissim grossa, cruda & incocta, vt vuarum acinos, integra egerat, teneras vero carnes & oua quoque sorbilia in delicatum corporis alimentum conuertat. Accedit ad hoc, quod esculentorum & potus concoctio non tantum caloris naturalis viribus, sed proprietate quadam bestiis hominibusque congenita (vt Galenus refert) perficiatur. Sic hac ratione strutiocamelus volucris digerit ferrum, & reliqua metalla igni inexpugnabilia: quæ leo, strutiocamelo longe calidior, concoquere non potest. Anus illa Attica, & puella à rege Indorum Alexandro fraudi vetitus quam muneri donata, napello impune vescebantur. Coturnices semine hyoscyami & veratri pinguescunt, sturni cicuta aluntur, quæ homini cæterisque animantibus venena sunt deleteria. Hac quoque ratione accidit, vt hominum ille non vescatur caseo, alter absque miius viuat: quo tamen caseo Zoroaster, artis Magicæ inuentor, viginti annis in deserto vixisse traditur, ita temperato, vt vetustatem non sentiret: quod siccis dracontii foliis effici Galenus docuit,

Disparem ventriculorum cōcoctionē probat Galen. libro 3. de locis affect. & lib. 1. de alliment.

Digestio non calore tātum, sed proprietate occulta etiā perficitur. Galen. lib. 2. de alliment.

De strutiocamelo Hæc Alexander Aphrod in prologo Problem.

De sturnis ac coturn. Lucret. libro 4. & 5. Galen. de alimēt. li. 2. & Aristot. libro 7. de Plantis.

De Zoroastre id Plinius libro 25. capite 4.

qui-

Digitized by Google

quibus recens implicitus, à putredine immunis præseruatur. Proinde Hippocrates prudenter, vt cætera omnia, nos in libro de Veteri medicina his verbis admonet: Non simpliciter, inquit, existimare oportet, quod malum edulium sit caseus: non enim omnes homines lædit, immo gracilib. mirabiliter conferre traditur. Nec obstat, quod aliqui caseum crassi & viscidi alimenti, quo epatis renum venularumq; obdurentur meatus, ac arenulæ in renibus ac vesica veluti calce agglutinentur, vt in calculum coalescant, causentur. Nec id, Philippe, te à casei esu deterreat: moderata quippe salis conditura, hæc casei incommoda corrigit, quæ humorum lentorem incidit, friabiles reddit arenulas, meatuum obstructiones reserat, neruosum illud ventriculi oculum robo-
rat, appetitumque eius languentem sua acrimonia excitat, nauseamq; sistit. Ob id non temere veteres salé irritamentum gulę, & Lucret. lib. 1. vescum appellat: Nec mare quæ impédunt vesco sale saxa petesa. Quod & columbæ apprimè norunt. quæ, vt refert Plin. pullis primo salsiorem terram collectam gutture, in ora inspuunt, præparantes tempestiuitatem cibo. Nec quoque te Galen in lib. de boni maliq; succi alimentis, deterreat, quũ ait: Ex caseis omnibus crassus est sucus, insuperque è vetustis malus: recens autẽ coactos, prima mensa ad aluum ducendã esse licet, cũ melle. nam, inquit, & minus crassus est eorum quam veterum succus, & nullo pacto malus. Proinde, Philippe, nihil horum incommodi veritus, vescere libere caseo recenti, salis momento temperato, qui lactis bubuli aut caprini dul-

Hippocratis de caseo iudicium.

De conseruatione casei, hæc Galenus lib. 6. simpl. Medica Plin. li. 24. cap. 16. & lib. 30. cap. 15.

Conditura salis commoda.

Salust. in bello Iugurthino salem. irritamentũ gulæ appellat.

De columbis hæc Plin. lib. 10. ca. 34.

Casei salubris cõditio. ex Galeno de simpl. Medic. & alimentis, aq de succis bonis & malis.

Digitized by Google

Hippoc. libr. 2 Aphor. 38.

corem reſipiat à vetuſtatis acore alienus: confiſus Hippocratis (Apollinis noſtri) in Aphoriſmis oraculo, quo ait: πὸ σμικρῷ χεῖρον ϖ πόμα, ϖ σιτίον, ἥδιον ὴ τῷ βελτίονι μὲν, ἀηδέστερον ὴ μᾶλλον αἱρετόν. id eſt: Parũ deterior potus aut cibus: ſuauior autem, melioribus quidem, ſed minus ſuauibus, eſt præferendus. Cæterum quum ipſe quoque caſei eduliis maxime oblecter, vt nulla ſit dies qua non menſa mea caſeis oneretur, vt caſeum à calumnia Medicorum & noxæ infamia vindicarem, primam inter fercula εὐπεψία, id eſt, facile parabilia, laudem illi his verſiculis attribui:

Caſeus exoſus Medicis, qui munera lactis,
Fœtuſque ignorant qualis & vnde cibus.
De maſſa lactis mihi ſunt ientacula frugi,
Sobria poſt cœnam caſeus eſca mihi.
De maſſa lactis mihi fercula mille parantur,
Quamuis nec ruſilo ſplendeat igne focus.
Impia militibus Martis qui caſtra ſequuntur,
Vllus nec poterit promptior eſſe cibus.
Nautis velinoli qui ſulcant æquora ponti,
Ocyus aſparagis caſeus eſca venit.
Grataque de noſtris inter bellaria menſis
Fercula, quæ nullo ſunt operata foco.

Si vero fercula ex caſeo coci induſtria confecta tibi magis arrident, ea, præter Apitium & Athenæum, Platina in libro de Honeſta voluptate te docebit. Qua ratione vero citra noxam illis commode vtaris, gener ex Budiſſina tuus, probe in re medica doctus, te erudiet: cuius aduentus Heidelbergam commercio non licuiſſe per abſentiam frui, ex animo doleo. Vale.

Digitized by Google

De Noxia Arborvm Vmbra & rore. *Epistola* xxx.

QVVM quinto Maias, postquam Pleiades illuxerant, vna cum rhizotomis nostris, & Academiæ nostræ philiatris, post solis ortum, dum iam omnia amœnis floribus prata vernarẽt, & arbores foliis rore madentibus proxima quæque obumbrarent, medicas quæsituri herbas, nemora, lucos ac montes perlustraremus: tum comites mei, eruendis radicibus fessi, hic sub iuglandis vmbra, alius taxi, prostratus decumberent: ego vero sub piro recubarem: experrectique alii capitis dolorem, corporisque pruritum conquererentur, ipse vero perbelle valerem: tum omnes, qui istud fieret? causam quærebant. Hic ego respondi, an nescirent, Medicum non tantum herbarum & radicum, sed arborum & florum naturæ peritum esse oportere? si citra noxam inter hæc versari voluerit. legistis ne apud Theophrastum, Dioscoridem, & Galenum, vt alios tacitus præteream, heterogenias esse arborum & plantarum exhalationes, quas Græci ἀποῤῥοίας, id est, vaporum effluuia appellant? salutares item capiti esse etiam serpilli, polygonii, callitrichi, rosatũque odores, adeo vt serta ex his cõtexta, ex crapala & mero cephalalgiam curent: alias vero tam noxias, vt vel sola illarum vmbra caput onerent, & proxima quæque loca infœcunda reddant, de quibus Lucretius poeta Epicureus sic cecinit:

Conuiuarum coronæ. Plutarch. Sympos. 3. c. 1. & Gal. lib. 2. de compos. pharmac.

Arboribus primũ certis grauis vmbra tributa,
Vsque adeo, capitis faciant vt sæpe dolores,
Si quis eas subter iacuit prostratus in herbis.

Lucret. lib. 6.

De vmbra nucis capiti & agris noxia Plutarch. Sympos. 3. cap. 1. Plin li. 17. cap. 13. Gal. in 3. Epidemiarum comment. 1. Stupor ex narcis. Plutarch. vt supra.

De quarum genere sunt, taxus, iuglandis arbor, & inter lilia narcissus. quarum virulentiam nomi num etymologia indicat Nux quidem arbor ἀπὸ τῆς κάρας, id est capite, græce κάρυα dicitur. Hæc, inquit Plutarchus πνεῦμα βαρὺ καὶ καρωτικὸν ἀφιεῖσα, λυπεῖ τοὺς ὑπ' αὐτῆς σκιαζομένους. Quod Plinius his reddidisse verbis videtur: Vmbra iuglādium grauis, & capiti humano noxia, & omnib. iuxta satis, necat germina & pinus. & Galenus in Epidemiis, iuglandis & buxi αἰσθησίαν, capitis parere dolorē affirmat. Pari quoq; ratione ἀπὸ νάρκης, i.e. torpore & νάρκισσον dixerūt, ὡς ἀμβλύνοντα τὰ νεῦρα, & βαρήτητας ἐμποιοῦντα ναρκώδεις. At à toxico quoq; taxus nomē obtinuit, quā smylacē alii dicūt: cuius vmbra tā viruléta est, vt discūbētib. aut dormientib sub ea noxā, & sæpe mortem afferat. Proinde Plutarchus ait quidē: ἴσασι γάρ, ὅτι & σμιλὰκας ἀποκτείνει τὰς ἐκ καθεύδοντας, ὅταν ἐρρωμέναις μάλιστα περὶ τὸν ἄνθησιν. id est: Testantur smylacis vmbram in ea dormientes perimere, quo tempore ad nouos maxime flores turget. Valeant igitur medici, & sub ea Epimenidis somnū dormiant, qui taxo, virulenta arbore, ex quo Scythæ arcus parabant, pro spleni salutifera thamarisco vtuntur. de qua Lucretius quoque (meiudice) ita cecinisse videtur:

Exitialis error putantium taxum esse tamariscum, & ex ea bolis ad arcus vtuntur quoque Tartari. Lucret. li. 6.

Est etiam magnis Heliconis montibus arbor,
Floris odore hominem tetro consueta necare.

Quod vero manū, crura, pedesque ardore inquā pruriunt, id quoq; vestra accidit culpa. herbas in pratis pedibus contriuistis rore madentes, & ex vepribus rorulētis manibus & brachiis nudis absque chirotheca cuulsistis. Quēadmodū, vt Laius scribit,

ſcribit, ſemina rore irrigata rubigine exeduntur, quam ἐρυσίβην dicunt: ita quoque ros ſubtili vaporum acrimonia cutim abſtergit & arrodit. ob id mulieres paulo habitiores, ne ob corporis obœſitatẽ pugiles eſſe viderentur, teneris & perluſtribus veſtimentis ex lana molliore, aut ex Melita tenera goſſopii lanugine rorem excipientes, corpora demaciabant, ne quoq; πολυσαρκίᾳ onerarentur. At ego, ſtratis in vere, tempore antelucano, ſuper gramina linteaminibus, hũc excepi: expreſſumq; vt à ſordibus gramini adhærentibus expurgaretur, deſpumareturve, decoxi, & in decocto linteolos madefactos vlceribus phagedænicis applicui, & roris acrimonia abſterſa & ſiccata cõſolidaui: incocto quoq; non raro aluminis & olibani momento, conſolidationem non parum promoui. Vale, ex Muſeo noſtro.

Rore corpora mulierum demaciãtur. Plutarch. de cauſis phyſicis.

Melita inſula bombacis ferax. Plin. lib. 17.

Ros vlcera conſolidat.

De Sanguinis Concreti Virulentia. *Epiſtola* XXXI.

CONDICTA erat nuper ab Simone Artopœo, homine liberali & philiatro, cœna: qui præter cæteras adiicialis cœnæ fercula, nobis lepidũ ex ſanguine leporis ferculum appoſuit: quod (vt Paulus ex Ægina inſula medicus refert) ὡς ἥδιστον τε τιμᾶται, καὶ πολλοῖς δὲ ἴσους ἐστὶν ἐφεῖν αὐτὸ σωὴ ἅπασι, πρὸ δὲ καὶ μετὰ τὸ ἄλλων σπλάγχνων. id eſt: Sanguis leporũ, vt ſuauiſſimum, cæteris præfertur, quem pletique cum epate & aliis viſcerib. decoquere ſolẽt. Aderat quoque tum Nicolaus principũ Bauariæ archimagirus, Apitio (qui paterna bona eſculentorũ conditura obligurierat) longe peritior, qui

Von haſenpfeffer Paul. li. 1. cap. 3 §.

Digitized by Google

De Midane reg- hæc, præter Plinium Plutarch. de εἰσὶ δαιμονίαι, & Athen. lib. 3. dipnos.

ne temere ex sanguine esculenta commmendarem, me admonuit: omnem quippe sanguiné ægre concoqui ait. nonnullorum quoque animalium, vt taurorum, esse virulentum. Midam namque regem, dives illud auri mancipium, aiebat nocturnis somniorum spectris perculsum, haustu taurini cruoris mortem sibi sponte consciuisse: quo obstructis in pectore anhelitus musculis, fertur suffocatus. Addebat quoque, Themistoclem, quum apud Artaxerxem exularet, & ea quæ contra Græciam sese facturum Artaxerxi promiserat, aut præstare non posset, aut in patriã delinquere, sibi bene conscius, nollet: dum taurus in Magnesiis immolaretur, fertur recentem tauri sanguinem, phiala exceptum, hausisse, quo interiit. Vnde apud Aristophanem in Equitibus Nicias ait,

De tauri cruoris virulentia Dioscor. lib. 6 cap. 25. & Nicander in alexiphar. Paul lib. 5 in fine. De Themistioclis morte hęc Æmilius Prob & Plutarch. in eius vita.

βέλτιόν ἡμῖν αἷμα ταύρειον πίνειν.
ὁ Θεμιστοκλέης γὰρ θανατος αἱρετώτερος. id est:

Melius est nobis sanguiné taurinũ bibere: mors Themistoclis est sane eligibilior. Atqui, ait, natura, benevola humani generis parens, noxias huiꝰ taurini deleterii vires, aliis salutaribus ex sanguine anserum & columbarum, ac ex Ponto anatũ, pharmacis compensauit: de quorum cruore Mithridates rex Ponti contra omne virus antidotũ sibi composuit: qui vnus (vt Plinius refert) excogitabat quotidie venenum absorbere, præsũptis prius remediis, vt consuetudine ipsa, sicut Thraſiæ Mantinensi rhizotomo elleborus, anui ex Attica napellus & cicuta, innoxium fieret. Atiam, vt sutor vltra crepidam progressus, de iis (inquit) quicq; vltra statuere est præter archimagiri officium.

De Mithridatis antidoto hæc Plinius li. 25. cap. 2. Gel. li 17. cap 16. & Iulianus lib. 37. Antidotũ ex sangu. diuersis Paul. Ægi. lib. 7 ca. 3. & cap 11. De Thrasia hæc Theophr. lib 9. cap. 18. Hippoc. lib. de flatibus.

Digitized by Google

cium. Ac me intuitus: Ne tu Langi, ait, asymbolon nobiscũ discumbere videaris, tuę partes erunt, nobis reddere causam, ob quam hominis sanguis extra sua venosi generis vasa intra cranai, ventriculi, pectoris, renum, vesicæque cauitatem diffusus celerrime in ἑμάδας, quos Latini grumos dicunt, concrescat, putrescat, ac in virus abeat: quũ alioqui adeo sit salutaris, vt elephantiasi conspurcati folia in balneis sanguine humano temperauerint: eius quoque illitu anginam Orpheus & Archelaus curari tradiderint. Pariter quoque, si in paroxysmo comitiali morbo lapsorũ eo labra irrigata fuerint, confestim àconuulsione liberari affirmãt. eos quoq;, si pollices pedum pungãtur, aut pulpa in digitis manuũ lyncis vngue lancinetur, ex iisque guttæ in faciem regerantur, celerrime à lapsu resurgere. Cornel. quoque Celsus, e-poto calido iugulati gladiatoris sanguine comitiales curari morbos docuit. Adde quod Iulius Capitolinus memoriæ prodiderit Faustinam M. Antonini philosophi & Imperatoris coniugem, hausto gladiatoris, quem efflictim deperierat, sanguine, ab ærumnosa erotici amoris affectione liberatam fuisse. Ad hæc tum ego respondi: Mos certe tã historiarũ perito archimagiro, famescentis ventriculi medico inquam gerendus est, qui imperiosam famis affectionẽ pingui aliquo iure demulcere nouit. proindę, quorũ (inquã) animaliũ sanguis, vt ceruorum, damarumque & caprarum, fibris caret, quas Græci ἶνας vocant, non cõcrescit. has enim, vena pedis aut manus in aqua feruenti secta, quum sanguini virgula conquassato, imperitum chirurgicorũ vulgus innatare cõspexerint,

De his magicis ex sanguin. epilepsiæ remedus Plin. li. 26. cap. 1. & li. 28. c. 4. Corn Celsus lib. 3. cap 22. Iustinus Martyr in Apolog. contra gẽtes hęc damnat. De Faustina hęc Iul. Capitol. in vit Antonini. Congiati sanguinis in corpore causam reddit Hippo lib 6. aphoris. 20 Arist. lib. 3. de part. animal. ca. 5. De villorum in sanguine vilitate, Plato in Timæo copiose.

Digitized by Google

Falsum chirurgicorum de fibris in sangu. iudicium.

limum aut fecem sanguinis esse testantur; sine quib. tamen sanguinis consistentia subsistere nō posset De quib. Hippoc. in libello de carnibus sic ait: Quando quis victimam mactat, donec calidus fuerit, liquidus manet sanguis: postquam autem refrigeratus est, congelatur. si vero quis ipsum conquasset, & fibras eximat, non concrescit: fibræ enim sunt frigidæ & glutinosæ, quarū viscido lentore animalium sanguis concrescit, iis detractis, incōgelabilis manet. Quod Plinius ex Aristot. his verbis reddidit: Taurorū sanguis celerrime coit atq; durescit: ideo potu maxime pestifer. aprorum, ceruorū, caprarūq; & bubalorū omnium nō spissatur. At hominū, quia fibris scatet, extra sua venosi generis vasa, in quauis calida corporis cauitate concrescit, & putredinis virus resipit, αἷμα γὰρ (inquit Galen.) εἰς θρόμβου ἀποίωσις, ὁδὸς ὅπῃ φθορά ἐστι: id est, Sanguinis in grumos alteratio, via est ad corruptionem. Quod extra venas ei multis nominib. accidit. Primū, quod locum natiuum deseruit, qui locati vires fouet, vt extraneus variat & corrumpit. Deinde quod calor ei congenitus diffletur, & lotii sallugine, quæ sanguinis congelationem moratur & prohibet, etiā destituatur, cōputrescat igitur necesse est. & p rōe loci affecti grauissima veneni symptomata parturiat. Si namq; intra cranium & cerebri panniculos substiterit, epilepsiā: si in pectoris cauitate, aut pulmonis arteriis, tabem: in vētriculo cardialgiam & lipothymiam, in matrice hystericam vteri suffocationem, in vesiça vero vrinæ obstructionem & dysuriam concitabit. Proinde Galen. in libro de bono & malo esculētorum succo: Atque

Quod sanguis ob fibras concrescit, Arist. li. 2 de part. animal. ca. 4. Pli. li. 11. cap. 38. & Gal. in libello quo animam sequitem peratum corporis docet, Aristotelem exponit

Ob quas causas sang. extra venas putrescit.

Sæua concreti cruoris accidentia.

Digitized by Google

que hoc etiã admirabilius, inquit, eſt, quod concreto in grũmos ſanguine, ſiue in vuln⁹ is influat, ſiue in ventrem, ſiue in aliquod inteſtinũ. vſuuenit namq; vt exoluantur & algeſcant, cũ paruo ac malo pulſu. Quinetiam, air, concretus in vulnere ſanguis, cauſa eſt cur oborta pũtredo vicinas partes ſanas ſtatim contaminet. quamobrem ſuccus ille qui eſt nobis omnium accommodatiſſimus, vbi refrixit, tam grauiter nos afficiat? Non parua, inquit, eſt illa profecto quæſtio: ſed nihil refert, inquit Plato, quæ pulchra ſunt, bis dicier. Eadem Gal. quoq; in libro de locis affectis: Mirari igitur, inquit, aliquis poſſit, quænam ſit tam ſæuorum accidentium cauſa: quippe quum omniũ quæ in corpore ſunt, ſanguis maxime eſt familiaris, vltimumq; (vt Ariſtot. ait) corporis alimentũ, quomodo ex vaſis ſuis effuſus, tanti mali ſe auctorem præſtet, vt putredo partiũ & marcor ipſum ſequatur. Etenim vidimus, vbi veſicæ meatum obſtruxerit grũmus, eadem calculi ſequi accidentia, & alia magis portentoſa, quæ Serapio in capitulo de ægritudine renũ & veſicæ repetit. proinde ſi precipiti ex abrupto vel equo caſu, vel violenta corporis ſuccuſſione, aut venę in pectore vel ſub cranio ruptura, ac iugi ſanguinis in ventriculum vel pulmonem deſtillatione, putridi cruoris grũmos in corpore coaceruari conieceris: ne viroſo putreſcentis cruoris habitu cor cerebrumq; infeſtetur, operæprecium erit, hos pharmacis diſſicere grummos, ac per lotium aut aluum expurgare: nõ vt vulgus chirurgicorum imperitum aſſolet, carbonibus tiliæ, aut Arabum mummia, & ignoto veterib. ſpermate ceti, ſed ſubſcripto puluiſculo,

Plato in Phædo. & Timæo. Galen. de locis affect. lib. 6. cap. 4. & Hippõc. in libel. de flatibus.

Serapio tract. 4. cap. 18.

Sanguinẽ concretũ diſſoluentia enumerat Paul. lib. 5. cap. 1. & lib. 3. cap. de ſangui. ſputo λα' Oribaſ. li. 9 Sympoſ. cap. 3.

Digitized by Google

quod conflatur ex

Radicis angelicæ ℈ ij
Coaguli leporis ℈ ß.
Succini ʒ. ß
Farinæ orobi rubei ℈ ij

Exacte contusa cribro excernantur, ac de illius pulueris farragine ʒ.1 dissoluatur in stillatitio cerefolii aut gingidii liquoris ʒ iij ß, & oxymellis ʒ. 1. fiat haustus. Oxymel quippe, vt Gal. expertus est, per se absque adiuncto haustum, sanguinem concretum dissecat, expectorat, vel per lotium prolicit: quem postquam oxymelle incideris, tum commode ex aloe & rheubarbaro catapotiis per aluum expurgabis. quod Paulus Ægineta quoque his verbis suadet: Sanguine, inquit, circa ventriculum concrescente, coagulum leporis potandum dabis: aut ex cinere ficus lixiuium, addita aqua cerefolii, aut thymum vel thymbrā cum aceto, quos lacte χίσῳ, aut aloe quoque euacuabis.

Æginetæ hæc libr. 3. cap. 31.

Felix igitur naturale ægitalli & acanthillidis voluctum odium, quorum sanguis non concrescit, commixtus quoque rursum dissiluit ac separatur: vt Plutarchus in libello de odii & inuidiæ differentia dilerit. Ex quo Plin. lib. 10. cap. 74. corrupte hæc de eisdem volucribus scribentem emendare poteris, quum Galenus hac de re quæstionem hanc difficilem censuerit, vt tibi gratificarer, in illius explicatione ingenioli mei neruos pro viribus intendere placuit. Quid vero assequutus sim, tu videris. Vale.

Plinii locus correctus de ægitallo & acanthide.

De Salis Speciebvs, Veterum vsu & condimento. Epistola XXXII.

QVam vellem, mi Leopolde perdilecte, nostras de re medica Epistolas, plus salis haberent, quo tibi & stomacho tuo magis arriderent. Quicquid enim non in arte solum culinaria, sed in omnib. ingenii laborib. & lucubrationibus salis condimento caret, illud veluti insipidum & illepidum despuitur. Vita, inquit Plinius, humanior sine sale nequit degere, tam necessarium est elementum, vt transierit intellectus vocabuli ad voluptates animi quoque. Nam ita Sales appellantur, omnisq; vitæ lepos & summa hilaritas, laborumq; requies, non alio magis vocabulo constat. Ob id erat, vt Eustathius refert, amicitiæ & beneuolentiæ symbolum. nã vt sal ex variis aquis stagnantibus & fluentibus solis igniſq; calore in vnum coadunatur corpus: sic dissidentiũ amicitia, conuiuiorum & mensę illecebra, tanquã philtro, conciliabatur. Ideo primum ante alia fercula apponebatur. Vnde Pythagoras ἅλα ϖ τραπέζαν μὴ ϖαραβαίνειν admonebat: id est, non oportere transgredi salem & mensam: id est, amiçitiæ ius violare. At multis nominibus Homerus salẽ diuinum, & Plato amicum Dei corpus appellat. quoniam, teste Plinio, nulla sacrificia sine mola salsa conficiebantur, in quib. non victimæ caput, priusquam cæderetur, ὑλοχύτας, id est ordeo sale admixto conspergeretur. Vnde Homerus Iliados ι, sic cecinit; αὐτὰρ ἐπὶ ῥ' οὔρησαν ϖ ὑλοχύτας ϖροβάλοντο, αἰέρυσαν μὲν ϖρῶτα, ϖ ἔπραξαν, ϖ ἔλοντο. De-

Plin. lib. 31. cap. 7. de salis metaphora.

Sal amicitiæ symbolum, Eustath. lib. 1. & 10. Iliados.

Quare Homer. & Plato salem diuinum appellarunt Plato in Timæo.

Digitized by Google

De fulm. & sale hęc Plutarch. in sympos 5.cap. 10.

inde quod sale consperſa & macerata diu, ne putreſcant, conſeruantur. qua ratione Plutarchus fulmen quoque diuinum veteres dixiſſe aſſerit, quod corpora diuinitus eo afflata ἄσηπτα, imputrida tẽpore multo durent. Eſt quoq; sal diuinitatis particeps: quod genuinum veneris vigorẽ promouet, prolificumq; reddit. Ob id Ægyptii canes ad coitum inertes, salsamẽtis carnibusq; sale maceratis ad veneréalacriores reddebãt. Naues quoque maritimæ immenſa murium copia & fœcũditate onerãtur: adeo vt nec deſint auctores, qui fœminas absq. maſculi coitu, solo linctu salis cõcipere affirmẽt. Non certe abs re poetæ Venerẽ, omnis prolificæ genituræ principẽ, è salo natã, & ἁλιγενῆ dici finxerunt. Nec naturales in eo vires medicatæ salubres deſiderantur. Sal quippe delicatiſſimum obſoniorum obſonium, torpentem ventriculi appetentiam excitat. cuius columbæ gnaræ, primum terram salſam aut lotio conſperſam pipionum gulæ roſtro inſerto ingerunt. Proinde videant medici, qui ligni Guaiaci decocto Gallicã Veneris luẽ curaturi oẽm salis micã alimentis ægrotorũ ſubducunt, ne nimiũ ſtomachi vires eneruẽt. Nõ temere quidé paſtores, vt Plutarchus refert, pabula pecorum sale cõſpergebãt, vt salis acrimonia appetitus excitaretur, meatus ciborum obſtructi reſerarentur, & alimonia paſtus in corporis molem digereretur. Attamen Apollonius Erophilus graciles & macres, veritꝰ obſtructiones vaſorum, præcipit non dulcibus aut viſcedine chõdri, ſed sale maceratis nutriri, quorũ tenera ſubſtantia ὥσπερ ἐντεύξιμα alimentum corpori per meatus ſufficeret, nõ ſanguine tãtũ,

De muriũ fœcunditate hæc Plutarch. Sympoſ. 5.ca.10. & Plin. li. 10. cap. 65.

Sal libidinis & appetitus incitamentum.

An in cura ligni Guaiaci ſal competat.

Pecora ſale pingueſcere, Plutarch in libel. de cauſis naturalibus.

ſed

ſed ſanitatis quoque ergo: quod pecorũ pinguedo ſalis eſu fit liquidior, & pellis facile deglubitur. At mehercule veterem antiquorum vindemiatorũ ſalutarem in cõdendis vuis operam apud noſtrates, qui ex vino toti pendemus, exoleuiſſe admiror, qui vinis aquam marinam aut ſalem addebant: qui ſuo calore, ne lenteſcerent, pendulaque fierẽt, conſeruaret: & dum põdere ſuo in vaſe ſub ſideret, fæces ſecum ad fundum deferret: quo vine defecatiora ſalubrioraque reddebant. Cæterum fere præclaras eius in ſectione venæ reiteranda, & ſanguine in grũmos concreto incidendo vires obticuiſſem, quo ſi venas ſcalpello, vel cutem ἀμύχας vulneratam affricueris, vena nõ coaleſcet, & cucurbitulis affatim ſanguinis elicere, aut tantum quantum ille in Bauaria balneator, poteris. Proinde Paulus & Aëtius, ipſiſſimæ Galeni ſimiæ, cæterique Chirurgiæ cõſulti Medici, præcipiunt, gangrænam ſcalpello paſſim inciſam ſpongia recenti aqua ſalis madida crebro fomẽtare, ne ſanguis in ἀμύχας cõcreſcat, meatusque ſpirituum obſtruat, quo tandem membrum, caloris & ſpirituum inopia infrigidatum, cõmoriatur. In vniuerſum igitur Ariſtoteles ſcribit, omnes ſalſas fluuiorum ſcaturigines potentia calidas eſſe oportere: quum ſalem definit aduſtæ terræ ſpeciem, quæ frigido & humido, aut non raro calido & humido, vt raphani ſucco, in liquorem diſſoluitur. At glacies calido & ſicco contraria ratione diffluit, qua ſal induratur, in littotibus marinis, & in Italiæ Hiſpaniarumq; ſalinarum puteis, vbi æſtu ſolis concreſcit. At in Vngaria & Polonia, intra montiũ ſpecus 20 orgiis & pluribus altas, in

De vini cũ ſale conditura, Columella li 3. M. Cato de re ruſtica c. 104 Conſtantinus in Geoponico. ad Plinium.

Salis in phleb & gangræna vſus. Aëtius lib 6 & lib. 8 cap. de ſynanche & pleuritide.

Aëtius li. 8 fol 175. & 163. de ſalis in ſacrificando vſu.

Salis definitio ex Ariſt li 2 Meteor. cap. 3.

petras ingentes coalescit, vnde ingentia quoq; salis saxa plaustris vix ferenda eruunt. Hic quoque sal panis saxatilis, ac fossilis appellatur: cuius pars candore instar crystalli lucida, Sal gemmæ appellatur, cuius linctu ardorẽ stomachi extinguũt. Alia vero salis speciẽ in Aphrica arenosa, & Ægypto, sub ἄμμῳ, id est arena, æstu solis concreta, eruitur: vnde salis Ammoniàci nomenclaturã obtinuit. De quo Plinius ita scribit: Inuenit, inquit, salem iuxta Pelusium rex Ptolemæus, dum castra metaretur: quo exemplo postea inter Ægyptũ & Arabiam, etiam squalentibus locis cœptus est inueniri, detractis arenis, vsque ad Hammonis Iouis oraculum. is quidẽ vna cum luna noctibus crescens (nam Cyrenaici quoque tractus nobilitãtur sale hãmoniaco, quia sub arenis inueniatur sic appellato) similis est colore alumini quod Schiston vocant, longis glebis, neque perlucidis: ingratus sapore, sed medicinæ vtilis. Hũc, vt Ctesias tradit, Ægyptus quotannis regi Persarum, & aquam ex Nilo, potu saluberrimam, dono mittebant. De quo, præter nomẽ, in myrothecis nihil extat. Hi sola naturæ opera constãt. Sunt vero & alii sales q̃ ex salsis fontiũ scaturiginibus, artis industria in Latio, & Germaniæ plerisque ciuitatibus, quæ à Græco salis nomine ἅλς, nomen Hall obtinuerunt, passim decoquũtur: vt olim in Chaonia, ex fonte aqua salsa scaturiente, quæ in flumen dulce defluebat, donec sufficiens pars aquæ exhalasset, sal instar niuis candidus in æreis cortinis decoquebatur. Sũt & in pagis Italiæ salsæ ex petrosis cuniculis aquarum scaturigines, quib. naphtha oleũ (ob id Petroleum dictũ) innatat, quo spon-

Sal gemma.

Salis hammoniaci descriptio.

Plin. li. 31. ca. 7. hæc.

De sale Hãmoniaco hæc Athenæus lib. 2. dipnosoph.

ſpongia aut cucurbitulis collecto indigenæ partim ad nocturna lampadum ellychnia vtũtur: partim agyrtæ, ſed mixtum & impurũ per Europam venale circumferũt. Aquam vero, quæ acrem reſipit ſalſilaginem, ad ſalis conſiſtẽtiam decoquũt, ſalemque Naphthicum appellãt:: cuius meminit Meſue, & Plin. lib. 31. cap. 7. Transfertur & nomen ſalis ob ſubſtantiæ ſimiliudinem ad ſaccarũ Indorum, quod in paluſtribus Indiæ cannis ſolis feruore deſudat & concreſcit: de quo Alexander Aphrodiſæus ita ſcribit: ſed illud verius mel quã ſalem eſſe, & Saccar Indorũ, aut ſi mauis Mãnã dici, Alexander his verbis teſtatur: Quod aũt ſaccar Indi appellant, mellis coagulum eſt ſole cogente rores, conuertenteque ad mellis dulcedinem. fit ſaccar id proximum ſalis glebulis, candidum, fragile: vim id quoq; tergendi purgandiq; melli ſimilem habet. Hũc ſi ſaccar aut ſalẽ Indorũ appellare malis, nihil moror. Ariſtoteles quoque memoriæ prodidit, in Arabia de quibuſdam calamis & ſirpib. vſtis cineré in aqua ad ſalis ſpiſſitudinẽ decoq, vnde ſalis copia in fundo ſubſideat. Pari ratione Syriá incolẽtes herbã tragũ, aut ſi mauis anthillida in cineré adurũt, ex quo ſaponẽ & vitra conficiũt: qué cineré & herbã Mauritani alkali dicũt. Salé tamen concretũ de cinere ſuo eliquatũ, ſalem alkali dicunt chymiſticum. Verũ in cenſum ſalis nitrum referunt quoq;, optimum in Ægypto paſſim, Africa & Berenice vrbe Cyrenaica, ex rore & pluuia: aut vt ſal ex aqua maris inputeos ſalinę deflua, ſic ex Nilo & aqua nitroſa ſtagnante ęſtu ſolis, nitri opifice, affatim ꝓducitur etiã in Ægypti conuallibus, ex rore ſupra ter-

Sal Indorum eſſe in cannis ſaccarum Paul. li. 2. cap. 54 teſtatur.

Saccar Indorum verius eſſe rorem mellium, quam ſalem. Dioſc. libro 2. cap 73. & Alexãder Aphrod. lib. 2 Problem. 74. Ariſtoteles 2. Method cap. 19.

De tragoe & anthillide Dioſcor. lib. 3. ca 155. & lib. 4. cap. 48.

Sal alkali quid chymiſtis.

De natura & nitro Plin. libro 31 ca. 10. & Dioſc. lib. 5. cap. 84.

Digitized by Google

ram nitrosam deciduo cõcrescit: nec de terra, vt minera, verũ nitrũ vnquam eruitur: cuius generationẽ Plato in Timæo describit, & Absyrthus in cura veterinariorum crebro Ægypto nitro præ cæteris vtitur. Est & alia nitri species, artis industria parata, quæ ex stiriis frigore in lapidib. parietũ aut testudinũ concretis, sensim destillantibus, saxis & cęmẽto accrescit: aut ex putrida & salsuginosa in stabulis terra, veterinariorum vrina consperſa decoquitur. Nouum inuentum, veteribus medicis ignorum: vnde puluis ille pyrobolus, ex halinitri partib. tribus, carbonũ salicis duabus, & vna sulphuris conficitur, quo missiles tormentis æneis glandes in mœnia & vrbes eiaculantur, magis in perniciem hominum quam salutem ægrorum excogitatus: qui quum militibus magis quã medicis sit vsui, hunc illis qui sequuntur castra Chirurgis relinquamus, qua ratione illis incendium aut ardorem extinguant, & vulnera curent, examinandum. Vale.

De salpetra.

Pulueris incẽdiarii cõpositio.

EPISTOLÆ HVIVS, DE TRAGASEO SALE RESTILI, PARERGON.

At illud memorabile quidem, quod de tragaseo sale Athenæus scribit, corollarii loco in huius epistolæ coronide addere libuit, qui in Troade fodinis eruitur: de quo incolis tãtum, quantũ quisq; invsum suum volebat, apportari integrum erat. At quum rex Lysimachus salem hunc fossilem vectigali oneraſſet, cœpit adeo tabescere, vt fere euanuisset, nisi rex territus miraculo, salem à vectigali rursus immunem reddidisset. quo sublato, restitutis illa salis copia auctior redibat. Proinde

De tragaseo sale Athenæus libro 3. dipnosophistarum.

inde hæc de salis viribus & speciebus medicorum theoremata, tibi omnibusq; philiatris volebam esse obuia, & libera: ne Dei optimi vindicta, nobis salem mentis adimat, ac insulsos reddat. Vale iterum, & pro corollario, præsens illud ex salis subsidio Hippocratis & Leonidis ac Archigenis in hydrope remedium, animo memori reconde: qui supra internũ cruris œdemate turgentis malleolum, quatuor digitorum spacio, scalpello paulo quam in venæ sectione altius, & in orbem cucurbitulæ adacto, ex vulnusculis sale confricatis, ne sanguis vel ipsa concresceret, inde iugi scaturigine aqua guttatim emanante, totam hydropis aquam intercutem in aluo sub peritoneo vel in testiculorum osse reconditam, sensim educebant. idque verum esse mea experiẽtia comperi.

Hanc hydropis curam Aẽt. Ser. 10. c. 30. docet.

De sale hoc quoque Aetij lib. 6. de Phleboto reiterando.

De Contrariis Simplicium Medicamentorum, rheubarbari, myrobalanorum, rosarum, vrtica & aceti, & id generis, viribus, ex eorum Heterogenea partium mixtura.

Epistola XXXIII.

NOn penitus temere Democritus ac Epicurus corpuscula quędã insectilia, quę atomos dicunt, rerum naturalium principia statuerunt. Horum nempe coitu & adhærentia, experimur pleraq; medicamenta simplicia, non coadunatiõe absoluta partium mixtura, diuersas & contrarias sortiri vires & qualitates, Rheubarbarũ quippe & myrobalanos flauam & atrem in dysenteria expurgare bilem ab aluo videmus: & fluorem

Contrarias in eodẽ simplici pharmaco vires Galenus li. 3. de facul. simplicib. copiose docet.

Digitized by Google

Alexan. Aphrodiſæ' lib. 1 Problē. 104.

alui, quam exoneratunt, ſiſtere & roborare. Proinde ſcite mehercule quærit Alexander Aphrodiſęus, qua ratione fiat, vt in vno ſimplici medicamento contrariæ ſubſiſtere vires poſſint. Maſtix, inquit, & abſtergit & digerit ac firmat, rheubar. aluum laxat & conſtringit, acetũ calefacit & infrigidat. Id, inquit, eo nomine accidit, quoniam particulæ eorum, velut atomi, indiuiduæ in mixtura earum per appoſitionem, non per confuſionem coeunt: vt arena, ſi lento conglutinetur humore, inque vnum corpus coagmentetur, nõ per confuſionem ſuorum corpuſculorum in corpus, quod vnum videtur, concreſcit, ſed per coniunctionem contactumque conſiſtit, ergo contrarias vires diuerſis particulis maſticis, aceti & rheubarbari inditas, credere, nihil abſurdum eſt. Contraria nempe in eodem ſubiecto ſeſe nõ ferunt. Sic pari ratione virtus roſarum laxatiua, & odorifera, in ſupernis eius & violarum partibus conſiſtit: at aſtrictoria & roboris altrix in partibus internis deliteſcit. Virtus vrticæ adurens ſuperficie tenus manet: intus vero tantum frigoris latet, vt ea contuſa arteriis metacarpii ac temporum applicata, febris feruorem extinguat in corde. Sic quoq; Galen. atram bilem, cinerem & acetum, eſſe calida his verbis teſtatum reliquit: Ex immodico aſſato ſanguine atra bilis fit, vnde lucidum ſplendorẽ obtinet, & feruet, veluti quidam cinis. ac frigida quidem eſt, quia terreſtris: ſed caloris non expers, quemadmodum cinis & acetum. Et ego aquas ſtillaticii per alembicum liquoris de herbis natura frigidis, aliquid empyreumatis & caloris obtinere aſſero: niſi eas vitro exce-

Roſarum odor. robur. & virtus laxatiua.

Vrticæ calor & frigus ingẽs.

Hæc Galẽ. lib. 7. de cauſis ſymptomatũ.

Atræ bilis feruor & frigus. Aquarum diſtillat. calor acquiſitiuus.

Digitized by Google

exceptas aliquot dies in penu frigido ſupra argillam collocaueris. Cæterum acetum, vini vitia ſi ſoboles, cuius calore genuino per aduenticium reſoluto, acetum congeniti caloris expers, alieno imbuitur, contrarias ob id caloris & frigoris vires obtinet: frigoris quidē, dūſpongiis exceptū, inflāmationes eo madidas ſedat: in ore contentū, eſtū balnei arcet: fronti illitū, ardorem capitis febrilē extinguit. Nec caloris actiones in eo deſiderantur. nam partibus ſuis tenuiorib. calore præditis ouorum putamina ita colliquat, vt per annulum traducere poſſis quib. Theomneſtus, veterinariæ artis medicus, equorum ex puluere tuſſim ita curabat. Oua, ait quinq;, quum adueſperaſcit, in aceto acri macerabis dum in diluculo exteriorē putaminis callum intabuiſſe agnoſces: qualia ſunt oua præcoci ait intempeſtiuo gallinarum partu edita. hæc ſi equi tuſſientis faucib. lingua exerta ingeres, tuſſim curabis. Nouit & Cleopatra, nouiſſima Ægypti regina, tabificam aceti acredinē: quæ ſuperbo ſimul, procaci quoque faſtu, vt regina meretrix, Antonio conſuli Romano vna cœna ſeſolam centies ſeſtertium abſumpturam obiiciebat. factis ſponſionib. duos habuit vniones, ex aurib. pendulos, quib. pondere, magnitudine & candore pares non ſpectauit orienſ. dum ſecundæ menſæ bellaria apponerentur, ipſa alterum aure detractum, oxybapho aceti immerſit, quem liquefactum abſorpſit. Alterum quoque abſumpſiſſet, niſi L. Plancus, ſponſionis iudex, obſtitiſſet. Fuit hæc adiicialis magni ſumptus cœna: at illud Hannibalis facinus longe memorabilius, qui per inuias alpium rupes Italiam ingreſ-

Acetinatura & vis.

Oua aceto liqueſcūt. lib. 1. medic. veterin. Theomneſtus.

De Cleopatræ vnionibus. Plin. lib. 9. cap. 35. Macrob. lib. 3. ſaturn.

Digitized by Google

surus, saxa igne accenso calefacta, aceti aspergine ita emolliuit, vt in frusta facile cæsa facilius quoque diruerentur. Adde quod & singultus, vi aceti calorifica, vt refert Aristoteles, tollitur: Quia, inquit, humor circumstans ventriculi orificium, prohibens eructandi licentiam, per vim aceti calefactoriam extenuatur. Dura igitur dissipare saxa, margaritas & ouorum putamina in tabem resoluere, lentos dissecare humores, hæc non frigoris, sed caloris, partiumque tenuium acrimoniæ calore præditarum, accepta referũtur. At inflammationes, febrisque ardorem, balnei æstum, & ex calore sitim sedare, id acetum frigoris energia operari in confesso est. Proinde Plutarchus libro Symposiorum tertio inquit, οὐδὲν δὲ τῶν σβεστικῶν ἰσχυρότερον, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ τῶν ἐπικαιόντων καὶ συμπεπτωκότων φλόγα δὲ καὶ ὑπερβολὴν ψυχρότητος. id est, Nullum ignis extinctiuorum aceto est efficacius: maxime omnium euincit & supprimit flammam, ob frigoris excessum. Ob id Galenus inquit: Omnium quæ nouimus, potestate refrigerantium, acetum plane exacte tenuissimarum est partium, & admixtam aliquam caliditatem habet, à calore putredinali aut aduenticio, vt Aetius inquit, acquisitam. Ob id recte inquit Paulus: Acetum mixtæ est virtutis, frigidæ & calidæ, ambarum partium subtilium, sed in eo calorem euincit frigiditas. Atqui nemo rationis compos his cõuictus exemplis inficiari poterit, simplicia pleraque medicamenta ob partium heterogeniarum mixturam contrariis esse prædita viribus, quæ in eodem consistere subiecto non possunt. At hæc exacta partium

Singultus remedium Aristotel. sectione 33. Probl. 5.

Plutarch. Sympos. tertio, ca. 5. hæc.

Galen. lib. 10. Methodi, & lib. 14. eiusdē

De natura aceti exactè: hæc scribit Aet. lib. 1. ca 1. Paulus Æginet. lib. 7 de simplici medicina.

Digitized by Google

tium mixtio, non est nostræ aut pharmacopœorum opis: sed, vt Galenus lib. 1. de tẽperamentis ait, naturæ vel Dei solius opus. Pari ratione argẽtum viuum contrariis præditum viribus experimur. nam partibus calorificis stãnum exedit: aurũ netile & illius bracteas ita liquefacit, vt cum eo imbutũ, per colum traiici possit. Neruos vero ac cerebrum adeo suo frigore ferit & humectat, vt eius saltem vapore afflati, neruis paralysi relaxatis aurifabri, metallorũ fossores, & artis Chymicæ opifices, velut siderati attoniti concidant. proinde quæ sit eius cõstitutio, calida an frigida, sub Medicorum iudice adhuc lis est. Reliquum erit, vt tu velut arbiter, quid hac in re controuersa statuendum sit, diffinias. Vale, ex Museo nostro.

Galen. in fine lib. 1. de tempera. & Alexander Aphrodis. de mixt. Vitruuius li. 7. c. 8. de auro hæc

An Dæmones Humana Corpora *morbis affligant, exorcismo obtemperent: qua denique methodo tales morbi curentur.*

Epistola XXXIIII.

TArdius quam arbitrabar, Guilhelme, literæ tuæ ex vrbe Romana ad me peruenerunt, forsan per trapezitas detentæ, qui literas obligatorias illis implicitas suspicati, eas detinuerint, donec pecunia ad sortis cum fœnore solutionem illis suppeteret. Quibus significas, anno à Deipara virginis partu 1554, Romæ plures quadraginta quinque mulieres partim viduas, à dæmonibus obsessas, dum ad exorcismum in templa ad altaria, diuo Gregorio & aliis de cœtu cœlicolarũ diuis dicata, deducerentur, incredibile di-

ctu, quantum Corybantum more insanierint, & quã terribili voce vlulauerint, in terrã quoq; velut exanimes prociderint: caput denique parieti & pauimẽto, citra tamẽ offensam, alliserint. Horribile dictu, quam tremula voce rogantibus episcopis, qui tum sacris operabantur, & aliis exorcismi præsidibus, quãuis literarum ignaræ, etiam latine responderint: & quam lamentabili voce, sæuis morborum tormentis affectæ, planxerint. Proinde, Guilhelme mi, quæris an dæmonibus, (Christo nato & passo, qui claustra Ditis infregit, in ligno mortem vicit, ac Pharaonem illum cacodæmonem in æquore rubro submersit) aliqua obsidendi corpora baptismi lauacro expiata, & morbis affligendi potestas adhuc reliqua sit: & quare tum exorcismi sacris carminibus non cesserint. Quamuis horum reddere rationem, Theologorum interest potius, quam Medicorũ: ne tamen consilium & operam meam tibi defuisse vnquam conqueri possis, quid hac de re ex sacris & Ethnicorum literis, ac Medicorum experientia compertum habeam, te non celabo. Quũ huius terreni cœlestisque mundi opifex angelos sibi ministros & satellites procreasset, horum dux Luciferus arrogantiæ fastu elatus, ausus est in corde suo dicere: In cœlum conscendam, supra astra collocabo solium meum, & similis ero altissimo. qua fastus indignitate mundi offensus architectus, iam cœlesti luce orbatum, plus quã triginta millibus suorum comitum (vt Oenomaus scribit) stipatum, de cœlo eum in Stygis tenebras & lacum miseriæ deturbauit: alios vero in diuersa mundi loca, vt cœli exules, coniecit:

Dæmonis præcipitiũ scribit Esaias cap. 14. Iudas epist. sua. De casu dæmonis hæc quoque Plut. in libel. de fatione, & oraculis abolitis. Habitacula dæmonum.

Digitized by Google

cit: mitiores in æthera, ferociores in aera, tempestatum non raro auctores. Alios animo paululum benigniores, in flumina & æquor cõiecit, procellarum in vndis coadiutores, quos Naiadum nomine venerata est vetustas. Alios vero, astus solertia nocentiores in terræ sinus, lucos, montium latebras & barathra coniecit, terræ motus & omnis idololatriæ nonnunquam auctores, & pestiferæ contagionis. ita enim dispersi sunt, vt (testibus Porphyrio & Platone) vniuersa orbis sint dæmonibus plena. Horum pars fastu ambitiosa & solers, se simulachris deorum insinuauit, & sub Iouis, Apollinis, Osiridis nomine oracula, ne in mendacio deprehenderentur, ambiguitate perplexa, consultoribus dederunt: quæ CHRISTO ex illibata virgine nato (res admiranda) teste Augustino, Plutarcho & Eusebio, passim in orbe terrarum obticuerunt, & tanquam ranæ in Seripho obmutuerunt. At nunc, inquit Eusebius, Dei gratia per saluatoris nostri euangelicam doctrinam, vniuersus orbis vinculis dæmonum solutus Deum verum glorificat, colit & adorat: nec Cacodæmon ille quicquam iuris in nos & nostra corpora haberet, nisi ob delicta nostra coercenda, in conatus aduersarii consentirent. Proinde Cacodæmon (vt Petrus ait) tanquam leo rugiens, inuidiæ & vindictæ cupidine excandescens, oberrat, quærit vacillantes in fide, aut quauis desperationis aut calamitatum mœrore vel exatrabile captos, quos deuoret. Ob id Ioannes Chrysostomus in tertio de Prouidentia ad Stagirium monachum libro ait: Omni diabo-

Oracula Christo nato obmutuisse, August. de ciuitate Dei, & Lactant. ac alii.

De ranis Seriphiis vide Plin. lib. 9. Euseb. lib. 7. cap. 6. & lib. 5. ca. 1. & 8.

Petrus in Epistol.

Chrysostomi aurea verba.

De Sileno hæc Cicero lib. 1. Tuscul. quæst. Lactant. li. 3. cap. 19. Pl. in Prol. li. 28.

lica actione potentior ad nocendum est, mœroris magnitudo: quia dæmon, quoscunque superat per mœrorẽ superat. Hinc vafer ille ex dæmonum censu Silenus, à Mida rege captus, suum & Thracum suggerit consilium: Non nasci optimum, aut natum quam ocyssime aboleri: præstare mori, quam tot morbis conflictari, & infortunii procellis pessundari, ac illud Agathii succinit:

Τὸν δαίνατον τὸ φοβῆς, τὸν ἡσυχίης χατεῖσθε
Τὸν παύοντα νόσους, καὶ πένης ἀλύνας;
Μοῦνος ἅπασ ξυνοῖς ἀδαλίνεται, οὐδένα αὐτὸς
Εἶδεν τις θυητῶν δεύτερον ἐσχόμενον.

Quos versus ex Anglia Morus ita Latine reddidit:

Num stultum est montẽ, matrem timuisse quietis?
Quam fugiunt morbi, mœstaque paupertas.
Atque ego dispeream, post modo si redeat.
Vna semel tantum veniet mortalibus ægris.

Qui ob morbum & mœrorem animam despondent, & se suspendunt. Dæmones corpora morbis affligunt.

His dæmonii suggestionib. miser persuasus mortem vitæ ærumnis esse potiorem, spe destitutus, mœstus laqueo se strangulat. Non consentientes vero, tot ex atra bile morbis & illorum præstigiis (quos affatim in Epistola 138 primi Tomi recensuimus) macerat, vt desperati, mori quã viuere malint. Obid Iamblichus de Mysteriis: Dæmones, inquit, sua corpus præsentia grauant, morbisque affligunt. & Paulus cap. 1. ad Timoth. Bona, inquit, conscientia repulsa, quidam circa fidem naufragium fecerunt: quorum de numero est Hymenæus & Alexander, quos tradidi Sathanæ castigandos, vt discant non maledicere. Et 1. ad Corinthios cap. 5. iubet

Paulus corpora impiorum Sathanæ subiecit.

bet eum qui cum patris vxore ſtuprum & inceſtum patrauerat, vna cum poteſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti, tradi Sathanæ, ad interitum carnis, quo ſpiritus eius ſaluus fieret in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Obſeſſi namq; geminis vt plurimum infeſtantur morbis: corporis nempe, ex atra bile genitis, quorum ſymptomata ſunt amentia & mœror. Pomponatius, meus Bononiæ in philoſophia præceptor, tradit, priſcos exorciſtas (quos præcantatores appellant) ante coniurationem, obſeſſorum corpora ab atra bile expurgaſſe. At morbi animi noſtri, nempe deſperatio, mœror, timor, vitæ odium, his longe ſunt grauiores, quibus ille præſtigiator nocturno & diurno tempore animum macerat, & lugubribus tentationibus mentẽ vellicat, & veluti aquila apud inferos Tityi iecur arrodit. Proinde Chriſtus ex hoc mundo migraturus ad patrẽ, enixe orat patrẽ vt ſuos diſcipulos ab hoc tentationis dæmonum malo vindicare, & immunes conſeruare velit. quod Nonnus poeta Euangeliographus his teſtatum reliquit verſibus heroicis:

πρὸς σὲ πάτερ παλίνορσος ἐλεύσομαι, ἀλλὰ μαθητὰς
ἡμετέρους σὺ φύλαξον ἀμώμονας, ἔκθεν αὐτῆς
δαίμονος ἀντιπάλοιο πεφασμένους ἱμάσλης.

id eſt: Ad te pater redux veniam, ſed oro diſcipulos noſtros cuſtodi concordes, à dæmonii hoſtis ſcutiferi flagellis. Quod & nos patrem orare docuit, ne nos in illius coniiceret tentationes, ſed vindicaret nos à malo: id eſt, dæmonis afflictione & fraude, qua etiam quieta agitat corda. Et ne tam ſæuis animi corporiſ-

Obſeſſorũ gemini morbi.

Obſeſſos ab atra bile eſſe purgandos.

Diaboli tentationes quauis pugna terribiliores, Chryſoſtomus in fine ſexti Sermon. de epiſcopi officio aſſerit.

De Tityi iecore Macrob. & Virg in Aen. Chriſtus apoſtolorum, tentationem deprecatus eſt, Iohan. cap. 16. & cap. 17. Malum in orat. dominica quid?

Digitized by Google

Exorcism' Salomonis Iosephlib 8. antiquitat. cap. 2.

que morbis hominum macerarentur corda, Deus (inquit Iosephus) Salomoni artem præstitit, qua dæmones & morbi ab hominibus arcerentur: quæ tum multum vigoris habuit. Vidit namque Iosephus Eleazarum Iudæum in exercitu Vespasiani, curantem eos qui à dæmonibus torquebantur, tali methodo. Ingerebat naribus obsessi annulum, sub cuius symbolo radix à Salomone indicata continebatur: quo de naribus educto, simul dæmonium obsessi emunxit, ac æger languore in terram concidit: & Eleazar carminibus Salomonis dæmonem adiurauit, illique per sacra edixit, ac vetuit, ne in pristinum suum ergastulum rediret. At vt obsessum, spiritu maligno liberatum testatetur, ponebat coram obsessis calicem aut peluim aqua refertam, quam vt egressus ab homine subuerteret, dæmoni iam exauctorato imperabat. Certum est, homines impios & sceleratos à dæmonib. subigi & torqueri: hos vero vicissim à pietatis & Christi Iesu cultoribus nomine eius audito contremiscere & torqueri. Proinde Lactantius: Dæmones, inquit, iustos veri Dei cultores metuunt, cuius nomine adiurati, de corporibus excedunt: quorum verbis tanquam flagris verberati, non modo dæmones se esse confitentur, sed etiam nomina sua edunt. Quia nec Deo, per quem adiurantur: nec iustis, quorum voce torquentur, mentiri possunt. itaque maximis sæpe vlulatibus editis, verberari se, & ardere, iamque exituros proclamant. Sic quoque dæmone in regione Gerasenorum obsessus, catenis compedibusque vinctus, his disruptis,

Eleazari exorcismus.

Quibus dæmones obsessi possint Lactant. li. 2. cap. 16. & Euseb. lib. 7. cap. 6. Lactant. hæc lib. 2. cap. 16. piis hominibus dæmones cogi.

nomen

nomen ſuum Legionis confeſſus, etiam ne verbo Dei torqueretur, petiit. De quo legio dæmonum exauctoratorum porcos ſubiuit: qui rabie perciti, in æquore ſubmerſi ſunt. Quod veroid genus dæmonum Romæ tam contumax fuerit, vt ne ſacroſanctæ Trinitatis mominibus, aut ſacris exorciſmi coniurationibus cedere voluerit, nil mirum. nec enim ſemper Apoſtolis ceſſerunt niſi prius oratione & ieiunio ſe expiallent. Verendum eſt, ne exorciſmi præſides in aliquo deliquerint. impiis enim, vt Porphyrius tradit, aut venere inceſta, aut quauis peccatorum labe pollutis, dæmones non obtemperant: ſed à puris pietatis cultoribus, Chriſto fidentibus, vincuntur. Proinde Hermes ait, eos qui Deum cognouerint, non tantum à dæmonum incurſionibus tutos eſſe, verum nec fato obnoxios: μία, inquit, φυλακὴ εὐσέβεια. εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπου, οὐ δαίμων κακὸς, οὔτε εἱμαρμένη κρατεῖ. ἑνὸς γὰρ ῥύεται τὸν εὐσεβῆ ὁπ᾽ αὐτοῦ κακοῦ. τὸ γὰρ ἓν ᾧ μόνον ὁ ἀνθρώπινος ἔστιν ἀγαθὸν εὐσέβεια. Id eſt: Vna & ſola cuſtodia hominum, à dæmonum aſtu, eſt pietas. pium enim hominem nec dæmon malus, nec fatum tenet. Reliquum igitur erit, Guilhelme, ſi æger tuus, prẽter rationẽ graui conflictatur morbo, aut dolore, qui opportunis pharmacis extirpari non poterit: nec quicquam proderint, ſi nec ſibi mente conſtet, & præterita quoque nec ſibi viſa vel audita ſciuerit, ne tibi patientique cacodæmon ſuis præſtigiis imponat, poſt ſufficientem atræ bilis expurgationẽ, ſi ægrotum quoque exorciſmo expiaueris, id quod medicamẽta præſtare non poterunt, exauctorato dæmone, for-

Hiſtoria hæc habetur Luc. 8. Marci 5. & in Actis apoſt. cap. 8.

Hermetis triſmegiſti de poteſtate dæmonum verba.

Morborũ dæmonii curatio quam Medici donec æger ſe ſtrangulauerit, prorogãt.

ſan feliciter aſſequeris. qualia Beneuenius Florentię in noſocomio opulentiſſimo crebro accidiſſe, in libello de Morborum miraculis ſcribit: & ego Bononiæ & alibi pleraque vidi, quæ in Epiſtola primi Tomi 138. relegere poteris. Vale.

AN ANIMÆ, VEL DÆMONES OBſeſſorum, exauctorati procellas in aere & vndis continent. Epiſtola XXXV.

Suidas & Euſtachi' Odyſſ 7. Plutarch. Sympo. 9. cap. 5. Aera dæmones incolere, Pſellus & Auguſtin. lib de ciuit. Dei 8. cap. 18. & cap. 16.

PRo comperto aſſerunt religionis Ethnicorum antiſtites & philoſophi, animas corporis mole exutas, dæmonum more circa monumenta & in aere oberrare, harumque ſpectra nobis obuerſari: carminibus denique, antequá de Lethæo obliuionis fluuio biberint, ad ſortilegia cogi & allici poſſe: donec corpus aqua luſtrali expiatum, tellure conditum, aut rogo combuſtum, defunctiſque iuſta aut parentalia perſoluta fuerint. Proinde fingit Homerus, animam Elpenoris & Patrocli in aere oberrare, Vlyſſem ac Achillem precari, vt eorum corpora ſepulchris dignari velint. vnde Patrocli anima Achillem his alloquitur verbis:

De anima Patrocli hæc Homerus Iliados. ψ.

θάπτε με ὅττι τάχιστα, πύλας Ἀΐδαο περήσω,
τῆλέ με εἴργουσιν ψυχαί, εἴδωλα καμόντων,
οὐδέ μέ πω μίσγεσθαι ὑπὲρ ποταμοῖο ἐῶσιν,
ἀλλ' αὖτως ἀλάλημαι ἀν' εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ.

Id eſt: Sepeli me quamprimum Achilles, vt portas inferni ſubeam: longe me inde arcent animę, ſimulacra mortalium: nec ſinunt me illis ſuper Lethæum flumen conuerſari, ſed ſic oberrare cogor

cogor iuxta amplas inferni portas. Cæterum an hæc terroris ſpectra & manes ſint defunctorum animæ, quæ vitam impiam traduxerint: aut dæmones, qui illorum obſederint corpora, qui ob mœrorem ex atræ bilis morbo aut calamitatibus obortum, vitam exoſi, animam deſponderint, ac laqueo vel ferro mortem ſibi conſciuerint, non certe facile dixerim. Inclinat tamen animus in eam ſententiam, variis exemplis perſuaſus, vt potius credam eſſe dæmones, qui obſeſſa defunctorum corpora deſerere coacti, cum terribili ventorum turbine, ac aquarum inundatione, latebras montium (vt Horleſzbergk & diui Patricii barathrum) cum telluris tremula ſucculſione ſubeunt. Plerique vero nemora & loca incolatu hominum vaſta ingrediuntur. Nonnulli in Echinadas ac Sporadas inſulas deſertas Britannię migrant: quas magnus & corniger ille Pan, dæmonum & vniuerſi princeps, ſub Tiberio Cæſare incoluiſſe fertur: ac tum Chriſtus pro nobis paſſus, caput illius attriuit. Obid, nautis Paxam inſulam præterlabentibus, dæmones alii Panа eſſe mortuum & exauctoratum adclamarunt. Hæc nobis Demetrius apud Plutarchum perbelle his verbis teſtata reliquit; Circa Britanniam, inquit, inſulæ ſunt plures diſperſæ, ob id Sporades dictæ, quas alii dæmonibus heroibus dicatas aſſerunt: ad quas à rege hiſtoriæ & videndi cauſa ablegatus, quum ad proximam appulliſſem, reperi eam Britannis obnoxiam à ſacrificulis & fugitiuis incoli. Vnde iamiam abituro, ingens ventorum procella, dęmonũ ſpectra & prodigia, fulgura quas Græci τερατείας dicunt obor-

Melancholici ſe ob mœrorem ſuſpendũt.

Dæmones alium in habitare æquor, teſtatur Ælian. lib. 9. cap. 55. & 50. de natura animal. Panis mortui hiſtoriam Plutarch. de oraculorũ abolitione, Euſeb. lib. 4. & 5. cap. 9. de præpar. euangelica.

ta, animum meum perculerunt. Poſtquam hæc deſæuierant, incolæ rogati, quid hæc monſtra portenderent? reſpondebant, ait, aliquem ex præſtantioribus obiiſſe. quemadmodum enim ellychnium incenſum nihil graue ſpiraret, extinctum vero male olere, & multos moleſtia afficere: ſic horum præſtantiores animæ placida habent initia, ipſarum vero extinctio & corruptio crebro (vt nunc) intempeſta ventorum ſpiracula ac fulgetra concitat, nec raro etiam aera peſtifera contagione inficit. Hæc ille. At præſtantiores de ſpirituum collegio mori dicuntur, dum verbo Dei exauctorati, aut in ſanguine paſſionis eius (velut Pharao in mari rubro) ſubmerſi, in loca deſerta aut æquor migrare coguntur. Pilati quoq; Iudææ præſidis obitus, hęc comprobare videtur: qui à Caio Caligula Romam accerſitus, vt cauſam Chriſti innocentis ſupplicio condemnati diceret, Caligulæ ferociam & carcerem veritus, deſperans, proprio cultro mortem ſibi conſciuit. corpus itaq; eius mole oneratum, in Tiberim demergitur. quod quum in vndis fluctuaret, ſpiritus maligni reprobo gauiſi cadauere, illud nunc in aera, modo ſupra aquas in ſublime deferebant, & (vt ſcribit Iacobus de voragine) terribiles concitabant tempeſtates, fulgura, tonitrua, grandines, labroceras, aliaſque aquarum inundationes. quapropter Romani id de Tiberi exemptum, Viennam Galliæ vrbem deportarunt, Rhodanoque fluuio immerſerunt. Alii vero, & Euſebius, aiunt, proſcriptum è Roma exulem, Rhodano ſeſe ſubmerſiſſe, quo in loco naues pari ſuccuſſæ tempeſtate, quum crebro

Hiſtoriam hanc de morte Pilati Euſeb. in eccleſ. hiſt. lib. 2. cap. 7 Ioſep. & Sa bell. Ene ad. 2.

Auctor Lombardicæ hiſtoriæ de ſanctis.

quo-

quoque peſſum irent, accolæ, vas illud maledictionis, dæmonum habitaculum, in Loſannæ epiſcopatus Heluetiorum territorium detulerunt, & ſepeliuerunt. Quum vero dæmones, incolas loci nephandis quoque terriculamentis infeſtarent, cadauer illud in quodam puteo montis Heluetiorum fracti, collibus circumſepto, non longe à Lucerna diſtante, ſubmerſerunt: vbi modo quoque manes Pilati miris procellis ſæuiunt: in quem ſi quis (aiunt) lapillum tantillum deiecerit, toti Lucernenſium regioni inundationis periculum imminere. Ob id piaculum eſt, quippiam velle temere circa paludem experiri. præſtaret crabrones, quam manes Pilati, irritare. Quid multis? cuncta ſub concauo lunæ orbe ſunt ſpiritibus plena: vt Ioſeph. Caſtilienſis, & alii Hebræorum Cabaliſtæ tradunt. Neq; ſane in inſulis deſertis modo, ſed etiam in metallorum ſcaptenſulis dæmones deliteſcunt: quorum alii propitii, metallorum foſſores, illos auaritiæ cuniculos, qui ad ducentas orgias in matris deorum hominumquc viſcera ſæuiunt innoxii, ludicris ac præſtigiis exercent, venas quoque metallorum ſecant, ſegmentis vrnas onerant, in func attractoria penduli ſeſe librant. At alii his atrociores, ſcalas & machinas infringunt, ſulphureo mephitis fœtore operarios ſuffocant, territos metalla deſerere cogunt. Hæc luriſconſulti inter oſtenta prodigiorum recenſent, quæ Græci φάσματα ab apparendo dicunt: Ciceroni ſpectra appellantur. vt ſi appareat vir humana ſpecie anguſtior, deinde fathiſcat. In qua ſignificatione & Herodotus vtitur. Habent & Græci dæmo-

Dæmones in metallorum foueis.

Ex Cabula docet Capnio lib. 3. Georg. Agricol. *Bergmanno*, Olaus Gothor. epiſcop. li. 6. cap. 22.

Iuriſconſ. de verborũ ſignif. lib. 25.

De his ſpiritibus Suidas in dictione ἰμπᾶσαι.

nitū, quod ἐμπουσας dicunt, quod (vt Aristophanis interpres ait) variis formis aut spectris sub meridiem, calamitosis iubente Hecate obuersatur. quod Psalmographus dæmonium meridianū appellat. Sunt hæc cacodæmonū aereorumq; spirituum opera, qui se multifariis phantasmarum lubdibriis mentibus hominum ingerunt. vt spiritus ille qui M. Bruto exercitum ex Asia traiecturo, nocte aslidebat, & perconctanti cuias esset, respondit: Malus tuus sum Genius, quem in Philippis, Thessaliæ campis, videbis. vbi Brutus in conflictu occubuit. Galenus libro tertio de Locorum affectorum notitia, horum causam in phantasiam atræ bilis morbo aut mœrore corruptam, refert. Quosdam, inquit, videbis animo tam anxio, vtpote qui simul & mortem metuant, & tamen sibi eandem violenta manu aut laqueo inferant. Proinde, inquit, recte Hippocrates, omnia ipsorum accidentia in metum & mœstitiam coëgisse videtur. Hos sane ad vitæ tædium & dispendium vrgent dęmones παρεδροι assessores dicti, contra quos præsens alexipharmacum est nominis Iesu inuocatio: quo audito, cœlestium ac terrestrium genua flectuntur atque cōtremiscunt, characteribusque diuinis cedunt. De qua re Capnio noster, triplicis linguæ culmen, in libro tertio de arte Cabalistica & philosophia Pythagorica abunde disseruit. At nihil hæc forsan Medicorum interesse arbitraris: qui corpus, non animam curant. Fateor sane Philodæmon, si mens sola affectibus langueat. Verum si ex sympathia mens corpori vitioso condolet: non modo vt animus medicamentis spiritualibus

De Genio Bruti hæc Plutar. in eius vita.

Gal. lib. 3. de locis affectis cap. 6.

Digitized by Google

tualibus expietur, ſed vt corporis quoque temperatura in integrum reſtituatur, & à prauis & vtriuſq; bilis humoribus expurgetur, operæprecium erit. Ob id Aconiſtus medicus, ad curam Chariclię virginis, amore Theagenis heroico efflictim irretitam accerſitus, patri reſpondit: ἡ καθ' ἡμᾶς τέχνη σώματος πάθη θεραπεύειν ἐπαγγέλλεται, ψυχῆς δὲ οὐ προηγουμένως, ἀλλὰ τότε μόνον, ὅταν συμπάσχῃ σώματι κακουμένῳ, συνωφελῆται θεραπευομένῳ. id eſt: Noſtra ars affecti corporis curationem pollicetur, animi vero non principaliter: ſed tum tantum, quum compatitur corpori afflicto: quo ſanato, & ipta conualeſcit. Nam animæ, inquit Galenus, ſequuntur corpora. Quare cum videris homines mœſtos, vitæ pertæſos, mœrore tabeſcentes, elleboro eos (vt Melampus Prœti filiás) purgato: electuaria ex aromatibus quæ ſpiritus adaugeant, animumque exhilarent, porrigito. ſi hæc non iuuerint, æger quoque nec mente ſibi conſtiterit, ac nec viſa nec audita dixerit, diuerſo vel ignoto idiomate reſponderit: tum ne παράφρονες dæmones ægrotum in ius vocent, & obſideãt, exorciſmo eos de poſſeſſione protrudito, animi corporiſque curam adhibeto, & morbos vulgo medicorum incognitos curabis. Poſtremo illud obſcœnum ludibrium, quod in oppido Rugianorum viribus idoli accidit, velut parergon addere libuit: cuius præſtigiis fit, vt mares fœminis coeuntes, canum more cohæreant, adeo vt diuelli non poſſint, niſi perticis vtrinque appenſi, ridiculum populo ſpectaculum exhibeant. ea portenti fœditate, ſolennis ſtatuis cultus & religio acceſſit: creditumque eſt earum virib. effici, quod demo-

Verba ex libro 4. Heliodori hiſtoria Æthiopica.

Morbos animi ex corporis vitio, Medicina quoque curat.

Idolo dæmon præſidebat.

Diabolicã hanc obſcœni coitus hiſtoriam Saxo grammat. lib. 14. de reg. Daniæ ſcribit.

Digitized by Google

num præſtigiis erat adumbratum : qui ſtatuis demolitis , Rugianorum templa & vrbes deſtituerunt. Vale: & vna Deo agamus gratias, qui ſua natiuitate nos à dæmonum poteſtate liberauit.

De Fascino , Et Vaporvm De corporibus effluuio, & ane charadria.

Epiſtola XXXVI.

Vaporum effluuia fascini est cauſa.

MIsera ædepol eſt vitæ mortalium conditio, variis morborum calamitatibus obnoxia, quorum corpora cum à dæmonibus morbis affliguntur: tum ea quoque maledicum faſcini virus, contagionis tabe, præcipue tenera infantium corpora, labefactat. Quamuis Philarchus quoque refert, quaſdam de familia Palethebæorum, Pontum incolentes, etiam adultos contagionis hac labe quoque inficere. Eſt quippe faſcinatio, vaporis virulentia corpore noxio, natura ab aliis diſſidente, ἀπόῤῥοια, id eſt, defluuium, quo aliorum corporis habitus & ſpiritus, per viſum, contactum, inuidiam, ob vocis & maledicæ linguæ virulentiam, per vaporis halitum conſpurcati, corpora tabeſcere cogunt. quæ continuo halitu diffluri, & ob id alimento refici oportere, Galenus in libro de Salubribus recte docuit. Vapor vero ille pro natura corporis & ſanguinis, vnde prodit, ſalubris eſt, aut noxius: vt adoleſcentulorum, qui male olentem hircum ſub alis fouent: & anilia vetularum corpora: & aliorum, qui vitioſi halitus ſui rudimentum in alios vibrant, & eiaculantur. Salubris vero eſt, vt Alexan-

Digitized by Google

lexandri magni, qui iucundum ſpirabat odorem, quo languidos ſibi aſſidentes fertur refeciſſe. Nō tantum vero de animalium corporibus, ſed etiam de plantis, talis vapor efflatur: vt de ficubus, de quibus Plutarchus ille polyhiſtor ſic ait, Θερμὸν οὖν πνεῦμα & ἰχμὴ, & τμητικὸν ἀφίησιν ἡ συκῆ, & πέπτει θρύπτει & πταίειν τὴν σάρκα τὸ ὑγρὸν, τὸ αὐτὸ δὴ πάσχει & πύρων σπυρῶν. id eſt, Ficus vaporem calidum & acutum, ac inciſiuum ſpirat, qui carnem gallinæ in ea ſuſpenſam maturat, & coctu facilem reddit. Eodem quoque modo afficitur, ſi ablatis pennis in tritici aceruo reconditur, vel eo obruitur. An nō putrida de veteri quercu ligna, herbas lunarias, & de cadauerum monumentis ſcintillas, ardenti vaporum fulgore noctu coruſcare videmus? Et amethyſtum, quem vulgus rubinum appellat, rutilo & micanti vaporum ſplendore nocturnas illuſtrare tenebras? At nec his ſuo vaporulento candore cedit lapis lunaris, Selenites, forma creſcentis in cornua lunæ: cuius imaginem creſcentis & decreſcētis ſuo fulgore ipſe pellucidus reddit, inſtar ſpeculi, vnde Specularis quoque dicitur.

De carne gall. Plutarch. de Sympoſ. 6. ca vlti. Plin li. 21. cap. 15. & li. 23. c. 7.

De ficus euaporatione Ariſtot ſectione 20. Probl. 18.

De Selenite Dioſc. lib. 5. cap. 100. & Pli.

Ære caro non putreſcit. Plutarch Sympoſ. 5. cap. vltimo.

Atqui de nullo metallorū ſalubrior ſpirat aura, quam de ære ex chalcitide cōflato, qui viridię rugine quoque ſcatet: de quo clauus, ſuillæ aut ceruorum carnibus infixus, eas à putredine illibatas, ſua ſtiptica exiccandi potentia diu cōſeruat: quod hi quoq; fossores metallorum, qui in ſcaptenſulis Græcis χαλκουρυχίοις dictis, chalcitidem cū ærugine ſcrutantur, fatentur. Decidua oculorum ſupercilia quoque, vapore æris renaſci conſtat. exhalans enim de chalcitide in oculos æris fuligo, ſi-

Viridis æris ad oculorum fluxus efficacia.

stit & sicca t oculorum ῥεύματα & lacrymas : qua ratione scabricieni & lippitudinem oculorũ quo que curat. Aristoteles etiam fatetur, vulnera æreis inflicta ensibus & armis, minus habere doloris: ocyusque, ob siccam de ære exhalationem in vulnere derelictam, curari. Non enim temere poetæ fingunt, Chironem centaurum medicum, accepta de Achillis hasta ærugine fœdum Telephi vulnus sanasse. Nec alia ratione quam halitu, aquilarum pennæ, aliarum volucrum pennas admixtas insumunt. At illud quod de capra-rum fascino cum herba eryngii scribit Plutarch. his longe memorabilius est. τὸ ἠρύγγιον, inquit, τὸ βοτάνιον λέγουσιν, ὅταν αἶγες εἰς τὸ στόμα λαβοῦσαι, καὶ πιοῦσι τοῦ ὑποῤῥέοντος ἐκείνου, καὶ τὸ λοιπὸν ἀμπολὺν ἵστασθαι, μάχεσθαι δὲ ἀλλήλοις καὶ ἀπὸ τῶν ἐξελθόντων προσιόντων· ταῦτα δὲ ἔχουσιν ἀμφὶ λοπάδιαι τῆς ἄνω ἁλώσεως ἐξίστηται, πυρὸς δίκην ὀπτωμένου καὶ φεύγοντα, καὶ καταδιώκοντος. id est: Asserunt, si vna de grege caprarũ eryngiũ herbã in os acceperit, reliquas stare attonitas, nec vsquam progredi, donec caprarum custos accedens, eryngium herbã ore exemerit. Tantum, inquit Plutarchus, habẽt ἀποῤῥοίας id est vaporum defluxus, potentiæ acumen; vt ignis instar proxima quæque depascant & dispergant. Nam vt medica naphtha ignis vaporem & scintillas, etiam lõgo loci interuallo dissita, ad sese derepente allicit: sic charadrios auicula, in torrentiũm charadris, id est voraginibus, inter saxa oberrans, primũ regio morbo laborantibus conspecta, croceos bilis vapores confestim attrahit: ipsa quoque tanquam fascino perculsa, oculis conniuet, caputque sub alis recondit, nõ medelam arquatis inuidẽs, sed bilis acri-

De vulneribus ex arte Arist. sctione Probl. 33. & 26.

De pennis aquilæ Ælian. lib 9. cap. 2. de animal.

De Eryngio hæc Plutarch. in lib de principum cum philosophis cõmercio.

De naphtha Plin. lib. 2. Apollon. in Argonaut. 15.

De Charadria hæc Heliodor' in histor. Æthiopica, lib. 3. Iutarch'

acrimoniam verita. Ob id sub velamine vendebatur, ne licitator remedii particeps fieret, antequam emeret. Hinc natum est adagium, in eos qui rem vtilem celant, Charadrii æmulus. Huic Latini Galguli nomen indiderunt Nullum profecto reperitur in humani corporis fabrica sensus organum, quod tanta spirituum copia scateat, & spiritus fulgor emicet, vt de oculi pupilla vapor. Quin Augustus Cæsar tam lucidos fertur habuisse oculos, vt in quos paulo attentius oculos intuitu defixisset, hos tanquam ad solis fulgorem oculis conniuere cogeret. Suetonius quoque auctor est, Tiberium Cæsarem experrectum etiam in tenebris, vt feles, vidisse. nam & Gellius scribit, in vltima terra, cui Albaniæ nomẽ est, incolas in pueritia canescere, & noctu acutius quam interdiu cernere, fulgore scilicet teneram visus aciem obtundente. Quum igitur spiritus, fascini vehicula, tam confertim ad oculos cõfluant, & in obiecta eiaculentur, si ex impuro sanguine procreati fuerint, nihil certe mirum est homines visu effascinari, lippitudinis contagione inficĕ, & erumpentibus mulierum menstruis specula conspurcari, ac macularum squalore velut situ oblita pollui. Isigonus quoque scriptis suis testatum reliquit, esse in Triballis & Illyria quasdam effascinantium familias, quæ visu (quos iratis præcipue oculis aspexerint) interimant, easque gemina in oculis pupilla esse cognobiles: eiusq; mali contagione impuberes facilius affici. Sũt & huius farinę in Scythia mulieres, quas Apollonides vithras appellat. & non adeo diuersi generis Pontum incolunt mulieres, quas

Sympos. 5. cap. 7. Suidas in dictione βασκάνους. Ælian. lib. 17. ca. 13. Per oculos fascinatio, ex Plutarch. Sympos. 5.

Micantes Augusti & Tiberii Cæsarũ oculi Suet. Fascini per oculos historiæ. Plin lib. 7. ca. 2. Gell. libro 9. cap 4. Plutar. Sympos 5. & De specula menstr. polluto hæc Plin. li 7. cap. 15. Aristot. de somno & vigil. cap. 3.

Philarchus thebias cognominat, quæ altero oculo geminam pupillam, altero equi effigiem habeant, aspectu terribiles, quas etiam veste oneratas submergi posse negãt. ita solers natura, quę noxia & cauenda sunt, suis insigniuit characteribus. Oculorum nempe fascini nec pecora sunt immunia. Ob id lepide Virgilius cecinit:

Virg. eclo. 3. Ibidé Landinus plura.

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Nec oculi tantum sunt huius exsecrandi mali organum, sed & vox, & quorundam hominum maledica lingua: quæ non corpus modo, sed animã quoque inquinat. Ob id diuus Iacobus apostolus: Lingua, inquit, effrenis, incoercibile malum, plena veneno mortifero: per eam benedicimus Deo patri, & maledicimus hominibus ad Dei effigiem conditis: ex eodem ore procedit benedictio & maledictio. Cuius vitia Gregorius Naziãzenus hoc lepido disticho ita expressit:

Per linguã fascinatio.

Iacobus in epistol. cap. 3.

Linguæ maledicæ vitia.

ὡς ὐδὲν γλώσσης ὀλοώτερον ὄφρ' ἐβροτοῖσιν,
ἵππος ἀεὶ προθέων, ὠκὺ βέλος ἐπιμοσσάμενον. id est:

Lingua nihil perniciosius mortalibus, equus vt effrenis præcurrens, telum promptissimum. Nã inter fascini vitia, lingua pernicioſa vix crudelius reperitur vllum, quo laudata tabescunt. Reperiuntur enim in Africa hominum, inquit Gellius, familiæ voce atque lingua effascinantium: quæ si forte impensius laudauerint pulcras arbores, segetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes pastu atque cultu opimas: hæc omnia emoriantur, nulli alii interitus causæ obnoxia: Nec temere id fieri philosophi tradunt. laudatio nempe lætitiam in corde parit, & spiritus vaporulentos: quos turbulentos in faciem

Verba Gellii ex lib. 9. cap. 4.

Digitized by Google

ciem & oculos calor dispergit, per quos fascini virus eiaculatur. Vnde inoleuit consuetudo, vt quidpiam laudaturi bene ominantes, ne verba nostra obsint, præfamur: Vt Deus id conseruet. At inuidiæ fascinum multo aliis est pernicios ius, qua Siciliæ tyranni non inuenere tormentum maius. Quæ, audita vel visa aliorum prospera fortuna, per aures & oculos vitiorum fenestras, in corda prorepit: ex cuius maleuolentia spiritus noxii in corde turgent, & per oculos, aspectus toruos, emicant, & vt ignis è silice prosiliunt. Hanc præfationis consuet. Aristot. sect. one 20. Probl. 34. Ex inuidia fascinatio.

ἐπιδὴ, inquit, ὅτι τοῖς ἀλλοτρίοις καλοῖς λυπούμενοι, διαφθείρονται τηκόμενοι: id est: Quoniam inuidi, fœlici aliorum successu contristati, tabescentes corrumpuntur, & marcescunt. Cæterum has effascinationis causas Calasius apud Heliodorum libro tertio de Æthiopica historia, erudito certe verborum compendio conscripsit. Aer iste, inquit, qui nos ambit, externas quibus imbutus est qualitates per sensuum organa, ad interna viscerum præcordia, ossiumque medullas vsque defert: & ea ratione plerisque inuidia fit morbi causa, quæ proprium fascinationis nomen accepit. Vnde illud quoque, ait, Considera Charicles, q̃ multi dolorem oculorum & pestis contagionem hauserint, qui his morbis affectos, ne quidem attigerunt, imo ne lecti quidem aut mensæ fuerint participes, sed tantum aeris. Subuentanei etiam affectus per oculos, natura spirituum feruẽtes, in animas quoque deferuntur. Nec tamen his animi corporisque morbis natura medicam denegauit opem, sed varia produxit amuleta & φάρμακα, quibus hi amoliri & arceri possent. Ac

Pindari interpr. in Pythiis.

vt vberiori beneficio, Christophore, tuum & Medicorum fauorem demerear, nonnulla adscribam. Inter quæ corallium rubrum collo infantiú appensum, aut armillis insertum, in brachioque gestatum prærogatiuam habere aiunt. Alyssum herbam domi ad lacunaria suspensam, salutare ę fert Dioscorides esse amuletum, contra fascinationes hominum quadrupedumq; generi. Bacharem herbam beneolentem, Vergilii poetæ freti testimonio, contra fascinum pollere aiunt, singulari vi, quum in Bucolicis cecinit:

De alysso herb. hæc Dioscorid. lib. 3. cap. 97. Aëtius lib. 6.

---Bachare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

De ruta Arist. sectione 20 Problem. 34 Luporum capita portis affixa. Plin. lib. 28. cap. 10.

At illud quod Aristot. de ruta tradit, quam comestam fascini ait obtundere vires, ob rationem quam reddit, plus fidei meretur. Luporum quoq; rostra & capita portis villarum, ad arcenda fascini veneficia præfigebant. Quod venatores nostris quoq; temporib. obseruant: sed in quẽ vsum, nesciunt. In hæc diuertere libuit, vt Medici perpendant, in medium pro Repub. consulturi, quã sæua pestiteræ contagionis mala, & fascinationis morbi, ex ἀπορροίαις, id est de vaporum à sordidis corporibus effluuiis, in publico commercio oboriri possint. Quo fit, vt contagionis virus semper vlterius serpat. Vale.

DE ALYSSO, ET HERBA BRITANNICA, *Epistola* XXXVII.

NOn habeo certe quicquam aliud exploratum, quod Medicinam adeo illustret ac saluta-

Digitized by Google

lutarem reddat, atq; recta herbarum cognitio eſt, quarum inuentionem heroibus ac regibus, denique diis immortalibus conſecrarunt. Obid Cicero: Mirari, inquit, licet quæ ſint animaduerſa à Medicis herbarum genera, quæ radicũ, ad morſus beſtiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera, quorum vim & naturam ratio nunquam ſatis explicuit: vtilitate enim ars & inuentor probatus eſt. Non parum debemus alyſſi herbæ inuentori, quæ contuſa & in cibo canibus oblata, illorum rabiem compeſcit: domi ſuſpenſa, omne faſcinationis genus ab hominibus, & pecore omni amolitur: in punicea lacinia collo adalligata, vniuerſos pecoris morbos arcet. Cuius admirandas etiã in arte veterinaria vires, Plutarchus his verbis celebrat: Herbam, inquit, quã alyſſum vocãt, alii in manus accipientes, alii ſolũ aſpicientes, à ſingultu liberantur. Fertur eadem ouillo & caprino pecori ſalutaris eſſe, prope caulas & ſepta eorum conſita. Sed non minor illi referenda eſt gratia, qui eam modo ignotã, nobis notiorẽ reddiderit: quod equidẽ, vt gratiam & fauorẽ Medicorum demereat, facere conabor. Hãc Galenus definit, praſio eſſe ſimilem, aſperiorem tamen & ſpinoſiorem, circa ſeminum verticillos aut globulos, flore cæruleo: quã caniculæ æſtu legere oporteret. At Paulus, ex Ægina inſula medicus, & Aetius, à Galeni deſcriptione variare videntur: quam vterque, quod ea ferrum induratur, Sideritim vocat, inquit enim Actius: ἡ τῆς σιδηρείτιδος πᾶσα, ἣ ἡρακλεία καλουμένη. χρῶνται δ' αὐτῇ πολλοὶ μόνῃ, καὶ φασὶν ἱκανῶς βοηθεῖν, ἐὰν πυκνῶς καὶ ἄλυσσον ταύτῃ συμμίζωσι. id eſt, Herba ſideritide, Heraclia dicta, vtuntur

De herbis hæc Cicero lib. 1. diuinationum.

De alyſſo hæc Dioſcor. lib. 3. ca. 97. Plutarch. Sympoſ. 7. quæſt. 5.

Alyſſi deſcriptio. Galenus lib. 2. de antidotis. Ghedkant Paulus li. 7. & Aëtius lib. 6. hæc de alyſſo.

Oribasius quoque lib. Synopseos 8. cap 11. esse sideritim heracleam affirmat.

quidam ipsa sola contra canum rabiem: & aiunt, ipsam abunde prodesse: & ob id quod à λύσσα, id est rabie liberat, alyssum nominarunt sideritim. Quam Dioscorides & concors medicorum consensus verbenam & peristerion appellant, & esse fatentur. Nec adeo multum refert, quod Dioscorides de alysso, sideritide, verbenaca, de qualibet proprium caput conscripserit: immensa enim illa nominum varietas multis, etiam peritissimis, radicisecis crebro imposuit. An vero herbæ Britannicæ historia sit legitima Dioscoridis, aut velut subditicia, ab aliis inserta librariis, non facile dixerim, Plin. ac Strabo testantur, illius vsum à militib. Cæsaris Germanici in castris vltra Renuin ad arcturum promotis, esse repertum, quam Frisii ex Britannia allatam milites docuerunt, qua cum στοματίτιδι morbo affecti, dentibus deciduis, fœda oris vlcera curabant. Vnde Dioscorides: Herba, inquit, Britannica priuatim ad ea vlcera quæ in ore & tonsillis depascendo serpunt, confert: quam ob insignem astringendi vim, bistortam alteram esse quidam arbitrantur. Vale: & vtrã tu esse velis, penes te sit arbitriũ.

De Britannica Plin. lib. 25. ca. 3. Strabo lib. Geog. 16.

Dioscor. lib. 4 ca. 2. Plin in prologo. lib. 27.

De Torminibvs a Febre Derelictis, & absinthii viribus.

Epist. XXXIIX.

ACcidit plerunque affinis perdilecte, vt filii qui ab auita parentum probitate degenerãt, ipsis longe deteriores euadant. Hoc idẽ in febribus ex atræ aut flauæ bilis putredine natis accidere quoque arbitror: quarum Symptomata sunt febribus ipsis longe crudeliora. Nam si ratione

Digitized by Google

ſatione victus frigida, aut aquæ potu diuturno humores plus æquo craſſiores reddiderint, nec in paroxyſmi declinatione detecto corpore diffla-re aut per ſudorem exhalare ſuſtinuerint, aut nec cholagogo eos concoctos expurgauerint, tum v-traque bilis, febre ſopita, in venis præcordiorum ad ventriculum & pectus pertinentibus, ſua acri-monia deliteſcens, ſæuis torminibus pectus & interna affligit viſcera, adeo vt febrem quam hos cruciatus ferre malles. Nec ab his eos libe-rare poteris, niſi vtriuſque, vel ſaltem flauæ bi-lis reliquias per aluum expurgaueris: vt pererudite Hippocrates, magnus ille medicorum cory-phæus, nos in libro de Veteri medicina his ad-monet verbis: Et quos, ait, acuta acrisque & æru-ginoſa bilis aut flaua affligit, qualis mox rabies & morſus viſcerũ ac pectoris, & deſperatio infeſtat? non ſedantur autem hæc, priuſquam eadem bi-lis expurgetur & obtundatur, aliisue permiſceatur. Quando ſane humores in iecore diu man-ſerint, nec per corpus digeri aut exhalare poſ-ſunt, à febrili ſane calore, veluti dum ex ſangui-ne atra producitur bilis, aduruntur, eorumque acrimonia ex febrili æſtu parta, tanquam in dy-ſenteria (ait Galenus) pectus & viſcera mordent ac vellicant. Hos abſinthii ἀπόζεγμα dilutum vel infuſio expurgat & alterat. nam humores ventri culum inteſtantes, vt ex Ruffo docet Aëtius, detergit, concoctionem adiuuat: cuius argu-mentum eſt, quod id potantibus, nec ora nimia ſaliuæ copia madent. Lenit & in epate & ſplene inflammationes, vrinam & menſes proritat. Et vt Aetius refert, κάλλιστον δὲ ἀπόζεγμα ἀψινθίου πί-

De torminibus ex bile in febribus, verba Hippocratis.

Galen. lib. 6. de cauſis Symptu.

De abſinthio hæc Aëtius lib. 5.

De absinthii in febribus vsu Gal. lib. 1. ad Glauco Paul. li. 2. de tertia. Mesue ca. de absinth.

νεν. πρὸς τὸ ἀποσμῆξαι τὰ ἐν τῇ χαυρὶ ὑφιστάμενα χολώδη καὶ φλεγματώδη περιττώματα. Ob id Galenus Glauconē monet, vt febre tertiana notha laborantib., post diem septimum iugiter det comā absinthii. & Paulus quoque: Si, inquit, signa concoctionis morbi apparuerint, aude dare absinthii dilutum. Nā vt Mesue ait, confert iuuamentum magnum in febribus oppilationum, & chronicis. Proinde ait Galenus in Methodo (malo enim verbis ipsius vti, quam meis, tuis eruditis obstrepere auribus) Nos, inquit, vel si minima sit suspicio iecur vel ventriculum laborare, absinthium protinus oleo incoquimus, ac eo particulas fouemus, aut irrigamus. Cum autem in omni absinthio duplex qualitas & facultas existat, vtique in Pontico astringendi facultas non parua est: in reliquis omnibus amara quidem qualitas est vehementissima: astrictio vero, quam saltem gustu agnoscas, aut plane obscura, aut prorsus nulla sentitur. Proinde ponticū ad iocinoris & vētris phlegmonas eligi potest. Porro id est tū folio, tum flore vero lōge quā cætera absinthia minore. Odor vero huic non modo non suauis, verum aromatum quid præ se ferens reliquis omnib. plane est fœdus, qualis est nostro vulgari absinthio. Quare, inquit, hæc fugere conueniet, vti aūt semper pōtico. Quale nō saltē in Ponto, sed etiam vltra Rhenū inuenire est. prope villā enim qua recta itur ad Alceam in Palatinatu crescit. Adeo vero bilis acrimoniam obtundit, vt animalia quæ eo in Ponto vescuntur, felle instar columbarum careant. Valeant itaq;, qui vinum absinthites caput offendere tradunt: quum illius poculum inter ebrietatis

Absinthii Pontici præstantia. Plin. eadem.

De felle hæc Plin. lib. 11. ca. 37 Gal. de atra bile.

Digitized by Google

ebrietatis antidota numeretur. καλλιον ἡ, ait Paul. Ἀψινθίου τὸ ἀπόβριγμα πρὸ πάντων λαμβάνειν. πάντων γὰρ ἧττον ἀκροκραιπαλᾷ πάτον. Pulchrũ, inquit, est ante alia pocula absinthii dilutum prælibare. illud n. omnium minus caput crapala onerat. Sunt porro Græcorum medicis duo protrita potionũ vocabula nempe ἀπόζεμα id est decoctum & ἀπόβρεγμα, id est dilutum aut infusum. Est autem dilutum, aqua, vinum, aut alius humor, in quo herbæ aut radices vel aromata maduerint, vt absinthii furculi: quibus exemptis relicta eius oleris vi aut amaritudine in aqua vel vino, id proprie absinthii dilutum, vel infusionem dixeris. quod Pauli interpres, absinthii balneum ridicule vertit.

ἀπόζεμα & ἀπόβρεγμα quid sint.

De Matrice Adempta, Et Foetus mortui admiranda excretione.

Ad Achillem Gassarum, Augustanæ vrbis Medicum, & Guilhelmum Rascalonum.

Epistola XXXIX.

DVm ex thermis, doctissime Achilles, quæ in Hercynio Sueuorum nemore vnũ ab oppido Kalbe miliare scaturiunt, domum proficiscerer in itinere ad noctem diuerti ad perfectum pagi in Nidereſſen: cuius vxor in lecto puerperii grauiter decubuit, quum vterũ 12 menses grauida se gestasse arbitraretur, nec vlla enixus signa eminerent. Aderat quoque medicus, & obstetrix, quæ hoc idem affirmabat. Quippe quod nec vterus pondere ad pubem decliuior appareret, nec latera lumborum matris detumuissent (quæ, dum fœtus de vmbiliçi nexu ad partum

Enixus tempestiui signa.

decliuis ſe explicat, accidere ſolent) nec dolor puerperam,compagines oſſis ſacri & pectinis diſ ſoluens infeſtaret,nec effluuio madoris ex rupta alanthoide fœtus pellicula,labra vuluæ maderét, nec vbera lacte diſtenta vt prius turgerent, ſed flaccida decreſcerent: nec facilius præcordia ſpirarent : nec inceſſus, ob coxendices fœtus mole decumbentis oneratas, tardior & pigrior appareret: nec crebrior lotii cũ ardore mictus aut ſtillicidium parituram exercerent. Quare, inquit obſtetrix, Lucinam teſtor, ne ſim aborſus occaſio, me nihil temere facturam. Tum medicus: Heus bona, inquit,mulier,ſigna tempeſtiui enixus probe & recenſuiſti, & obſeruaſti. at ego hanc non humana effigie fœtum, ſed informem & inanimem caruncularn, ex ſterili vtriuſq; parentis ſpermate, lentaque, humorum viſcedine adeo firmiter concretam & coalitã,vt ferri etiam reſpuat aciem, in vtero geſtare credo,quam molam appelllant : qua, grauida eiſdem affligitur ſymptomatis, pica, mammarum pruritu, dentiũ dolore, oculorum ophthalmia, & altero menſe vomitu, cibi faſtidio, quibus prægnans laborat. Tum miſera mulier, ô hoſpes, ait, hæc obſtetricis & medici controuerſia, meum vellicat animum. quam tu attentus arrectis audiuiſſe auribus videris. vnde te ſenem, qui multorum hominum mores & vrbes vidiſti,te medicinæ non imperitum arbitror, quæſo & obſecro, vt quid ſentias,tuum quoq; conſilium fidele mihi impartiri velis. Tum ego miſertus mulierculæ, comitante marito,cominus acceſſi:cuius facies pallore ſqualebat, & inflata videbatur, anhelitus grauiter olebat:

De mola hæc Plin. lib.7 ca. 15 Ariſt. lib 4 de generat. animal. cap 7. Signa conceptus.Pl. lib.7.ca 6. Macrob. & Cenſorin. de die natal.

Signa mortui in vtero fœtus.

Digitized by Google

lebat: ardore ſtomachi animiq; deliquio ſubinde languida, febrili quoque horrore crebro incerta periodo contremiſcebat: venter calore deſtitutus algebat: nec capitis oculorumq; aberant dolores, quibus macerata, epilepſiæ quoque cõuulſione torquebatur, ſed leuiori. quæ haud obſcura, embryonis aut fœtus in vtero, vel ob ſanguinis & alimenti inopiam, aut acutos matris morbos hyſterica præfocatione laborantis, demortui ſigna noueram. Tum miſeram conſolatus mulierculã, Bono (aiebam) ſis animo mulier, ne deſperes quæſo, optata enixus ſuperueniet quæ nõ ſperabitur hora. Nam philoſophi & poetæ legitima humani partus tempora non ſaltem nonũ ſtatuerunt menſem, ſed decimũ ac vndecimum quoq;. Et noſter diuinus Hippoc. IC. docuit, infantes poſthumos decimo quoque menſe poſſe naſci. & Maſurius auctor eſt, L. Papirium prætorem, ſecundo hærede lege agente, bonorũ poſſeſſionem contra eum dediſſe, quum mater partum xiii. menſibus tuliſſe diceret: quoniam nullum certum pariendi tempus ſtatutum videretur, quod cũ ob matris morbos, tum fœtus cauſas accidentarias plurimũ euariaret. taceo quod conceptus hora vos mulieres plerunque lateat. cras mane cum lotium videro, quid ego de tuo partu ſentiam: & poſtquã ſatis deliberauero quid opus ſit facto, te maritumue tuum non celabo. Mane igitur experrectus, cæteris remotis arbitris, præter medicum, obſtetricem & maritum, Quoniam (dixi) accinctus, vt videtis, ſum itineri, paucis, quid de vxoris tuæ partu ô hoſpes ſentiam, explicabo. Singula prius commemorata

De ſtatu pariendi tempore Gall lib. 3. cap. 16. Plin. lib. 7. cap. 5. Herodot' lib. 6.

ſymptomata & ſigna, quib. vxor tua maceratũ fœtum in vtero eſſe mortuum, & non geſtare molam, plane arguunt: qui quum exactis à conceptu quatuor menſibus ſponte ſua ſe mouerit, neceſſe eſt quod vitam habuerit: quæ ſine anima cœlitus data ſubſiſtere non poteſt. Eſt quippe anima ἐντελέχεια, id eſt actus, quo corpus organicum per ſe ſua ſponte, ſine externo ſubſidio, quouis temporis momento mouetur: & eo nomine immortalis. Proinde mola, quæ eſt informis & inanimata caruncula, proprii motus expers, qui ſolus fœtum à mola diſtinguit, eſſe non poterit. cętera conceptus accidentia ſunt vtriq; communia. His hoſpiti cõtriſtato valedixi. Poſtero die, quùm domum rediſſem, adiit me conſulturus ciuis ex oppido Eberbach, in littore Neccaris fluuii ſito, cui nomen Andreas Seidlen. Huius vxor fœtũ viuentem aliquot menſes in vtero geſtauerat. & quum iam tempus enixus appereret, vbera eius prius turgida, lactis aquoſi rore madebant, ac decreſcebant: nec puer in vtero ſubſiliit. quæ ſigna fœtum mortuum teſtabãtur. Tandem fœtus in matrice computruit. cuius de cruribus & cerebello oſſa denigrata & carie obſita incredibile dictu, ſed verũ: quũ mulier ob inteſtini exulcerationẽ alui profluuio laboraret, tandem anno decimo non per vuluæ oſtiola, ſed per anum, oſſa excreuit. Non ſunt enim hæc viſcera tam longe diſſita, cum illius ceruix inteſtino recto incubet. Ob id Oribaſius libro Synopſeos 9. cap. 51. Sciendum vero eſt, inquit, abſceſſum vteri rumpi quandoq; per vuluæ ipſius os, quãdoque per veſicam, ac ſæpe etiam in rectum inteſti-

Hæc abortui & fœtus mortui ſigna: Galen. l. 5. Aphor. 55. memorat.

De matricis ſitu, Cor. Celſus lib. 4. cap. 1.

inteſtinum rumpitur. Et quãuis Aretæus Cappadox, vetus ille medicus, pereruditus morborum acutorum ſcriptor, dicat: Humoris in illis hydropicorum collecti, per inteſtinorum rupturã egreſſio, credi non poteſt: multo minus fœtus. neq; enim innoxiũ neq; citra pernicié inteſtini vlcus exiſtit. Mulier tamen illa vel hodie adhuc eſt ſuperſtes. Dũ hæc meditarer, Guilhelme, en non vulgaris eruditione vrbis Auguſtanæ medicus, Achilles P. Gaſſarus, vere alter in re medica Achilles, ad me dedit literas, quibus non diſparem demortui fœtus hiſtoriam ſignificat: nempe ſuam in Gœttzin conterraneam, quum diu fœtũ mortuum in vtero geſtaſſet tandem hunc marcidũ per apoſtema in iliis ſuppuratione apertũ, fruſtillatim eieciſſe. Addidit & aliam magis cruentam fœtus in vtero matris occiſi, hiſtoriam. Quum maritus, cui nomen Andreæ Rempter erat, ira percitus, vxoris ſuæ ilia dextra cultro capulotenus traieciſſet, eiusq; inteſtina elapſa, Mauricius Orchetomus accerſitus calidis fotibus elota repoſuiſſet, epigaſtrii vulnus conſuit. tum miſera, facta puerpera, ſexto à conceptu menſe, & tertio poſt vulnus inflictum die, puerum occiſum enixa eſt. cuius dextram ſupremam caluariæ adhuc cartilaginoſæ partem, ſæuus ille homicida verius quam parens, vſque ad ſiniſtri oculi ſupercilium vulnerauerat. Mater vero chirurgi opera conualuit: quæ vel hodierno die vitali truitur aura. At hos putridi embryonis per anum & ilia enixus & vulnera, illæſa matricis compagine, abſque continui ſolutione fieri non poſſe, palam eſt. quæ vulnera

Aretæus hæc lib. 2. cap. de cauſis & ſignis morb. acutorum.

Doctor Achilles Auguſt. medicus.

Vulnera matricis non, vt veſicæ, eſſe æque letalia.

Digitized by Google

matricis non esse letalia arguunt: quum ea laxatis ab vtroque coxendice cornibus & ligamentis, iam scroto inuerso similima, exciderit. quauis data occasione, ea abscissa mulierem diu viuere posse, Paulus Ægineta his testatur verbis: Ἐ ὅτι δὲ μήτρας πολλάκις ἐστὶν ἀφαιρῆσθαι, καὶ ἡ γυνὴ διὰ τοῦτο μὴ γίνεσθαι. id est: Constat tota ablata matrice, nec mortem inde subsequi. Vidi quoque hanc, mulieri Bononiensi, quum mola trusatili ordeum & id genus frumenti degluberet, elapsam, & cucurbitæ instar inflatam: Carpum chirurgum, me cooperante, nouacula abscindere: quam tandem toto biennio Bononiæ crebro mihi obuiam & superstitem vidi, donec Bononia emigrarem. Hasce fœtus in aluo matris mortui & muliebris partus historias recensere placuit, additis ex primaria medicinæ parte σημειωτικῇ signis pathognomicis, quæ longe verius quam lotium, morborum causas indicant. Cita namque morbi cognitio, vt Heliodorus scribit, expeditam & facilem illius curam efficit: muliebre vero silentium, & dissimulatio, ægre curabilem reddit. Ob id Chalasaris ex Ægypto medicus & magus: Non erubescat (inquit) medicus à muliere ægrotante sciscitari, & percunctari causam morbi. nam ex hac verecundia & causæ inscitia, multæ pereunt. Eam ob rem ipse Charicliæ puellæ amorem heroicum, obseruando in spectaculis, visus puellæ & vultus varietatem, cognouit. Vnde Hippocrates causas sterilitatis non ex lotio, vt nostrates medici vromantes facete solent, dinoscere, sed interrogando, tactu & suffumigiis explorare, integro libro docet: quem præstaret imi-

Paulus de matrice ablata hęc lib. 6.

Curam matricis elapsæ docet Hipp. lib. 2. de morbis mul.

De hac me di. parte Actius in principio lib. 5. Heliodorus de historia Aethiopica li. 4. & 3. hæc omnia.

Hippocrates hæc li. 1. de morb. vulg & li. de sterilibus.

Digitized by Googl

imitari, quam turpiter ex ſolo lotio nugari. Vale: & eximium veſtræ Auguſtanæ reipubl. medicum, multarum rerum peritia & eruditione celebrem, D. Geryonem Seilerum, meo nomine ſalutato.

De Pvris Per Lotivm, Ex Pvlmonis, epatis, renum, aliorumq; viſcerum vomica erumpentis per meatus reconditos expurgatione, ad Doctorem Geryonem Seilerum, Auguſtanæ vrbis Medicum.

Epiſtola XL.

EXactis vno aut altero menſibus, Geryon doctiſſime, communis noſter amicus, & colloquij de bonis literis conſors Cyrlerus quũ ex Auguſta à te, & ſtrenuo equite Sebaſtiano Schertlin, conuiuio exceptus, Heidelbergam rediiſſet, & paululum ante crepuſculum de more in myropolio cõueniſſemus, & mihi tuo nomine plurimam impertiiſſet ſalutẽ, ait à te & ſymposiarcha veſtro Schertlin, in cõuiuio de me honorificam factã mentionem. te quoque aiebat meas & legiſſe de re Medica epiſtolas, & candido eruditi iudicij tui calculo approbaſſe: ingenue fateor, quamuis non ſim inanis gloriæ mancipium, lætabar tamen plurimum, mea de re Medica obiter ſcripta, à Medico docto commendari. Quis enim obſecro nõ mallet à viro multarum rerum peritia & eruditione laudato approbari, quam à centum illaudatis ad ſidera vſque efferri? Addebat quoque, præter cæteras Empiricorũ impoſturas

proditas,id ſummopere tibi placuiſſe, quod temeraria Medicorũ vromantum de ſubſtantia ægritudinis ex ſolo vrinæ indicio iudicia, publica Medicorum ſcãdala, ægrõrũ vero interitus pernicioſam occaſionem confutauerim, illoruinq; auctores diris quoq; deuouerim. At, mi Geryõ, quam parum fidelis mea admonitio profuerit,ex hoc quod ſequitur intelliges. Nuper quidam inter Palatinatus proceres,veteri mihi neceſſitudine cõiunctus, lotium ſuum purulentũ tabellario ad me perferẽdum dedit:ſimul quoq; totã morbi hiſtoriam, & illius accidentia pathognomica, quæ Galen.eſſentialiter inhærentia appellat, literis declarauit.Nouerat enim, nulla habita morbi deſcriptione, me de illius ſubſtãtia diuinare vel nugari nõ ſolere. Ex quibus nõ obſcuris ſignis & indiciis intellexi, eũ apoſtemate in mẽbrana coſtas ſuccingẽte laborare,ac febre cõtinua macerari: & dũ excreare vellet, punctura in latere dextro efflictim torqueri. Decimo vero quarto à morbi initio die,apoſtemate iam cõcocto & ſuppuratione maturo,ingẽtem puris copiã in pectoris cauitatẽ & pulmonis arterias erupiſſe: quam quũ ob lateris pũcturam,tũ obanhelitus difficultatem eructare nõ poſſet, vrinãq; ſedimine purulento turbidam emingeret,haud obſcura coniectura intellexi, Naturam meatus plerisq; medicis ignotos, ei vero optime notos, de pulmone per arteriam & venam cauam,epar &venas emulgẽtes ad renes, ad vretheras & veſicã vſq; patefeciſſe,per quos leſe à ſanie exoneraret. & hæc eſſe certa pulmonis,ex pleuritide ſanici defluxu onerati ſigna. Hæc quum illius vrbis, in qua æger decumbe-

Vide Galen. lib. 7 Aphor. Hippocr. Aphor. 54. hos meatus exponit.

cumbebat, Medici vromãtes (qui ex lotio, velut olim hydromantes ex aqua, diuinare solẽt) intellexissent; audio eos protinus cũ magna fastu exclamasse, Vrinam purulẽtam non esse pulmonis aut pectoris affecti indiciũ, sed (vt Hipp. refert) si quis sanguinem aut pus minxerit, aut renum aut vesicæ vlcerationẽ significare. Sed, mi Geryon, probe nosti, quanta sit in re medica vaticinantiũ arrogantia, temeritas, & mentiendi licentia. de quorum censu sunt medici vromãtes, ex lotio diuinatores, quos Achilles in Euripidis Iphigenia perbelle suis coloribus depingit ita:

Hippoc. hæc lib. 4. Aphor. 75.

Vatum & aruolorum festiua definitio.

τίς ὦ μαντις ἐστ' ἀνὴρ;
ὃς εἰλὴ ἀληθῆ, πολλὰ δ' ψευδῆ λέγει,
τυχὼν. ὅταν δ' μὴ τύχῃ, διοίχεται. Id est:

Quis est augur, vel vates? Is videlicet, qui vera pauca, falsa dicit plurima, si fors ita ceciderit. atqui si minus ita ceciderit, tũ arte elabitur sua. At certe hi, qui ex renum aut vesicæ vlceratione solum, per lotium emanare arbitrantur, toto (vt aiunt) errant cœlo: quippe quum ex interna epatis, pulmonis, renum, ac peritonei, omniumque internorum viscerum vomica, ex apostemate suppuratione effracto, derelicta sanies per vrinæ meatus aut aluum expurgari possit. Ob id Paulus Ægineta: Rupto, inquit, in pectore apostemate, pus aliquando in ventriculum & intestina; aliquando in vesicam per venarum anfractus ac meatulos, veluti aquæ ductus, defluit & labitur. Id quod & Mesue, nulli ex Arabia medicorum secundus, his verbis clarius explicat: Post abscessus in lateribus pectoris eruptionem, sanies per pulmonẽ quibusdam cum tussi excreatur. at quibus in

Sabiel de pulmone & pectore ac epate per lotiũ excretio. Paul. li. 3. Gal. lib. 6. de loc. affect. ca. 4. Verba Mesuę in ca. de pleuritide.

pectoris cauitatem deſtillat, his vel per venam chylim in partem epatis concauam defluit,& inde per inteſtinorum venulas cum alui excrementis effluere poteſt. Si vero de pectore ad partem epatis conuexam defertur,inde per venas emulgentes ad renes& veſicam erumpere poteſt. Nil igitur adeo mirum, mulierem Venetam acum crinalem, qua cirri capillorum intorquentur, quatuor digitorum longitudine, quam obdormiſcens in ore detentam deglutiuerat,decimo tandem menſe eminxiſſe. Et altera in gynæcio ducis Iuliacenſis virgo,dum ſeſe adornaret, perterrita,ingemiſcens acus quinque quas in ore mordicus tenuerat, deglutiuit,& per vrinam illæſa eaſdem reddidit. Credant igitur obſecro vromantes Galeno noſtro, qui: Nos vero, inquit,pulmonis vomicam per vrinam, thoracis autem per inteſtina & aluum expurgari vidimus. Etenim vt à vena chyli, ita ex magna quoque arteria rami deſcendunt ad renes: per quorum anfractus & ramos,ſanies ex pulmonis vomica,ad veſicam & renes defluere poteſt. Effracto namque (inquit Paulus) epatis apoſtemate, puris per lotium aut aluum copioſa fit excretio. Solers quippe natura conſuetis purgationum obſtructis meatibus,alios vrgente neceſſitate, nobis ægre perſcrutabiles,parare nouit. Sic & Ruffus Epheſius vidit quendam, qui 12 annos vrinam per inteſtinum longanonem reddiderat. His abūde ſatis probatum arbitror,ſaniem nō tantum ex renum ac veſicæ vlcere, ſed ab omni interni viſceris vomica per lotium aut aluum expurgari poſſe. Reliquum eſt,vt per certa indicia & ſigna, nēpe dolore loci affe-

Hiſtoriam de acu emicta hāc ſcribit Alexander lib. anatomiæ altero.

Gal. lib. 6. de loc. aff. & c. 4.

Paulus Ægineta lib. 3.

Ruffus hæc in li. de renum veſicæque affectibus.

affecti,eiuſq; actione læſa,quod nam internum viſcus vomica puris obſideat,& alia ſigna diſcernere ſcias:quę te Cęlius Aurelianus libro de Morbis chronicis quinto,cap 12.docebit.Illud quoq; vt obſerues operæprecium erit,non raro flegma in thoracis concauitate,vt in empyemate ,putridum,& in aliis venarum anfractibus coaceruatũ, abſque vlla interni vlceris ſuppuratione , cum ſtillicidii vrineque ardore quoque excerni.quod in ſenibus quoque experimur, quos pituitæ ſalſæ acrimonia ad crebrum mictum laceſſit. Hæc,doctiſſime Geryon ,te non docere , ſed admonere tantum volui. Vale: & D. Achillem , amicum meum integerrimum , meo nomine ſalutes quæſo.

QVÆ VRINARVM , MORBI COCTIONEM aut cruditatem indicet:ac an morbo indigesto purgatio competat,ad peritiſs. Medicinæ doctorem Ioan. Echtium. Epiſtola XLI.

ANNVS iam fere præteriit , amicorum optime Echti,quo in Friderici Comitis Palatini, generoſo Palatinorum ſtemmate & virtutũ ſplẽdore illuſtris terque quaterquè difficili ægritudine curanda,vt fidus Achates mihi aderas. Tum certe,quum nobis vacaret vt tædiũ tẽporis deuoraremus,multa de ſuperſtitionibus impiis,& idololatria , quæ prætextu Medicinæ in ſacra religione inoleuiſſet,ac de agyrtarũ impoſturis & exlotio vromãtũ nugis colloqueremur: tum lepidã

mehercle Iudęi medici de vromantib. medicis recenſuiſti hiſtoriam. Nempe, quũ Aquiſgranum (oppidũ vetuſtate, Imperiali corona, & thermis celebre) veniſſes, quæ in pago Porceto, mille ab oppido paſſus ſcaturirent: quas quum luſtrares, aiebas in veſtibulo myropolii te vidiſſe ſculptile Morionis idolum, verſicolore veſte, rubro capitis galero, veſtitũ: qui dextra manu exerta matulã vitream, diductis labris ſubridẽs, vt moriones aſſolent, ſpectatorib. oſtẽtare videbatur. Ac quũ attonitus id ſpectaſſes ingreſſus myropoliũ, pyxidibus medicamentis exoletis refertis adornatum, te ab Iudæo pharmacopœo quid hoc inſolens morionis ſimulacrum ridiculũ portenderet quæſiuiſſe. Tum ſanè Iudæum reſpondiſſe, ſe à parente auoque medicis accepiſſe, medicos, qui ex ſolo fallacis vrinæ indicio diſcernere morbi naturam & locum affectum conarentur, hos eſſe morioni huic ſimilimos: qui temerarium illorũ de morborum cauſis ex lotio iudicium irrideret, quem eo nomine vulgo ſpectandum ante myropolii veſtibulum ſtatuiſſet. Tam fidam, tã deniq; ingenuam veritatis confeſſionem in re medica, nec apud Chriſtianorum vromantes cõperi vnquam: quorum foribus vt ſimile morionis idolum affigeretur, fas æquumq; eſſet. Verum quid mihi poſt diſceſſum tuum acciderit, ob prudens tuum in diſcernendis morbis iudicium, & eruditionem non vulgarem, te celare non poſſum.

Medicorũ diſcordia ægris perniciosa.

Accerſitus à Comite valetudinario, vt non modo eius ſanitati conſulerem, ſed altercationem ac litem inter ſuos obortam medicos componerem, ægrotis nempe pernicioſam: quorum alter nullũ, niſi

niſi materia morbi concocta, pharmacum purgatorium dãdum cenſebat: alter nullam vrinam rubram eſſe cruditatis indicem, aiebat: me quoque contentionis eorum arbitrum ſtatuebant. Tum ego: Dedecet, inquam, vos medicos hæc apud ægrotum altercatio: quorum concordia fertur ſalus ægrorum, diſſidium vero perniciem & diffidentiam in medicos ægroto parere. Quid vero de vtroque ſentiam, paucis declarabo. Si namq;, inquam, materia morbi febrilis in principio turget, & eius copia, cacochymia, aut vaſorũ plethora virtutem onerat, ætate & viribus ſuffragantibus, ne calor naturalis humorum crudorum copia obruatur, aut ſuffocetur, quis obſecro mentis compos, vel venæ ſectione, aut pharmaco, noxii humoris redundantiã partim ſubducere non audebit? Quum Galenus dicat melius eſſe circa morbi principia euacuare, quo minorem iam factam materiam, facilius natura poſſit concoquere morbo namq; conſiſtente, quum natura iã concoxit, ſuperfluũ eſt euacuare. Et Trallianus, ille inſignis, à Meſue later dictus, de cura Anaſarcæ inquit: Hæc venæ ſectionem interdum requirit, vt quæ ex ſanguine frigido naſcatur. Verum hac frigiditatis ratione non indiget: ſed quoniã copię detractio naturã faſce leuat, vt hanc minorem factam facile ſuperet: videmus ſane, inqt, quod etiam ignis externus, quũ à lignis viridibus propemodum extinguitur, ſi illa quæ ipſum ſuffocabant auferantur, rurſum refocillatur. Quare in confeſſo eſt, indigeſtam humorum corporis molem, cõmode in principio, vel leni pharmaco, aut venæ ſectione euacuari poſſe. Sed vt veſtram

Quando purgatio minoratiua competat. Galen. libr. 2. Aphor 29. Gal li. 11. Methodi de phlebot. idem dicit.

Trallianus hæc lib. 9. cap. de anaſ.

Digitized by Google

de humorum cruditate & concoctione contentionem dirimam, operæprecium erit, vt vrinæ concoctionis saluberrimæ ideam & specimen, tanquam Polycleti regulam, ante oculos statuã, qua aliarum ab hac lapsus & differentias metiri animo possitis. Optima igitur vrina cẽsetur, quæ substantia mediocri, & colore citrino est diaphana: in cuius fundo sedimentum album æquale & leue subsidet, salutare in febribus digestionis & crisis indicium: aut si saltem habeat nubeculam cãdidam in medio pendulam, vel in sublimi specie aranearum telæ enatantem, quod Græci ob id Enæorema dicunt, haud obscura inchoatæ concoctionis humorum indicia. Quanto igitur vrina colore & substantia, ac in ea contentis, ab hac degenerat, tanto facultatis naturalis & concoctricis in iocinore & venoso vasorum genere & membris solidis, à quibus hypostasis suam destringit & quasi delibat albedinem, vires esse imbecilliores indicat. Proinde vrina instar aquæ alba & perspicua, summam indicat humorum cruditatem, ac naturalis facultatis concoctricis imbecillitatem in delirantibus, ob choleræ ad cerebrum raptum, exitium aut delirium. Alterum vero, quod ad colorem attinet, cruditatis in lotio extremum signum est vrina nigra, vel ob adustionem atræ bilis fusca: aut ob copiã bilis flauæ, aut sanguinis crudi copiam, aut ebullitionem, rubra: quæ morbi cruditatem quoque indicat. Ob id Galenus libro secundo Prognosticorum: Quoties, inquit, sanguinis serum pariter cum vrina excernitur, vrina colore rubra apparet: indicat bilis sanguinisque copiam, non exquisi-

Optimæ vrinæ descriptio.

De lotii hypostasi hæc Hip. Et Gal. lib. 2. progn. cap 6. & lib. 4. & 7. aph. & de crisi lib 2.

De hypostasis colore & contentis in lotio, Alex. Aphr. lib 2. Problem. 19. & Drusianus in quæstione de vrina.

De vrina aquosa hæc Hipp. lib 4. aph. 72. & li. 2. progn.

Digitized by Google

quisita ratione confecti. Proinde Hippocrates lib. 2. de ratione victus in morbis acutis, humores cholericos, febrili aut quouis alio accidentario calore concoctos, qui tamen calore natiuo ad corporis alimoniam euinci aut alterari nõ possunt, quamuis nec à frigore incruduerint, eos tamen Græce ὤμους, id est crudos crebro appellare solet: vt vtramq; bilem, ἰχῶρας, catharrum, coryzam, & qui in lippitudinem ex oculis destillant humores: hos modos digestos, modo crudos appellat. Sic non in febribus modo, sed in hydropisi quoque vrina rubra & cruda apparet, quamuis epar ob spirituum & probe concocti sanguinis penuriam sit refrigeratum, & calore naturali destitutum, propter obstructiones tamen & humorum putredinem non raro igneo calore incalescat. vnde sitis quoque accidit, & vt hydropici plurima quoq; bile abundẽt, ac febricula typhoide, ab Arabibus lactica dicta, sensim laborent: & vt verbo dicam, quicquid à calore natiuo, & congenita caloris viscerum temperatura non fuerit concoctum & elaboratum, sed à calore accidentali aut frigore confectum, id quum in corporis alimoniam conuerti non possit, Hippocrates crudum appellare solet. Hæc quum obiter dixissem, mox me esse paradoxopœum, & in re medica Lutherum, apprime exclamabant: qui vtramque bilem, æstu quouis feruentem, crudam appellarem. quum cruditas nón caloris, sed frigoris esset soboles: quod cocis quoque esset exploratum. Tum ego, mi Echti, qui probe nosti quam ægre mala imbibita à teneris opinio possit extirpari, omissa altercatione, animũ ad curatio-

De bilis cruditate Gal. lib. 2. de ratione victus acutorum.

Vrina hydropicorũ, rubra.

Digitized by Google

nis ſcopum applicui. Vaſorum, inquam, videtis repletionem, & ex ea laſſitudinem, pectus anhelum: quæ omnia, nil obſtante humorum cruditate, vel per pharmacum aut venæ ſectionem euacuationem indicant. quam quum approbaſſent, eos veluti incantationis faſcino, aut veneficio aliquo delirantes, & ob id lotii (vt olim) aſpergine luſtrandos, dimiſi, domumque redii. Vale, amiciſſime Echti: & Doctorem Lithodium, virum bonum, medendique peritum, meo nomine ſalutabis.

De vrinæ contra veneficia aſperſione. Apuleius lib. 1. De aſino aureo.

De Pterygio, Syronvm, Dracontii, phthiriaſi, vermium v ceribus. *Epiſtola* XLII.

QVOD tam ſero, Corneli, meis literis reſponderis, cauſaris in extremo digiti indicis articulo, quo calamus dirigitur, apoſtema pterygiũ: quod à loco affecto quidam ἀπὸ τῦ ὄνυχος, id eſt vngue, paronychiam quoque appellant: in quo caruncula cum ingẽti dolore ab vngue recedere ſolet: quod Guihelmus Placentinus panaricium, vulgares vero Chirurgici vermem dicunt: quum tamen nullus plane ſubeſſe vermis videatur. Ob id enixe oras, vt quale id ſit vlcerum genus, & quę tam fœda in corporibus à vermibus efferueãt vlcęra, tibi explicare velim. Probe noſti Corneli, me nullum vnquam in re literaria detrectaſſe laborem, quo vel amicũ mihi demereri, vel gratam amicis obſequii vicem rependere potuerim. Nã & Iulius Cæſar palam profeſſus eſt: Si graſſatorũ & ſicariorum ope in tuenda dignitate ſua vſus eſſet,

De pterygio Corn. Celſus lib. 6. cap. 19. & Orib. aſi. li. 7. Synopſeos. ca. 18.

Suetonius in eius vita.

esset,talibus quoque se gratiam relaturum. Quũ igitur tu honori meo nunquam defueris, æquũ est,vt tibi quoque morem geram.Est sane,vt Paulus Ægineta docet,Pterygium,id est,pinnula,carnis excrescentia,quæ partem vnguis operit, tam in pedis quã manus pollicibus,circa vnguis radicẽ enata,in pedibus crebro ex offensione, aut calcis attritione:in manibus vero crebro ex paronychiis oritur.Hoc malum neglectum,ob neruum vngui substratum, ingenti dolore inflammatur, & suppuratur.Pus vero inueteratum ,radicem vnguis & os eius vitiat,& exest,& grauiter olet : digitus vero tumet,& liuet.Ab hoc, vt Trotula de passionibus mulierum scribit,decocto hyoscyami fomentato,quod & in dolore dẽtium accidit, vermiculos capillorũ instar aut chordarum valde minutim concisarum decidere ait:verum non esse vermes,cum motu careant, arbitror, sed de gingiua dentium limum,aut ex pterygio saniem, hyoscyami frigore in frustula concretam.Nec tamen inficior, in purulentis aurium & aliorum membrorum vlceribus præcipue grauiter olentibus,ex putredine & crudis viscidisque humoribus subnasci vermiculos, qui decocto centaurii, marrubii ac calamenthi occidi & elui commode possunt. Nec id mirum,quum lumbrici in terræ visceribus ex imbre,quædam & in ligno generẽtur:nec cossi tantum,sed etiam tabani ex eo nascantur.& alia quædam animalcula, vbicunque est humor nimius: vt in lignis plenilunio intempestiue cæsis,sponte sua procreãtur.vnde Lucretius recte cecinit:

Quippe videre licet vinos existere vermes

Pterygii definitio ex Pauli lib.6. cap. 85.

Trotula de pass. mulier. cap.54.

De vlceribus vermiculosis Oribasius lib.7.c.11. De vermibus in ligno & homine natis hæc Pl. lib.11.cap.31.& Aristot.lib.5. de natura animal. cap.21.

Lucret. lib.1.

Digitized by Google

Stercore de tetro, putorem quum ſibi nacta eſt
Intempeſtiuis ex imbribus humida tellus.

Cui perbelle ſubſcribit Ariſtoteles de natura animalium his verbis: Accidit, ait, pediculorum morbus hominibus præ nimio corporis humore, cui⁹ fœditate aliquos obiiſſe proditum eſt: vt Alcmanem poetam, & Phercydem Syrum. & Plinius: Intra hominem, inquit, teniæ vermes tricenûm pedum aliquando, & plurium longitudine, iam in carne quoque exanimi, viuentium quoque hominum capillo naſcuntur: qua fœditate Alcman ex clariſſimis Græciæ poetis & Sylla dictator obiere. Periit enim Sylla & alii plures phthiriaſi, vt Plutar. refert, pediculari apoſtemate, de cuius puttilagine pediculi coaceruati ſcaturiunt corpus perreptant & exedunt. quos quum miniſtri de corpore Syllæ interdiu noctuq; auellerent, ſuccreſcentium tamen copia interemptorũ turbã longe ſuperabat: quorũ ſordib. dapes & veſtes illius cõſpurcabantur, nec veſtiũ mutatio, thermæ aut alia lauacra quicquã profuerant. pædoris enim magnitudo omnia corporis purgamẽta ſuperabat. Huius morbi fœditate Herodis quoque regis corpus ob ſua parricidii flagitia & ſacrilegia iuſti Dei vindicta cõtabuit, vt Euſebius ex Ioſepho teſtatũ reliquit: Inteſtina, inquit, Herodis intrinſecus vlcerib. obſepta, verenda ipſa putredine corrupta, vermibus ſcatebant. Et Egeſippus de excidio Hieroſolymitano: Pudenda, inqt, corporis ſcatebant vermibus ſparſim, anhelitus grauiter olẽs, ſuſpiria pernicioſa, indicio erant illum iniuſti parricidii & ſacrilegii pœnas luere. Nam nec illi trans Iordanem thermæ, nec Aſphaltis

Plutarch. in vita Syllæ dictatoris.

Phercydẽ etiam phthiriaſi periiſſe, Aelian. de varia hiſt. lib. 4. cap. 28. & lib. 5. cap. 2. ſcribit.

De Herodis phthiriaſi Euſeb. de eccleſ. hiſt. lib. 1. Ioſephus li. antiq. 17. Egeſippus lib. 1. cap. 41.

Imperator quoq; quidam vermiculari morbo periiſſe fertur.

Digitized by Google

tis in Iudæa lacus pleriſque aliis ſalutaris, quidpiam profuerant. Sunt & alii neruis non adeo diſſimiles, qui in cruribus & brachiis intra cutẽ nati, fœda quoque parturiunt apoſtemata: de quorũ germine ſunt Syrones & Dracontia. Sunt enim Syrones, inquit Abinzoar, pedeculli, Arabibus aſſoabat dicti, qui ſubter cutem & ad manus & crura ſerpunt: puſtulas quoque aqua plenas ſub cute, vbi deliteſcunt, excitant: qua diſſecta, prorepunt animalcula tam parua, vt vix viſu quamuis perſpicaci ægre deprehendi poſſint. De quib. Ariſtot. videtur in libro de Natura animalium ita dixiſſe: Pediculi ex carne gignuntur, quibus affuturis emergunt puſtulæ quædam ſine pure, exiguæ, quas ſi pungas, pediculi exeunt valde exiles. At dracunculus an in apoſtemate ſit vermis aut neruus, non facile dixerim: quem nunquam ſe vidiſſe, eiuſque eſſentiam ſe ignorare, Galenus ingenue fatetur. Soranus vero medicus non animantis principium, ſed nerui alicuius ſubſtantiã ſiue concretionem, dracontium eſſe autumat. ꝙ Auicenna venam Medeni, Abinzoar vero cenſet eſſe exituram de apoſtemate neruo ſimilem, quã Arabes & Mauri halalnachaidini appellant, Peculiare id eſt Arabiam & Ægyptum incolentibus vitium, ſubſtantia neruoſa, colore, craſſitudine, lumbricis non diſſimile, muſculoſis brachiorum & crurium partibus innaſcitur, per quæ ſe varicum inſtar expandit, & ſe cum intolerabili dolore non raro complicat. Hoc non niſi iuſto plumbi appenſi libramine ſenſim educitur, abruptum lethale cenſetur. Hoc Albucaſis decem, & non raro viginti palmarum longitudinem exce-

De Syronibus hęc Abinzoar lib. 2. cap. 19.

Ariſtot. de natura animal. lib. 5. cap. 30. Gal. lib. 6. de locis affect cap. 30.

De dracũculo, vena Medeni, Gal. in lib. definit. & introduct. Medic. Auicen. 3. quarti, tract. 2. cap. 21. Abinzoar lib. 2 cap. 20. & Paul. Ægineta lib. 4. cap. 59.

Digitized by Google

Albucasis parte 2. c. 93. Hæc Plutarch. Sympos. 8. cap. 9.

dere expertus est, Europæ incognitum malum, de quo Plutarchus ita pererudite scribit: καὶ δρακόντια μικρὰ τὰς κνήμας διαθέοντα καὶ τοὺς βραχίονας ἐξέχυψεν. ἁψαμένων δὲ αὖθις ἀπολύεται; καὶ φλεγμονὰς ἀκαρπήτους ὀδυνηρὰς τοῖς μυσὶ παρέχει καὶ τοῦτο τὸ πάθος ὅτι πρόπερον οἶδεν ὑδρὶς, ὅτι ὕστερον ἄλλοις, ἀλλὰ ἐκείνοις τι μόνοις γινόμενον, οἷς Ἀγαθαρχίδας ἱστόρηκεν. i. e. Qui mare rubrum accolunt, vt Agatharchides testatur, nouis affligũtur morborũ symptomatis, quæ parua sunt, & dicuntur Dracontia. Hæc suras & brachia exedunt, & sese inclinant & prospiciunt, contrectata vero sese rursus illa tebrant ac fugiũt, complicata vero in musculis phlegmones intolerabiles excitant. Hæc prius, nec modo vllis nisi Arabiam incolentibus acciderunt. Illud vero inter Epistolæ parerga inserere, & admonere quoque volui, quum Plinius intra hominem tineas tricenûm pedum aliquando, & plurium longitudine nasci tradat: pro tineis, quæ vestes & libros arrodunt, legendum esse tænias, quas Galenus in Isagoge sua inter latos ventris lumbricos recenset: & an incredibilis illarum proceritas netuis similima, ex apostemate dracunculi, quod Auicenna & Arabes appellant venam Medeni, prodeat: aut de intestinorum altera tunica putridi humoris acrimonia abradatur, vt Paulus lib. 4. sentire videtur: dracunculum vero ob dilatationis & cõtractionis motum animatum, plerique Medici asseruerunt: tuum hac de re vicissim expecto iudicium. Vale: & Deum supplices oremus, vt ab hoc Arabum & Indorum malo suos Europæ incolas diutius immunes conseruet.

Plinii ex libro 11. cap. 33. locus correctus & illustratus.

D s

Digitized by Google

De Anhelitvs Et Deglvtitionis exgula vitio, difficultate, & recta remediorum stomachi applicatione.

Epistola XLIII.

ACcessit me heri, Philippe commilitonũ optime, ad vesperam ante myropolium, Alexander trapezita, vir munificentia sua & liberalitate non illaudatus, & antiquarum cõstitutionũ non admirator tantum, sed ad superstitionem vsque obseruator diligens. Is me obnixe orabat, vt his feriis quibus Christi natalis celebratur, quando mihi foret integrum, tabulam eius rotundam inuiserem: adesse in ea aiebat viros facundia & eruditione non illepidos qui mea opera & consilio egerent. Noueram sane, raro Medicum gratis ad conuiuia accersiri. Quare subridẽs, quid hæc insolens tabulæ rotunditas portẽderet, aut præseferret percũctabar. Tum respondit, hãc esse sacrum rotundi terrarum orbis simulacrum, quã veteres ἑστίαν, id est Vestã, aut focũ dixissent. Quemadmodum enim terra semper aliquid cõmodi affert & alimoniã suppeditat: ita hanc tabulam, accẽsis in ea luminibus, interdiu noctuq; dapibus adornatam esse oportere. Proinde quum olim etiã Persarum reges omnes cuiusuis ordinis homines, quorũ opera vterentur, talis mẽsę participes fecissent: ego quoq;, inquit, pro strenis, apophoretis & sportulis, quib. mense Decemb. amicos Romani proceres donare solebant, eos ad tabulam rotundam inuitare decreui: quorum cõmercio interesis oro. Annui ego. Discumbẽtib. igitur nobis, assidebat vir iurisprudentia vitæque

De Vesta hæc Lucret. quoque. De tabula rotunda hęc Plutarch. Sympos. 7. cap. 4.

Doctor Hartmannus Palat. Cancellarius.

integritate clarus , Hartmannus, qui esculenta sua frustillatim concisa, deinde exacte masticata, sensim, strangulationem veritus, deglutiebat. Quum vero, vt hospiti ad animi alacritatem eum adhortanti, subito responderet, deglutitionem vrgeret, anhelitusque eum deficeret parum quoque tussiret, assidentes eum pugnis intra scapulas dorsum cædebant: & subito strangulatio, vna cum suffocationis periculo, eum deseruit. Tum omnes fere attoniti, causam quærebant, qui fieret, vt dorsi succussio anhelitum redderet ægre deglutientibus: quum nec dorsum, nec gula sit anhelitus organum? Quibus, redditurus causam, respondi: Duos esse in faucibus meatus, triplicis anginæ sedes: quorum alter spiritus esset in pulmonem meatus, & ne in eum de potu aut cibo quicquam delaberetur, anhelitumque obstrueret, eum natura epiglottide, tempore deglutitionis cooperiri, quem Latini guttur, Græci larynga aut arteriam tracheam dicerent: alter vero cibi potusque in ventriculum tanquam per tubulum meatus, quem Latini gulam, Græci œsophagum & pharynga appellarent. Hæc sub aspera arteria recta deorsum vertebras ceruicis & dorsi perreptat, ac per septum trãsuersum ad neruosum & valde sensile ventriculi orificium descendit: cui intra duodecimum & tredecimum dorsi spondylum, per se communem à peritoneo ortam tunicam annectitur: quam Philoxenus Erixius collo gruis proceriorem optabat, vt esculẽtorum illecebra diutius frueretur. Vtinam vero non restent & modo plures alii huiusmodi Philoxeni, nepotes Apitii æmuli, qui paterna, arte culi-

Laryngis & pharyngis differẽtia. Paul. lib. 3. c. 26. & Galen. li. definitionum. Plutarch. Sympos. 7. c. 1. Gal lib. 16. de vsu partium.

Digitized by Google

culinaria, obligurirent bona. Verum ad gulæ fabricã, & functionem, de qua lis eſt, reuertamur. Hæc duplici conſtat membrana, vario villorum aut fibrarum (quas Græci ἶνας vocant) ordine cõtexta: quarum altera externa ſcilicet, ſtamine villorum per latitudinem porrecto, cibum expellit: altera vero interna, oblongo villorum ſtamine cibum deorſum protrudit. Huius vis cathelctica dicitur, qua craſſa & congeſta eſculenta, per faucium anguſtias & pariſthmia attrahimus. Hęc via ſi in morbis acutis abſceſſu aut phlegmone obſeſſa fuerit, vt villi nec eſculenta & poculenta ad ventriculum protrudere poſſint, nec impeditus ſpirationis meatus per guttur pateat: tum certe ſpes vitæ in anguſto eſt. At iſta, inquam, deglutiendi ſpirandiq; Doctoris Hartmanni difficultas, non ob in vtroque meatu abſceſſum aut phlegmonem accidit (quoniam doloris febriſq; erat plane expers) ſed ob villorũ gulæ imbecillitatem euenit: quæ quũ eſculenta deglutire non poteſt tũ his infarcta gula, guttur, ſpiritus meatũ, comprimit, atq; coarctat, qui ei quoq; incumbit & adiacet. Etenim, ait Gal. imbecillitatem gulæ nonnunquam percipere dicunt laborantes, quũ longo tempore ea quæ ingeſta ſunt, vix per gulã ad ventriculum labuntur, quæ aliquando ad primum impetum facile deſcendunt: deinde rurſus arcentur, vt videantur impacta. velut ſi quis pira acerba ederit, quæ ſua ſtipticitate gulam dorſo incubantem conſtringunt, deſcenſumq; morantur: tum conquaſſatis pugno, dorſi vel intra ſpatulas vertebris, quib gula adiacet, impacta in vẽtriculũ detruduntur, quo tandẽ larynx & dilatari

De gulæ imbecillitate hæc Galen. lib. 5 de loc. affect. c. 4.

Succuſſio dorſi ſtrãgulatio nes gulæ curat.

&liberius aera inſpirare poſſit. Non igitur temere veteres medici ſingultũ, aut alios gulæ aut orificii ventriculi morbos curaturi, remedia topica nõ epigaſtrio ſed dorſo ceruiciſq; vertebris appli

Remedia ſingultus 12. vertebſpinæ applicare docet Aetius libro 5. ca. 147.

cuerũt. quod pererudite Aetius his verbis quoq; docet: εἰ δὲ συνεχὴς εἴη ὁ λυγμὸς, καὶ πτερμικῷ χρησόμεθα. καὶ σικύαις χρησόμεθα καθ' ὅλης τῆς ῥάχεως, καὶ μάλιστα ἐπὶ τοὺς σφονδύλους τοὺς μεγάλους καὶ μεταφρένου, καταπαύοντες αὐτὸν ὅπῃ τὴν ῥάχιν. αἱ γὰρ ὑπομονὴ τῶν σικύων πολλάκις ἀπευθύνει τὸν στόμαχον συνελκόμενον, καὶ οἱονεὶ σπειλούμενον ὑπὸ τοῦ λυγμοῦ. πάντα ἄκρα δεῖ δεσμεῖν καὶ θάλπειν, καὶ βάπτειν εἰς ὕδωρ ψυχρόν .i. e. Si continuus fuerit ſingultus,

Sternutationem curare ſingultum, docet Ariſto. lectione 33. problem. 4. Galen. lib. 7. aph. 57. 1.

ſternutatorio, & cucurbitulis quoq; per totã ſpinã vtemur, & maxime circa maiores ſepti tranſuerſi vertebras, nempe duodecimum & tredecimum dorſi ſphondylum, attrahentes ipſum ad ſpinã. perſeuerans enim cucurbitularũ applicatio crebro rectificat & explicat ventriculi orificium à ſingultu contractum, aut veluti intortum obliique. extrema quoque ligare, & aquæ frigidæ immergere confert. Hanc Aëtii doctrinam concor-

Galeni li. 13. Methodi verba.

di ſuffragio in Methodo ita aſſerit Galenus: Voco hoc loco, inquit, ſtomachum, gulam, quam proprie Græci ſtomachum appellant. nonnunquam enim ita quoque vocãt os ventris, veluti quũ ſtomachice anima linqui aliquos dicunt. Verum gulæ, quę proprie vocatur ſtomachus, cataplaſmata ſuper ſpinam dorſi imponimus, non autẽ ad pectus. Idem quoq; facimus, cũ os ventris phlegmone vrgetur. Siquidem ſpinæ gula ſuperiacet, per collum & pectus vſque ad vẽtrem porrecta. Vnde obſtetrices infantes aut pueros, qui nondum ephebis exceſſerunt, quos crebro vomitu & ſto-

Qua ratione obſtetrices ſtomachi infantium

machi

machi anatropa gulam & ventriculi orificiũ conuulsisse arbitrãtur, eos supra ventrem collocant, & cutem circa duodecimum dorsi sphondylum complicatam digitis apprehensam in sublime trahunt: aut id succensa in cucurbitula vel vrceolo stupa quoq;, Aetium imitatæ, moliũtur. quod feliciter successisse gula ventrisq; orificio. cessante vomitu sed pristinę reposito credi par erat. Si vero villi gulæ, potu aquæ frigidæ, aut catharri in gulam defluuio, aut quauis intemperatura eneruati, suo non fungantur officio. tum certe nõ cucurbitulis, sed alia quoq; methodo curationis opus erit: nẽpe pharmacis liquidis villos corroborantibus, quę æger lambendo sensim deglutiat & absorbeat: quæ in Consiliis nostris tibi, Philippe mi, abunde explicabimus. Vale.

anatropã curant.

Stomachi puerilis anatropa, id est, ex vomitu subuersio.

De Epiglottidis Functione, & pulmonis per potum humectatione.

Epistola XLIV.

VErum quid altero die, qua nobis quoq; ad rotundam tabulam ab Alexandro cœna condicta fuerit, acciderit, te quoque nõ celabo. Nescio quid ridiculi Symposiarcha dixerat: cumq; Euangelus subito, dum cibum deglutiret, illi arrideret, mica panis, elata cachinno epiglottide, guttur, pulmonis cannam, inciderat: quo fere strangulatus fuisset, nisi succusso pugnis dorso, tussi valida guttur exoneratsset. Tum omnes vno ore acclamarunt. naturã singulari prouidentia duos intra fauces meatus struxisse: alterum gulam, per quam in stomachum & ventriculum omnia

De gulæ & gutturis functione, Plutar. Sympos. 7. cap. 1. Gell. li. 17. cap. 11. Galen. de vsu part. lib. 4. De laryngе hoc Pollux libro 2. Plí. lib. 11.

esculenta & poculenta villorum opera deferuntur: alterum, nempe guttur siue arteriam tracheam, cuiux caput larynx dicitur, ad pulmonem atque cor pertinentem, soli spirationi dicasset: Quam, inquit Plinius, operit in epulando epiglos sis, spiritu ac voce illac meante, ne si potus cibusve in alienum deerrauerit tramitem, torqueat. Altero vero cibus potusque deuoratur, quæ neruo & carne: altera vero arteria ex cartilagine & carne, orbiculis dimidiis constat, quam epiglottis per vices operit, cum spiritus tantum aut vox commeat, ne restagnatio alui intempestiua obstrepat. Addebant quoque, Erasistratum, insigné medicum, iure Platonem redarguere, qui dixerit potum per larynga in raræ constitutionis pulmonis substantiam defluere: eaque satis humectata, reliquũ ad vesicam dimanare. Illius quoque erroris auctorem Alceum poetam aiebant, qui elegãti disticho id scripsisset. Quod, quia Gellius mutilum allegat, & in Macrobio plane desideraretur, hic adscribere placuit:

Distichon Alcei inter Anacreontis Odas inuenies. Hanc de futura Hippocr. sententiã explicat Plutarch. Sympos. 7 cap. 1. Gell. li 17. ca 11. Macrob. li. 7. Saturnal.

πῦμα πνεύμονας εἶφ· τὸ γὰρ ἄστρον ἐπείγεται.
ἀλλ' ἄρα χαλεπὰ πάντα δι' ἀμὰ τὸν καύματος:

id est: Irriga pulmones vino: nam caniculæ astrũ exoritur, hora difficilis, qua cuncta sitiunt præ ardoris æstu. Tum ego: O amici comestores, inquã, Platoni fit iniuria, non enim hęc est eius, sed Hippocratis nostri firma sententia: cui Plato adhuc plura, mutuo accepta, debet. qui in libello de corde, hãc his verbis explicat: Cor, inquit, pulmonis nimirum potum lambit. Etenim homo multo maximam partem in vẽtrem bibit. Gula enim siue stomachus, velut infundibulum potus copiam &

Digitized by Google

am & quæcunque volumus excipit. Bibit autẽ & in guttur & arteriam, minus vero, & quantũ late re possit, per rimam illapsum. Operculum enim exactum epiglossis, lingula appellata, ne permiserit quidem aliquid amplioris potus penetrare. Signum huius rei id est: si quis aquam cæruleo colore aut rubrica temperatam valde sitienti dederit bibendam, maxime sui (hoc enim pecus nõ valde delectum habet, neque mundiciei est deditum) deinde bibẽti guttur resecet, hoc colore tinctum reperiet. Nequaquã igitur fides nostra suspecta esse debet de potu, quod homini sensim in guttur vergat. Et plura, alia, quibus sententiam suam probat, ibidem leges, quam & Philistion Locrẽsis & Dioxipppus, de catalogo discipulorum medici quoque approbarunt: qui tradunt, Erasistrati epiglottida mẽbranam cartilaginosam, oblongam, tistularum linguæ assimilem, nõ ideo laryngis constitutã cooperculum, ne quid ex potu defluueret in arteriam: nam pulmoni quoque fouendo & rigando necessarios esse humores: sed additã gutturi, vt edulia quidẽ omnia ab arteria arceret, depelleretque in stomachum: potũ vero ventriculo ad esculentorum concoctionem pulmoni ad humectationem prout commodum foret, vnicuique impartiretur: & ne confertim & vno impetu in pulmonem illaberetur, sed sensim in eum defluueret, , aut quasi destillaret: reliquũ vero in alteram stomachi fistulam deriuaret, epiglottida velut obicem laryngi esse appositam tradunt, quæ dum inspiramus & respiramus erigitur, incubat autem laryngi dum edulia deuoramus. Quare, Philippe, dũ Sirius æstro vrit, rau-

Epiglottida descripsit, præter Galenum, Plinius li. 11. ca. 56. Cicero li. 2. de natura deorũ.

Potum per arteriam trachæam irrorare pulmonem. Gal lib. 2. de simpl. facul. testatur.

Ob id etiã medicamenta stomatica & loch. sensim sunt deglutienda.

æque cantillant cicadæ, pulmones rigaturus, nõ pleno te proluas auro confertim: sed ne suffocationis periculum subeas, supremis tantum labris pitissato. Vale.

De Somnifera Pedvm Lotione, *insomniis, & noctambulis.*

Epistola XLV.

Febris ephimera ex mœrore. Ne cibi fastidium ad Glauc. Gal. & in Methodo.

Cõmunis noster, Theodore, amicus, & principis nostri à consiliis Arnoldus, dũ ob filii sui, adolescentis præcocis certe ingenii obitum, mœstus multas insomnes traduceret noctes, ac iam cibum fastidire, febrireque ex mœrore inciperet, ne illa febricula ob impeditã mœstitia cõcoctionem in putridam aut hecticã coalesceret, consultum nobis videbatur, vt loci permutatione mœroris occasio adimeretur. quo perprata, & iuxta vitiferas colles, in valle Neccaris fluuii & Rheni, Wormaciam lento quidem gradu peregre proficisceremur. quo quũ peruenissemus, ad Cygnum diuertimus, ab hospite & eius ancilla beneuole excepti. & donec cœna adornaretur, quiescere iussi, quũ discubuissemus, ac hospes ad animi alacritatẽ nos hortaretur, poculumq; vini de Noua ciuitate prottopi Arnoldo prælibaret: ille vero mœstus defixis in patinam oculis capite obstipo saltẽ annueret: hospes vero, Ecquid sibi hæc tristitia vellet, aut portenderet? placide perconctaretur: respõdi ego, Ob filii sui necẽ Arnoldum contristari. Tũ hospes ait: Annõ celebre illud Anaxagoræ dictũ audiuit vnquã? qui audita filii morte, Nihil, inquit, mihi inexpectatum aut nouum

nouum nuntias: ego enim illum ex me natum, sciebã esse mortalem. Natura enim ita comparatum est, ita liberos esse procreandos, vt meminerit parens, iis à rerum natura accipiendi & reddẽdi spiritus eodem temporis momento legẽ fatalem constitui: vt mori neminem solere, qui non vixerit, ita nec viuere aliquem, qui non sit morituros. Macte igitur, inquit, ô Arnolde, animi alacritate esto. qui enim scis, si vsque ad hæc tempora bellis & variis calamitatibus turbulenta superstes mansisset, an vnquã ad vitæ frugem peruenisset? Ne, quæso, orbitatem tanti feceris. Cogita Lucium Brutum, vt filios suos, Tarquinios in vrbem reducturos, comprehensos, ac virgis cæsos, proque tribunali ad palum religatos, securi percuti iusserit: qui exuit patrem, vt consulem ageret: orbusque viuere, quam publicę vindictæ deesse maluit. Habes hic tibi assidentem medicum, qui hæc quoq; suadebit scio. Quid igitur frustra te vigiliis & curis maceras? Acta agis, quę infecta reddi non possunt: ebibe hoc villum, quod papauere ipso potentius, alliciet somnũ: ad huiusque illecebram lectus molliter stratus plurimum conferet. Tum ancilla facete quidem subiecit: ô hospes, si id non sufficerit, me ipsam substernam, aliaq; somni illectamenta. Ridebant omnes: apparabo. Cæterũ tertia à cœna peracta hora, iam cubitum conceſſuris, attulit ancilla nobis vas μεδιμνηρον, plenum florum & herbarum camomillæ, origani, pampini, salicis, radicũ bene olentis azari, capitũque papaueris decocto, quo pedes & suras ad genu vsque fomentabat, & crura abluebat, eo quo Homerus ordine præcepit:

Plures de obitu filiorum historias scribit Ælian. li. 3. c. 11. & 12. De Anaxago, Valer. lib. 6. apn. 3. 68.

De Bruto hæc Valerius lib. 5. cap. 3 3 5.

Somnifera pedum lotio.

Homerus Odysseæ vltimo.

Digitized by Google

---ἐπεὶ λούσατο, φάγοί τε,
εὐδέμεναι μαλακῶς, ἣ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων. id est:
Vt lauit, sumpsitque cibum, dat membra sopori
Mollibus in stratis, vacuus curaque metuque.
Corpora sic prodest senio confecta foueri.

Seneca testis est. Asiniũ Pollionem à cœna nullas solitum resignare aut legere epistolas :vt animo curis soluto &tranquillo,cubitum concederet. Obdormiuimus igitur totã noctem, vt nec gallicinium audiremus, donec φόσφορος, Veneris stella,solis pedissequa & antecambulo,nobis illuxerat. Tunc Arnoldus experrectus:ô Langi,inquit,nisi tu tam diuturni somni causas alias dixeris,certe oppium me bibisse vereor.Ne suspiceris id,inquã.Pedum namque lauacrum,somnum reparauit,qui effetũ vigiliis spirituum sensuumq; vigorẽ reficit:& dum in somno ventriculus esculenta concoquit,somniferis cerebrum vaporib. irrigat,sensuumque & neruorum à cerebro propagines adeo obstruit,vt philosophi somnũ sensuum pedicam & obligamentũ, illorũ exolutionẽ vigiliam definiuerint:qui(vt Ariston ait)velu ti publicanus dimidiũ vectigal, sic somnus dimidium vitæ nobis surripit:quem ex podoniptro lauacrũ adauxit.Ob id etiam Alexander Aphrodiseus quærit, Cur titillatio ac frictio plantarũ pedis somnũ afferant?atque ait:Neruorum à cerebro propagines in solia pedũ desinere, per quas mulcebris illarum contrectatio ad cerebrũ trãsmissa,animum demulceat,&ad somnum inuitet. Pari ratione de pedũ lauacro ex herbarum decocto,per insensiles neruorũ meatus vapores ad cerebrũ cõscendere arbitror, qui cerebrum quoq; irri-

Somni causa & definitio.

Alexander lib.1. probl.42.

Digitized by Google

irrigant & humectant, ſomnumq; ſuo tepore aut frigore inducant. Nec id mirum. non deſunt enim philoſophi ac medici, qui arbitrantur res pleraſq; non tantum lege ſympathiæ, ſed per qualitatis vim, ea quæ ſunt vicina, alterare, & multifariam afficere. Sic torpedo piſcis manum piſcatoris virulentia per tridentem diffuſa, obtorpere cogit. Tantillus phalãgii ſcorpioniſque ictus, qui viſu ægre conſpici poteſt, tam exiguo veneno totam corporis molẽ inficit, & velut grandine percuſſum congelat. Lapis heracleus, quem magnetem vocant, ferreos annulos ſua virtute imbutos, & acus alias ſibi annectere, & quaſi in cathenam complicare facit: adeo res paruæ molis, magnas ingerere in toto corpore alterationes quotidie experimur: vt nihil mirum ſit, pedum lotionem, vel cum ſale, aceto & roſarum ſtillaticio liquore diſſoluto, frictionẽ, cerebrum & irrigare, ſomnũque inducere poſſe: qué præter alios exteriores, ſenſus cõmunis interioris præcipue eſſe affectum decerno, qui eſt princeps animæ ſentientis facultas, & aliorũ ſenſuum arbiter, in cerebro velut in ſuggeſto pro tribunali reſidens, virtute phantaſię ac memorãdi facultate ſtipatus: cui alii ſenſus velut ſatellites aſſident, eorumq; ſimulacra obiecto rũ illi decernenda offerunt: de quib. facultas phãtaſmatum imaginaria, quam Effectricem dicunt, varia ſomniorum ſpectra effingit. quæ ſi, vt prius olim agnita percipit, tum quoque illorum reminiſci dicitur. Horum ſenſuum ſpiritus, qui vigoris illorum eſt vehiculum, ſi diurnis actionibus, meditationibus, aut lucubrationibus diſſipatus fuerit: tum eundem ſpiritum ex puriori in corde

De torpedine, phalang. & ſcorpione, præter Plin. & Ariſt. id quoque tradit Gal. libr. 6. de locis aff. cap. 1. & Æliã. paſſim de animal. natu.

Senſus cõmunis deſcriptio ex Ariſt. lib. 2. de anima.

Cauſa ſomni. Ariſtot. de ſomno & vigelia.

Digitized by Google

ſanguine, alimentorumq; concoctione, quæ in ſomno fit, refici oportet. in qua de eſculentis, vino, & reliquis alimentis, tam in prima quam in altera concoctione, vapores ad principem ſentiédi ſenſum exhalant, ſpiritus illius obnubilãt & ingroſſant: qui aliorum ſenſuũ, neruorũque ſenſilium à cerebro propagines, meatus & organa obſtruunt: vnde arctior obrepit ſomnus, in quo interni externique ſenſus conſopiti iacent, adeo vt nulla turbulenta inſomniorum ſpectra illos vellicent aut laceſſant. Cæterũ quando ex cauſarum ſomni mediocritate, placidus obrepit ſomnus, diſcernendi tamen facultas adhuc vaporum, caligine obfuſcetur: effectrix tamen viſorum facultas libera, nullis irretita vinculis ſibi conſtat: tum ex rebus quas vigilans geſſit, ſenſit, cogitauit & operata eſt, plurima ſomniorum ſpectra effingit, quæ tanquam vera dormientes amplectuntur. ynde tandem ſolutis à colore accidentario ſenſuũ ſpirituumque meatuum vinculis, & motus compedibus, vigilãtium opera exercent, tecta in ſublime conſcendunt, per trabes & lacunaria in ædib: oberrant, lectos aliorum adeunt, omnia intrepide audent, nec quicquã ſibi timent: quoniam vis illa diſcernendi ſenſus communis adhuc vaporũ caligine conſopita iacet, nec pericula niſi clamore experrecta agnoſcit. Caſus enim ex abrupto ſcribit Albertus, iis qui excelſa conſcendunt tũc maxime accidere ſolet, quũ pericula agnouerint, & formidare cœperint: eoq; virtutes roboris ad cor formidoloſum cõfluunt: lacertos, neruos, muſculosque, virtutis motiuæ organa, deſtituunt. dormientes igitur ſecuriores ſunt: acclamationibus

De noctã bulorum inſomniis copioſe totam hiſtoriam tractat Chriſtophorus Marcellus lib. 4. de anima cap. 11.

Galen. in lib. de muſcul. motu, teſtatur ſe noctambulũ fuiſſe.

De noctãbulis hæc Albert. li. 2. & 3. de anima.

Digitized by Google

bus vero experrecti, ſepe præcipites cadũt. Sed iis medicorũ limites egreſſi, reliquũ eſt vt ad ſcopũ redeuntes, quantũ ſomniorũ obſeruatio medico ad morbi cognitionẽ & curã cõferat, breuiter explicem⁹. Fateri quidẽ cogimur, inſomnia pro qualitate humoris putreſcẽtis, aut calore accidentario ebulliẽtis qualitate nobis obuerſari: illiuſque nõ obſcura eſſe indicia. Si nãq; pituita in cerebro redũdat, tũ animus lõge eſt pacatior, obliuioni & ſomno magis obnoxius, ac de niue, imbrib. & fluentis varia effingit ſpectra cãdore cõſpicua. at ſi atra vel flaua bilis efferbuerit, tũ terribilia, nigra, ac cruẽta dęmonum ſpectra, præcipue puerperis obuerſari vidẽtur: vnde mẽs triſtis vel furore percita, de igne, incendio, ac cæde cruẽta effingit ſomnia. Quæ vt medicus obſeruet, Hippoc. Philopœmenẽ ita monet: Nõ, inquit, ſomnia cõtemno maxime vbi ordinem conſeruauerint, medicina nãque & vaticinatio valde cognatæ ſunt: quãdoquidẽ & pater ambarũ artiũ vnus eſt Apollo, ꝑgenitor noſter. Gal. quoq; tumorẽ linguæ curaturus, purgato prius toto patientis corpore, & humorib. ad interna reuulſis, ſuaſit vt aliquid infrigidantis medicamẽti linguę inſtillaretur. Cęteris vero qui tũ aderãt medicis diſſuadẽtib. deliberatio in diẽ ſequentẽ ꝓgrogata fuit. Cæterũ euidentiſſimũ per quietẽ ſomniũ, Galeni conſilium approbauit, ac materiã medicamenti definiuit, lactucæ ſucco linguã colluere iubens: quo ſolo patiens vſus, prorſus conualuit, nullius alterius medicamenti ſubſidio indigens. Ita natura crebro medico, ſuo miniſtro, remedia, quibus à morbi faſce patiens leuari poſſit indicare ſolet. Valę.

Somnia medico obſeruanda. Ariſtot. lib. de ſomno & vigil. & de ſomnii vaticinio Galen. in libello de inſomniis.

De ſomnii obſeruat. & iudicio Hippocr. in libel. de inſania. & epiſtol. ad Philopœmenem. Abin Zoar in proœmio l. 1.

Hanc hiſtoriam de cura per infomnia recitat Gal. lib. 14. Methodi.

Digitized by Google

De Magica Ægyptiorvm Medicina, ac magiæ speciebus.

Epist. XLVI.

DVm festus Epiphaniæ celebraretur dies quo astrum illud epiphænomenon trib. ab oriente magis, sapientia ac rerum naturalium peritia claris illuxerat, qui Christo infanti aurum, thus & myrrhã munera obtulerãt: illustris princeps Marchio Badensis me, vna cũ diuini verbi concionatorib. ad prãdiũ inuitauerat: iãq; allatis mẽsæ secũdæ bellariis, an hi tres Magi de regio stemmate prognati fuissent, & qualis illorũ magia, siue sapiẽtia fuisset rogatus, respõdi magiã ethnicorũ è medicina ortam, & astrologia: admixtasq; illis artes mathematicas, additasque ex dæmonum cultu religionis vires: & quod non quisquam apud Indos (vt Cicero in libro Diuinationum tradit) in regem, nisi esset de magorum collegio, designabat: ac abrogato veteri nomine, electus Pharao dicebatur. Horum sapientia & disciplina Persarum pueri à teneris imbuebantur, quos Magos & Sophos appellabant: Indi Brachmanes, Galli Druidas, Græci & Ægyptii Mystas & prophetas, sacrorum antistites dicebant: qui capite abraso, & corpore: quique veste linea & candida recens à sordibus abluta vestiti incedebant: malebantque à corporis quam animi sordibus esse expiati, nedum sacris operarentur, quicquã labe polluerẽt. à flatulento leguminum, ac præcipue fabarum esu, vt à Veneris incitabulo: piscibus item & carne ouium, ac suilla quoque (vt Pythagoras, qui id ab magis Ægypti didicerat) abstinebãt, & ferculis ex farre

Magia quibus artib. constabat.

Plin. li. 28. ca. 1. & li. 30. cap. 1. August. li. de ciuit. Dei 21. ca. 6. & 14. Philost. li. 1. & 7.

Ex Magorum collegio reges creati.

De vestitu & nominibus Magorum Herod. lib. 2. Plutarch. de Osiride. Philost. lit. 8.

Digitized by Google

farre & oleribus confectis veſcebantur: veſte linea amicti, calceos papyraceos, capite tonſo, deferebant: præputio quoque circumciſo, vitam cœlibem traducebant. Hos Magorum in Ægypto ceremoniarum ritus Moyſes Iſraelitarum legislator, Iudęos futurę religionis ænigmata quoque docuit. quo genitale maſculorum circũciderent, capitiſq; de vertice comam in orbem abraderent: quam Nazarei ante oſtium tabernaculi fœderis, vota perſoluturi, abradebant, & igne ſacrificii comburebant. Et Paulus, Euangelii tuba, ne Iudæis foret offendiculo, Timotheum, eius Euangelii conſortem, in Lyſtris circumcidit: & ipſe Hieroſolymis templum ingreſſurus, de more vota perſoluentium capillos abraſit, & expiatus ſacris Iudæorum interfuit. Nec vero magia Ægyptiorum adeo in vniuerſum à noſtra religione fuit aliena: ad quam diſcendam Plato, Pythagoras, Democritus, in Ægyptum nauigarũt. Plato nempe in Alcibiade, magiam Zoroaſtris diuinorum ſcientiam: & Zamolxis magiam, in Charmide, medicinam animi appellat. At, Theophile mi, ne magia religionis, Medicinæ, aut vaticinii Aſtrologiæq; prætextu tibi imponat, eſt operæprecium vt ſacram illam magiam naturalem, quæ ſecretioris philoſophiæ eſt culmen, ab altera illa vulgari, dæmonum commerciis & præſtigiis inauſpicata, ad vnguem diſcernas: quam Calaſiris apud Heliodorum de hiſtoria Æthiopica ex Ægypto θεοφάντης, id eſt magiæ antiſtes, duplicem eſſe (Ægyptiorum videlicet magiam) docet. Primam, illã vulgarem, quæ circa terreſtria, humi deſpecta ſerperet, ſimulacrorum miniſtra,

De capitis raſura & circumciſione, in actis Apoſtol. ca. 16. & 21. Num. cap. 6. & Herodot. lib. 2. Paul. 1. ad Corinth. cap. 11.

De philoſophis cauſa magiæ in Ægyptum profectis, Cicero li. 5. de finib. & lib. 4. Tuſculan. Philoſtr. lib. 1.

De hac impia magia, Auguſtin. lib. 7 de ciuit. Dei cap. vltimo & lib. 8 cap. 19. & cap. 14.

Digitized by Google

herbis intabescens, epodisque incantationum circa mortuorum monumenta lugubris, nec finibus bonorum dedita, nec alios ad eos deducens ac rationibus suis vacillans, tristia ac sordida visorum spectra falso offerens, spe suos assectas frustratur: tota funesta flagitiorum inuentrix, & illecebrarum voluptatis ministra. Hac certe pererudita magiæ veneficæ descriptione, Calasiris omnes eius species, quas Suidas refert, complectitur: quarum prima, à luctu & incantantium circa sepulcra eiulatu, Goetia siue Necromantia dicebatur, quæ dæmonum commercio constabat: quos cruore in fossam effuso, cruentisque hominum sacrificiis & cæde ad colloquium alliciebant: manesque defunctorum epodis, id est carminibus responsa daturos eliciebant. qua Apollonius gloriatur, se Achillis animam ab inferis euocasse, vt corporis sui molem sibi ostentaret, & ad interrogata de gestis in bello Troiano illi responderet: Non, inquit, sicut Vlysses terram effodiens agnorum sanguine Achillis manes eduxi, sed omnes adhibui preces, quas placandis heroum animabus sacerdotes Indorum dici iubent. Appion quoque Grammaticus memoriæ prodidit, se vmbram Homeri euocasse, vt ab ea percontaretur cuias esset, & quibus parentibus editus. Et vt aliquid ex sacræ scripturæ penetralib. afferamus, hanc animarum incantationem, quãuis capitis supplicio vetitam, ab Israelitis nõ fuisse alienã, Saulis regis historia plane cõprobat: qui Pythonissã fatidicã in Endor mulierẽ, Samuelis ꝓphetę animã in colloquiũ ꝓducere iussit, vt ab ea eucẗũ belli, q cũ Philistiis gesserat, scisciteretur.

Quod dæmones ab hominib. ad veneficium allici possint. August. li. 21. de ciuit. Dei, cap. 6 Horat lib. 1. Ser. satyra 8.

Philostratus lib. 4. in Apollonii vita hæc de Apollonio.

tur. Ad hoc magiæ ſortilegiũ, animas quorũ corpora incondita iacent, & ſpiritus in aere oberrãt, confluere, Elpenoris anima apud Homerũ teſtatur, vt inquit Plutarchus: quæ inferni manib. non admiſcebatur, διὰ τὸ μὴ τεθάφθαι τὸν νεκρὸν, ὥσπερ οἱ μυθεῖοις πλανᾶται id eſt, quoniam mortuum Elpenora non ſepeliuiſſent, quapropter in aere excelſo oberraret. Tireſiæ quoq; vati νέον πόρε Περσεφόνεια, ᾧ μόνῳ πεπνύσθαι ἐ δόμεναι ἐ ξυνιέναι ἦσιν ἐόντα, ἐ σκιὴ πίειν τὸ αἷμα, i. Tireſiæ mortuo mẽtem dedit Proſerpina, qua ſolus ſaperet, diſputaret, & viuentibus conuerſaretur, poſtquam pronus bibiſſet ſanguinem. Hic tanta fuit dæmonum illecebra, vt irata eorum numina nulla re magis placarentur, quam cruentis hominum ac virginum ſacrificiis. Amiſtris, Xerxis Perſarum regis coniunx, pro ſe duodecim homines viuos ſub terra defodit, vt Plutonem alieno ſatiaret ſanguine: crudelis certe victima. Sed æque execrandum fuit illud deteſtabile ſacrificium, quo Ione s, oraculo Apollonis perſuaſi, ne terra eorum, ob Melanippi & Comæthonis inceſtum, in templo Dianæ Triclariæ commiſſum, ſterileſceret, morbiſq; incolæ obruerentur, quotannis Dianæ puellam ac puerum indole præſtantiores, quamuis inſontes, immolarentur, qui nullo in deam flagitio commiſſo mactarentur. Proinde Plutarchus, probe & pie quærit: Nuncquid Galatis ac Scythis ſatius fuiſſet, penitus de diis nullam habuiſſe cogitationem, phantaſiam vel hiſtoriam, & (vt Diagoram & Theodorum Cyrenaicum) nullos putare deos, & eſſe ἀθέους, quam arbitrari eſſe deos qui humana delectarentur cæde & cruore: & id eſſe eorum ſacratiſſimum ſacrificium, quod

Plutarch⁹ Sympoſ. 9. cap. 5.

De vxoris Xerxis victima. Plutar. in fine. δεισι dæmonias.

De ſacrificio Dianæ. Pauſanias lib. 7. de Achaia.

Plutar. in libello de δεισι-δæmonia.

De Diagora Cicero lib. 1. de natura deorum.

Digitized by Google

ἱερυρχίαν appellarũt, in quo hominem occidere religiosſimum erat, mandere vero ſaluberrimum: vt Hoſtanes magus, Xerxis Perſarum regis in bello comes, aiebat. Verum qua malefica artis Necromantiæ induſtria & ceremoniarum ritu manes defunctorum ad hæc vana magiæ ludibria excitarentur, Calaſiris, ex Ægypto magus, apud Heliodorum tam exacte docet, vt nihil in hac dæmonum idololatria, præter δεισιδαιμονίας, id eſt, vanæ ſuperſtitionis fidẽ, amplius deſiderare poſſis. Hæc ſi legeris, vltrices dęmonum fraudes obſtupeſces. Huius Goetiæ myſteriis Iudæi in Ægypto initiati, an hæc nefanda dæmonum ſacra humano infantium ſanguine, quo dæmones impẽdio delectentur, peragant, & eorum Schamhamphoras ſuſpectos mihi reddidit. Atqui his deteſtandis ſacrificiis animæ defunctorum nõ interſunt, quæ nõ niſi ad tribunal Chriſti reduces, apparebunt. ſed terribilia ſunc dęmonũ ſpectra, qui ſuis præſtigiis mentes conſultorum perſtringũt: contra quos nobis diuina Salomonis arte maxime opus foret, cui Deus (inquit Ioſephus) Iudæorum de gente vernaculus, Deus inquam præſtitit, vt contra dæmones ad vtilitatem hominum, artem & morborum curas ediſcerent, quibuſque morbi alleuiarentur inſtituit: modum etiam coniurationis, qua obſtricti dæmones, ne denuo redeant, & effugentur, inuenit. Sed hæc ars ob hominum impietatem exoleuit. Eſt quoque alia nefanda magiæ ſpecies, à pharmacis deleteriis Pharmacia dicta, veneficio Circes infamis: quæ ex medicamentis philtra, amoris pocula conficere docuit. Huius inuentor fertur Thoon rex

De Hoſtane Plin. li. 30. cap. 1.

Heliodorus prope finem lib. 6. de hiſt. Æthiopica.

Iudæi quo modo infantium ſanguine vtantur.

De Salomonis magia, Ioſephus lib. Antiquit. 8. cap. 5.

De pharmacia Suidas in dictione eadem.

rex Ægypti cuius vxor Polydamna, Helenæ & Menelao plurima dono dedit pharmaca, quibus Ægyptus, Nilo fœcunda, floruit, vt testatur Homerus his versibus:

Magica Ægyptiorum medicina. Homerus Odysseæ 4. Ælian. li. 9 cap 21. de natura animal. De ἐπωδαῖς. Suidas & Lucanus lib. 6 Interpres Pindari Nemæis & Pythiis.

πῖα δὲ οἱ ζυγὰ πρὶν ἔχε φάρμακα μητιόωσα,
ἐσθλὰ, τά οἱ Πολύδαμνα πόρε Θῶνος ἄλοχος
Αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ, μεμιγμένα, πολλὰ δ' ὀλυγρά.

Reliqua est & tertia execrandæ magiæ species, quæ ab incantamentis ἐπωδὴ dicebatur, quæ salutari specie in Medicinam quoque irrepsit. ἐδόκουν γὰρ οἱ ἀρχαῖοι inquit Pindari interpres, τοῖς ἐπῳδαῖς ἰᾶσθαι καὶ θεραπεύειν τὰ νοσήματα. Arbitrati sunt veteres, carminib. curam morborum inuenire. His freti Autolyci liberi hæmorrhagiam vulneris Vlyssis, quod ei aper in Parnasso infra genu inflixerat, derepente sistebant: vt Homerus in Odyssea perbelle cecinit:

Homerus in Odysseę τ.

τὸν μὲν ἄρ' Αὐτολύκου παῖδες φίλοι ἀμφεπένοντο,
ὠτειλὴν δ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος αἱμοβόροιο
ἤπιον ὁππασάμενοι, ἐπὶ δ' ἄσιδη δ' αἷμα κελαινὸν ἔσχεθον.

De Vlyssis hæmorrhagia, Plin. lib. 28. ca. 2.

Quod & Plinius inter magica medicamenta his verbis repetit: Dixit Homerus inquit, profluuiũ sanguinis, vulnerato femine, Vlyssem inhibuisse carmine. Theophrastus ita etiam ischiadicos sanari, & Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliari, M. Varro etiam podagris. Ob id pleræque Græcorum ciuitates non temere sanciuerunt, vt perturbationes animorum, corporisque morbi, vt Martianus Capella prodidit, ad lyræ modulos curarentur: vnde curantes morbos, Ma-

Alexãder ab Alexãdro lib. 2. genialium dierum, c. 17. hæc, vt vera ex pertus. assimas.

Macrob. in Saturn. M. Capel. la lib. Philolog. de musica.

crobius præcinere dixit. Altera vero Ægyptiorũ magia, inquit apud Heliodorum Calasiris, reuera est sapientia, à qua illa adulterina degenerauit, quam nos sacerdotes & antistitum genus, ab ineunte ætate excolimus, supra res naturales, naturales contemplatur, deorum conuictrix, & naturæ præstantioris particeps astrorum motus inquirens, futurorũ scientiam in lucro ponens, ab his terrenis malis remota, omnia ad honestatem & vtilitatem hominum accommodans studia. Hæc enim secretioribus philosophiæ rationibus innixa, ex medicina & astrologia nata fertur, quibus rerum sympathias scrutatur: quib. exploratis admirãda virture herbarũ ac lapidum & metallorum viribus, in morbis quoque opera præstigii, similima, operatur & exercet. Hac tres illi magi, qui Christo infanti obtulerũt munera, præclare initiati, ex stella prius inter astrorũ phænomena non visa, regem natum agnouerunt, & adorauerunt. Quos Thomam apostolum, Chrysostomus refert, sacro baptismatis fonte expiasse. Hac Moysesimbutus, magorum Pharaonis prodigia diuinitus dissipauit, & vicit. Erat quippe Moyses, vt Stephanus in Actis apostolorũ refert, eruditus in omni sapientia Ægyptiorum, potens in verbis & operib. suis. Cui Plinius alteram magiæ sectam acceptam refert, à Iudæis magnopere cultam, cuius ceremoniis & arcanis Esdras sacerdos Iudæus septuaginta libros Cabalæ consperfit: quibus illustris. princeps Othenricus Comes Palatinus suam Heidelbergæ locupletauit bibliothecam. Vale.

Magia ex medicina orta Suidas & Pli. lib. 30. ca. 1. Laert. lib. 1.

Moyses magus fuit, teste Pli. lib. 5. ca. 1. & Lucas in actis apost. c. 7. Euseb. li. 8. cap 2. & 9.

De Emplastris Ad Vlcera Chironia & phagedænica, ex mineralibus metallorum confectis, ac in mortario plumbeo pistillo maceratis, & festucis nigris, his adhærentibus. Epistola XLVII.

NEscio profecto, Andrea amicorum meorũ decus, an fato quodam, aut potius Medicorum socordia & fastu acciderit, vt nostro seculo Chirurgia, à veterum Medicis physicis, Asclepiade, Hippocrate & Galeno summopere culta, vt vetustissima Medicinæ pars, iam à rationali curãdi methodo seiuncta, seorsum tractetur, cum ille velut perpetuo necessitudinis vinculo annexa fuerit. Certe apud Homerum, vsque ad tertiam progeniem, nõ scriptis, sed velut sacrosancta per manus successoribus tradebatur: non alia ratione quam olim quoque Druydes Gallorum sacerdotes, & Medici eorum, ex visco medicinam, & Hebræorum antistites, sacerdotes quoque, Mosaicæ legis interpretationem vsq; ad Esdræ sacerdotis tempora docuerunt. Hanc Achilles Patroclum Menœtii filium erudiit, qui tandem Eurypylũ in coxendice sauciũ curauit. Achillem vero medicinã Chiron centaurus docuit: qui vlcera cacoethica, ab eo Chironia dicta, mira dexteritate curare nouit Hãc medẽdi artem olim saltem deorum filii, Podalirius & Machaon, ac heroes exercebãt: & soli (vt Ælianus memoriæ prodidit) radicũ & herbarum naturam atque vsum, pharmacorum temperamentum, carmina quoque siue ἐπῳδὰς, cum inflãmationibus, tum coercendo

Chirurgiæ encomiũ Ælian. de animal. l. 2. c. 38. celebrat.

De Druydib. hæc Cæsar libro 6. cõment. Plin. l. 16. c. 44. Ornit li. 10. cap. 6. De Achillis & Patrocli medic. Hom. in vtraq; rhapsodia, & Plutarch. in eius vita. Ælian li. 2. cap. 38. Cor. Celsus in prõlog.

Digitized by Google

sanguinis profluuio propitia, nouerant. Ab heroi bus vero tandem ad eos qui ex professo medicinam profitentur, defluxit : quorum socordia & fastu factum est, cum illius vsum fastidirẽt, vt in hanc præclaram Medicinæ partem abiectæ sortis homines, cunnirasores, omnium literarum ignari, veluti fuci in aliena aluearia, spe lucri irrepserint: qui, vt imperiti scytotomi, eadem calopodia pedib. singulorum accommodant: sic imperitum illud Chirurgicorum vulgus eadẽ emplastra indiscriminatim cunctis applicant vlceribus. Quo fit, vt emplastra enæma quæ cruentis debentur vlceribus, crebro vlcerib. sinuosis, purulenta sorde madidis, Telephiis, Chironiis, phagedænis, & reliquis carnem depascentibus quæ Græci νομὰς dicunt, non raro applicent. Vnde crebro accidit, vt tandẽ mẽbra iis vlcerib. phlegmone aut erysipelatis [illegible] gangræna tabescãt: aut calore cõgen[illegible]extincto, sideratа cõmoriantur. quum longe præstaret, hæc emplastris ex metallorũ mineris, lithargyrio, ærugine, diphryge, chalcitide, ceruſa plumbagine, & aliis tam adustis quã lotis metallorũ scoriis ac recrementis, coadunatis curare. Inest enim sane singulis metallis sua exiccãdi & detergẽdi vlcera, ac edaces humorum acriũ affluxus regerendi, vis medica: quam, eorum ex argento viuo origini debent. nam & id arte Chymica in puluerem redactum, ac vlcerib. dysepulotis ac ichore arrodente madidis insperſum, vlcera concoquit, acrimoniam humorum obtundit, regerit, & ſuppurationem promouet. Sic cynnabaris vulgaris, ex ſulphure & hydrargyrio cõflata, addita emplastris Diachylonis & aliis, ea vi-

Emplastra enæma, præter Cornel. Celſ. Galé. lib. 2. Hippoc de articulis. & passim alibi describit. & libro 3. de fractur. ossium.

Metalla hydrargyrii virib. prædita. Præcipitati & cynnabaris. Arabum vzifar, vires.

Plumbi naturam describit Galen. libro 9. de simplic. Pharm. Albertus de minera, Dioſc. Idin. & Paul. li. 7.

De vſu mortarii

ribus

ribus hydrargyrii imbuit. Atqui quum plumbū, præter cætera metalla, virium & ſubſtantiæ argenti viui ſit particeps, veteres medici olea & emplaſtra vlceribus malignis & cancro accōmodata, in mortario & piſtillo, ex plumbo conflatis macerari & conquaſſari, donec liueſcerent, præceperūt. Id quod Paulus ex Ægina medicus, de cancri cura quoque Chirurgos admonet. nec non ante eum Gal. quoque his verbis pererudite docuit: ϑυὰν, inquit, σκευάσασθαι μολίβδου, μᾶλλον δοίλυκος μολιβδίνου, βαλὼν εἰς αὐτὴν ὅ, τι ἂν ἐθέλοις ὑγρὸν, εἰ τρίβοις, οὐκ ἂν οἶμαί σε χυλόν τινα τὸν τῆ δοίλυκα ἢ μόλιβδον. τῷ δ' γεννομένῳ χυλῷ χρώμενος, ἔν τε τοῖς ἕλκεσι τοῖς κακοήθεσι, οὐδ ἐπὶ τὰ καρκινώδη χρησάμενος αὐτῷ, ἐπὶ χειρώνια, ϑαυμάσεις τὸ φάρμακον. & longe plura de natura plumbi ibidē Gal. recenſet, vſu approbata, quæ compendiaria periphraſi latine ita reddere poteris: Mortariū & piſtillum ex plumbo præparato, & quem libuerit ſuccum, vinum, oleū, aut vnguentum infundito: ac piſtillo, donec plumbum ſuccum aut liquorē reddat concolorem, & ob id frigidiorem agitato: quo ſi vlcera maligna, Chironia, cancrum inunxeris, affluxus humorum à loco affecto regeres, vt pharmaci huius vires admirari cogaris. Quippe quum emplaſtra plus æquo calorifica vlceribus putridis & antiquis maxime obſint: hæc in plumbo attritio calorem illis adimit, & innoxia reddit. Galen. quippe annos 28. natus, ſtipendio ſacerdotū Æſculapii in Pergamo conductus Chirurgiam profeſſus, quum emplaſtra ex metallis, & illorum recremētis vſtis vel lotis, nempe pompholyge, cadmia, æris ſcoria, coadunata, plus cęteris omnibus ad curā vlcerum cacoethicorum cō-

plumbei. Paul. li. 4. cap. 26. Gal. lib 9. de ſimpl. facultate. Oribaſ. li. Synopſeos 7. c. 11.

Emplaſtra calorifica vlceribus obſunt vetuſtis Galen. chirurgiam profeſſus, lib. 9. de ſimpli. facult. & li. 3. de fract. oſſiū idem fatetur.

Profectio Galeni in Cyprum. lib. 9 de ſimplic.

ferre expertus esset, in Cyprum insulam metalliferam est profectus, vt mi-
syos, sori, & chalcitidis naturã perscrutaretur, eaq; suis manib. erueret. At chirurgi nostri, vt Alexandrinorum olim medici, domi desides & philochremati, nulla penitus metalla, præter aurum & argentum, nouerunt: qui dum ex illis emplastra coadunare debent, tãtum (dii boni) ceræ addunt, vt illius copia pharmacorum simpliciũ vires plane obtundãtur: quã longe præstaret, lithargyriũ in oleo opportuno ad tãtam decoquere viscedinem, qua cætera cõpingi possent: & simul ad tantum decoqui lẽtorem, qui digitos sua adhærentia aut viscositate nõ coinquinent. Cuius compositionis specimẽ emplastri Diachylonis Meluę, & emplastri ad strumas Scribonii Largi cap. 81. compositio, ad amussim dabit. Quod si huius vel alterius generis Vlcerum emplastris festucæ nigræ adhæserint, magnam subesse putredinem, quæ caric ossa exedat, ne dubita: quæ, dum alter renum, vel vterq; suppurat, in lotii quoq; sedimento non raro apparẽt. Nec mirum: sunt etenim, vt fuligo, putridi ardoris soboles. Hæc Andrea perdilecte, te celare nolui: simulque admonere, ne chirurgiam à cæteris medicinæ partibus seiungas: altera nempe alterius ope eget. Vale.

vlcus ea. le nomine plũbi, & de spec cerę. Ceræ in emplastris vitiũ. vide Gal. lib. 3 & 2. de compos. medicam. per genera. Oribas. lib. 2. Synops. cap. 57 & cap. 60. De lithargyrii decoctione Oribasius lib. 2. Synopseos c. 61. Emplastrum Scribonii ad strumas, de compos. Medica. ca. 81. Festucarũ nigricantium in emplast. & vrina obscuratio.

QVÆ EVERIT ÆGYPTIORVM PVRgandi vtriusq; ventriculi ratio, quam Hippocrates Syrmaismum appellat: ad doctorem Sebastianum Meisner Iurisconsultum.

Epist. XLVIII.

QVVM frater tuus, Doctor Sebastiane, non vulga-

vulgari in re medica eruditione præditus, in meis pharmacorum compoſitionibus Syrmaiſmi nomen legiſſet, percunctatus eſt à pharmacopœo, ecquid ſibi tam inſolens remediorum nomenclatura vellet? Itaque Sebaſtiane, quum apud Comites Palatinos iuriſprudentia nulli ſis ſecundus, & me ſingulari beneuolentia ex animo ſemper proſequutus fueris, vt viciſſim te officio aliquo demerear: (nam amicis refragari, vel quippiã denegare honeſta petẽtibus, ſemper piaculum eſſe duxi) fratrẽ quoq; tuum medicum, diutius animi pendere nõ patiar, & quid ſit Ægyptiorũ ſyrmaiſmus paucis declarabo. Legiſſe te arbitror Gryllum apud Plutarch. in Dialogo dicentẽ, τὺς μὲν γὰρ Αἰγυπτίους πάντας ἰατροὺς εἶναι. 1. Audiuimus Ægyptios omnes eſſe medicos: nempe qui in omni philoſophia & magiæ naturalis ſapientia, & vetuſtate omnes vniuerſi orbis incolas longe ſuperarunt, qua primi non herbarum modo & radicum, gẽmarum, aſtrorum, & (vt verbo dicã) omnium terræ naſcentium vires, ſed etiam rerum cœleſtium diuinarumq; cauſas, & præcipue morborum omni ſolertia ſcrutati ſunt. Quid enim boni (amabo) medicus, cauſarũ naturalium imperitus, efficere poſſit, non video. nihil certe refert pro medico cum Polybio verſuram facere, qui ait: τί ὄφελος ἰατροῦ καμνοντι, ἀγνοοῦντος τὰς αἰτίας τῶν περὶ τὰ σώματα διαθέσεων. At quid, inquit, prodeſt ægrotis medicus, qui affectuum corporis cauſas ignorat? Nihil. Proinde Ariſtot. quum graui decumberet morbo, medico ſuo multa vetanti, & non pauca citra morbi cauſam edicenti, ſcite atque eleganter (ita me Deus amet) fertur reſpondiſſe:

Plutarch⁹ in Dialogo, quod bruta ratione vtantur, Gryll⁹ diſputat.

Ægyptiorum in medicina ſtudiũ & antiquitas Plato in Timæo. & Euſeb. de prepar. ex angelica.

Digitized by Google

Celebre Aristotelis apophthegma hoc Ælian. lib. 9. cap. 23. refert. Polyb. lib. histor. 2. & 3 Meuelaus & Helena pharmaca ex Ægypto in Græciã portarũt. Ælian. lib. 9. de animalibus cap. 21. Hom Odyss. 4 Diodor. Sic. lib. suæ bibliothecæ Hipp. lib. 2. Aph. 22. Inanitio repletionem curat.

μήπω ὡς βουλάτιον με, ἔφη, θεραπεύσῃς, μήτε ὡς σκαπτικὸν ἀλλὰ διδάξας πρότερον τὴν αἰτίαν, ὅτου ἕξεις ἕτοιμον πρὸς τὰ πιθέσθαι. id est: Ne, inquit, me cures vt bubulcũ, vel vt fossorem: sed prius causam edissere sic facile me præceptis tuis morigerum reddideris At Ægyptii non tantum causarum morbi scrutinio medendi artem illustrarunt: sed multorũ remediorum inuentione, quæ partim ab animalib. didicerunt, partim ex magia naturali excogitarunt, eam locupletarunt. quæ Polydamna Thonidis Ægyptiorum regis vxor, Helenæ Menelai exulis vxori in Pharo dono dedit. Porro Ægyptii (auctore Diodoro Siculo) asserunt, ex cibariorũ luxu & crapula omnes oriri morbos Eos igitur ieiunio aut vomitu, idq; quotidie, vel tribus interiectis vel quatuor diebus inanitione (vt Hippoc. quoq; edixit) curare oporteret, id quod Herodot⁹ quoque in Euterpe affirmat: apud Ægyptios, inquit, clysteriũ vsus erat adeo frequens vt quouis mẽse triduo se purgarent vomendo, & intestina sanitatis ergo clysmate eluendo. id quod ad ibidem volucri, ciconiæ similima, & à canibus didicerunt: qui (vt Ælianus tradit) dum lumbricis infestantur, segetem herbascentem depasti, eos egerunt: quũ vero alterum ventrem exonerare coguntur, herbam quandam gramini cãnario similem arrodere dicũtur, cuius virib. partim vomendo partim per aluum, bilem æruginosam, & quicquid in vtroq; corũ ventriculo redundat, excernunt. Vnde etiam Ægyptios Syrmaismum, quo vtrumq; quoq; ventrem expurgant, didicisse, Ælianus refert: qui ob id beneficiũ, canes sub Anubis nomine adorarunt. Quum igitur Ægyptus

A canibus Ægyptios didicisse Syrmaismum, Ælian. lib 5. cap. 46. & lib. 8. c. 9. de animal.

De Anubi Ægyptio, Herodot. & Diodor.

non

non tantum Nili effluuio, sed præclaris etiam philosophorum, quos Magos dicunt, & Medicorum quoque ingeniis fœcunda, per totum terrarum orbem celebraretur, ad illius arcana doctrinæ & sapientiæ præcepta, alii indicta, capessenda, Democritus Abderita, Pythagoras & Plato in Ægyptum appulerunt, & Ægyptiorum dogmata in Latium, aut si mauis in veterem Græciam afferebant. At Democritus Chaldæos accessit, & in Babylonem ad magos & Indorum Sophistas peruenit: propterea laudatus à Theophrasto, quod varias terras perlustrans, plura collegerit, quam vel Menelaus vel Vlysses: qui non aliter quã mercatores Phœniciæ oberrassent, vt pecunias & xenia à regibus accumularent. Democritus vero sapientiæ & medicinæ thesauro onustus, in Græciam rediit: à quo reduce Hippocratem, qui diu familiariter illi conuixit, cum alia multa, tum Ægyptiorum Syrmaismum didicisse, credere fas est: cuius vsum Hippocrates in cura fracturæ aurium his verbis approbat: *ᾧ δὲ ἐπὶ ἔμετον εὔκινητος ἔσται, ἐμεῖν χρὴ σύρμαισμῷ*, id est: Si patiens ad vomendum pronus fuerit, vomere illũ à Syrmaismo permittito. Taliter enim, inquit Galen. leues & mediocres per alui deiectionem aut vomitum euacuationes, veteres appellarunt, quæ variis proritabant pharmacis: nempe melle affatim deglutito, aqua mulsa meraciore, succo ptisanæ ex aqua per se vel cum melle decocto: & iis efficacioribus, surculis veratri albi in raphanum defixis, ac raphanis solis postero die vel ex aceto mulso comestis. nec vero tantum lentoris habet, quantum raphani aut bulborum narcissi succus,

De professione Democriti, Pythagoræ, Platonis in Ægyptum Euseb. lib. 10. cap. 2. Cic lib. 5. de finib.

Verba Hippoc. lib. 2. de artic. & Gal. ibi. Syrmaismi definitio & compositio. Pharmaca vomitũ concitantia. Ellebotismus ex comment. Gal. de fract. ossium. vide Paulum.

Digitized by Google

qui vomitum quoque prolicit. Non temere igitur Diocles medicus Antigonum regem admonet, vt ægritudines thoracis imminentes Syraiſmo anteuertat: cuius verba, quia plus leporis habent quam affectata illa Albani Thorini translatio, aſcribere libuit: χρήσιμοι δ', inquit, οἱ νήστις ἔμετοι, οὓς καλοῦσι νῦν συρμαϊσμούς. δεῖ δὲ τὸν μέλοντα συρμαΐζειν, προφαγεῖν ῥαφανίδας λεπτάς, κάρδαμον, τύζιμον σίναπι, θρίδακα καὶ τὰ ὁπωσοῦν ὕδωρ χλιαρὸν, ἔπειτα ἐμεῖν. id eſt: Sunt ad hæc vtiles vomitus ieiuni, quos vocant Syrmaiſmos. Oportet autem volentem Syrmaizein, ante edere radiculas raphani tenues, naſturtium, erucam, ſinapi, lactucam quoque: deinde hauſta aqua tepida, euomere.

Dioclis epiſtola ad Antigonum regẽ habetur Pauli lib. 1. cap. vlt.

Hic operæprecium eſt, librariorum vitiũ annotare, qui in omnibus Hippocratis ac Galeni codicibus, pro Syrmaiſmo, vocem Syrneſmi falſo ſubſtituerunt: quum rectius hæc vomendi purgãdique ratio Ægyptiorum, Syrmaiſmus dicatur, ἀπὸ τοῦ συρμαΐζειν, quod (auctore Suida) purgare per vomitum & aluum ſignificat: & pharmacum, quod id operatur, σύρμαια dixerunt. Eſt & σύρμον herba appio ſimilis, cuius ſuccum Ægyptii, vt Didymus refert, contra diarrhœam bibebant. Hæc Sebaſtiane, amicorum meorum integerrime, te celare nolui: quo exemplo Galeni, Democriti & aliorũ perſuaſus, fratrem tuum admoneres, ne medicinam domi tantum addiſceret: ſed alienas quoque regiones, in quib. medicina pluris quã apud noſtros ſit, inuiſeret: & ne falſæ medicorum paradoxopœorum opinioni ſubſcribat, qui in omni morbo materia nondum in principio concocta, quemuis Syrmaiſmum, id eſt vomitũ aut purgatio-

Locus Hippoc. & Galeni li. 2. de articul. correctus & illuſtratus.

Syrmaiſmi etymologiam exponit Suidas & Phauorinus in ſuis lexicis.

Voce Syrmiti quoque Herodotus in Euterpe lib. 2. vtitur.

In eos qui vſum phalenitii aut myrobalani damnat.

Digitized by Google

tionem leuem aut mediocrem, quam minoratiam dicunt, prohibent, & execrantur. Vale.

An Avri Et Argenti Ac Gemmarum vſus, in medicamentis & electuariis, & epithematis ac tragatis, ſit ſaluberis: ad Guihelmum Raſcalonum, medicinæ candidatum. Epiſtola XLIX.

Therman rum Badẽſium vetuſtatem teſtatur in templo ibidem epigrãma. Mures arrodere aurum & ferrum teſtatur Plutarch. in libello de φιλοκαλια & Plin. li. 8. Ælian lib. 5 c. 14. de animal.

Aurum ignis & ventriculi calore mutari illibatam Ariſt. 3. Meteo. c. vltimo. Plu. li. 33. c. 3. Dauid quoque Pſal. 11.

Aurum obrizum. Plin. vt ſupra.

ADeras nuper in Maio, Guihelme candidatorum medicinæ decus, in pharmacopolio noſtro, dum electuarii ac trageæ compoſitionem, quæ ex auri & argenteis bracteis ac nonnullis aliis conſtabat, pharmacopœo dictarem, quibus illuſtriſs. princeps noſter & dux Otthenricus, ſacri Rom. Imp. Elector, & Palatinatus columen, in thermis Badenis loturus, ad conſeruandum cordis robur & epatis tẽperaturã vteretur: quas à ſalutifero Chriſti natali anno 126. M. Aureli⁹ Antoninus ſuo proconſulatu celebres reddidit. Tũ tu Guilhelme, quia veteres medicorum ex his nulla confecerint medicamenta, ſuſpicabaris noſtrates medicos horum puluerib⁹, imitatos Arabum veſtigia, magis ad oſtentationem & lenocinium vſos, quam vt ægrotis quicquã frugis afferrent: quippe ſi etiam in ventriculum hominis abſorpta fuerint, à calore vel proprietate congenita, vt ferrum in ſtruthionis, & aurum in murium ventriculis, euinci, & vt reliqua pharmaca quæ alẽdo non ſunt, ad actum reduci non poterunt Aurũ ſane cũ ex defecatiſſimis ſulphuris & hydrargyrii partibus, indiſſolubili mixturæ ac

temperamenti nexu per calorem æthereum in terræ viſceribus ſit concretum, vt nec ærugo vel ignis edax quippiam de eius ſubſtantia adimere poſſit: vni certe metallorum (inquit Ariſtot. & Plin.) nihil igne deperit, incẽdia rogosq; abſq; detrimento fert: quo ſæpius arſit, tanto plus perfectionis illi accedit. & ſic expurgatum aurum, obrizum appellatur. Nec ab eo quidpiam difflatur, nec pondus ei decreſcit, niſi gallinacei oſſa in id liquefactum coniecta fuerint, & partem abſorpſerint. Quas igitur (aiebas) Langi obſecro dic, medicas gẽmis aut metallis ſubeſſe vires putas, quibus cor exhilarent, affectusve atræ bilis ſupprimant, febres extinguant: quũ pleraque, vt adamas, ſint deleteriorum facultate prædita: quũ ipſa, & illorum recremẽta & ſcoria aut pulueres, actione & cõcoctione caloris naturalis deſtituta cruda per πυλωρὸν ad inteſtina, poſtea ad meſaraicas, tandem ad epar, & eius venæ cõcauæ ramos: priuſquam ad cor, perferantur. Neceſſe enim eſt, per tot venarum anfractus vires gemmarum fathiſcere: quã ergo cordi imbecilli poſſint afferre opem, plane Langi non video. Ex Galeni quippe Methodi lib. 11 ac 12. nec alia cordis effœti fomẽta, quæ id reficerent, noui, præter odorem, aera, & nõnulla epithemata, niſi quæ bonũ generant ſanguinẽ, & inde ſpiritus claros, qui cor exhilarãt vires diſperſas coadunẽt, cor quoq; alacrius reddant. Neque id electuaria ac trageas vel paſtillos ex iis concinnatos præſtare poſſe crederes: quum peritiſſim⁹ noſtri ſeculi medic⁹ Mondella, Brixienſis medic⁹, ſmaragdi & aliarũ gemmarũ vires non adeo magni fecerit. Proinde enixe orabas, vt quid

Gallinacei oſſa aurũ in ſumũt. Plin. lib. 29. cap. 4. & Vitalis Card. cap. proprio.

Cibus concoctus per quos meatus ad cor deferatur. Gal. lib. 2. ad Glauc. & lib. 4. de locis affectis. Cordis debilis fomenta.

vtquid de medicatis gemmarũ, ſaphiri, hyacinthi, ſardii, granati, corallii, ſmaragdi & margaritarum viribus, quibus electuarium Meſuæ Diamargariton conſtat, ſentirem, tibi explicare velim. Nil certe Guilhelme petitione tua opus eſt. Probe ſane noſti, mea in re literaria obſequia. quantum mihi per negotia integrum fuit, bonarum artiũ cultoribus nunquam defuiſſe. Proinde vt veras gemmarum vires à falſis recte diſcernere poſſis, operęprecium eſt vt ſcias triplices eſſe gemmarũ, & qu rundam aliorum ſimplicium pharmacorum vires: quæ ex partium elementorum mixtura, quæ naturæ vel Dei opus eſt, primatum vel ſecundi ordinis qualitatũ obtinent operationes: vt cryſtallum & corallia infrigidare, & ſiccare magnetem, alia ſordes vlcerum detergere, vlcera dyſcpulota conſolidare, & cicatrice illa obducere. Alias vero eorum facultates, ex magica religionis ſuperſtitione, ac herbarum vel radicum, ſiderum & ſpirituum ſympathia ad incãtationis deliramenta ab Orpheo & Indorum philoſophis excogitatas, non magni facio: ob quas, gẽmas in annulis, auribus & armillis deferebant. id quod Prometheũ, fatali vinculorũ in Caucaſi rupe cõpede vinctum, primũ excogitaſſe fingunt. Qualis fuit ille admirandus Gygis primum paſtoris, deinde regis Lydorum, annulus: cuius in σφενδόνη id eſt annuli pala, gẽmã cũ ad ſe torqueret, illius fulgore oculorum aſtantiũ aciem ita perſtringebat, vt à nemine videretur: quum eam retorqueret, omnibus erat cõſpicuus. Quis enim rationis compos non irrideat velut anilia deliramenta, in Achate coniugum concordiã & caſtitatẽ, in To-

Triplices gemmarũ & pharmac. vires Gal. li. 1. & 2. de ſimpl medic. facult. & de antidotis. Auguſti. lib de ciuit. Dei 21 cap 6. & Orpheus de lapidibus. Magicas medicamentorum ſimplic. vires paſſim Plin. docet. De Prometheo hæc Pli. li. 37. in prolog. Alexãder Aphro. li. 6. Probl. 130. & Æſchylus in Prometheo tragœdia. De Gygis annulo hæc Plato de rep. libr. 2. Lucian⁹ in Vocis. M. Tul. Cicero de Officiis libr. 3.

Digitized by Google

prazio ſiniſtri brachii armillis inſerto ſecuritatẽ: & Neptuni imagine hyacintho inſculpta æquoris tranquillitatem: & magnetem puluinari ſubditam, vxoris in ſomniis prodere adulterium: & alias ſexcentas huius generis nugas? quas ne aſſis quidem facio. Aliæ vero ſunt in arte curandi morbos gemmarum facultates, experientia repertæ, & vſu peritorum approbatæ: nempe curare anthraces, eſſe iobolorum & cuiuſuis veneni aut toxici alexipharmacũ, aciem oculorum inſtaurare, cordis vires labefactatas & ſpiritus reficere, illiusq; palmũ coercere, alios quoq; plures curare morbos. Atqui quũ horum cauſas effectuum reddere nequimus, oportet nos rationis inopes, agyrtarum more, ad cæcas formæ ſpeciuocæ proprietates, tanquã ad ſacram ancorã & imperitorum aſylum, vel ad certo imperſcrutabiles ſiderum operationes & effectus, vna cũ Hermete & philoſophis Indorum & Ægyptiorũ confugere: qui, vt mea fert opinio, non male aſſerũt, omniũ lunari orbi ſubiectorum vires à ſtellis, & à circuli Alaur imaginibus, ſiue horum motu, lumine & ſitu dependere. Aut ſi mauis, cum Gal. noſtro ad rerum ſimplicium ἀποῤῥοίαν id eſt vaporum effluuium confugiamus: quo pleraq; φυλακτήρια & amuleta, vt nigellain catharro, efficacius operãtur, quã in puluerem redacta, aut colliquefacta, in ventriculũ ingeſta. Sic Gal. expertus eſt, Smaragdum, quem Iaſpidem viridum appellat, ſupra orificium ventriculi pro amuleto appenſum, illud corroborare. Nec temere Æthiopes & Romani annulos in proximo, minimo læuæ manus digito, deferebant: nõ eo certe nomine, quod læuæ ma-

Hermetis opinionẽ declarat Albert. li. 2. tract. 2. de mineralibus.

Aporiam amuletorum approbat Galen. & Plutarchus.

De nigella id Galé. quoque tradit.

Smaragdũ ſtomachũ roborare. Gale. li 9. ſimpli phar Aëtius lib. 9. cap. 19.

Digitized by Google

uæ manus ocio annulus minus quam dextræ vſu attereretur: ſed quia in anatomia Ægyptii cõpererant, neruum vel arteriam ex hoc digito ad cor pertingere, per quem gẽmarum ἀπόῤῥοια ad cor penetraret. Quod Appion in libris Ægyptiacis, & Orus apud Macrob. lib. 7. Saturnalium his verbis affirmat: **Adeo**, inquit, verum eſt quod dicis, ô Diſſari, Ægyptios, opinari, vt ego, ſacerdotes eorum quos prophetas vocant, cum in templo vidiſſem circa deorum aras, hunc in ſingulis digitũ confectis odorib. illinire: & eius rei cauſas inquiſiuiſſem, & de neruo, quod iam dictum eſt, principe eorũ narrante didiciſſem: inſuper de numero quoq; qui per ipſum ſignificatur: complicatus enim ſenariuum numerum digitus iſte demõſtrat, qui omnifariam plenus, perfectus atque diuinus eſt. Hæc ille. Iam vero, Guilhelme, reliquũ eſt, ne epiſtola modum excedat, vt gemmarum, quibus electuarii Meſuæ Diamargariti compoſitio conſtat, vires explicemus: inter quas primas habet ſmaragdus, de quo paulo ante diximus. Hic in India de ſaxis arenoſis ventorũ flatu detritis emicat, ac de ærariis Cypri metallis eruitur: hic viperarũ morſib. medetur, hæmorrhoidas ſiſtit: femoribus alligatus partum accelerat: veneris quoque conflictũ illæſa non fert, quin diſrumpatur. Huius 9. ordei grana læuigata, & per cribrum excreta, in aqua calida ſtomacho ieiuno hauſta, profluuium ventris ex acrimonia pharmaci vel humorũ putridorum acredine excitatũ, ſiſtit: vt Auenzoar in prologo Conſilii ſui Soldanum docet, & Auerrhois quinto Colliget approbat. Huic additur Sapphirus, cærulei coloris gẽma, quę inte-

Oribaſ. li. 9. Synopſ. c. 10. De annulis hæc Gelliſus li. 10. ca. 10. Macrob. l. 7. Saturn. Antiqui digitorum motu numeros explicabant, vt Beda presbyter docet.

Smaradi vires deſcribit Plinius li. 37. c. 5. Theophraſt. in li. de lapidib. Dioſc. lib. 5. cap. 100.

Digitized by Google

De sapphiro Dioſc. Gal. lib. 9. ſimplic. Theophr.

ſtinorum quoque vlcera & ſcorpionum ictus curat, puſtulas & oculorum excreſcentias deprimit & extenuat, arteriis applicitus, calorem febrilem mitigat, & cor exhilarat: vt Vitalis Cardinalis & medicus ſcriptum reliquit. In cenſu vero gemmarum quoque Margaritæ habentur, vniones quoque dictæ, quod nullibi duo reperiantur indiſcreti. Hæ in oſtrearũ conchis oſcitantibus, ac rore antelucano ſaturis, in maris Indici & Erythræi promontoriis concreſcunt: quas aceto in liquorem tabeſcere, Cleopatra Ægypti regina M. Antonium conſulem Rom. docuit: quas ſi tonuerit, conchæ inanes abortiunt. Hæ cardiacæ paſſioni medentur, cruentum quoque alui fluorem ſiſtunt: quod idem Cardinalis affirmat. Succedit Corallium, quod ſuis medicatis viribus nulli gemmarum cedit. Hoc in æquore, iuxta Siciliæ & Syracuſarum promontoria, expanſis inſtar virgulti ramis creſcit: obid δενδρολιθος, i. e. arbor lapidea dicitur. de quo Orpheus poeta & magus ita cecinit:

De margaritis hæc Plin. li. 9. capite 35. & Athenæus lib. 3. Dipnoſophiſtarũ.

De corallijs hæc, præter Theophraſtum, Dioſcor. & Orpheus in libro de lapidibus.

χλοερὴ μὲν πρῶτον ἐν πόντῳ φύεται ὕδατι βαθείῃ,
ὕλη δὲ φυτῷ ἴσον στρεπτὸν πρόφερον, ἀλλ' ἐν πόντῳ
ἀδρυγέτῳ, ἵνα φύκι, ἵνα βρία γίνετ' ἁλωφεᾶ.

Id eſt: Corallium primum vt herba viridis in æquore creſcit: nulli enim plantarum in terra firmum & quaſi ſaxeum nouimus alimentum: ſed creſcit in ponto turbulento, vt leuis alga, exemptum æquore, lapideſcit, hoc colore rubenti, aliud albo. Vtrumque aſtringit & refrigerat, ſanguinis excreationes coercet, oculorum in collyriis cicatrices exterit, concaua vlcera explet, & album cicatrice obducit, & ſtomachum roborat languidũ, ac ber-

ac berberorũ ſucco (vt aceto vniones)colliqueſcit : de cuius liquore cochlear abſorptum , dyſenteriam curat. id quod ego felici ſucceſſu expertus ſum. Ac Granati vulgares cẽſentur gẽmæ, quia paſſim iuxta Bohemorum ſyluam, & ad radices montis Fichtelbergk , in ſcaturiginibus aquarum colliguntur, nec magni conſtant. Hos eſſe de pyroporum,id eſt rubinorum genere , ne dubites:& illorum ſuccidaneos. Rubinos vero eſſe ex oriente Æthiopum amethyſtos,quos Heliodorus in Hiſtoria Æthiopica perbelle his verbis depingit : At,inquit, amethyſtus Æthiopica ex profundo vt ignis rutilat. quod ſi tenens illum circumuerſes,radium proiicit aureum , non obſcurantem aſperitate viſum, ſed gratia quadam & puritate ſingulari illuſtrantem. Atqui & ipſi vis ineſt genuina præ amethyſtis Occidentalibus. non enim falſo ſibi vendicat appellationem,ſed vere arcet ebrietatem , ab eo à quo fertur,ſobrium illum in conuiuiis retinens, ἀπὸ τῆς priuationis particula , & μεθύω inebrio , Etymologiam deducens. Paulus Venetus,vir qui vidit multorum hominum in nouo orbe mores & vrbes,in libro De regionibus orientalibus ſcribit, regem inſulæ Seilam habere pyropum,id eſt rubinum longitudine ſpithami , ſpiſſitudine trium digitorum dimenſionem adæquantem , qui vt ignis coruſcaret,omni carens næuo , aut macula, quem Cham ille magnus ciuitate ſatis præclara ab eo licitatus fertur : ſed Seilam precium gemmæ inæſtimabilis recuſauit. In medicina nihil aliud de eo compertum habere quam cræpalam concoquere , oculos caligine ſuffuſos illu-

Carbunculum eſſe. Æthiopicum amethyſtum, quem rubinum quoque appellant. Heliodorus libro 5. Æthiopicæ hiſt. eſt auctor.

Amethyſtus ebrietatem coercet.

Amethyſtus id eſt rubinus ebrietatis amuletũ.

Digitized by Google

ſtrare,& cordis ſpiritus fouere: Sardii vero ac hyacinthi gemmarum vires,& aliarũ Dioſcor. lib. 5. Plinius lib. 37. Theophraſtus & Orpheus vterque in libello lapidibus dicato,te abunde docebunt. & his omnibus,quantum ad medicinam attinet,vberius Galenus lib. 9. de medicamentis ſimplicibus hæc tractat. Quod vero argute ratiocinaris,aurum & argentum ac gemmas, quandoquidem ignis calori valde ſint contumacia, à calore quoque naturali in corporis alimoniam non euinci & digeri,ſed cruda per aluum deiici: ob id,nihil roboris aut medelæ cordi, cæteriſque viſceribus afferre poſſe contendis : hac ratione Guilhelme nihil certe efficis. Sunt enim ſane quamplurima pharmaca,ſcãmonea,colocynthis, chamelea,& id genus medicamẽtorum, quæ intra cõrpus deglutita,à calore in corporis alimẽtum non conuertuntur:illud tamen alterant,& à putridis humoribus pituitæ & vtriuſque bilis exonerant. Alia vero indigeſta,ſuo natiuo frigore, vt cryſtallus,ſapphirus, febrilem epatis & cordis dyſcraſiam ad ſuum temperamentum reducunt. Sic aurum adeo temperatũ fertur,vt cor calidum infrigidet,calidum vero ad temperamentum & frigidum leui ſuo tepore foueat: cuius limatura in electuariis deglutita,ab elephantiæ Græcorũ, & Latinorum lepræ contagione,immunes eo vtentes conſeruare dicitur. lamina ex auro,linguæ cauſonis æſtu affectorum impoſita,febrilem ardorem linguæ refrigerat. Argentum vero, & prꝛcipue aurum,quum ſit igni contumax,vtriuſque tamen fruſtula intra membranulas pergameni virginei poſita frequenti lati malleoli ictu

Pharmaca & deleteria concoctioni nõ ſunt obnoxia Galen.

in

In bracteas foliis tenuiores lenteſcunt, ac cudun tur. Membranæ vero vires necandi pediculos, hydrargyrio pares habent. An vero ab vtroq; metallo, aut alia ratione, nõ facile dixerim. ſi ab auro, illius certe bractearum aut foliorum in electuariis aut trageis vſus, & aurum potabile. quam ſint ſalutaria, tu Guilhelme, qui es artis Chymicæ peritus, videris. Præterea an pro gemmarum fragmentis, illarum ſcoria, id eſt ſordes & recrementa ſubſtitui debeant. Præterea pharmacopœum adhortaberis, vt ab impoſtura mangonũ ſibi caueat, qui ex cryſtallo & vitro puriori gemmas, quaſi natiuo colore; aut verius fuco infectas, arte conficiunt, & pro veris magni vendunt. Quum igitur tantum in electuario Meſuæ diamargariti ſubſit fraudis, eius quas vocabant ſpeciebus aut puluere in confectionibus aut trageis, aut epithematibus nunquam vti volui. Hæc boni conſule quæſo. Quod ſi Theotonicum magnum, qui de mineralibus ſcripſit, ex Italia aut Galliis ad me perferri curaueris, plura quæ ad artem chymicam ſpectant, te admonebo. Vale.

De bracteis, id eſt foliis auri. hæc Volater. & Vitál. Cardinal.

Gemmarũ mágones cauendi.

Theotonicus de mẽtallis ſcripſit.

AN HIPPOCRATES RECTE OMNES *morbos vlcera dixerit, & de eius breuiloquii ſtilo.*

Ad Georgium Wirth conſobrinum Medicum Cæſareum.

Epiſtola L.

MEdicina olim, Georgi conſobrine, βιωφελεστάτη humanæ vitæ & ſalutis præſes, tanquã res ſacra in tẽplis Æſculapii à ſacerdotib. gu-

Digitized by Google

ſtodiebatur recondita, ne prophano vſu ab aniatrologetis medicinæ ignaris contaminaretur. Et dum Troia oppugnaretur, ſaltem (vt Gallorum Druides) medicinam per manus legitimis ſucceſſoribus tradebant. Poſtea deflagrato apud Cnidios & in Græcia Æſculapii templo, quod erat γραμματοφυλακεῖον, librorum conditorium, Hippocrates ibi breuibus ſcriptis fertur medicinam clinicem inſtituiſſe. Vita ergo defunctis eius parentib. ſomno admonitus, vt omnia quæ ad medendi artem & encyclopædiam conferrent percontaretur, Theſſaliam & totam Græciam perluſtrauit. Itaque accerſitus venit in Macedoniam ad Perdicam regem, quem verius amore Philæ paternæ pellicis, quam vitio pulmonis tabeſcẽtẽ, curauit. quo tẽpore ſtudiũ ſapientiæ apud Lacedæmonios floruit. Qui, vt Socrates in Platonis Protagora refert, conſulti de ſapientia, verbum breue ac contortum eiaculabantur: aſſerebant, que huiuſmodi enunciare verba, eſſe viri abſolute docti officium. qualia ſunt, Thaletis Mileſij, Solonis, Pittaci ex Mitylena, & aliorum ſapientũ apophthegmata, & Pythagoræ ſymbola, quæ templo Apollinis Delphici conſecrarunt: Cognoſce te ipſum, Ne quid nimis, & id generis alia plura. Huiuſmodi breuiloquium erat Lacedæmoniæ philoſophorum dictionis character: quo Hippocrates quoque præter aphoriſmos in pleriſque ſuis de morbis & epidemiis libris paſſim eſt vſus: & quamuis ipſe Doricus erat, in gratiam tamen ſui in magia præceptoris Democriti, lingua Ionica pleraque conſcripſit volumina, quę non vnius hominis ore, ſed numinum oraculis dicta-

Hoc nomine vtitur Vitruuius l. 1. archit. cap. 1.

De veterũ medicinæ ſtudio hęc Ælian l. 2. cap. 18.

De Hipp. ſtudio hęc Plin. 29. c. 1. Soranus & Suidas in eius vita.

Lacedæmoniorũ philoſophorum breuiloquentia. Plato in Protagora. Hipp. Lacedæmoniæ ſapientũ ſtylum in natus, in Aphorism. & aliis libris ſæpiſſimè. Item mitatur Hippo. & Democriti Ælian. lib. 4. capite 20. & 21. de var. hiſtor.

dictata videntur,& plurimum auctoritatis apud ſingulas hominum nationes obtinuerunt. De quorũ tertia claſſe ſunt aphoriſmi, qui(vt Suidas ait)*αἰθρωπίνῳ ἐπιβαίνουσι σωφρονεῖν*,id eſt,humanam excellunt ſapientiam,vel intellectum. Hanc Hippocratis breuiloquentiam Galenus libro 2. Salubrium, appellat *κατὰ τὰ στοιχεῖα τῆς τεχνῆς μάτων διδασκαλίαν χρησιμωτέραν τῶν ἄλλων.* id eſt, Hanc breuem docendi per verſus (Linacer vertit elementa)numero ſolutos doctrinam cæteris eſſe vtiliorem.quippe quæ in compendium rem omnem cogit,memoriæ affigit, reminiſcentiæ ſuggerit, ac omnium quæ aguntur ſingulatim rectum vſum breuiter ſuppeditat. Tali docendi genere cum paſſim in aliis operibus,tum in libro de Fracturis crebro vtitur:cum ait:*εἰ μή τις φύσει καὶ πάλαι νοσήματα ἕλκεα εἶναι. ἔχει γάρ τινα καὶ ὧδε ὁ λόγος ὁμοίωσιν.*id eſt:Niſi quis dixerit,alios quoque morbos eſſe vlcera.habet enim & hic ſermo aliquam veri ſimilitudinem & moderamen. omnis quippe morbus dolore affligens,ait Galenus, de genere vlcerum iure cenſetur. omnis quippe dolor aut à cõtinuitatis ſolutione, quæ græcis *ἕλκος*, latinis vlcus dicitur: aut de repentina vel alteratione vel dyſcraſia oboritur, quæ continuitatis quoque ſolutionem,ſi non admodum ſenſilem, ratione tamen perceptibilem parit. in confeſſo quippe eſt,calidum ſubſtantiam ſolidam penetrare,& continua arrodere & colliquare: ſtiptica vero,laxa conſtringere, & coarctare. ita ait Galenus in libello de inæquali intemperatura, Hippocratem euincere, omnes morbos eſſe vlcera, & fraterna quaſi ſocietate eſſe con-

Aphoriſmorum Hippocratis laus.

Vide ne in græco στοιχῖα pro στιχηδὸν ſcriptum, Linacrum deceperit.

Breuiter docendi commoditates. Galen lib. 2. ſalubrium. Verba Hippocratis, & Galeni lib. 3 Hippocr. de fractu: is.

In omni dolore cõtinuitatis ſolutio.

Morbi vt adelphi seu fratres sunt cognati.

iunctos. Statim enim subinfert Hippocrates ibidem. πολλαχῆ ἀδέλφιαι τῶν ἐπεγκαπόιην ἐπιρροιεν. id est, Crebro enim alii morbi aliis ἀδελφοῖσι, cognati sunt. At auctor libelli de flatibus (siue sit Polybius, aut legitima Hippocratis fœtura, paulo aliter dissleparat & coadunat morbos dum ait: Morborum omnium vnus & idem est modus, locus vero affectus differentiam facit. propter loci enim diuersitatem nihil simile habent, quum tamen sit morborum omnium & species & causa eadem: nempe continuitatis solutio, id est vlcus. Desinant igitur Thraces nobis immensa morborum phalange vallatis, vitam nostram morborum querelis exosam reddere, quum omnes morbi ad vnam speciem reduci possint. Tu vero, consobrine, ex animo perdilecte, da quæso operam, vt patria tua, aut ego, te reducem videamus: ne tu, veluti Vlyssis socii Lotophagi, dulcedine loti arboris fructus, aut verius Veneris illecebra inescati, reditus in patriam oblitus videaris, Vale.

De 300. morborũ hominis numero, Plin. li. 7. ca 51. & lib. 25. ca. 2.

De Thracibus hæc Cicero li. 3. Tuscul. 4.

De Lotophagis hæc Homerus Odysseæ 10.

Proclus de magia, Theophr. li. 4. c. 10. Heliodor. lib. 3. Æthiop.

An Merum Pueris Ac Puellis *vel aqua dilutum, sit salubre: ad Christophorum Probum reconsultum.*

Epistola LI.

COndicta nuper mihi & sacri verbi cõcionatorib' erat à te cœna, Christophore affinis multis nominibus obseruande. Ibi postquam discubueramus, aderãt liberi tui, qui nõdum ephebis excesserant. Hi quum consertis manibus Deo supplices ferula oblata consecrassent, benedi-

nedictione, tandem quum ſecundæ menſæ bellaria (quæ Græci dicunt ὀπτώρια) appoſita fuiſſent, aderant quoque Deo liberali omnium eduliorum largitori gratias agentes: quumque omnes pallerent, cæteri coepulones quid ille faciei pallor portenderet, à me perconctabantur. Quibus reſpondi, hunc colorem affecti epatis, aut imbecillitatis vẽtriculi pituita onerati, ex qua putrefacta tandem generarentur vermes, qui non ferẽdis torminibus inteſtina vellicarent, eſſe indicem. Suaſique, vt iis aliquando modicũ vini diluti, aut abſinthitis, vel in quo radices Zedoarię decoctæ vt ſapa forent, aut etiam momenti rheubarbarum maceratum fuiſſet, exhiberetur. Tum Cyrlerus noſter: Ecquid dicis (aiebat) Langi? ignoras Platonem tuum, & Galeni veſtri amaſium, vſum vini ad duodeuigeſimum vſque annum pueris vetuiſſe? At Romani, quam ſeuere non matronis modo, ſed etiam virginibus vino interdixerint, verba Tertulliani in Apologetico, & exempla quæ dicturus ſum, oſtendunt. Veterum enim, inquit, ceciderunt inſtituta, quæ parſimoniæ & ſobrietati patrocinabantur. Nulla enim Romanarum mulierum aurum nouerat, præterquam in vno digito, quem ſponſus oppignoraſſet annulo pronubo: adeoque in vxores vini bibulas ſeuere animaduertiſſe, vt Fabius Pictor in annalibus ſuis prodiderit, matronam, quod loculos in quibus erant claues cellæ vinariæ reſignaſſet, à ſuis inedia interemptam. Nam & Cato, ſeuerus omnis luxus & morum cenſor, ſtatuit, cognatos oſculari feminas, vt odore anhelitus deprehenderent, an vinũ olerẽt.

De Epidorpiis Æliã. li. 4. c. 13.

Plato in ſecundo de legibus dialogo.

De vini Rom. parſimonia Tertull. c. 6 Valer. li. 2 Plin. li. 14. ca. 13. Gell. li. 10. cap. 23 Lactant. lib. 1. ca. 22.

Digitized by Google

Inter exempla quoque ſub Romulo legitur, M. Menœcium, vxorem, quod è dolio vinum bibiſſet, virgis myrteis cæſam trucidaſſe. Itaque quid ad hæc, inquit, reſpondes Langi? Tum ego: O Cyrlere, inquam, quid iſta refers, Romanorum leges & plebiſcita? Hæc enim ſanciuerunt ad coercendam temulentiam, quæ mulieres maxime dedecet: & vt frugi vitæ parſimonia in Republ. conſeruaretur, non quod ſobrius vini vſus ſanitatis conſeruationi incommodaret. Ob id Cn. Domitius iudex legem rogauit, & pronunciauit, ſi mulier clam viro plus vini bibiſſet, quam ſanitatis cauſa exigeret, vt dote mulctaretur. Sic diuus Hieronymus Euſtochio virgini, ad fouendas ventriculi imbecillis vires, vini vſum admittit. Et Paulus Apoſtolus edicit Timotheo, diſcipulo & vicario ſuo, ne poſthac biberet aquam, ſed Vino, inquit, paululo vtere, propter ſtomachum tuum & crebras tuas infirmitates. Sed Romani virginibus & matronis vini potum, quia eſſet luxuriæ & inceſtus incendium vetabant. Qui namque vino, inquit Hieronymus, vtitur, ignem portat in gremio. Nolite, inquit Paulus, inebriari vino, in quo eſt luxuria. Proinde, Chriſtophore Prob, vitæ integritate & probitate nulli ſecundus, euge & puellulis tuis ad cibi concoctionem in prandio & cœna modicum vini præbeto, præcipue his qui ephebis exceſſerint, & menſtrui fluxus hæmorrhagiam expectant: quibus nihil nocentius, quam aquæ potus ac fructuum crudorum eſus: qui ſanguinem ingroſſant, oſcula venarum obſtruunt, & profluuium illius ſiſtunt. Æque vero temerarium eſt, il-

Hieron. parte 3. tract. 5 epiſtola 16. & tract. 35. epiſtola 85 Paulus ad Timot ca. 5. & Epheſ. 1. c. 5.

Digitized by Google

eſt, illis iam adultis & morbo decumbentibus vinum aut merum concedere, abſque periti medici conſilio. Ælianus auctor eſt, Locrenſes capitis ſupplicio cauiſſe, ne quis ægrotorũ vinum medico inſcio biberet. O lex ſeuera & ſalutaris, noſtris non ferenda indigenis. Sunt enim certe aliqui adeo merobibuli, vt ſi illis vino interdiceretur, animam deſpõderent. Intereſſet ſane Reipub. vt edicto caueretur, ne vinum Creticũ aut ſublimatum, ad quæ ægroti, ſpe recuperandi vires, tanquam ad nectar & nepenthes interdum confugiunt, abſque medici conſilio paſſim ægrotis & puerperis venderetur: quod non raro vulgo imperito mortis vel abortus eſt occaſio. nec mediusfidius parui momenti apud aulicos noſtrates eſt obligatio, ſi quis ſub vini interdicto vel quidpiam promiſerit, vel ſpoponderit. Quin & apud Græcos vini potus prohibitus, grauis æſtimabatur cenſura. quod Plutarchus in Sympoſio iſtis teſtatur verbis: τὸ πολλῶν πιμωρίων νόσων παρ' αὐτοῖς, μίαν εἶναι μάλιστα διβεβλημένην τὴν οἶνον τοῖς κολαζομένοις ἀπείργουσαν. ὅσον αὖ πάξη χρόνον ὁ κύριος τῆς κολάσεως. id eſt, Quũ apud Græcos multa ſint pœnarũ genera, nullum tamen eſt hoc execrabilius, quo dominus pœnæ vini potum ad tempus, quod ſtatuerit, prohibet. Ceterum quamobrem Plato & Perſæ, pueris alioqui epilepſiæ obnoxiis vini vſum prohibuerint, cauſam pereruditam Themiſtius, ex Ariſtotelis de ſomno & vigilia libro, talem reddit: Quum puerorum caput, velut itemulentorum, vaporibus flatulentis & pituita ſit oppletum, quod mole vacillet humorum, quibus, meatibus ſpiritus & animæ infarctis, ne-

De hac Locrenſium lege Ælia. lib. 2. de animal. ca. 37. & 38.

Vinum pro pœna potare prohibebatur. Plutar. in fine Sympoſii 4. Pein V Vein verbiosen.

Ariſtoteles de ſomno & vigilia, & Themiſtius ibidem c. 16 vinum quare pueris prohibebatur.

Digitized by Google

ceſſe eſt vt ſontico vel diuino Herculis morbo conuellatur: temperandum igitur eſt iis à vino præcipue atro, quia eſt impendio vaporulentum. ſed, inquit, nec nutricibus id præbendum. nihil enim intereſt, nutrices an alumni id hauriant, niſi dilutum & modicum ſit. Nec præter decorum fore arbitror, ſi de hoc infantium & puerorum morbo, diuini ex India philoſophi Iarchæ, magorum principis, teſtimonium adduxero. Patri, ſcribit Philoſtratus, querenti filios quidem ſibi naſci, ſed quam primum biberent vinum, omnes mori; ſic reſpondit Iarchas in throno ſublimi ſedens: Melius cum illis agi, quod moriantur. ſi enim ſuperſtites manerent, omnes ſtultos euaſuros, quia ex ſemine minus calido procreati eſſent. vino igitur filiis veſtris abſtinendum. Si itaq; poſthac aliqui naſcerentur, obſeruare oporteret, vbi noctua nidum conſtruxerit: & illius oua mediocriter elixata, infanti edenda præbere, tum vinum infans abhorrebit, & abſtemius tranquille viuet. Et, vt verbo dicam, vinum dilutum moderate ſumptum, id vero pueris nemo diſſuaſerit. Nam & plagoſus ille Perſarum iuuentutis pædonomus, vinum dilutum pueris & naſturcium concedebat. Id quod liberis tuis non denegabis, quum Hippocrates vinum æquale æquali mixtum, anxietudinem, oſcitationem & horrorem ſoluere tradat. At vero id Hermeti in Ariſtophanis Pluto, qui ventrem inteſtinorum eſu adimpleuerat, ad ſtomachum non faciebat. Ob id exclamat Hermes, οἴμοι δὴ κύλικος, ἴσον ἴσῳ κεκραμένης. Id eſt: Eheu mihi, calicis æquale æquali mixtæ.

Quando. Quæ abſtemios faciunt. Philoſtr. lib. 3. in vita Apollonii.

Xenophō de Pædia & republica Perſarum. Hipp. in Aph. li. 2.

Reli-

Digitized by Google

Reliquum igitur erit, quum tu sis non vulgaris iurisprudentiæ peritus, sincerę religionis, iustitiæ & æquitatis amator, vt hic diffinias quid sit æquale æquali miscere, ne bibenti fiat iniuria. Vale.

De Causa Fervoris Thermarvm: *& de perpetuo in sacris Ethnicorum igne: & vnde actionis illarum vires emanant.*

Epistola. LII.

DVM, Anonyme, Fauonius genitali veris aura spiraret, cunctaque in aprici gramine cãpi, redolenti florum amœnitate vernarent: & aues pariturę in nemoribus, ac luscinia prope amnes iucundo concentu obstreperet: quo tempore corpora sua sponte ab humorum putrilagine per scabiem sese exonerare solent, eo etiam nullum ad thermarum vsum & delicias salubrius noui. Proinde tum comitati illustriss. principem Otthenricũ Co. Palat. Rheni, sacri quoq; Romani Imperii Electorẽ, ad Badam Marchionatus metropolim deuenimus. & hospitio, cui ab insigni Greiffvogel nomen est, humaniter sumus excepti. Mane itaque cum ante hospitii fores consideremus, à læua hospitii vidimus, sub testudine, crepidinis instar structæ, à prima ex monte scaturigine thermarum aquas in lacunam tanto emanare feruore, vt capones, porcellos integros, quadrupedum pedes, ocyus quouis ex sandaraca vel calce psylothro glabriores reddderent. Rogatus ibi ab assidentibus tanti feruoris explicare causam, respondi: de hac esse varias & perplexas philosophorum opiniones: inter quas tamen mihi & Senecæ Stoico, Empedoclis

De vera temperatura Galen. lib. 1. de complex.

Empedoclis opinionem scribit Seneca l. 3. quæst. natural.

De miliariis baln. Seneca vt supra. & epistola primi Tomi 50.

sententia magis arrideret, qui asserit, scaturigines aquarum in montibus per venas metallorum & sinuosos anfractus, instar draconum & miliarium in balneis veterum ex ære spiris intortos, instar Mæandri deferri, ac inde metallorum detrimenta ac vires, quibus aqua imbuitur auellere, quas ab igne naturali anfractibus illis substrato & subterraneo incalescere, non male (vt mea fert opinio) docuit: non certe à fulmine, aut radiorum solis refractione, vel calce efferuere, quum eodem & indesinenti calore quouis anni tempore constent: sed ab igne pene diuino & perenni, qui in viscetibus terræ primogenia quadam ratione residet de quo Lucret. poeta sic perbelle cecinit:

Lucret. li. 2. de igne subterraneo.

Principio tellus habet in se corpora prima,
Vnde mare immẽsum, voluentes flumina fontes
Assidue renomunt: habet ignes vnde oriantur,
Nam multis succensa locis ardent sola terræ.

Hunc reconditum in viscetibus terræ ignem, Plato in Timæo inter ignis species & liquores succum appellat, sine quo non Ægyptii modo, sed ne Iudæi quidem, vlla peragebant sacrificia: quẽ Iudæi, dum captiui in Persidem deducerentur, sacerdotes, acceptum de altari in valle vbi erat puteus altus & siccus, absconderunt. Hunc nec Neemenias, Xerxis regis pincerna, constructis impensis regis sui, ciuitatis Hierusalem muris, sacris operaturus, sacerdotum, qui ignem absconderant, nepotes perscrutari iussit: quem quum quæsitum non inuenirent, sed pro eo aquam instar bituminis crassam eruissent, quæ oblata nec Neemenias sacrificia & ligna altari apposita con-

70. annos vt Augustinus refert. Neemenias reperit sacrorum ignem, Mach. li. 2. cap. 1.

sper-

Digitized by Google

ſperſiſſet, cuncta ſubito exarſerunt. Hanc Plato ab Hebræis in Ægypto edoctus, ſuccum appellauit. Nam & mos ſeruandi in adytis templorum perpetui ignis, ad ſpecimen ætherei & ſubterranei, ab Ægyptiis ad Græcorum, Romanorum & aliarum orbis terrarum gentes emanauit: auctore Diodoro Siculo. Ob id Numa Pompilius, Romanorum rex & Pontifex, templũ Veſtæ rotundum Romæ ædificauit, in quo perpetuus ignis cuſtodiebatur: cui illibati pudoris virgines cuſtodes præfecerat, quas igne quauis occaſione extincto, Pontifex flagris cædebat: ac tabulas felicis materiæ terebrare cogebat, donec tabulæ motu accenſæ aſſulæ in ſubiectum æneum cribrum deciderent, quas in templum deferebant. non enim ab alio igne hunc ſuccendere fas erat. Nec hic ignis in ceremoniis Iudæorum olim neglectus fuit, qui (vt Egeſippus tradit) poſtquam in vrbe Hieroſolyma, duce Eleazaro, ſeptem diebus debellatum fuiſſet, octauo ſolennitatis die omnes ligna altaribus imponebant, ne quãdo ignis ſacer ad ſacrificia deficeret, quem inextinguibilem obſeruare oportebat, & quem ob id Plutarchus ἄσβεστον καὶ ἱερὸν, id eſt ſacrum & inextinguibilem nominat. Perpetuus ſane hic ignis in Græcia quoque Pythiæ & Athenis à mulieribus coniugio ſolutis cuſtodiebatur: qui Athenis, Ariſtogitone tyranno apud Delphos templo Pythiæ à Medis accenſo: & Romæ tum Mithridatici belli, tum ciuilis tumultibus, ara & ignis vna perierunt. Neque ſane deſunt, Anonyme, admiranda exempla, quibus perpetui ignis incredulitas refelli poteſt. Scriptum enim

Perpetui ignis in ſanctis vſum ab Ægypt. didicerũt aliæ gẽtes. Diod. li. 2.

De virginibus Veſtæ ib. lib. 1. cap 12. Gell. quoque lib. 1. c. 12. Auguſt. de ciuit. Dei li. 4. c. 10. Ouid. 6. Faſtor. Liu. Decad. 1. li. 1.

De hoc igne Plut. in vita Numæ & Camilli Hæc Egeſippus l. 2. de excidio Hieroſolymita.

Digitized by Google

Lucerna ardens in sepulcro reperta.

posteris reliquit Ludouicus de Viues, memoria patrum erutum fuisse sepulcrum, in quo lucerna ardens condita fuit, vt inscriptio testaretur, supra 1500 annum. Ea extemplo, vt manibus contrectata fuisset, in puluerem resoluta est, perinde vt poma circa Pentapolim nata, quæ tacta in puluerem fathiscebant. Quin & Hermolaus quoq; minime certe barbarus, in Dioscoridis lib. 5. cap. 11. & Gesnerus noster, non illaudatus Heluetiorum Medicus, in libro de lunariis, testes sunt locupletissimi, nostro seculo in Patauino agro sub latericia crepidine, à colono, non longe ab Attesca oppidulo diruta, ardentem quoque lucernam repertam. Quid vero, an nõ id etiam admiratione dignum est, quod diuus Augustinus de inextinguibili lucerna in quodam phano Veneris commemorat? in qua, arte magica, quod homines admirarentur, effectum, aut Dæmon quispiam sub nomine Veneris tanta se-se, inquit, efficacia præsentabat, vt hoc prodigium & appareret hominibus, & diutius permaneret: aut potius hominis industria factum, qui asbestum, lapidem inextinguibilem, perpetuoque ardentem, lucernæ perlustri incluserit. Sunt enim pleraque alia, de quorum substantia nihil ignis depascitur: vt sunt ex Charistio lapide netili χειρόμακτρα & δίκτυα, id est, manutergia & reticula, quæ sordida in ignem proiecta, illæsa expurgantur, & ex quodam lini genere eadem contexta ac in ignem proiecta, citra noxam expiantur: quod genus lini, quod inextinguibile, Plinius quoque ἄσβεστον appellat. alii id amianto etiam tribuunt. Atqui æternus ille sacrificio-

Augustin. ex lib. 21. de ciui. Dei verba

De asbesto August. de ciuit. Dei lib. 21. cap. 5 & 6.

De charistio lapide netili, quę alii amiantum ctedunt, Plutarch. de Orac. defectu.

De lino asbesto, Plin. lib. 19. ca. 1. & epistola 66. primi Tomi Plutarch. de oleo hæc Sympos. 6. c. 9.

rum

rum igniis, longe diſpari ratione, quam noſter iſte in telluris viſceribus ſubterraneus, cuius æſtu thermæ feruent, fouetur: cuius præter ſulphur, alumen, nitrum, bitumen, naptha quoq;, aſphaltis, & olea, præcipua (teſte Plutarcho) alimenta ſunt. Quæcunque enim olei aut bituminis vnguine ſunt delita, ignem ſubito concipiunt. Ac ita refert Plinius Medeam, Creuſam pellicem concremaſſe. poſtquam enim ſacrificatura illa ad aras acceſſerat, corona igne rapta pellicem combuſſit. Humidum ſane pinguine, genuinum eſt ignis pabulum: quibus terra, etiam in ipſis penetralibus adeo fœcunda eſt, & paſſim ſcaturit. Vnde & Liparis Ciliciæ ſluuius, & lacus Æthiopiæ, innatantium corpora oleo lubrica reddunt, in India vero lacus eſt, qui ſereno cœlo copiam olei eructat magnam: in Lombardia autem paſſim vltra & citra Apenninum & Bononiam, de thermarum ſcaturigine è petris deſtillans colligitur petroleum. In Zazyntho quoque, & circa Dirrhachium & Apolloniam de fontibus magna picis effluit copia. Nonne vero circa Babylonem, Aſphaltis lacus, ad ferruminandos ex latere coctili Babyloniæ muros, ſat bituminis Semiramidi reginæ ſuppeditauit? In Syria certe & Numidarum Arabia, ac Ioppe, lacus ſunt, qui quouis tempore aprico, magna bituminis mole ſe exonerant. Alia vero plurima in orbe terrarum loca conſulto prætereo, quæ ſulphuris & picis fuligine, ac bituminis liquore madent: quum ex dictis abunde colligere poſſis, terræ penetralia his alimentorum ignis adeo eſſe referta, vt ea

De Creuſa naphthæ bituminis incendio cõbuſta. Pli. lib. 2. ca. 108. Ouid. lib. 7. Stat. lib. 2. Syluarũ ad Melioſem.

Hæc ignis ſubterranei fomẽta Pli. l. 2. ca. 107. & ca. 110. & lib. 31. ca. 2. Vitru. li. 8. cap. 3.

Petrolei collectio.

Digitized by Google

De mundi per ignem interitu Stoicorũ sententiã Cicero passim testatur & Petrus apost. in fine Epistolæ 2.

quantumuis magnus ignis in perpetuum insumere & decoquere nõ posſit, nisi (vt Stoici sentiunt) in postremo die, quum mundus ignis incendio colliqueſcet. Id quod & diuus Petrus Apostolus his verbis nos pie admonet: Veniet, inquit dies Domini sicut fur in nocte, quo cœli in morem procellæ transibunt, elementa vero æstuantia soluentur, terraque, & quæ in ea sunt opera exurentur. Repertus est autem subterraneus ille ignis in terræ larebris delitescens: reperta sunt perpetua, vel saltem diuturna illius alimenta: reliquum est, vt quibus ea de potentia ad actum deducantur, ratione & experientia doceamus, id enim motu & contrariorum actione fieri, palam videmus. Aqua certe frigida supra ignitos silices diffusa, maiorem quam calida in balneis excitat feruorem. Ob idque diuus Augustinus, aquæ aspergine citius, quam oleo, ignis fomenta accendi, his verbis testatur: Si non, inquit, adhibeas aquam calci, sed oleum (quod maior est ignis fomes) nulla eius aspersione efferueſcet. Hoc si, ait, de Indico aliquo lapide legeremus, mendacium putaremus. Id tamen quidam de lapide Gagate, qui attritus sulphur & bitumen redolet, Dioscorides vero & Nicander de lapide Thracio testantur: eos nempe aquarum aspergine accendi, oleo vero extingui. Quod Ælianus quoque ex Aristotele his approbare verbis videtur: Est Huuius in Pæonia & Medica regione, nomine Pontus, in quo lapis inuenitur, cuius suffitu serpentes pelluntur: quem si quis aqua asperserit, flagrat, flabello extinguitur: eius vero fumimentum, odorem bitumine tetriorem spirat. Quid multis?

Aquæ ignis incendium & alimentũ. Plin. li. 2. c. 106. Vitruvius supra.

Augustin li. 2. de ciuit. Dei ca. 4.

De lapide Thracio hæc Dioscor. li. 6. Ælianus li. 9. de animal. c. 20. & Nicander in Alexiph.

Ignis

Digitized by Google

Ignis in vertice Chimeræ montis, vt Theſias Cnidius tradit, in Phaſelide aqua incenditur. Sic limus de ſtagno Comagenæ exemptus, aqua quoque accenditur. An non locuples eſt Theopompi teſtimonium, bitumen eſſe ignis fomentum? Id quoque præcipue ſi ſulphur acceſſerit, aqua incendi? Quin ille n etiam tradit, ardentem Nymphæi montis cratera, imbribus adaugeri, ac egerere bitumen alias omni dulcius. Si quis vero iis vetuſtiſſimis Græcorum Latinorumque hiſtoriographis, qui hæc loca incoluerunt & viderunt, fidem non adhibet. reſteſque horum miraculorum oculatos deſiderat: is quæſo altiſſimos Noruegiæ, Suetiæ ac Islandiæ montes, ſub aquilonari ſitos arcto, niue ſuperne coopertos, interne ſulphuream eructantes flammam, adeat: vbi quoque dæmonum viſibilium habitacula, nocturna flamma chorusq; videbit, occulto ſulphure vſto, incremento ſuccreſcente. Verum ſi torridas in acceſſu voragines veritus, adire noles, fauilla & cinere refertas: perlegas licebit, libri ſecundi Hiſtoriæ de Gentibus ſeptentrionalibus, ca. 10. & 11. Olai Magni Gotthorum Vpſalenſis præſulis, qui horum in montibus incendiorum teſtis oculatus eſſe poterit. Euge, Anonyme, ignem aqua accendi, artem, & πυροβόλους in teſtes adducamus, qui ex machinis æreis globos igniuomos eiaculantur in caſtra & vrbes, pontes & aquas: qui ex prædictis ignis fomentis pice nauali, græca, ſulphure, tartaro (quem fecem vini appellant) ſarcocolla, halinicro, naptha, petrolei bitumine, addita duplo pondere calce viua, conſtant: de quibus, addito quoque aſphal-

Bitumen & aquam eſſe ignis fomentũ & incen. Plin. vt ſupra. Theophr. in lib. de igne.

Montes Islandiæ ardentes dæmonũ habitacula Olaus Magnus Vpſalenſis epiſcop⁹. Gotthorũ exu. ſcripſit opus de Gentib. ſeptent. Ignis Græci compoſitionem ibidem Olaus, vt ſupra, docet. lib. 9. cap. 5.

to, vna maceratis, pilas fingunt, quæ ſpontaneis accenduntur imbribus, proiectæ in amnes ardent, pontes ſuccendunt. Illius inuentionem M. Graccho acceptam ferunt: Græcum quoque ignem appellant. Ex iis conſtat, non naturalem modo ſub terra ignem, ſed etiam arte conflatum aqua incendi, & excitari. Reliquum eſt, vt hunc ſubterraneum ignem flatulento aquarum, inſtar torrentis per metallorum venas motu, quem Theophraſtus φοράν appellat, excitari probemus: quo ſecum non vires modo, ſed etiam exigua metallorũ recrementa veluti fauillas canalibus adhærentes raptim deferunt. Adde quoque, mare, & occluſa terræ viſcera, intercutaneis turgere ventis: id quod nautæ norunt, & terræ motus, chaſmata telluris, ſiue hiatus & voragines indicant, quorum flatu tanquam folle aut ventilabro excitari ignem, nemo fabrorum adeo rudis eſt qui neget. Recte Victruuius: In imo, inquit, per alumen aut bitumen, ſeu ſulphur ignis excitatur, qui ardore finitimam excandefacit terram, & feruidum exſpirat in ſuperiora vaporem, quo etiam ſuperni dulcis aquæ fontes efferueſcunt. Proinde Ariſtoteles, cur aquæ feruidæ ex magna fere parte ſalſæ emanẽt, rationem problematis redditurus: An, inquit, quod pleræque omnes per terram aluminoſam percolantur, quod odore earum conſtat: exuſtorum autem cinis, omnium ſalſus eſt, ſulphurque redolet? Sunt porro thermarum lauacra, vt Plutarch. ait, ἀκίδιμα, & πρὸς νεφρίτιν ἰάσιμα: id eſt, ſalutaria, & ad morborum medelam efficacia: quarum aliæ per ſimplices tantũ mineras, vt alumen,

Theophraſtus in libello de igne.

De ventis ſubterraneis Plin. lib. 2. cap. 81. & 82. & Ariſtot. in libr. Meteor.

Victruuius. vt ſupra.

Ariſtot. ſectione 24. probl. 18.

Plutarchi verba ex li. de igne & aqua.

Thermarũ aliæ ex ſimplici,

men,ſulphur,plumbum, chalcitida aut ferrum, ſuas deriuant ſcaturigines, quarum medicas vires (ne epiſtola librum,vt Hieronymus, air redoleat) Paulus Ægineta & Victruuius breuiter perſtringunt. Aliæ vero per plures erumpunt metallorum venas:nempe nitri,chalcanti,cupri, bituminis & aluminis: adde quoque auri & argenti metalla,quorũ variæ mixturæ,varias quoque minerarum vires obtinent :quorum mixtura calore naturali digeſta, quæ ſolius naturæ aut Dei opus eſt,tertia quædam,veluti in tetraphar maco Galeni præter prædictas vires,reſultat operationis forma & virtus, quum ars nulla exacte aſſequi poteſt:nec illius partes arte per alembicũ chymica ſcrutari poteris, ſed illius facultates ſola experientia per effectus explorare oportet. Vnde Victruuius. Omnis,inquit,aqua naturaliter calida,ideo eſt medicamentoſa,quod in præuiis rebus percocta, aliam virtutem recipit ad vſum. Quibus vero thermarum vſus competat, Galenus lib.6.de ſalubribus docet. Sed qua ratione, an lauacri in ſolio,aut pharmaci potabilis modo commodius vtamur,ſub iudice adhuc lis eſt, nõdum diſcuſſa.Hippocrates quidem illarum potũ, vt quæ metallorum quorundam virus reſipiant, ac vrinæ ardorem proritent,vetat:cuius edictum Victruuius approbare videtur. Vbi vero, inquit,aurum,argentum,ferrum,æs,plumbum, & id genus metallorum fodiuntur, fontes inueniuntur copioſi,ſed hi ſunt maxime vitioſi. habent enim vitia contraria aquæ calidæ , quam ſulphur,alumen & bitumen emittit. Auicẽna quoque omnes aquas ſubſtantia metallorum cõmix-

aliq ex cõpoſitis mineris. Paulus lib.1. cap.51.

De partiũ mixtura Galenus hæc lib.1.de complexione, & lib 1.de elementis ac cõpoſ. medica.in genere. Ex mixtura & compoſitione reſultat forma tertia.

Valeant ex metallis lauacra artificialia: quæ Gal. tamẽ lib. 1. de facul.ſimpl.approbare videtur. Potũ thermarũ Hip. in lib. de aere & aqua, ac Vitru. vt ſupra.

Aul cenna li. 1. cap. de diſpoſit. aquarum.

tas, inſalubres eſſe fatetur. licet, inquit, aliquę veluti ferreæ ſplenem & interna viſcera firment, vẽ triculi putredinem auferant, appetentiam excitent. quod aquas fontis prope Gœppingẽ aciduAcidi fontis vires, & ferri, prope Gœppingen. las, præcipuè à febre habita potas operari, experientia multorum conſtat. Sunt & in Italia paſſim, quæ potæ corporibus plus commodi, quam harum lauacra, afferunt. Verum hanc contentionis litem ſola experientia, ratione ſuffulta, iudex dirimet. Harum vires non ideo tantum dixerunt diuinas, vt Ariſtoteles ſcribit, quod à ſulphure & fulmine, rebus ingenue ſacris, proueniant: ſed quod cœlitus à calore æthereo, aquarum è montibus ſcaturiginibus & metallorum venis vires illaberentur, Naiadibus & diis conſecrarunt. Sic Pallas apud Thermopylas lauacra conſtruxit, & Herculi conſecrauit. Sed valeat cum ſuis numinibus delira Ethnicorum religio, quum vna vel ſola in Bethſaidâ prope Hieroſolymas piſcina vel κολυμβήθρα probatica, thermarũ diuinitatem aſſererepoſſit: cuius aquæ auctore Angelo, refluxus omne morborum genus curabat, vt præter Iohannem apoſtolum Nonnus poeta, eius ſimia, teſtatur:

Quare thermæ dicantur ſacræ. Ariſt. ſect. 24. c. 19. Suidas in dictione θερμαὶ λιμνάι.

De piſcina probatica Iohan. 5. Bocardus monach⁹ de terra ſancta, Egeſipp⁹ & Ioſephus.

ἅλμασιν αὐτομάτοισιν ἰδὼν ἐρχούμενον ὕδωρ,
ὅστις πὸτ κυμαίνοι πὸ δέμας φαίδρυνε λοετρῷ,
θερμὰ πτοιηθέντος ἀπορθίστε κύματα νοὺσου,
φέρτερον ἠπείροις ἰδὲν ἐδωκε φάος ὕδωρ.

Publica facta priuata, vires perdunt. Athenæus lib. 3. dipnoſophiſtarum.

Hæc vero eſſe ſacroſancta Dei dona, vel ex hoc potes cõiicere, quod mũdi opifex nullo vectigali onerata, ſed pauperib. locupletibuſq; æque libera eſſe voluit. Reddita namque de publicis priuata bonis, diſpereunt. Saluberrima namque fontis in E-

in Edepſo aqua, ab Antigoni regis publicanis vectigali onerata, exaruit. In Troade, Tragaſei ſalis collectio, vulgo libera, tributo onerata euanuit: tributo ſublato, ſalis copia reſtilis cum fœnore auctior rediit. Pium quoque & ſalutare foret, vt Thermarum domini edicto cauerent, ne inopes hoſpitum exactionibus à Thermarum vſu arcerẽtur. De quarũ ſcaturigine quicquid compertũ habeo, ipſe quoque gratuito in vulgus edidi, ac te celare nolui: quarum vſum & vires alii ante me ſcriptis affatim docuerunt, quæ tu quoque locupletare poteris. Vale.

De Variis Katappeymatωn a capite morbis, ad Philippum Bechium medicum Baſilienſem.

Epiſt. LIII.

TANDEM vero, Bechi, cum ob eruditionem tuam non vulgarem, tum ob conſobrinum meum Georgium Wirth, quo cum in gymnaſio Lipſenſi familiariter vixiſti, mihi perdilecte, quũ ego laboris ſcribendi Epiſtolas pertæſus, iam receptui canere vellem, tabellarius tuas mihi obtulit literas, quibus à me perconctaris, quodnã in humani corporis fabrica membrum, primaria affectione aut communis lege conſortii, pluribus grauioribuſq; affligeretur morbis, aliiſque morborum cauſam ſuppeditaret. Ego vero id caput, aut cerebrũ eſſe reſpondeo: quod nõ raro primogenia intemperatura debile, aut acceſſorie ab epate calido, ventriculo crudo, aut vtero, vel virulenti vlceris vapore, obſtruitur, & excrementis

Capitis repletio & catarrhi, morbum fomes & origo, vt Hipp. lib. de glandulis &

Digitized by Google

locis in homine, & Gal. l. 6. salubrium docent.

redundat : vnde morbo illo Herculeo , quem sacrum , id est magnum , & Comitialem dixerūt, conuellitur : lethargia , veterno, & cataphora ac paraplexia obstupescit , & velut fulmine sideratur. Cerebrum enim, inquit Hippocrates , si ægrotat, magnam perfert cladem : siquidem acredine humoris arroditur, multam sustinet perturbationem : mens ipsa desipit, & cerebrum totum hominem conuellit , ac fere suffocatus nec vocem edit. quæ cerebri affectio nobis Sideratio, græce Apoplexia appellatur. At si non acre, sed copiosum excrementum id infestat , mens quoque ridiculis spectris perturbatur , delirat, & visa expauescit , & homo circumambulat. Proinde quum hæc constent, caput iugi catarrhorum destillatione morborum grauissimorum esse fomitem & causam , inficiabitur nemo : præter vromantes , fallacis vrinæ ex supremo lotii circulo augures : quum non raro nihil vitii indicante supremo lotii in vitreo vase circulo , à capite tamen in membra subdita, os, aures, oculos, dentes, tōsillas , gargareonem , paristhmia , parulidas , laryngis musculos , & alia anginæ diuerticula, fluxiones confertim irruant, & exedant : quas tum gula , tum aspera arteria excipiunt obuias: quam Græci βρόγχον, supremam vero illius partem faucibus affinem λάρυγγα dicunt , primarium vocis articulatæ organum. Hoc quippe iis oblæsum, non raucam modo vocem reddit , sed & catarrhus balneum ingressis vaporulento hypocausti fumo vocem penitus adimit , vel saltem in perpetuum obscurat. Si vero acris defluxio in penitiora thoracis viscera , aut musculos laterum interco-

Cerebri ægritudines.

Verba Hipp. ex libello de glandib.

In medicos vromantes, ex lotio diuinatores.

Raucedini balneū perpetuū obest. Pectoris ex catarrho morbi Galen. & Hipp. vt supra. Oribas. li. 9 ca. 3. Synopseos, de tabe & purulen.

Digitized by Google

tercoſtales irrepſit: tum pleuritis acumen, velut cultelli acies, thoracis interna pungit, pulmonẽ exulcerat, factaque ſuppuratione empyematis purulentos reddit, ac tandem tabe Græcis φθόη dicta è febre hectica macerat corpus. At ſi à capite frigida in ventriculum defertur fluxio, frigida quoque corpus intemperie labefactat, tarditatẽ & cruditatem concoctionis, acidosq; ructus, vel alterius qualitatis ineffabilis parit eructationes, alimentum quoque mala qualitate imbuit, & corrumpit. At calida in ſtomachum defluxio ſitim excitat, fuliginoſas eructationes: qualitatis indicibilis, acresq; humores reddit, qui appetitũ rei abominabilis caninum, aũt vitioſæ excitant, quo vterum ferentes quoq; infeſtantur: quem Græci κίτταν, Latini vero picam dicunt. Quos tandem ventriculus fluxionis vtriuſq; acore laceſſitus, ad ieiunum ac craſſius inteſtinum, colõ, præcipitat: & fluxu alui, lienteriæ non diſſimili, excernit: qui in defluxu vaſa meſenterii nõ abſq; iocinoris detrimento, ſuo lentore obſtruunt, & infrigidãt. Verum hæ à cerebro defluxiones, aliquãdo falſæ pituitæ ſoboles, præcipue emunctoriorũ & omenti, locis pilo obſitis, glandulis, id eſt carũculis ſpongioſis, friabilibus, venarum fulcris, ac præcipue colli ſeſe inſinuant: ex quibus ſteatomata, bubones, ſtrumæ ac χοιράδες, id eſt ſcrophulæ, peculiare porcis (vnde nomen habent) & colli vitium, innaſcuntur. Alius quoque morbus, ait Hippocrates, oritur in homine, ex defluxione capitis per venas in ſpinalem medullã: inde porro in os ſacrũ impetũ facit, quo medulla ipſa fluxionẽ perducit, & in coxendicũ acetabula ſiue iũ-

Ex catarrhi in ventriculum defluxu, alui profluuium. Galen. l. 6. de ſalubribus.

De grauidarum pica, Paulus lib. 1. & Oribaſ. li. 5. Synopſeos c. 1.

A barbaris fluxus cerebralis dicitur.

Glandularum definitio. Hippoc. in principio libelli de glandulis.

Verba Hippoc. ex li. de glandulis. & locus in homin.

cturas deponit : & ſi intabuerit, homo marceſcit, nec ob dolorem viuere expetit : & tempore multo curati, tandem pereunt. Quo morbo duos viros virtute & ſtemmate nobiles: alterũ Neoburgi Wurmſhauſer, alterũ Iohannẽ Caſtnerum Ambergæ, mori vidi. Tam noxii ſunt hi ex capite fluxus, vt etiam externum corporis habitum non relinquant illibatum: ſed quum corporis alimentum corrumpant, ſanguiniq; cõmiſceãtur, nil mirum, quin & corpus ſcabie, pruritus tẽtigine, vitiligine & lepra coinquinẽt, caput quoq; alopecia glabrum reddãt: taceo, quod cum occluſis meatibus, carne ſolida obſiſtente, quum in adenes emergere non poſſunt, in articulos prorũpunt nodoſos & arthritide immedicabili corpus emacerant. Neſcio certe ſi quid aliud tanta morborũ phalange ſanitatem corporis, atque à capite catarrhi, oppugnare poterunt. in quorum & febriũ cura quiſquis peritus fuerit, hunc Medici phyſici honore diuino dignabor : Hippocratis etiam encomio ipſum celebraturus, quo ait, ἰητρὸς φιλόσοφος ἰσόθεος, Medicus philoſophus Deo æquiparandus. Da igitur Bechi quæſo operam, vt hũc diuinum aſſequaris honorem : & Doctorẽ Gratarolum, ac Oporinum, meo nomine plurima impartiaris ſalute oro. Vale.

Oſſis ſacri & cozendicum tabes. vide epiſtolam primi Tomi 42.

Prodagra & arthritis ex fluxibus Hippoc libel. de glandibus & locis in homine.

Verba Hippoc. libro de Medici decoro.

De Natvrali Et Perfecta, Ac *artis illius æmula, mixtione.*

Epiſtola LIV.

QVum vulgus Medicorum ſingula fere pharmaca vel ſimplicium quorum rarus vſus eſt, vel

vel compoſitorum ſcrupulatim congeſtorum aggregatione conficiant: operæprecium me facturũ arbitrabar, ſi quid eſſet mixtio explicarem: quam miſcibilium alteratorum vnionem philoſophi definiunt. Quæ igitur contraria ſunt, & pugnantes in communi elementorum vel ſubiecti materia qualitates acceperunt, ſi liquida facile dirimi ſecarique poſſunt, ea tum ſubſtantia, tum qualitatibus, mixtioni accommodata aſſerunt. Eam vero bifariam, in naturalem & artificialem diuidunt. Naturalem quippe, ex elementorum alteratorum temperamento, calore naturali coadiutore & opifice, conſtare & enaſci perhibent: ac relictis elementorum ſubſtantiis, formis ac qualitatib. actione contrariorũ ad harmoniæ tẽperamentum redactis, alia forma imbui, quæ ſuis facultatibus mixti vnionem conſeruaret ac moderaretur: cuius vniuerſam mixti molem, elemẽtorum partes velut atomos Ariſtot. & Peripatetici potẽtia, Hippoc. vero ac Galen. actu penetrare ac ſubeſſe, rationib. variis probant. Variis namque formis, varia quoq; elementorum & qualitatum miſcella debetur, quæ ex ſimplici elemento fieri nõ poteſt: ex quib. enim mixta cõſtant, eiſdẽ quoq; nutriuntur, vt Ariſt. perbelle docet. At nõ ſimplici, ſed mixto nutriuntut alimento. Ex multorum igitur alteratorum temperamẽto miſcibilium conſtant. ob id olitores terram aquæ admiſcent, qua hortos irrigant, vt plantę alimento fœcundiori felicius creſcant, aſpirante caloris naturalis, ignis vice, concoctione. Omne ſane corpus animatum formam habet ſubſtantialem, qua caloris actione alimentũ contrariũ alito aſſimilat.

De mixtione Ari. lib. 1. de gen. & cor. ca. 10. & lib. 1, c. 7. & 8. Hip. Gal. lib. 1. de temperamẽt. de natura hominis, & de elementis. Alexãder Aphrodiſ. lib. de mixtura.

Nullum nutrimentum ſimplex. Ariſtot. de gener. & corrupt.

Digitized by Google

Naturæ & animæ apud Gal. nomina.

Hæc ædepol naturalis thermarum ac metallorũ in viſcerib. terræ mixtura, vt Gal. lib. 1. de tẽperatura refert, nõ eſt noſtrum, ſed Dei aut naturæ opus: quam modo animã, complexionis κρᾶσιν & temperamentum, & calorem naturalem, ac virtutem informatiuam diuina ex æthere facultate prædita, Galenus paſſim & Ariſtoteles lib. 2 de Gener. animalium cap. 4. appellant. Inquit Gal. Optima corporis formatio bonam quatuor elementorum temperiem eſt ſubſecuta, aut diuinioré aliquam ſuperne originẽ ex æthere habet. Sed quid vltra thematis limites ſermo noſter, velut equus effrenis, orationis conſecutione ſeductꝰ, euagatur? Ad ſcopũ igitur reuerſi, alterã mixtionis ex artis induſtria ſpeciem, naturalis æmulam, interpretemur: quam diuerſorumque miſcibilium concretionem, & aggregatum diffinimꝰ, non actu vel potẽtia, vnum cõpoſitum ex forma tertia accidẽtaria à formis miſcibilium diſtinctã: ſed eſt vnum loco & contiguitate, qualia ſunt electuaria alexipharmaca & antidota, & id genꝰ medicamẽtorũ, quod ex cõtrariis conflatũ eſt. quale eſt ipſum Galeni tetrapharmacũ, ex cera, oleo & ærugine ac reſina, vel adipe coadunatũ: quorum nullum in cauis vlceribus carnem producit, ſed eam vel arrodit, aut putrefacit: ex noua vero mixtionis forma, certa methodi lege attemperatæ fit ex contrariis ſarcoticũ. ita quoq; ex hac artis mixtione, tertiam quoque reſultare, præter miſcibilium formam, Galen. noſter li. Methodi curatiuæ tertio, his affirmat verbis: Ἐ μὲν ὦ ἑτέρῳ, ὡ τῇ συμπλοκῇ τῶν εἰδῶν, ὑ φύλαττουσι τ οἰκείαν ἑκατέρων αἱ ἐνεργειαὶ, ὡς ὅτι ἐνὸς ἑκάστου εἴνεκεν τῶ ὠφελεῖν αἰς νόσοις κ

De tetraphar. Galen. lib. 3. Metho. & lib. 1. de natura hominis.

χρὴ

χρὴ διεξιέναι, ὑπορεῖ τὰ προσήκοντος. Hanc vero artis mixturā qua methodo quis in electuariis, aliorū que pharmacorum compositione assequi possit, Galen libro. 3. Methodi, & de cōpositione medicamentorum generalium abunde docet. Alterā vero naturalem elementorum cum aliis, tum in thermis & metallorum metamorphosi mixturā, nulla vel artis medicæ, vel solers Chymistarum industria potis est consequi: quorum conficiendi auri & argenti ex metallis conatus postremo in fauillam fathiscit, quam mixturam vna cum Galeno non nostrum, sed Dei vnius aut naturæ op⁹ esse ingenue fatemur. Propterea recte Aristoteles, nostrum mixtionis opus non mixturam, sed partium appositionem, velut ex aceruo adgregatum, appellat.

Chymistarum error.

DE ADMIRANDA RERVM NATVRALIVM IN MACROCOSMO, & membrorum microcosmi in morbis Sympathia. Epistola LV.

SVnt in macrocosmo sub concauo orbis lunæ pleraque, quæ tacito vitium consensu diuinit⁹ conspirant: vt aurum, quod nec oleum nec aquā imbibit: hydrargyrium tamen his longe grauius, raptim & auide absorbet: fide in cithara plectro tacta, alia eiusdem toni vnisona intacta simul obstrepit. Magnes lapis ille Herculeus ferrum ad se rapit: cuius affrictu ferreum in pyxide nauigatoria sub vitro pendulum, delibutum, Arcticū semper polum consectatur. Magnetis quoque con-

De magnete hæc August. de ciuit. Dei li. 18. c 6 Orpheus & Theophrastus de lapidibus.

Digitized by Google

De aurea Homeri catena Iliad 8. & de ferrea Plato in Ione, de fur. poetico.

tagione acus aut ex ferro annulus infectus, alter alterum, vt in cathena annulum, sibi connectit. Perinde vero ac fatali quadam causarum consecutione, in sua ferrea & aurea Homeri cathena, à cœlo in terram vsque pendula, annulos indomita Herculei lapidis virtute cohærere, Plato scripsit. Numquid aũt magnum etiam rerum naturaliũ cũ astris consensum, Selenites lapis indicat? quẽ colore lacteo pellucidum, ob id ἀφροσελήνιον, id est spumam Lunæ appellarunt: quod illius cãdor, & in eo lunæ effigies, pro lunæ cœlestis incremento crescit, & decrescit? quod ostracodermois & cetis quoque accidit. Qua ratione ad Origis & Sirii ortum mare quoque æstuat, & procellis fluctuat. Nec tantum macrocosmi astra naturali sympathia cum rebus natura productis, tacito viriũ consensu conspirant: sed hac eadem spiritus etiam ac dæmones afficiuntur, qui (teste diuo Augustino) harum quasi illecebra, lapidũ, herbarum, radicum, animalium, carminum vi, ac suffumigiis quoque capiuntur. Nam & Proclus, Academiæ professor, dæmones viribus cnebisii cardui, magos ad colloquium allicere tradidit. Atqui contrarias quoque his naturali quadam antipathia inesse vires experimur. Adamas enim aut alium magneti obiecta, illius vires obtundunt. Oleum succino alliciendi paleas aut furculos vires adimit. Cucumeri crescenti suppositum, eundẽ retorquet. Alyso hypericoni, ac moly, herbis, tam præsentes contra dæmonum præstigias, veneficia, fascinum & incantamenta subesse antipathię vires, vt hæc lacunaribus in ædibus appensa, veluti luporum capita valuis affixa, hæc noxia & alia

De Selenite hæc Dioscor. li. 5. c. 10. Theophra. de lapidibus, & Plin. & Proclus de magia.

De origine hæc Polybius libr. 2. de bello punico. Pli. lib. 2. Augustl. li. de ciuit. Dei. 18. & 8. ca. 10.

Digitized by Google

alia pharmaca, dæmonum præſtigias & amoliri & expiare poſſint, grauiſſimi tradũt auctores. Tympana cooperculo ex lupi pelle obducta, alia ex corio agnelli cooperta, diſſipari aiunt. Ex hac rerũ naturalium ſympathia, id eſt conſenſu & contagione: ac illarum antipathia, id eſt congenita repugnantia, Perſarum, Ægyptiorum, Æthiopumque magia conſtabat. Ad cuius incrementum Medicina & Aſtrologia adſcita conſpirabat: quorum peritia magi, Indorum Perſarumq; philoſophi admirãda, quæ vires humani ingenii longe ſuperarent, opera effecerunt: quæ vulgus iners ſolis dæmonibus accepta ferebat. Horum magi, ſiderum motus ad explorandam rerum naturalium ac cœleſtium ſympathiam, & opificis terrarum agnitionem, hæc interdiu noctuque ſcrutabantur. Vnde Dauid, regius ille vates cecinit: *οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίημα δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα*: Cœlum, ait, aſtris, quæ ſolus ipſe in numerato habet, choruſcum, gloriam & ſapiẽtiam Dei teſtatur: & ſtabile machinæ eius fundamentum, & opera manuum tanti architecti, etiã in microcoſmi, id eſt hominis fabrica, eius annunciant ſapientiam: in cuius opificio ineffabilis conditoris prouidentia, immẽſa bonitas eluceſcit. Vnde nõ illepide Mercurius Triſmegiſtus, ac Plato, microcoſmum, id eſt hominem, auguſtum Dei templũ & ſimulacrũ dixerunt. Velut enim in numiſmate charagma Cæſaris, ſic in homine Dei conſpicitur ſculptura: quem non abs re miraculum magnum celeberrimi dixerunt philoſophi. Quid obſecro infantis in vtero matris plaſmate, nutritione, ſtato tẽpore, enixu, mirabilius dici vel ex-

De lupinæ & ouillæ pellis antipathia Oppian. lib. 3. de ven. canũ & Boëti. Magicæ artes. Proclusiali ex magia & factificio. Pſellus de dæmonib. Plin. libr. 32. cap. 1.

Dauid. Pſalmo 18. Cicero lib. 1. diuinat. & M. Manil. lib. 1.

Digitized by Google

cogitari possit? Certe nihil. Quibus septem orbis miracula iure cedũt: vt merito quis cũ Martiali, de infantis plasmate & enixu dicere possit:

Barbara pyramidum sileant miracula Memphii,
Assiduus iactet nec Babylona labor.
Nec Triuiæ templo molles laudentur honores,
Dissimuletq; Deum cornibus ara frequens:
Aere nec vacuo pendentia Mausolea
Laudibus immodicis Cares in astra ferant.
Cuncta puerperio cedant miracula mundi,
Infans quo referat claustra pudica uteri.

De prompta ex lib. 1. Epigr. Martialis.

Puerperiũ grande naturæ miraculum.

In hoc namque altissimi Dei opificio, aut microcosmo, viscera sunt tali compage coadunata, vt per venas & neruos, aliosque meatus alterum alteri vicarias cõmodet operas, & in morbis lego cõsortii compatiatur. En vix edito infantulo, vel saltem ad enixũ procliui, natura, altera parens, per communes à matrice venulas vberibus matris sanguinem suggerit: quem vbera carne adenum spongiosa in lac puero ad alimoniã digerũt, & cõuertunt. Pariter pyloron, postremum ventriculi ostiolum, intestino ieiuno annexum, non nisi cibo in ventriculo cõcocto (mirum) dehiscit & aperitur, vt chylum per intestinorũ inuolucra delatum, epar per venas meseraicas attrahat, & in sanguinem iam concoctum per cuncta venosa vasorũ epatis conceptacula aliis viscerib. distribuat. Quid multis? Singula mẽbra natura duce ita cõparata sunt, vt alterum alteri non suã modo operam commodet, sed in morbis quoq; cõpatiatur. Cor quippe & cerebrũ ventriculi orificio valde sẽsili, ob cõmunes tertii à cerebro paris neruos com-

Membrorum hominis sympathia Plato in Charmide.

Digitized by Google

compatiuntur, ventriculus viciſſim in nephritide, renib. & veſicæ à lithotomo inciſæ, cancro laboranti, vna quoq; anatropa afficitur. Ob id Cor. Celſ. ait: Id quoque non ignoremus, orto in veſica vel cole cãcro, ſæpe quoq; affici ſtomachũ, cui cũ veſica quoddam eſt conſortium. vnde accidit, vt nec retineatur cibus: nec ſi retentus eſt, cõcoquatur: neq; corp⁹ alatur. ita quoq; nec vlcus purgari, nec ali poſſit: quæ neceſſario mortem maturant. At id obticere nec debeo, nec poſſum: matricis nempe cum veſica & inteſtino recto & oſſe ſacro, & per cornua eius cum coxẽdice colligantiã, qua per ſympathiam vna affliguntur. Hip. ſane inquit, ὅτι ἀρχῷ φλεγμαίνοντι ἔν τε ὑστέρῃ φλεγμαινούσῃ, ἔν τε νεφροῖσιν ἰσχνὸν ἐπιγίνεται. id eſt: Inteſtino recto & vtero inflammatione laborantibus, aut ſuppuratione in renibus facta, ſtrãguria quoque coincidit. Si vero obſtructis vel natura deſinentibus menſtruis, altera matricis pars his infarcta, aut quouis modo affecta, in coxam decubuerit, tum crus ipſum (ait Galẽ.) quod è regione eſt, per inceſſum claudicat, & dolore iſchiadico miſere torquetur. Quod plus quam cẽties, in menſiũ obſtructione accidere vidi: quas ſecta iuxta internum talum ſaphena iuuit. Id tamen velim exacte perſcruteris, ob quam cauſam vel colligantiam matrice quouis morbo affecta, vel phlegmone ardẽte, aut ob acetabula eius mucore obſtructa, menſtrua impedita purgatione, vel abortienti mulieri ſynciput aut capitis vertex ſemper condoleat. Id Galenus eam ob cauſam accidere arbitratur, quod nullum ſit in corpore mulieris viſcus tam magnis arteriis ac venis, vt

Cordis, cerebri & ventriculi, renum & veſicæ cõpaſſio.

Verba Cor. Celſi ex libro 7. cap. 27.

Hippoc. lib. 5. Aphor. 51. Galen. de Anatomia matric.

Gale. de iſchiad. ex menſtr. retento li. 6. de locis affect. c. 5.

Cranei in vertice, cum ma-

trice com passio. Hippocrates lib. 6. Epidemiar. sectione prima.

matrix est, obseptum: quæ per tempora in cerebrum vsque penetrant, per quas à matrice quoque vapor vsq; ad coronalem, præcipuam verticis futurã ob neruos & panniculos pericranii illi affixos & insertos, doloris valde perceptibilem, omniumque cerebri vaporum emissarium, sedulo ascendunt. Ob quos, mulieres hystericæ, vtero earum quouis modo affecto, synciput suum frigidi onere plumbi oneratum, aut gelidam in vertice gestare se glaciem conqueruntur. Altetum quoque est sympathiæ in hominis microcosmo genus, & membrorum consortium, quo ob congenerem substantiæ similitudinem, morbus de vno membro in aliud transfertur: quod in catarrhorum morbis, & coli ex intestinorum obstructione, ex phlegmate vitreo, aut squibalis torminibus, crebro accidit: vt quum in Italia dolor coli epidemialis passim grassaretur, alii vna morbo comitiali correpti moriebantur: aliis vero coli dolor ac causa, velut i motu decretorio, in extremorum musculos & tendines ἀδρεμόνα relaxatos transferebatur. Quod Paulus Ægineta medicus perbelle his verbis testatur: Colica, ait, quasi pestifera quadam contagione terminabatur πολλοῖς μὲν εἰς ὑπαλγίαν, ἐπίοσις δὲ εἰς ἀδρεμόνα, τῶν κώλων σωζομένης τῆς αἰσθήσεως, τοῖσι δὲ καὶ εἰς ἀμφότερα γένεσιν ἀπόστασις. τῶν μὲν εἰς ὑπαλγίαν μεταπεσόντων, οἱ πλείους ἀπέθανον· τῶν δὲ εἰς ἀδρεμόνα, οἱ πλείους ἐσώθησαν, ὥσπερ ἐν τοῖσι μεταστάσης τῆς αἰτίας. His effectum puto, non has modo, sed etiam pleraſq; alias esse rerum naturaliũ ac cœlestium sympathias: vt quod tauri ferocia, ad ficum alligati, mitescat: carnes quoq; gallinarum aut victimarum eidem appen-

Altera sympathiæ species. Colica terminatur in paralysin.

Colica epidemialis.

Verba Paulæ lib. 3. cap. 18. & cap. 43.

De tauro & gallo, victima ficub. appensis hæc Plutarch. Sympos. 5 cap. 7. & Sympos. 6 cap. 10.

sa

Digitized by Google

ſa arbori, ad concoctionem reddantur φλυαρὰ, id eſt friabiles & teneriores. Quarum cauſas Plutarchus, vt aliorum quoque multorum in ἀποῤῥοίᾳ, id eſt vaporum ab arbore defluuio, non imperite refert. Hæc in ipſo microcoſmo viſcerum ſympathia, vel ob neruorum, alioſque communes meatus colligantiam, vel ſubſtantiæ ſimilitudinem, multifariam quoque accidere ſolet. Ob id medici morbum bifariam diuiſerunt: in affectum proprium ſcilicet, primaria affectione vel διαθέσει actionem corporis aut membri offendentem, quem Græci πρωτοπαθῆ & ἰδιοπαθῆ dixerunt, qui ab alterius membri morbo non dependet. Alium vero morbum, qui ex affectione alterius enaſcitur, quod illius cauſa ab alio mẽbro alteri communicetur, per conſenſum, id eſt ſympathiam fieri dixerunt. quam geminam morbi diuiſionem, Galen. libr. 1. de locis affectis, & li. 6. de ſalubribus, eruditis exemplis abunde declarat.

Sympoſ. 5. cap. 7. & Sympoſ. 6. cap. 10.

Gemina morbi diuiſio.

RHAPONTICA, CENTAVRIVM MAIVS, ac ſymphytum, ſint ne eiuſdem radicis nomina, aut verius ſuccidanea.

Epiſtola LVI.

VEteres medici in radicum cenſu Rhapontícum quoque enumerarunt: quod noſtrates medici alii, à Chirone cẽtauro medico, & Achillis præceptore, centaureum maius dixerunt. Quod Oribaſius, Cæſaris Iuliani medicus, quoque approbat: Qui rheum (inquit) eſſe magnum centaureum aſſerunt, hi mihi melius ſen-

Verba Oribaſii ex 15. collectaneorũ.

Digitized by Google

tire videntur. Nec desunt qui id symphytum, & ob pares virium consolidandi ossa fracta & agglutinandi carnem facultates, consolidam quoque appellarunt. Hic certe optarem medicum aucupii peritum, qui nobis auem χλωίεδα, id est luteam caperet, & illius quoque nidum ostenderet, quem ex solis veri symphyti foliis construere fertur: cuius radix (ait Ælianus) magna cum difficultate reperitur, & reperta maiori eruitur: quæ tamen Seplasiariis, ac Chirurgis non ignota, sub nomine consolidæ non magni venit, ex qua ad fracturas ossium emplastra conficiunt. Nec defuerunt medici, qui id ob pares consolidandi vires Rhaponticũ, alii centaureum maius dixere. Centaurei quippe decoctum venas in thorace ruptas, & alia interna corporis, costas, ossa & viscera lapsu vel quauis succussione fracta, aut rupta, vel conquassata consolidare, & astrictionis facultate coadunare crebro experitus sum. Cæterum hæc non esse vnius radicis nomina, sed potius alterum alterius αἰτιβαμίμενον, id est succidaneum, ex Philagrii contra asthma & sanguinis de pectore excreationem remedio, quod Aetius his verbis repetit, clare intelliges: συμφύτου πτεραίου ῥιζῶν, κενταυρείου μεγάλου ῥίζης, ἴριος ἰλλυρικῆς, αἱ αν γρ. β. ὕδατος ξ.α. θλάσας ταὶ ῥίζας, βρέχε πρὶ ὕδατι ἡμέρας β. ἔπειτα κόψας ἔψε εἰς τρίτον, καὶ διηθήσας ἐπίβαλλε μέλιτος τὸ ἴσον τῷ ἀφεψήματος, καὶ ἔψε μέχρι στραφῶσιν. εἶτα κόψας, σήσας ῥίζης πευκεδανικοῦ γρ.α, ὀπὸς πάνακος καὶ εὐμώσας δι' ὅλου σὺν σκόρδῳ ὕραν τῆς ἡμέρας ὄσον κοχλιαρίου β. εἰ δὲ μὴ πανείη ῥέον κενταυρείου μεγάλου ῥίζαν κόψας, σήσας, ἔμβαλε τοῦ γρ. α, ἢ συμφύτου ῥίζης πόσον. παρέχει τὸ φάρμακον τῷ πνεύμονι & θώρακι. id est:

Ælian. lib. 4 de natura animal. cap. 47.

Aëtius li. 8. cap ξ. hæc Philagrii repetit. Electuarii ad asthma compositio.

Acci-

Accipe ſymphyti petræi, centaurii maioris, radicum ireos Illyricæ ana ʒ ij. aquæ xeſtum vnum, radices contritas macera in aqua biduum, poſtea decoque donec tertia pars exhalauerit. deinde colato: & tãtum mellis, quantum decocti reliquũ fuerit, iniice, & decoque ad cõſiſtentiã. poſtea cõ quaſſato, & colato: deinde inſparge rheuponticiʒ. i. coadunato, & ad primam diei horam quum Iluxerit, patienti cochlearia duo præbeto. Si vero rheuponticum non affuerit, tum centaurei magni radicem contunde, per cribrum excernito, ʒ. i. inſparge: aut ſymphyti radicis tantundem Hoc ſane (ait) pharmacum pulmoni & thoraci robur præbet. Ex hac remedii deſcriptione patet, vulgarẽ illã officinarũ radicem, quam rhaponticum appellant, non eſſe ex India rhabarbarum, ſed ex Ponto rheuponticum: quod Oribaſius eſſe centaurium magnum credidit. Eſt & alia huius nominis, herba, cuius decocto veterinarii medici ruptã & in corporibus quadrupedum conuulſa conſolidabant. de qua inquit Abſyrthus: eſt herbą quædam mœnibus & ſaxis vernacula, intra quæ proſilit, quam medicorũ natio Polygonium vocat, vulgus Symphytum: Macedones Oſteocollon, alii Talantion appellarunt. hac tradunt carnes coaleſcere, ſi vna coquatur: ideoq;, quod partium diuortia cõmittat, & ſeparata cogat, Symphyti nuncupationem obtinuit: itidemque quod oſſa fracta ferruminet, Oſteocolli nomen accepit. quam Dioſcorides nomine corrupto male Holoſteon, id eſt, ex integro oſſeum appellat. Quum hæc ſit herba mollis, quæ perpetuo viret, viuitq;, foliis vidua,

Dioſcor. lib. 4. c. 12. error & emendatio.

Digitized by Google

ramulos inſtar iunci penſiles & cirratos tenuioris procetiorisque ſpartii ſimiles ſpargit, viridem eruunt, lectamque vino concoquunt, donec tertia liquoris pars ſuperſit, quo ſuas equas & mulos Hiſpani ſalinant, quo medicamento ad coercendos morbos vtuntur. En obſecro, in quam amphibologiam nominum pluralitas & æquiuocatio medicos coniecit, vt nemo certo definire poſſit quæ radix ſit veterũ Rheuponticum, centaureum, aut ſymphytum, vel Dioſcoridis oſteocollum, aut conſolida.

De Calcvlis in Vesica, Renibvs, *fellis folliculo, tonſillis ac pulmone genitis. Epiſtola* LVII.

QVa ratione plaſtes ex argilla & ſabulo ſiue glarea lateres & vaſa fictilia fingunt, quę tãdem in clibano ignis feruore in lapidis duriciem ſiccantur: pariformi ratione ex aduſtæ bilis aut ſanguinis arenulis, viſcido flegmatis lentore cõpactis, in cauitate renumque feruore, velut in clibano, calculi coaleſcunt: quos lotii affluxus non ferendo dolore, futuri lapidis ſeminaria in veſica per vreteras protrudit, in qua expituitę alluuio, velut puluis Pureolan⁹ fundamẽtis ædificiorum in æquore aut vndis ſubſtratus, arenulæ & calculi renales in ſolidã lapidis griſei aut nigri molem coaleſcunt. Nec tantum in renibus & veſica, ſed in fellis folliculo, bilis quoque epatis aduſtione in lapidem concreſcit: in quo, diſſecto Friderici ducis Saxoniæ, Cæſaris Romani Electoris, corpore, tres iuſtæ molis lapides reperti tradun-

Digitized by Google

traduntur. Neoburgi ad Danubium, virgo Vestalis continuis sub hypochondrio dextro tormínibus affligebatur: quum medici nec causam tam diuturni doloris reddere, nec opẽ ferre possent. Defunctæ corpus illustrissimus princeps Ottthenticus Comes Palatinus dissecare iussit: in quo cætera viscera, præter epar, illæsa reperta fuere. De quo folliculus fellis, pondere lapidis inclusi pendulus, in substratum intestinum procubuerat: quod (mirum) inoffenso fellis vtero, motu attriuerat. Alexander Trallianus à Mesue ἰατρὸς dictus, scribit se virum vidisse, qui quum tussi sicca ad tabem vsque maceraretur, eique diæram frugi ex humectantibus & temperamento leniter frigidis indixisset, tandem' oborta tussi ex pulmone lapidem quidem durum, exquisite tamen leuem eructasse: qui pauimento illisus, resiliret: patiens tussi leuatus fuit. Haud vero dissimilis adeo calculi historia nobili viro Spanegker, ecclesiæ Ratisponensis Canonico, accidit: qui ob lapidem quoque in tonsillarum faucium abscessu concretum, continua affligebatur tussi. Eius fauces quum medici quidã ex balaustiis, rosis, lauro Alexandrina, ac aluminis decocto, & aliis siccantibus colluere iussissent, quibus humore abscessus tenuiori absumpto, ex grossiori derelicto lapis magis accreuerat, adeo vt laryngis musculos tumor fere occupasset: alii vero medici Bechica, tussis remedia, ad nauseam vsque diu frustra exhibuissent: ego tandem accersitus, suasi, vt non exsiccantibus, sed mollificantibus & maturantibus fauces affectas crebro collueret, nempe tepido ex maluis, ficu-

Hanc lapidis ex pulmone historiam Trallian' lib. 5. c 4. recensẽt.

Langii calculi in tõsillis cura.

Digitized by Google

bus,radicis altheæ decocto elueret,in quo momentum diamori maturi dissolueret: à colluuione vero de electuario stomatico, quod ex mellis despumati ʒ. 2.butyri recentis insulsi ʒ. 1. puluereireos ϑ. 1.aut nucleorum tribuli marini farina coadunata, triduum lamberet : quo tumore emollito,oborta ex destillatione valida tussi, calculum gypseum excreauit, similimum tophis, qui intra digitorum articulos chiragra laborantibus accrescere ex pituita solent. Neque vero olim hic morbus adeo rarus fuit. Paulus quippe Æginera, Alexandro Tralliano posterior, refert, quendam hæmoptoicum post diuturnam tussim,in copioso sanguinis sputo quatuor aut quinque lapides triplici aculeo, tribulis aquaticis similes, pondere trium aut quatuor ceratiorum, eructasse: ac tandem tussi interpolata tabe periisse. Ad hæc inquit quoque Paulus, ὁ δὲ Γαληνὸς ἱστορεῖ, ℰ λίθον τινὰ διὰ τῆς ἕδρας ἀκκεῖσθαι κατὰ τὰς τενεσμώδεις συστάσεις. id est: Galenus testatur quendam tenesmo,id est crebro & inani egerendi per intestinum rectum appetitu laborantem, lapidem excreuisse. At Paule mi,quam vellem nobis testimonii huius locum in Galeni libris nominatim indicasses. nam Galenus in libro de locis affectis, id nunquam se vidisse, his conceptis verbis ingenue fatetur: Scribunt, inquit, nonnulli: quod à forti egerendi conatu præcedente dolore vehemente, aliqui lapides callosos deiecerunt, his qui in vesica gignuntur haud absimiles id quod ego neque vidi, neque alium qui viderit vnquam audiui. At, Galene, testem tibi proferam fide dignum, qui id viderit: nempe Gen-

De calculi in pulmone historia Paulus lib.3. cap. 28.& cap. 31.

Gal.testimonium citat Paulus lib.3. cap.41.

Galeni ex Paulo cõtradictio.

Verba Galeni ex li. de locis affectis cap.4.

Digitized by Google

pe Gentilem Fulginatem, Auicennæ interpretẽ, qui bis id ſe vidiſſe ſcribit: Nuper, inquit, quum hæc ſcriberem, laudabilis vir magiſter Ioannes Iuliani de Forliuio miſit ad me lapidem, ad communis nucis quantitatem, vomitu expulſum, poſt ſtomachi dolorem: & erat illius lapidis durities gypſi poſiti in ædificiis, & lapidis forma inſtar oui erat oblonga & rotunda. Recte quoque ob id inquit Auicenna (id quod in noſtris Epiſtolis quoque aſſerui) Non oportet vt negentur ægritudines, quas non contigit videre in tempore quodam, & regione quadam. nam eſt quoque ægritudinum epidemialium ortus & occaſus, & omnium rerum viciſſitudo, non tantum in morbis humani generis, ſed etiam brutorum. Nam lapidem nigrum pondo vnius libræ, equo ex veſica mortuo exemptum vidi. Lapides quoque in maxillis equorum concreuiſſe, Abſyrthus, non illaudatus artis veterinariæ medicus, auctor eſt. Ita quoque quædã morborũ genera eſſe nobis cũ brutis communia, te latere nolui.

Auicenna quarti tract. 2. ca. 69. & Gentilis ibidẽ copioſe.

Abſyrthus hæc lib. 1. artis veter. ca. 18.

De Medicamentis Ex Pvlvere Vitri, & auicula trogladytide, lithontropis, id eſt lapidem atterentibus.

Epiſtola LIIX.

IN cenſu medicamentorum, quibus lapides in renibus & veſica attriti excernuntur, puluis vitri aduſti, & auicula troglodytis, ſuffragio omnium medicorum prærogatiuam habent. Quavero induſtria vitrum aduritur, nec noſtris phar-

Digitized by Google

macopœis ſatis notum eſt, nec factionis Arabum aut Græcorum medicus aliquis exacte docuit, præter Auenzoarem: qui iubet accipere vitri fruſtum cryſtallini, denſum tamen & perſpicuum, alchitra, id eſt pice ex terebintho delibutum, prunis impoſitum, donec pice inſumpta, rutulo ſplendore choruſcet. hoc forpice exemptum, & aqua extinctum, iterumque pice illitum igni ſubdere iubet, donec excandeat: ac deinde igne iterum exemptum, aquæ immerſum extinguatur. idque cum ſepties reiteraueris, tandē in puluerem vt alcohol conterito: de quo aureus vnus mane vino albo exhauſtus, abunde calculos veſicæ conterit, vt Galenus & Auicenna docent. Nec mirum vitrum his prædituм eſſe facultatibus, quum non modo (teſte Galeno) ex terra fabuloſa, puluiſculis vitri micante, ſed ex

Vitrum ex quibus fit.

diuretico etiam quercus, fagi, phyllitidis, herbæ anthillidis (quam Arabes cali vocant) addito certo pondere ſaxi candore perſpicui, ex Arabia, Ægypto, in oppida maris Adriatici aduehi ſoliti, & in clibano colliquefactis, cryſtalli inſtar candidum & perlucidum conficiatur vitrum. Anthillis quippe, ſiue cali, ex qua Chymiſtæ ſal

Sal alkali.

Alkali conficiunt, & mulieres fucum ſibi parant (vt Dioſcorides quoque tradit) vrinæ difficultati & nephriticis quoque medetur. Ob id Auicenna & Auenzoar, ex puluere vitri vſti electuarium lithontropon tale compoſuerunt, vel ex lapide Iudaico: Gumi ceraſorum, lapidis ſpongiæ marinæ, corticum melonum, ſucci liquiriciæ recentis ana ʒ. 4. auellanarum ʒ. ſ. dauci & vitri vltramarini combuſti, aniſi, alhaſce ana áur. 8. pinea-

nearum mundatar. amygd. amararum excort. ana quoq; aur. 8. piſtetur quodlibet ſeorſum: deinde vna piſtatis cum ſyrupo liquiriciæ coadunentur, & quamlibet libram inſparge balſami optimi aur. 2. ſeruenturin vitro vltramarino denſo, de quo patiens mane aur. 4. ſyrupo violarum & aqua hippuri diſſolutos, aliquoties hic vitri aduſti puluis prodeſt, ſed (vt Paulus quoque refert) ὕαλος ὑχνοειδὴς ὑπαπτομένη τοῖς αἰγιλώπωις θαυμασίως ξηραίνει: ideſt, Puluis vitri pulueruleutus inſparſorum oculorum ægilopis, mirabiliter eos ſiccat. At paſſerculi troglodytidis diſſipandi calculum vires etiam, medicorum anteſignani laudibus ad cœlum vſque efferunt. Et ſane hic paſſerculus omnium auicularum, excepto regaliolo, minima: cui colore inter viridem & cinericium medio, & roſtri inſtar acus acumine aſſimilatur, in vertice aureo pennis decora: hyeme intra ſepes & muros oberrat, dum breui volatu crebro ſubſidet, caudam tremulam erectam profert. Hic paſſerculus ſale tantum maceratus, & crudus & integer comeſtus, calculos conterit, & cum lotio excernit, renaſcique prohibet. At cinis quoque integri, in olla vitro ex lithargyrio, & plumbo oblita combuſti, per ſe cum piperis ac folii Indi momento, ex melicrato abſorptus, eadem nephriticis præſtare commoda tradunt. Sunt qui hanc auiculam, ob aurei coloris in capite pennas, lingua Germanorum vernacula Goldthenſen appellant: quarum ingens multitudo tempore hyberno in ſyluis paſſim oberrat.

Actius in capite de cura calculi hanc auem exacte deſcribit.

QVID SINT IN MAGIA NATVRALI ἴυγγες, & aliis ἴυγξ venefica.

Epistola LIX.

NE mireris, Nicolae Ruggker, gener multis nominibus obseruãde, quod dũ medica tracto, toties ad volucrũ, charadriæ & troglodytidis, aliorumq; animalium historiam diuertam. Non temere, Nicolae, id fit. Nam aucupium & venatio præclara etiam olim erãt corporis exercitia. Atroces enim bestias, inquit Eusebius, exercitationis bellicæ gratia diuinitus productas ducimus. Nihil enim magis corpus ad laborem, & animos ad resistendum hosti corroborat, quã venatio. Ob id Alexander Macedo, Cyrus, aliique Persarum reges sedulam venationi & aucupiis operam nauarũt, non ad saginam corporis, aut vt penum locupletarent: sed vt vires corporis caloremq; naturalem, sanitatis ergo, fouerent & roborarẽt, volucrum ferarumque historiam & naturam explorarent, & agnitam posteris designarent. Alexander certe rex id præceptori suo Aristoteli mandauit. Apud Latinos autem fere, præter Plinium, nullus reperitur, qui harum historiam conscripserit: cui vni Latium debet, quod Aristoteles, Theophrastus & Dioscorides latine loquantur. Horum quippe interpretibus verba & herbarum nomina alioqui defuissent. Id quod in aue illa Græcis & Magis decantata, quæ ἴυγξ dicitur, plane accidit; cuius historiam nullus Latinorũ aut Græcorũ, præter Pindari in Pythiis interpretem, descripsit his verbis: ἴυγξ ὄρνεον πεποικιλμένον τὴν πτέρυγα, μακρὸν τράχηλον γρῶσ-

Eusebius lib. 8. de præparatione euãgelica c. 5. Venationis laus.

Plinii laus.

Verba & historia de iynge ex interpretis Pindari scholiis.

γλῶσσαν ἔχον ὑπερμακρὰν ὑπὲρ τὰ μέτωπα, πυκνῶς ἀμειβομένην καὶ ἀνελίττουσαν τὸν τράχηλον. ἔστι δὲ ὄρνεον ἀλεκτρυόνος μικρὸν, ποικίλον τὴν πτέρυγα. ταύτην δὲ τὴν ὄρνιν ἀλεκτρυόνα καὶ φαρμακίδες, ἐνδήσαντες αὐτὴν εἰς τὸν ἐρωτικὸν τροχὸν. λαμβάνουσι δὲ αὐτὴν, διαμελίσαντες ὀξεῖ ξύλῳ νεὸς, ἢ ἀεὶ ῥίμβουσιν ἅμα ἐπᾴδουσαι. οἱ δέ φασιν ὅτι τὰ ἔντερα αὐτῆς ἐξελκύσασαι, καθάπτουσι τῷ τροχῷ. Id est: Iynx volucris versicolori pluma variegata, collo procero, linguam habet longo exertã & prominentẽ: cum qua dum collum versatile circũagit, crebro vibrat, ob id quoque tortilla dicta. Mulieres veneficæ hanc ad amatoria philtra & ἐπῳδὰς expedire aiunt. hanc arreptam quadrifariam alis & pedibus rotæ alligant, quam crebro versant. carmina quoque occinunt, quale est illud, quod Simætha apud Theocritum in Pharmaceutriis crebro repetitum succinit,

De tortilla hæc Ælianus lib. 6. cap. 19. & 32.

ἴυγξ ἕλκε τὸ τῆνον ἐμὸν πρὸ τὸ δῶμα τὸν ἄνδρα,
χὠς δινεῖθ' ὁ δὲ ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτας,
ὡς κεῖνος δινοῖτο πρὸθ' ἁμετέρηισι θύραισιν. id est:

Theocrit. in Idill. 2.

Iynx redde domum mihi Delphida, redde maritum, Æreus vt rhombus conuertitur ab Aphrodite: Sic voluatur præceps ad hæc mea limine Delphis. Alii asserunt, viscera iyngis exempta radiis rotarum implicare fagas, quibus versis sollicitare ad reditũ amantes. Vnde Ælianus de historia animalium, ἴυγγας, inquit, ἐρωτι καὶ ἄνθρωποι φασὶν εἶναι πιστούς. id est, Dicunt homines, Iynges esse amoris philtra, & illecebras siue delear. & perinde vt paguri musica è littore maris in continentem alliciuntur vt capiantur, sic amatores Iyngis veneficio capi & inescari. Eam ob causam magi rerum naturalium sympathias, odia & illecebras, quibus cum astris consentiunt & conspi-

De iyngis philtro Ælian. lib 9. cap. 13.

De pagutis hæc quoque Ælian lib. 6. cap. 31.

Digitized by Google

Hanc comparationē scribit Picus in oratione Romę habita.

rant, iynges quoque appellarunt: quibus vulgo admiranda & incredibilia naturæ, non dæmonum viribus, opera efficere poterant. Quod erudita comparatione, Ioannes Picus Mirandulæ Comes,& admirandæ eruditionis princeps, his conceptis verbis perbelle declarat: Sicut,inquit, agricola vlmos vitibus, ita magus terram cœlo, id est inferiora superiorum dotibus, virtutibusque maritat & copulat. Quod diuus Augustinus in libris de Ciuitate Dei quoq; asserit. Hanc autem semel mihi visam,collum prorsum & retrorsum more serpentis se apricantis intorquentem, recordor. Coloni interrogati, quæ nam hæc esset auis? Windhals appellari aiebant: quam tamen crebro in piscinis inter cannas, vt Ælianus ait, velut obliqua tibia mugientem audiui: quam tum agricolæ rogati lingua vernacula, ob mugitum Wasserochs& rhuerdrommel nominarunt. Errant itaque toto cœlo, qui hanc auem motacillam, cauda tremula prope flumina inter saxa oberrantem, esse credunt: quum motacilla nec collum versatile, nec linguam prominentem habeat, nec voce bouis illi respondeat. Hæc enim veluti sibilo fistulæ obstrepit: illa vero bouis instar mugit. ideo ἴυγξ, à verbo ἰύζω, id est,clamo,dicta.

De magis hæc Augustin. lib. de ciuit. Dei 18. & li.8.c.10.

De Iynge Ælianus lib.6. cap. 19.

De Tempestiva In Febribvs *venæsectione, purgatione & crisi, contra ἐφημεριδογράφους astrologos, & horum Ephemerides. Epist.* LX.

ANnus iam, Petre Lotichi, qui eruditione nulli es secundus, præteriit, quo Heidelber-

Digitized by Google

bergam accerſitus es, vt medicinam publice hic doceres: ægrotis quoque conſilio tuo & opera adeſſes. in quorum cura id tibi vel maxime diſplicebat, quod vulgus ita clyſteria, & alia alui purgatoria pharmaca, venæ quoq; ſectionem, & ob affuturam criſim tenuem vel ſaltem ſobriam victus rationem abhorreret. Et iure ſane tibi medico perito diſplicuiſſe id arbitror. Nam, me iudice, nephas homini, & naturæ opprobrium foret maximum, animalia rationis expertia ſuis morbis tempeſtiua venę ſectione, corporiſq; purgatione mederi poſſe: hominem vero horū imperitia perire. Hippopotamus ſagina corporis oneratus, Nilum egreditur, ac veprium aculeis accubat, quibus venam pertundit. Canis ad iram pronus, ventriculo bile onerato, eſu graminis ſe vomitu purgat. Ibis auis, ciconiæ ſimilima, Ægypto peculiaris, inteſtinis eſculentorum recrementis nimium farctis, aquam maris roſtro colloque oblongo hauſtā in inteſtina collo retorto eructat, & ea tanquam clyſteri eluit. Quid vero cōmemorem, quod temporum quoq; diſcrimina ita probe norunt, quidq; operis quouis anni tēpore moliri debeant? Formica ſagax intempeſtatum animalculum, interluniis quieſcit: plenilunio interdiu noctuque laborat. Nec halcyones Vergiliarum occaſus latet, quo æquore tranquillo, ex aculeis piſcium, quibus veſcuntur, ſeptem ante brumale ſolſtitium dies, nidum pilæ inſtar rotundum, natatilem, ægre explicabilem, admiranda induſtria conſtruunt, ac ipſa bruma fœtificant: quarum incubantium dies, etiam tum in Siculo freto nauigabiles, nautæ halcyonides ap-

De brutorum medicamentis Plinius, Ælian. Plutarch.

De formica hæc Pl. li. 2. c. 42. & lib. 18. cap. 29.

De halcyone Pli li. 10 ca. 32. li. 2. c. 49. & lib. 32. cap. 5.

Digitized by Google

pellant. Ex harum nidi luto medicamentum fit halcyonium, quo omnes corporis næui ac lentigines abſterguntur, ac obliterantur. At hæc quę brutis & volucribus ſunt explorata, & nautis atque agricolis obſeruata, medicum ignorare, non vulgaris inſcitiæ eſt dedecus. Ob id Hippocrates inquit: Medicũ maxime oporret obſeruare magnas temporum mutationes, vt nec in illis vltro medicinas exhibeamus, neq; qua circa ventrem vramus, aut ſecemus, priuſquã præterierunt dies non pauciores decem. Periculoſiſſima ſunt etiam ambo ſolſtitia, maxime vero æſtiuũ. Periculoſum etiam vtrumque æquinoctium, magis vero autumnale. Oportet autem, inquit, & aſtrorum exortus conſiderare, præcipue canis, deinde arcturi & pleiadum occaſum. morbi enim in his diebus maxime iudicantur: alii perimunt, alii deſinunt, aut in aliã ſpeciem tranſmutantur. Hæc ſane partium anni pro ſtellarum & ſiderum octauo orbi infixorum occaſu & ortu diſcrimina, tempeſtatumq; mutationes, medico ob id obſeruandas, recte paſſim Hippoc. monet. Ex harum quippe mutationib. totius anni quoque conſtitutio explorati poteſt. Ex qua rectam victus rationẽ, à morbo vulgari præſeruatricem, præſcribere, futuroſque morbos non ambiguo prognoſtico medicus deſignare poterit: vt Hippocrates mira, ſed erudita, Laconum more, breuitate, lib. 3. de dięta, & in aphoriſmis docet: & Cor. Celſus illius veſtigiis innixus, lib. 2 vberius explicat. Proinde quũ hæc anni tẽpora, à genuina ſua & aëris cõſtitutione degenerauerint, horũ permutationes parere morbos in confeſſo eſt.

De nautis & agricolis hæc Pl. lib. 18. ca. 29. & M. Varro de re ruſt. li. 1. cap. 28. & 37. Columella quoque.

Hipp. de locis & aquis medicum obſeruare tempora iubet, & libr. 3. de diæta.

De Pleiadum & aliorum ſiderum octaui orbis ortu & occaſu, Hyginus, M. Manil. Gal. lib. 1. Epide. Hippoc.

Qui

Qui ſi magni ex humorũ circa præcipua viſcera obſtructione, phlegmone, putredine, vaſorum repletione, aut circa præcordia abſceſſu, cũ febre incruduerint: ſi puerilis ętas, viriũq; imbecillitas, & anni tẽpora non obſtiterint: tũ quoq; indigeſta humorũ corporis mole, venã κατ' ἴξιν, id eſt (vt Hippocrates ait) edirecto, in corpore vero plethorico etiã ex loci affecti oppoſito, incidito. Saluberrimũ, inquit Galenus, eſt in febrib. ſecare venã, non in continuis modo, verum in omnib. quas putreſcens humor ex obſtructione concitat: preſertim ſi nec vires, nec ętas vetant. Leuata namq; onere, quę noſtrũ regit corpus natura, nec proprii oblita muneris, id quod concoctioni nõ contumax eſt cõcoquet: & id quod eſt noxiũ, cõcoctione ſequeſtratũ excernet. Eadẽ ratione purgatio plurimũ quoq; proderit, etiam morbo adhuc indigeſto, ſi in principio morbi humorũ copia redũdauerit: phlegma aũt, & vtrãq; bilẽ leui alui deiectorio pharmaco expurgare. de quorum cenſu ſunt, ſiliqua Ægyptia, chamar Indorum, mel ex Neapoli aërium, aut vetus Arabũ ex roſarum recentiũ diluto muccharum: aut his efficacius, ex rheubarbaro & agarico diluto, in quo mãna diſſoluta fuerit: aut ſaltem alui excrementa, ac circa lactes & meſenterii venas humorum exuuias clyſteri expurgare: aut ſi circa ventriculum faſtidium, naulea, torminave affuerint, tũ regurgitãtes in principio paroxyſmi in ventriculũ humores, vomitu quoque expurgare proderit. Atqui admiratione non caret, quod Auicenna, factionis medicorum ex Arabia princeps, tutius poſt morbi concoctionem incidere venã conſec,

Phlebotomię ſcopi. Gal. lib. 9. Methodi, & lib. 1. ad Glauconem.

Verba Galeni ex li. 11. Method.

De purgatione mi-norativa.

De muccharo Meſue cap. de Syrupis.

Vomitus in paroxyſ. principio vtilitas. Error Auicennæ de phlebotomia, quarta primi.

Hunc Hippocratis locum exponit Gal. li. 2. Aph. 29. & Drusianus mo nach. lib. 3 Microtechni cõmento 12. & Gal. de optima. secta.

Diuinus vero Hippocrates, medicorum coryphæus, in Aphorismis nobis edixit: quum morbi inchoarent, si quid pharmaco aut venæ sectione mouendum videretur, id sinere vel negligere nõ oportet. dum autem morbus in statu concoctus consisteret, aut vigeret, satius esse quiescere censuit, ne humorum concoctio, aut per crisim excretio impedita, alio natura diuerteret. Sed dic amabo, quid opus est in phlebotomia humorum digestione, dum natura, non vt in crisi decretoria, hanc molitur euacuationem, sed absq; naturæ subsidio, solius chirurgi opera, venæ sectio nullo humorum delectu aut sequestratione, omnes qui in venis delitescunt humores, indiscriminatim vna æqualiter prolicit? Nulla igitur in venæ sectione opus est humorum sequestratione, per digestionem facta. Quæ si in morbi fuerit principio neglecta, ex sanguine morbo vires & alimentum accrescent. Proinde si causa morbi euacuationem indicauerit, & vires ac ætas consenserint, tum nulli dierum numero addictus, nec geminorum aut alios infaustos lunæ cum Saturni aut Martis sidere aspectus aut schematismos, id est configurationes veritus, non sexto modo vel septimo, sed etiam diebus sequentibus venam incidito, etiam noctu, si morbus non fert inducias. Si vero morbi materia turget, aut corpus vitiosi humoris sentina oneratum fuerit, præstat certe primum corpus etiam, morbo indigesto expurgare: ac si morbus permittit cunctationem, humores digerere cõcoctione præparatoria. Concocta enim, venerandus ille ex Coo senex inquit, medicari oportet, non cruda, modo non

Phlebotomia non requirit humorum digestionem.

Hipp. li. 1. Aph. 22.

Digitized by Google

non turgeant, aut intra viſcera principalia fluctu ent, vel illis ſe inſinuent. Eſt quippe duplex humorum digeſtio; quædam artis beneficio præparatoria, qua humores & corpus ad expurgationem præparantur. πὶ σώματα, inquit Hippocrates, χρὴ, ὅπου τὶς βύλεται καθαίρειν, τύρα ποιέειν. id eſt, Corpora, ſi quis purgare volet, oportet fluida facere. Fluida vero redduntur, ſi meatus obſtructi, radicum aut herbarum decocto vel electuario reſerantur: & humores lentore ad excretionem contumaces, melicrato in quo hyſopus vel vtrunque origanum, thymus aut pulegium incocta fuerint, quæ viſcedinem humorum diſſecent ac extenuent: tenues vero admodum, & bilioſos, præcipue ex catarrhi defluxu, adæquent. Alia vere eſt digeſtio naturalis, quæ eſt ſubſtantiæ alimenti congenita membrorum temperie & proprietate, ac caloris naturalis viribus, præcedente alteratione, in aliam aliti ſubſtantiam tranſmutatio. Eſt quippe calor naturalis inſitus ac diuinitus omnis concoctionis opifex, & quaſi ἀρχιμάγειρος, in cuius concoctione aſſidue fit humoris vitioſi à ſalubri ſequeſtratio, & in die decretorio per κρίσιν excretio: aut natura deſide, reliquiarum per pharmacum commoda expurgatio. quam Hippocrates perbelle, lactis coagulo concreti ſecretioni comparat, ac turbationem his verbis appellat: Etſi, inquit, depurgetur homo, humore turbato ſecernitur quantum eius, plus quam commodum erat, redundarit. Et habet hæc res, inquit, ſimilitudinem ad id quod Scythæ faciunt ex lacte equino. Lac enim in caua vaſa lignea diffuſum conquaſſant. Illud,

De digeſtione præparatoria hæc Hipp. lib. 2. aph. 9.

De digeſtione naturali.

Verba Hipp. ex lib. 4 de morbis.

Caſeus equinus.

Digitized by Google

dum turbatur, ſpumeſcit ac ſecernitur. & pinguo illud, quum leue ſit, in ſuperficie conſiſtit: graue vero & craſſum, deorſum ſubſidet: quod ſecretũ ſiccant. vbi concretum ac ſiccatum fuerit, id hippacem vocant. At ſerum lactis medium locum tenet. Sic quoque fit in homine, dum turbatur humor, quicquid eius in corpore hominis diſparatur, & in ſuperficie bilis conſiſtit, leuiſſima enim eſt: ſecundo loco ſanguis, tertio pituita, grauiſſimus autem humorum omniũ eſt aqua, hic enim atram bilem appellat, quæ veluti fex in fundo ſubſidet. Ob id ægre concoquitur, & difficilius expurgatur: & ob id ex ea morbi chronici & vlcera chronica, Eſthiomena, Sephiros, cancer, cancrena, polypus, Græcorum Elephantiaſis, Latinorum lepra, naſcuntur, concoctioni penitus contumacia, quæ nullis medicamentis ad ſuppurationem cogi poſſunt. Proinde temere agunt, qui mox in principio quartanam febrem medicamentis catharticis, aut venæ ſectione, cõtra Gal. conſilium Glauconi datum, curare audent. Sed ſatis de his dictum arbitror. Cæterum quum hęc Petre Lotichi, tibi dudum tuis notiora fuerint vnguibus; tamen ſi diligens lector eadem malit Græce conſcripta legere, is Actium Amidæũ, qui ex Antillo medico vniuerſa quæ Hippocrates & Galenus de digeſtione & purgatione docuerunt: erudita breuitate libr. 3. peritringit, adire poteſt: quæ tamen & ipſa vt exactius commilitones tui intelligere poſſint, illud quoque addere viſum eſt. Vt gemina humoris noxii concoctio, ita quoq; eſt gemina illius ſequeſtrati euacuatio. Altera enim eſt naturalis, quæ materiam, morbi, na-

Hipp. atrã bilem aquam paſſim dicit.

Atra bilis digeſtioni cõtumax, ob id ex ea morbi fiunt diuturni & incurabiles.

Quartana in princip. medicament. non irritanda.

Vt duplex digeſtio, ita duplex eſt quoq; euacuatio.

Cuius euacuatio naturalis.

Digitized by Google

bi, naturali calore digestam, in morbi conflictu, natura corpus gubernante duce, in diebus decretoriis, κρίνει, id est excernit: quam crisim vocāt. est enim crisis, inquit Galenus, Ἔξαρπος δὲ νόσου μεταβολὴ, ἢ πρὸς ὑγίειαν ἢ θάνατον. γίνεται δὲ τῆς φύσεως διακρινούσης ἀπὸ τῶν χρηστῶν τὰ μοχθηρὰ, καὶ ἀποκενούσης πρὸς τὴν ἔκκρισιν. id est, Crisis est repentina in morbo aut ad sanitatem vel mortem permutatio: fit enim natura discernente malos humores à bonis, & noxios ad excretionem præparante. Expellit autem eos vel sudore, lotio, vomitu, narium hæmorrhagia, alui fluore, per abscessus, exanthemata, aut scabiem. Si vero non fuerint exquisite purgati, tum alterius euacuationis artifici alis, quæ pharmacis fit, operam poscit vicariam, Ne (vt Hippocrates ait) reliquiæ morborum post crisim recidiuam succedant. τὰ γὰρ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νόσοισι μετὰ κρίσιν ὑποφορώδεα. At ea, idem ait, quæ iudicantur, & integre iudicata sunt, neq; mouere neque nouare aliquid siue medicamentis siue aliter irritando, sed sinere oportet. Perfecta crisis & indefecta fit in die decretorio, morbo digesto, consopitis quoque tandem morbi accidentibus: ac si appetitus spirandique facilitas vna redierint, vrina quoque lotio sanorum fuerit simillima. Sunt vero in vigenario acutorum & febrilium morborum, qui per dies censentur, dies alii decretorii: in quibus natura sua sponte, nullo lacessita pharmaco, humores noxios in digestione sequestratos die impari excernit. alii sunt dies indiciarii, qui futuræ in septenario crisis signo aliquo præcedenti indicant: quos Hippocrates in Prognosticis, vnamquamque

Definitio crisis. Gal lib. 2. Aph. 13.

Euacuatio post crisim defectam naturalis. Hippoc. lib. 2. Aph. 12. de recidiua cauſ.

Perfectæ crisis signa.

Dierum crisis diuisio, de qua pter Gal. Paul. Ægineta lib 2. cap. 6. & Augustin. Niphus. & Auerr. colliget.

Dies decretorii.

Dies indiciarii.

Hipp. li. 2. Aph. 24. & in prognoſt.

hebdomadam in duas diuidens partes, in qua ternarios digeſſit. Sunt enim dies indiciarii omnes quarti, à die qua expectatur criſis. Eſt enim (ait Hippocrates) quartus ſeptenariorum index.

Dies prouocatorii. Dies medicinales aut vacui.

Alii ſunt dies prouocatorii, qui omnes ſunt in morbis qui impari dierum numero mouentur, omnes terni: vt 3, 5, 9, 13, 15, & 19. Alii dies ſunt qui numero pari cenſentur & dicuntur vacui & medicinales: qui in operatione criſis nec prouocant, nec indicant, nec decernunt, & in dierum parium catalogo computantur: vt ſunt 2, 6, 8, 10, 12, 16, & 18. Medicinales dicuntur, quia medicus in his dieb. naturæ auxiliares per pharmaca cathartica manus ſecure porrigere poteſt, quæ citra periculum in die impari patienti offerre non poſſunt. Quod Hippocrates libr. 4. de morbis, his verbis teſtatum reliquit: Quod humor in diebus imparibus conturbetur, certa ſunt indicia, quod iiſdem diebus dolor maxime affligit, & vlcera inflammantur. Et quod quicunque à febre continua correpti, pharmaco purgatorio in diebus paribus vſi ſunt, hi nimiū purgati ſunt nunquam. Qui vero in diebus imparibus medicamento forti vſi ſunt, nimiū ſunt purgati, & multi perierunt. Proinde, inquit, priores medici in hoc maxime peccarunt, medicamenta enim exhibuerunt in diebus imparibus, & homines perierunt. humor enim in corpore ægroti, magis turbatur in diebus imparibus, nimirum humore ad ventriculum protrudente & affluente. Si quis iam turbatum, medicamento exhauſto magis perturbet, addens afflicto afflictionem, nil mirum iis hominem peri-

Offerre pharmaca cathar. in die impari exitiale. Hip. lib. 4. de morbis.

petire. Atqui hæc ſtata dierum criſis tempora, philoſophi medici proportione materiæ ad cauſam efficientem metiuntur, quæ eſt virtus corporis regitiua, aut vna cum anima calor naturalis, quemadmodum & febrium periodi. Operatio enim cauſæ efficientis à diſpoſitione materiæ concoquendæ dependet. In morbo ſalubri, inquit Alexander Aphrodiſęus, tantum materiæ putret, quantum à natura concoqui poteſt. Quum igitur materia coquenda certa ſit, potentiam quoque & tempus certum eſſe oportet. Ad id quoq; adiuuat humoris per concoctionem ſecreti acrimonia, qua virtutem expultricem ad ſui excretionem irritat, & laceſſit. Aſtrologi vero cauſam ac tempus criſis in lunam, & eius cum ſole & ſtellis ſub Zodiaco errantibus ſchematiſmos, configurationes ſiue aſpectus referunt. At concors eſt medicorum aſſertio, quæcunque putredinem augęt, ea quoq; humorum impedire concoctionem. Digeſtio enim, inquit Galenus, eſt alteratio, faciens ceſſare putredinẽ. At humida lunæ influentia, præcipue ſi pleno luminis orbe affulſerit, cariem in lignis, putrilaginem, & ex ea vermes, in carnibus ſplendori ſuo expoſitis, humorem in terræ naſcentibus cepe & lignis: in æquore, in cancris & oſtracodermis, conchis & oſtreis adauget, eo nomine humores in morbis ad maturam criſim concoquere & maturare non poteſt, quos ſuo lumine magis auget. Ob id Auerrois ait: Quidam dicunt, quod inuętio criſium hoc ordine ſit luna: ſed tu debes ſcire, quod hæc eſt cauſa remota, quæ medico non eſt ſcitu neceſſaria. & cauſa propinqua eſt

Cauſa & ſtatorum temporũ criſis efficiens, Auerrois li. collectaneorum quarto ca. 38. Alexander li. 2. Problẽ. 65.

Cauſa criſis efficiens.

Lunam nõ eſſe primã dierũ criſis cauſam Auerrois lib. 3 colliget. li. 9. Galen. l. 2. Microtech. Hos lunæ ex humiditate effectus Alexand. lib. 1. Problem. 64. Varro de re ruſt. lib. 2. Pli. li. 2.

digestio & materia morbi, de qua diximus. Valeant igitur ἰς κόρακας astrologi cum suis lunæ quadraturis, & reliquis ad astra applicationibus ac Ephemeridibus, in quibus ad venæ sectionem, pharmacorum vsum, cucurbitularum applicationem, dies omnibus æque fastos præscribunt; quos non ex morbi digestione & temporibus, sed ex lunæ cum reliquis astris configurationib⁹, cum magno mortalium exitio seligũt. Ex quo error accidit inexpiabilis, vt hi eorum dies euacuationib. destinati crebro in dies decretorios aut impares, aut muliebris menstrui hæmorrhagias coincidãt, in quibus pharmaca hausta multos (vt Hippocrates ait) perimunt. Cæterum risum continere non possum, quin vt ingenue fatear oporteat, Astrologos diuinatores longe stultitia superare medicos vromantes, illos ex lotio fallaci mendaces auguros: quod Astrologi iatromathematici æque nugaces, non visa vrina, figuram cœli pro cõditione & tempore, aut affinitate offerẽtis lotium exigũt: ex qua de natura & causa morbi, de salute & morte ægri quoq; diuinare (nugari dicere volebam) non erubescunt. At quid iis immoror? Cum vniuersa hæc astrologię diuinatricis decreta & axiomata, vterque Picus Mirandulæ comites, ac Hieron. Fracastorius, vir Medicinæ & astrorum peritia celebris ac Cælius Rhodigynus, rationib. inexpugnabilib. dudum cõfutauerint: quibus adeo duræ ceruicis astrologorum vulgus conuictũ, cedere tamẽ nõ vult, vt recte de illis Euripides in tragœdia Iphigeniæ dixisse videatur τὸ μαντικὸν πᾶν ἀσθμα φιλότιμον κακόν. id est, Genus ὁμηγερατum est gloriæ ambitiosum

Astrologo rum ineptia in diuinationibus, partim ex morbi digestione, partim ex lunæ ad reliqua astra contrarii.

Medici vromantes, fallacis vrinæ augures. Vide Iohannem Gauuetum, iatromathematicũm.

tiosum malum. De quorum genere sunt astrologi, medici vromantes, & genethliaci: quorum Ephemerides non alia ratione sunt vsui quam dosidi Acesio nautæ: quem quum nauigationis tæderet, ferũt infaustos lunæ aspectꝰ causari solitũ: ita nostros velut desides ex Alexandria medicos, quum eos curæ ignoti morbi tædet, tum quoq; vt Acesius lunæ quadraturas causari, & curam morbi, donec æger animam efflauerit, differunt. At vero ne, Petre Lotichi, de illorum nugis tibi bene notis, verbosius tecum agam, quam operæ est precium, tempus erit vt vela complicemus, & amicis nostris bene precemur. Vale, amicorum meorum nulli secundus. Datũ ex museo nostro.

De Genethliacis, vide Noctes A. Gellii.

Adagium in pigros, Acesii luna, ex Diogeniano & Aristophane.

De Penna Marina, Ad Idhan.

Moibanum medicinæ doctorem.

Epistola LXI.

QVum iam satis diu, Moibane, per medicorũ errores tanquam per saxa & scopulos, vela ventis dedissem: & iam tempus foret, ne in alti æquoris scopulos impingerem, vela laxatis rudẽtibus complicare: en subito aduenit Ambergensium tabellarius, qui tuas mihi literas, eruditi & boni viri, quamuis ignoti, officio plenas obtulit, quibus nouæ inter nos amicitiæ fœdus vna cum surculo pennæ marinæ, pro xenio misso, corroborare conaris: quem scribis de penna marina, virgultis cubitalibus oblongis spectatu decora, auulsum te mihi pro symbolo amicitiæ offerre. Simul quoque oras, vt si quid de

Digitized by Google

penna aut virgulto marino exploratum habeam, tibi ſignificare velim: id quod te certe non celabo. Hiſtoriæ animalium terreſtrium & aquatilium periti, hanc inter zoophyta recenſent, quæ nec animalium nec fruticum, ſed tertiam quandam ex vtroque naturam habent, Latinis indicta. hanc tamen, ob ſimilitudinem quam cum pennis quæ in pileis aut galeris, geſtari ſolent, habet, pennam marinam appellant: nullius in medicina vel culina vſus. Cuius integræ effigiem Rondeletius in libro de inſectis, cap. 24. & Geſnerus lib. 4. de Aquatilibus, graphice depingunt. Id vero quod tu mihi dono miſiſti, eſt plantæ marinæ ſurculus, à latere pennæ marinæ auulſus: qui hæc explorandi mihi, ne ingratus viderer, occaſionem dedit. Vale.

IOAN.

Digitized by Google

IOANNIS LANGII EPISTOLARVM MEDICINALIVM LIBER, tertius.

De Secretis Remediis, Ad Georgium Wirth medicum Cæsareum consobrinum suum. Epistola 1.

MEMINI, Georgi consobrine, te ex Italia, omnifariæ eruditionis matre reducem, à me decrepito omnis generis vtriusque medicinæ ex inuentione nostra expertas remediorũ descriptiones petere, iudicantem & quidem recte, melius esse expertis vti, quam de nouo aliquid cõponere. Quapropter vt petitioni tuæ ita vt condixi vel tandem satisfaciam, transmitto tibi nonnulla quæ in temporis angustia transcribi potuerunt, quibus & in castris Cæsareanis, & in aula Bruxellensi magno mortalium commodo recta methodo, quæ non infamat generosa remedia, quæ multis profuerunt, vti poteris. Placuit autem ab aquis stillaticiis facere initium, & inter illas Alexipharmaca primo loco ponere propterea quod in castris, quo loco te nunc cum Cæsare commorari intelligo, plures crebro pestilenti morbo quã hostili gladio perire soleant. Faxit Deus vt te aliquando bonis auibus reducem videam.

Digitized by Google

Cap. I.

De Aqvis Stillatitiis.

De *Bezoarticis*.

REcipe cardui benedicti manipulũ vnum ſemis, ſcordei manipulos duos, chelidoniæ vna cum radice, dictami Cretenſis ſingulorũ manipulum vnum, foliorum rutæ manipulum ſemis, radicum zedoariæ, angelicæ ſingulorum drachmas tres, tormentillæ enulæ campanæ ſingulorum drachmas duas ſemis, corticum citri limonum ſingulorum drachmas tres, acetoſæ drachmas tres ſemis, cinamomi drachmas duas ſemis, macis ſcrupulos quatuor, garyophillorum drachmam vnam ſemis : Hæc inciſa & contuſa in vini qnater ſublimati libris duabus, aquæ roſarum, acetoſæ, vini maluatici ſingulorum libra ſemis, macerentur per quadriduum in tepido Mariæ balneo. poſtea lentiſſimo igne diſtillentur, ac dein Recipe theriacæ Alexandrinæ vntiam vnam, diateſſaron mithridati ſingulorum vntiam ſemis, camphoræ drachmam ſemis, terræ ſigillatæ drachmas tres, ſandali rubei ſcrupulos quinque, macerentur in eadem ſupra ſcripta diſtillatione biduum, poſtea in balneo Mariæ diſtillentur calore temperatiſſimo, dein recipe margaritarum ſcrupulos quinque fragmentorum ſmaragdi ſcrupulos duos, granatorum drachmam ſemis, foliorum auri numero vndecim exacte cum aqua roſarum in marmore leuigata ponantur in vitrũ & affundatur aceti de morris rubi Idæi vntia vna ſemis, ſucci limonis vntię tres, macerentur quadriduũ, ac ſeorſum quoque

quoque recipe corallorum rubeorum drachmã vnam ſemis, alborum drachmam vnam, macerentur quoque in vitro in vntiis tribus ſucci berberorum, & liqueſcent crebro agitata. quibus omnibus tandem ſimul mixtis ponantur cum infraſcriptis in alembicum : Recipe conſeruæ florum tunicæ vntias duas, conſeruæ acetoſæ vntiam ſemis & drachmam vnam, cinamomi interioris drachmas tres, Macis ſcrupulos quatuor, limaturæ Vnicornu, garyophillorum ſingulorum drachmam vnam ſemis, muſci ambræ ſingulorum ſcrupulum vnum foliorum auri numero decem, folia auri cum melle roſarum inciſa conterantur in marmore, & cum ſyrupo acetoſitate citri miſceantur, ac cum priori aqua vitæ ponantur in alembicum & iterum in diplomate diſtillentur, calore temperatiſſimo, & ad tollendum empyreuma ponantur in vitro ſupra argillam in penu. Valet contra peſtem & omne virus, doſis à drachmis duabus ad vntiam ſemis per ſe, vel cum aquis chelidoniæ, acetoſæ, aut cardui benedicti permixta, cum quibus etiam Theriacæ ſcrupuli duo vel drachma vna diſſolui poteſt in cura peſtis.

Alia brevis Bezoartica.

Recipe chelidoniæ cum radicibus lotis manipulos tres ſemis, rutæ manipulum vnum, Scordii manipulos duos, Dictami Cretenſis, cardui benedicti ſingul. manipulũ, vnũ ſemis, radicũ zedoarie & angelicę ſingulorũ drachmas tres, corticũ citri & limonum ſingulorum drachmas duas ſemis, florum tunicæ, & roſarum ſingul. drachmas

duas, cinamomi drachmas duas ſemis, Garyophil lorum drachmas duas. Incidenda incidantur, & triduũ macerentur in libris tribus vini ſublimati ter diſtillati, vini maluatici, aceti florum tunicæ ſingulorum libra ſemis. Tandem lento igne per balneum Mariæ diſtillentur, cui adde Theriacæ Alexandrinæ vntias tres, Mithridati vntiam vnam ſemis, camphoræ ſcrupulos duos, Trociſcorum de vipera drachmam vnam ſemis, Macis drachmam vnam ſemis, xyloaloes ſcrupulos duos, ſandalorum citrinorum drachmam vnam ſemis, cinamomi drachmas tres, garyophillorum drachmas duas ſemis, conſeruæ florum tunicæ vntias duas, cardui benedicti vntiam vnam, ſpecierum electuarii liberantis ſcrupulos quinque, Limaturæ vnicornu vel cerui drachmam vnam ſemis. Macerentur in priori diſtillatione per biduum, & lentiſſimo igne diſtillentur per balneum Mariæ bis vel ter. optima eſt & probata contra peſtem.

Alia Bezoartica.

Recipe cardui benedicti radicum enulæ ſingulorum vntiam vnam, Zedoariæ, Imperatoriæ, carlinæ, diptami albi, angelicæ ſingulorum vntiam vnam ſemis, Gentianæ, pimpenellæ, tormentillæ, ſandalorum omnium ſingulorũ drachmas ſex, rad. petaſite, ſerpentariæ ſingulorum vntiam vnam, valerianæ vntiam ſemis, conterantur ſubtiliter, & addantur Muſci optimi ſcrupulus vnus, grana quinque, camphoræ ſcrupuli duo ſemis, Theriacæ Mithridati ſingulorum vntiæ duæ ſemis, infundantur per biduum in libris

Digitized by Google

bris ſeptem aquæ vitę, vel vini bis ſublimati, dein lento igne per alembicum diſtillentur, & erit aqua perfecta, cuius doſis vntiæ duæ, vel vntia vna cum dimidia, cum aquis acetoſæ, cardui benedicti. Ad præſeruandum ſufficit quotidie cochlear ſemis, perficitur & ſola tridui, aut quadridui infuſione, dein facta forti per pannum colatura & expreſſione, & eſt delectabilior. Hanc deſcriptionem communicauit mihi Georgi conſobrine patruus tuus, Georgius Wirth, Ludouici Vngariæ & Bohemiæ Regis felicis memoriæ quondam Medicus.

De aquis Epilepticis.

Recipe florum lilii conuallii manipulos ſex, infundantur in vna menſura vini optimi albi, ſtent in infuſione dies decem, Deinde in balneo Mariæ temperato igne diſtillentur per alembicum, poſtea recipe florum lauendulæ manipulum vnum, florum anthos manipulum, ſemis, garyophillorum ſcrupulos duos, Macis drachmam ſemis, cubebarum ſcrupulum vnum, viſci quercini, radicis diptami albi ſingulorum drachmas duas ſemis, infundatur per quadriduum in prædicta diſtillatione, & tandem iterum diſtillentur per alembicum, doſis ad præſeruandum bis aut ſemel in hebdomada, & proximo die ante nouilunium & plenilunium cochlear vnum, & in paroxyſmo vel poſt eundem tantundem. Ex hac aqua cum ſaccharo fiant manus Chriſti ad epilepſiam carum & apoplexiam efficaces.

Alia efficacior.

Recipe florum tiliæ manipulos tres, flor. lilii

conuallii manipulos quinque, feminum pœoniæ conquaſſatorum vntiam ſemis , infundantur in libris quinque vini albi optimi per dies octo, dein diſtillentur in balneo Mariæ lento igne, poſtea recipe florum roriſmarini manipulum ſemis, flor. lauendulæ manipulum vnum, herbarum rutæ manipulum vnum , betonicæ manipulum ſemis, ſticados arabici pugillum vnum, radicum pœoniæ drachmas duas ſemis , diptami albi drachmas duas , ſquillæ præparatæ drachmam vnam ſemis , pyrethri drachmam ſemis, viſci quercini drachmas duas , caſtorei optimi drachmam vnam, cubebarum cardamomi ſingulorum ſcrupulum vnum , Macis, drachmam ſemis , garyophillorum ſcrupulos duos , nucis muſcatæ ſcrupulum vnum , infundantur inciſa & conquaſſata per dies ſex in prædicta diſtillatione. & iterum diſtillentur per alembicum in balneo Mariæ lento igne , & ſeruetur in vitro exquiſite clauſo. Ex his ingredientibus Georgi conſobrine , additis raſuræ vngulæ alcis ſcrupulo vno ; cranei hominis anterioris drachma vna , corallorum rubeorum ſcrupulo vno, fragmentorum Smaragdi ſcrupulo ſemis , pulueri ſatis ſingulis & mithridati optimi drachmis tribus cum Syrupo de ſticados compoſito poteris facere mixturam in comitiali morbo efficaciſſimam.

Alia.

Recipe florum lauendulæ manipulos quinque, infundantur in vini optimi libris tribus per octo dies, dein diſtillentur per balneum Mariæ lento igne. Dein recipe aquæ ſtillatitiæ ceraſorũ nigro-

nigrorum libram vnam ſemis, miſce ſimul. Poſtea recipe florum lauendulæ manipulum vnum ſemis, florum anthos manipulum vnum, garyophillorum drachmam vnam, Macis ſcrupulos duos, Scillæ præparatæ drachmas duas ſemis, diptami albi, viſci quercini ſingulorum drachmas duas, cubebarum drachmam ſemis, radicum pœoniæ drachmas duas, incidenda incidantur & conquaſſanda conquaſſentur, & in vapore aquæ calentis ter diſtillentur, reſeruetur aqua in vaſe vitreo optime clauſo.

De aquis Apoplecticis.

Recipe florum primulæ veris, florum roriſmarini, flor. maioranæ, flor. iuæ arthreticæ ſingulorum manipulum vnum, ſpecierum diamuſci amati, diapliris diambræ, ſingulorum vntiam ſemis, confectionis anacardinæ vntiam vnam, cubebarum, ligni aloes, nucis muſcatæ, garyophillorum, macropiperis, carpobalſami ſingulorum drachmam vnam, radicum acori, ireos, ariſtologiæ rotundæ ſingulorum vntiam vnam ſemis, ſeminum ſileris montani, pæoniæ, fœniculi ſingulorum drachmam vnam, aquarum herbæ paralyſis, ſaluiæ, betonicæ ſingulorum libram vnam, aquæ florum tiliæ libram vnam ſemis, ſerapini, opoponacis, myrrhæ, gumi, iuniperi ſingulorum drachmam vnam ſemis: ſtent omnia ſimul mixta conquaſſatis conquaſſandis in infuſione per dies octo, poſtea extrahantur per alembicum ter in cineribus calidis, vel vapore ſiue balneo ſicco. Eſt mirabilis iuuamenti in præſeruatione ab Apoplexia & omni-

bus ægritudinib. neruorum frigidis, curans paralyſim, torturam, ſpaſmum, & mirabiliter reſtituens loquelam.

Alia in Paralyſi nervos roborans.

Recipe roſarum rubearum, florum lauendulæ ſingulorum manipulum vnum ſemis, anthos manipulum vnum, ſticados manipulum ſemis, chamæpytis, ſticados arabici, florum hypericonis cum ſeminibus ſingulorum manipulum vnũ, maſticis drachmas tres, caſtorei drachmam vnam ſemis, Benzoi vntiam ſemis, nucis muſcatæ drachmas duas, ſcrupulos duos, gummi elemi & hederæ ſingulorum drachmas duas, radicum enulæ contuſæ drachmas ſex, lumbricorum terræ lotorum vino vntiam vnam, maceren tur per diem & noctẽ in libris duabus vini ſublimati trinæ diſtiliationis, & libra vna maluatici, & diſtillentur per balneum Mariæ, & in fine capitelli botii in ſindone ſuſpendantur muſci grana tria garyophillorum contuſorum ſcrupulus ſemis.

Aqua memoriam roborans.

Recipe aquarum bugloſſæ, betonicæ, florum tiliæ ſingulorum libram vnam, aquæ ardentis optimæ libram ſemis, florum anthos, roſarum rubearum,, maioranæ, Bugloſſæ ſingulorum manipulum vnum, ſpecierum confectionis Anacardinæ vntias duas, infundantur flores aliquantulum contuſi in aquis, quilibet recens ſuo tempore dum haberi poteſt, & tandem ſpecies ſtent ſimul per menſem. Poſtea extrahatur aqua per alembicum in balneo Mariæ, eſt ad confortan-

fortandam memoriam medicina efficaciſſima.

De aquis ſomniferis.

Recipe Opii vntiam vnam, capitum alliorum numero duo, piſtentur ſimul, & diſtillentur in balneo Mariæ per alembicum vitreum, huius aquæ vna aut altera guttula in vino data, ſomnum mirabiliter prouocat, quam Sauoranola in ſua practica lib. 6. cap. 9. ad cauendum maleficium manifeſtare noluit.

Alia.

Recipe Iuſquiami, Mandragoræ corticum, vermicularis, florum nymphææ, gith, fabæ inuerſæ, papaueris nigri, ſemperuiuæ ſingulorum manipulum vnum, omnia viridia miſceantur inciſa, & diſtillentur per alembicum, doſis vntia vna habita temperamenti, ætatis & aliorum ratione exteriora in inſomniis, dolore capitis, eryſipelate ea epitomentur.

De aquis pectoralibus.

Quod ad pectoris remedia Georgi conſobrine attinet, noſtin ea ante à me tibi communicata, quapropter hoc loco repetere ſuperfluum eſſe duxi, de vno atque altero tantum Ludouici de leonibus, præceptoris mei æterna memoria digni remedio, te ſecundario admonere viſum eſt, in pectoris & pulmonum vitiis, poſt vniuerſalia & aquas pectorales abſterſiuas vlcus mundificantes, pro vltimo & ſecreto remedio habuit aquam diſtillationis hederæ terreſtris, per quatuordecim dies potam cum ſacchari roſati veteris quotidiano vſu. In ſputo ſanguinis & ruptura venæ, aquam diſtillationis cyclaminis, cum aquæ portulacæ & hederæ terreſtris ſin-

gulorum parte media mixtam, mane & ante cœnam felici ſucceſſu exhibere: In aſthmate autem aqua vitis albæ diſtillata mirabilia operari ſolebat.

De aquis cordialibus.

Recipe roſarum rubearum manipulos duos, florum borraginis manipulum ſemis, cinamomi ʒ. 2. ß. xyloaloes ʒ.1. ſpicæ Indicæ garyo, ſingulorum drachmam ſemis, radicum ireos vntiam vnam ſemis, ben albi & rubei ſingulorum drachmam vnam, ſandalorum rubeorum citrinorũ ſingulorum drachmam ſemis, corallorum rubeorum drachmam vnam, corticum citri drachmam ſemis, ſeminum ocimi garyophillati drachmam ſemis, gallæ muſcatæ drachmas duas, margaritarum ſcrupulos duos, zadoariæ drachmam vnam. zinziberis albi drachmam ſemis, camphoræ grana ſeptem, croci orientalis ſcrupulos duos, Moſchi ſcrupulum ſemis, aquæ roſarum libras duas, vini maluatici libram ſemis, aceti roſarum librã ſemis, contundantur contundenda, & macerentur mixta per in octiduum, dein diſtillentur balneo Mariæ.

Ad Syncopim.

Recipe aquæ roſatæ libras duas, aceti roſati libram vnam, maluatici libram ſemis, roſarum rubearum vntiam vnam ſemis, florum roriſmarini, maioranæ ſingul. drachmam vnam ſemis, zedoariæ drachmam vnam, coriandrorum ſcrupulos duos, cubebarum, nucis muſcatæ, macis, garyophillorum ſingul. drachmam ſemis, cinamomi ſcrupulos duos, ligni aloes drachmam ſemis, ſpecierum diamuſci drachmam vnam, camphoræ ſcru-

ræ ſcrupulum ſemis, ambræ grana quatuor, conquaſſata & mixta ſtent in infuſione diebus quatuor, deín diſtillentur per balneum Mariæ, poteris his addere aquarum nympheæ, violarum, lauendulæ ſingulorũ vntias duas, aquæ vitæ vntias tres. Ad Syncopim in peſte efficax remedium, Idem operantur tres ſurculi pulegii in aceti roſati vntiis duabus ſemis, & aquæ roſatæ vntia vna infuſi. Hoc enim ſolo odore animo defectos recreat, & Plinius lib. 20. & alibi paſſim.

De Aqvis Restavrantibvs, *Aqua caponis, phaſiani, vel perdicis.*

Recipe caponem vel phaſianum vel perdicem euiſceratum, minutim diſſectum, & cum aqua roſarum & aceto lotum, cinamomi drachmam vnam, garyophillorum ſcrupulos duos, manus Chriſti cum perlis vntiam ſemis, ſucci arantiarũ vntias duas, acetoſitatis citri vntias tres, ponantur in vitrum aut cantarum, & in duplici vaſe cõtinuo feruore decoquantur, & exempta per linteum exprimantur.

Alia.

Recipe caponem euiſceratum, & in fruſta diſſectum & cum aqua roſarum & aceto bene lotum, florum borraginis manipulum vnum ſemis, flor. violarum, roſarum, bugloſſæ ſingulorum manipulum vnum, ſeminũ melonum drachmas tres ſemis, cucurbitæ drachmas tres, cinamomi drachmas duas ſemis, garyophillorum drachmam vnam, cubebarum drachmam ſemis, zinziberis drachmas duas, groſſe inciſa aut cõquaſſata

decoquantur in libris tribus ſemis aquæ communis, & prope finem decoctionis cum capo ſemicoctus fuerit, imponantur flores, dein broduum colatum vna cum capone in mortario contuſo ponatur in alembicum addendo manus Chriſti cum perlis vntias duas ſemis, ſucci aceto ſitatis citri, aut arantiarum vntias tres, foliorum aut fruſta auri numero decem diſtillentur lento igne in balneo Mariæ, ſuſpendendo in ſuperiori parte alembici cinamomi drachma ſemis, garyophillorum ſcrupulo vno in petia ſerici albi. Huic compoſitioni poſſunt addi nucis muſcatæ drachma vna ſemis, corticum citri drachmæ duæ & ſemis, vel paretur in hunc modum; capo euiſceratus & lotus decoquatur, decoctus contundatur, & ſpecies cum capone contuſo infundantur in decocto caponis feruenti ſine alio liquore per duas horas, tandē additis manus Chriſti cum perlis vntiis quinque foliis auri quindecim, ponantur in alembicum & diſtillentur in balneo Mariæ lento igne. Vulgo aquam caponis parare noſti imponendo caponem euiſceratum, inciſum, & parum ſalitum in cantarum, & decoquēdo in duplici vaſe, & exhibendo aquam inde reſudantem patienti ad confortandum.

Aqua cinamomi.

Aquam cinamomi paramus aut per diſtillationem, infundendo cinamomum craſſe contuſum, in aqua bertaginis vel roſarum quantum ſufficit, & per balneum Mariæ diſtillando: Aut per infuſionem, proiiciendo cinamomi ſubtiliſſime puluerilati drachmis duabus ſacchari optimi vntiis quinq; in menſuam aquæ decoctionis

hordei

hordei feruentis & reponendo donec infrigidẽtur aut per decoctionem accipiendo cinamomi drachmas tres, hordei manipulum vnum paſſularum lotarum vntias vna, aniſi drachmas duas, ſacchari candi vntias duas ſemis aquæ, fontis libras ſex, & decoquendo lento igne ac colando.

De Aqvis Epaticis.

Aqua caponis in oppilationibus epatis & icteritia.

Recipe caponem deplumatum euiſceratum in fruſta diſſectum & decoctum, ac cum oſſib. contunde, & adde ei aquæ violarum, betonicæ, endiuiæ, lupulorum, cuſcutæ, cichorii ſingulorum vntias tres, ſucci pomorum redolentium vntias quatuor ſemis, decoctionis caponis macri libram vnam, ſandalorum citrinorum drachmam vnam, ſcrupulos duos, ſpodii drachmam vnam, cinamomi drachmas duas, cãphoræ grana quinque; ponantur in vas ſtanneum bene clauſum, & decoquantur horis quatuor in aqua ebulliente, tandem fiat fortis expreſſio, quæ ponatur in alembicum & per balneum Mariæ diſtilletur.

De Vinis Medicatis.

Vinum contra oppilationem epatis, ſplenis, renum, & veſicæ mala.

Recipe ſcolopendriæ manipulos ſeptem, adianti manipulos quatuor, chamępyteos manipulos tres, roris marini manipulos duos ſemis, cy-

peri vntiam ſemis, radicis liquiritiæ raſę vntias duas, Rhapontici vntiam vnam ſemis paſſularũ libram ſemis, alkakengi manipulos quatuor: ſemis, incidenda incidantur, & in vaſe cæco vel intra aſſulas fraxini cum calami aromatici drachmis tribus collocentur affuſo dimidiæ vrnæ vino & garyophillis in ſacculo in vas ſuſpenſis.

Claretum laxatiuum.

Recipe fumi terræ manipulum vnũ foliorum ſcolopendriæ manipulos duos foliorum ſenæ Alexandrinæ vntiam vnam polypodij drachmas quinque Turbit electi drachmas duas cinamomi drachmam vnam ſemis garyophillorum ſcrupulos quatuor Zinziberis drachmam vnam rbabarbari cum ſcrupulo vno ſquinanti in petia ligati ſcrupulos quinque florum violarum borraginis ſingulorum manipulum ſemis: decoquantur in diplomate in libris tribus vini albi & ſtent per noctem: mane fiat fortis expreſſio, in qua diſſolue ſacchari fini vntias quatuor albumen vnum oui & cum cinamomi ſcrupulis duobus garyophillorum drachmã ſemis in petia ligatorũ decoquendo clarificetur. Doſis pro adultis vntiis quatuor ſemis. in quibus diſſoluere poteris diaturbit noſtri à ſcrupulis quinq; vſq; ad drachmas duas.

Caput ii. De Decoctis.

Decoctum cephalicum.

Recipe ſticados Arabici, euphragiæ ſingulorum manipulum vnum, thymi, maioranæ, betonicæ ſingulorũ manipulum ſemis, florũ anthos

thos, lauendulæ ſingulorum pugillum vnum, ſeminum, fœniculi ſcrupulos quatuor, aniſi ſcrupulos duos, radicum pæoniæ, peucedani ſingulorum ſcrupulos quinque corticum Squillæ drachmas duas, decoquantur in ℔ duabus aquæ cõmunis ad tertiæ partis conſumptionem, deinde poſt tres horas facta forti expreſſione coletur per filtrum, tandem in colatura diſſoluc ſacchari fini vntias tres ſemis, aceti ſquillitici vntias duas, ſemis, & cum garyophillorum ſcrupulis duobus, cinamomi drachma ſemis, ligni aloes ſcrupulo vno in petia ligatis decoquantur clarificando ad ſpiſſedinem lulep clari, & iterum coletur, ac tãdem pupa cum aromatibus relinquatur in decoctione pendula vtere cum pillulis appropriatis, & miraberis effectum in epilepſia, vertigine, caligine oculorum, & gutta ſerena.

Ad dentium dolorem decoctio.

Recipe opij Thebaici ſcrupulos duos, ſeminum iuſquiami ſcrupulos quatuor, corticum mãdragoræ ſcrupulos quinque, florum chamomillæ drachmã vnam ſemis, pirethri ſcrupulos quinque, croci integri ſcrupulum vnum, infundantur in libra vna vini, aquæ roſatæ vntiis quatuor, & aceti optimi vntiis ſeptem. Dein bulliatur in duplici vaſe ad tertiæ partis conſumptionẽ, & cũ panno intincto dentibus applicetur. expertiſſimum.

Catarrhi calidi ingroſſatiua.

Recipe vngulæ caballinæ, florũ nymphææ violarum ſingulorum manipulum vnum, endiuiæ manipulum ſemis, liquiritiæ drachmam ſemis,

hordei paſſularum ſingulorum manipulum ſemis, radicum ireos drachmam vnam ſemis decoquantur in libris tribus aquæ fontis, ad tertiæ partis conſumptionem, dein in colatura diſſolue ſacchari cãdi vntias duas, iterum decoquantur, & clarificentur cum albumine oui.

Decoctio pectoralis.

Recipe ſticados arabici, thymi ſingulorũ manipulum vnum, radicum fœniculi, ireos ſingulorum drachmas duas, paſſularum lotarum vino drachmas ſex, capillorum Veneris manipulum ſemis, liquiritiæ raſæ drachmam vnam ſemis, decoquantur in diplomate cum aquis fœniculi, vngulæ caballinæ ſingulorum libra vna, aquæ ſcabioſæ libra ſemis per horam dimidiam, poſtea in colatura diſſolue oxymellis ſquillitici vntias quatuor, & tandem recipe cinamomi drachmam vnam ſemis in zinziberis inciſorum drachmam ligatorum in petiam, poſtremo vna decoquantur ad ſpiſſitudinem iuleip clari, & cum albumine oui clarificentur, doſis vntiæ quatuor ſemis mane.

Ad tuſſim & aſthma.

Recipe ſcabioſæ manipulum vnum, hyſſopi, ſatureiæ ſingulorum manipulum ſemis, foliorum ſenæ drachmas ſex, polypodii quercini vntiam ſemis, paſſularum enucleatarum vntiam vnam, radicis liquiritiæ drachmas duas, ſeminum fœniculi drachmam vnam ſemis, agarici albiſſimi ſcrupulos quatuor, zinziberis drachma ſemis, ligetur agaricus cum zinzibere in petia, & decoquantur in libris duabus aquæ communis, & li-

Digitized by Google

& libra vna vini, cum vntiis tribus mellis, ad tertiæ partis consumptionem, & in fine decoctionis addatur drachma vna radicum ireos conquassata, despumentur, & fiat apozima, dosis alternis diebus vntiæ quatuor semis (possunt loco mellis accipi syrupi violati vntiæ tres) & cum albumine oui clarificetur.

In steritia.

Recipe granorum Iuniperi vntiam vnam, chelidoniæ cum radicibus manipulum vnum, radicum cyclaminis vntiam vnam, petroselini, fœniculi siugulorum vntiam semis, roris marini vntiam semis, cuscutæ manipulum semis. decoquantur in libris tribus aquæ ad tertiæ partis consumptionem, postea coletur, colatura clarificetur & dulcoretur cum oxymelle composito.

Ad idem.

Recipe endiuię manipulum vnũ, cuscutæ manipulũ semis, radicum cichorii, chelidoniæ singulorum vntiam semis, asplenii manipulũ vnũ, apii drachmas tres, corticum tamariſci & salicis singulorum drachmas tres, semi. fœniculi scrupulos quatuor, radicum enulæ drachmas tres, spicæ nardi drachmam semis, decoquanrur in libris tribus semis aquæ communis ad tertiæ partis consumptionem, dein in colatura dissolue syrupi de bysantiis vel fumi terræ vntiam vnam semis, sacchari vntias duas semis, fiat potus, & clarificetur cum albumine oui : dentur vntiæ quinque cum scrupulo vno semis limaturæ eboris.

Decoctum cichorii ad caliditatem epatis & febres cholericas.

Recipe radicum cichorii inciſorum vntias duas,

decoquantur in libris tribus & ſemis aquæ communis ad tertiæ partis conſumptionem, dein fiat expreſſio,& addantur ſacchari vntiæ quinque & iterum parum bulliant,tandem addantur aceti paſſularum aut roſarum vntiæ tres & ſemis,dein clarificetur & tandem per filtrum coletur, détur vntiæ quatuor aut quinque.

Decoctum de ſucco Ireos.

Recipe ſucci ireos drachmas decem, ſucci raphani drachmas ſex,ſoldanellæ vntiam vnã, ſucci de corticibus ſambuci, aut de radicibus ebuli vnciam ſemis, ſyrupi de quinque radicib. libram vnam, bulliant cum ſufficienti quantitate aquæ cuſcutæ,agrimoniæ,funiculi,& hat ſecundum artem ſyrupus longus,doſis ab vntiis duabus vſque ad tres. Educit aquam citrinam, & curat hydropicos. Similem deſcriptionem habet Vigo in antidotario, Gordonus ſucci ireos & mellis roſati colati partes æquales decoquit per quartam horæ in diplomate, dein inſpergit drachmam vnam cinamoni pulueriſati, & eſt medicina experta.

Decoctio ſoldanellæ minor.

Recipe ſoldanellæ manipulos duos ſemis, cuſcutæ manipulũ vnũ ſemis, adiantos,epaticæ, fumi terræ ſingulorum manipulum vnum, radicum apii, fœniculi ſingulorum drachmas duas ſemis,aſari drachmas duas,ſquinanti manipulum ſemis, paſſularum lotarum vino vntiam vnam, centaurii manipulum ſemis, Rhabarbari ſcrupulos quinque, cum granis quinque ſpicæ in petia ligati. Decoquantur lento igne in libris tribus

Digitized by Google

tribus aquæ communis, ad tertiæ partis consumptionem, post horã fiat fortis expressio, quæ dissolutis in ea scrupi de Rhabarbaro vntiis duabus, de absinthio vntia vna, çoletur per filtrum. Dosis in hydrope vntiæ quinque, quæ quater & nõ raro sexies aluum deiiçit, prodest quoque ictericis.

Decoctio soldanellæ maior.

Recipe soldanellæ manipulos duos, cuscutæ nodosæ, agrimonii singulorum manipulum vnũ semis, capillorum Veneris foliorum senæ drachmas sex, polypodii inciſi drachmam semis, radicum apii, fœniculi singulorum drachmas duas semis, radicum asari drachmas tres, passularum lotarum vinõ vntiam vnam, squinanti drachmas duas alkakengi numero viginti, agarici drachmã vnam cum zinziberis inciſi scrupulis quinque in petia ligatis. decoquantur in libris tribus semis aquæ communis, ad tertiæ partis consumptionem, tandem post duas horas coletur facta forti expressione, dissolue in colatura syrupide rhabarbaro Langii vntias tres, mellis passulati vntiam vnam semis, & clarificetur cum albumine oui, & in colaturæ clarificatæ vntiis septendecim, per noctem macerentur in faciſculum ligata rhabarbari scrupuli quinque, spicæ grana quatuor, cinamomi interioris drachma semis, mane fiat expressio, dentur vntiæ quatuor & semis, in quibus dissoluere poteris succi ireos crudi cochlear vnũ. detur diluculo in hydrope ascite. Hæc decoctio cum saccharo in formam syrupi decoqui, & syrupus de soldanella dici, & cum aqua agrimoniæ & çuscutæ exhiberi potest.

Decoctum ſpleneticum.

Recipe mercurialis manipulum vnum ſemis, aſplenii, corticum tamariſci ſingulorum manipulum vnum, ſcolopendriæ manipulum ſemis, rhabarbari drachmam vnam ſemis, ſpicæ grana tria, cuſcutæ manipulum vnum, foliorum ſenæ drachmas ſex, agarici crudi drachmam vnam, zinziberis inciſi ſcrupulos duos, paſſularum vntiam vnam, decoquantur moderato ignis calore, in libris tribus aquæ, ligatis rhabarbaro & agarico cum ſuis correctiuis in petia, ad tertiæ partis conſumptionem, dein quando auſertur ab igne, addantur aromata in petia ligata & inciſa. Recipe cinamomi ſcrupulos duos ſemis, garyophillorum drachmam ſemis, macerentur per ſex horas, tandem fiat fortis expreſſio, in qua diſſolue mucchari roſati laxatiui noſtri vntiam vnam ſemis, ſyrupi acetoſi ſimplicis, de duabus radicibus vntiam vnam, coletur bis per filtrum. Vel recipe ſupradictæ decoctionis vntias quatuor, ſyrupi de cichoria noſtri, vel eius loco mannæ vntiam vnam, vtere in oppilatione ſplenis.

Decoctum gallinacei ad colicam.

Recipe gallum veterem exagitatum & exenteratum, ac ſale nitro vel gemmæ conſperſum, foliorum ſenæ drachmas ſeptem, polypodii dracmas quinque, ſeminum carthami drachmas ſex, ſeminum aniſi, carui ſingulorum drachmas tres, paſſularum vntiam vnam, turbit albi gumoſi, agarici cum drachmis tribus zinziberis in petia ligatis ſingulorum drachmas duas ſemis, mercurialis manipulos duos ſemis, conquaſſata decoquan-

Digitized by Google

coquantur in libris quindecim aquæ communis donec gallinaceus perfecte coctus fuerit, dosis mane & vesperi vntiæ quinque, vide Dioſc. cap. de gallina, & Mesuem & Auic. cap. de cicolica manipulus herbæ mercurialis, sicut & drachmæ tres cum dimidia seminum cartami in brodio galli decocti aluum constipatam soluunt.

Ad idem, decoctum solutiuum.

Recipe prunorum damas. numero decem, passularū enuclea. vntiam vnam, polypodii drachmas sex, folliculorum sennæ vntiam semis, seminum anisi scrupulos quatuor, sem. carui drachmam semis, cartami contusi scrupulos quinq;, turbit electi drachmas duas, zinziberis grosse incisi scrupulos duos. Decoquantur in libris tribus aquæ communis ad tertiæ partis consumptionē, dein coletur bis per filtrum, & in colatura dissolue syrupi de epithymo vntias duas, violarum vntiam vnam, dentur vntiæ quinque pro fortioribus, cum scrupulis quatuor diaturbit nostri.

In dysenteria decoctum solutiuum.

Recipe Rhabarbari torrefacti drachmam vnam semis, seminum antheræ, sem. lapacii singulorum drachmam semis, corticum myrabolano. citrinorum drachmam vnam. Incisa decoquantur in duplici vase, cum aquæ plantaginis vntiis tribus semis, aquæ rosatæ vntia vna, trina ebullitione tantum, dein fiat fortis expressio, coletur & in colatura dissolue mucchari rosati vntiam semis, fiat hausstus ad consolidandum vlcus, & sistendum fluxum, decoquantur vntiæ duæ radicum tormentillæ, in libris duab. aquæ ad tertiæ

na ſemis, & bibat hauſtum vnum calide mane appropinquante tempore menſium.

Decoctum in calculo diureticum.

Recipe capillorum Veneris manipulum vnũ ſemis, crithami marini manipulum ſemis, radicum apii & remoræ ſingulorum vntiam vnam, liquiritiæ raſæ drachmas duas, corticum radicis ſcolymi vntiam vnam ſemis, ſeminum ſaxifragæ drachmã vnam ſemis, damaſonii drachmas duas, alcacengi numero ſeptendecim, radicum graminis drachmas tres, decoquantur lento igne cõquaſſata & inciſa, in libris tribus ſemis aquæ cõmunis ad tertiæ partis conſumptionem: dein fiat fortis expreſſio, in qua diſſolue ſyrupi violati vntiam vnam ſemis, de rhabarbaro vntias duas, clarificetur cum albumine oui, doſis vntiæ quatuor ſemis.

Ad calculum ſoluti.

Recipe polythrici manipulum, cuſcutæ adianthos ſingulorum manipulum ſemis, fol. ſenæ Alex. drachmas ſex, polypodii quercini vntiam ſemis, rhabarbari drachmas duas; cum ſcrupulo ſemis ſpicæ in petia ligati, cinamomi drachmã vnam ſemis, garyophillorum ſcrupulos quatuor, corticum radicis ononidis drachmas tres Alcacẽgi recentium inciſorum numero viginti, ſeminũ damaſonii ſcrupulos quatuor, ſaxifragæ ſcrupulos duos, decoquantur per horam in diplomate cum libris tribus vini albi, tandem ſtent per noctem, dein fiat fortis expreſſio, in qua diſſolue ſacchari fini vntias quatuor, & cum drachma vna cinamomi, garyophillorum ſcrupulis duobus, in

petia ligatis, & albumine oui in colatura dissoluti decoquantur ad clarificationem, tandem coletur per filtrum, dosis vntiæ quinque.

Decoctum ad stranguriam & ardorem vrinæ.

Recipe hordei integri manipulum vnum semis, liquiritiæ drachmam vnam, seminum anisi drachmas duas semis, dactylorum incisorum numero quinque, sebesten incisorum numero quindecim, decoquantur in mensuris duabus & semis aquæ fontis in olla vitreata, vsque ad crepaturam hordei, huius decocti recipe vntias tres semis, syrupi de papauere vntiam vnam, de liquiritia vntiam semis, pulueris glandum drachmam vnam, misce. detur ad introitum lecti.

Syrmesmus Diacarthami.

Recipe capillorum Veneris, phillitidis, polytrici, asplenii, singulorum manipulum vnum, radicum polypodii drachmas decem, capparorum drachmas tres semis, asparagi, buglossæ, cichorij singulorum drachmas sex, seminum melonum drachmas duas, sem. fœniculi drachmas tres, incisa decoquantur in sufficienti quantitate aquæ fontis lento igne ad tertiæ partis consumptionē, de colatura recipe libras duas semis, foliorū sennæ vntiā vnam semis, thymi, epithymi, singulorū drachmas duas, seminum carthami conquassatorum vntiam vnam, florum cordialium drachmam semis, cinamomi drachmam vnam semis, galangæ, zinziberis singulorum drachmam vnam. incisa iterum bulliant trina ebullitione, post duas horas coletur, & cum sacchato clarificato dulcoretur, dosis ab vntiis duabus vsque ad quatuor semis.

Syr-

Digitized by Google

Syrmeſmus diaturbit.

Recipe cuſcutæ manipulum vnum, ſticados arabici, ſcolopendriæ ſingulorum manipulum ſemis, capillorum Veneris manipulum vnum ſemis, ſenæ drachmas ſex ſemis, polypodii quercini vntiam ſemis, agarici ſcrupulos quinque, zinziberis ſcrupulos duos, paſſularum lotarum vino vntiam vnam, turbit albi gumoſi drachmam vnam ſemis, epithymi Cretenſis drachmas duas, florum borraginis, bugloſſæ ſingulorum manipulum ſemis, agaricus inciſus cum zinzibere in peria ligetur & cum reliquis in libris tribus aquæ ad tertiæ partis conſumptionem decoquãtur, & circa finem epithymus cum floribus addatur, tandem poſt duas horas coletur, & in colatura cum albumine oui clarificata infundantur per horas octo Rhabarbari ſcrupuli quinque cinamo interioris drachma vna, poſtea fiat fortis expreſſio, quæ dulcoretur cum Muchari roſati noſtri vntia vna ſemis, ſyrupi de Epithymo vntia ſemis, dentur vntiæ quatuor ſemis alternis diebus.

Decoctio ſenæ ſimplex.

Recipe foliorũ ſenæ vntiam ſemis, polypodii, liquiritiæ ſingulorum drachmam vnam ſemis, paſſularum vntiam ſemis, ſeminum aniſi drachmam ſemis, prunorum numero ſex, florum borraginis, violarum ſingulorum drachmam vnã, fiat decoctio in libra vna ſemis aquæ lege artis. de hac recipe vntias tres, Syrupi de Rhabarbaro noſtri vntias duas, vel tantundem muchari roſati noſtri, vel diſſolue in ea Electuarii de ſucco roſarum drachmas duas, pro ratione morbi

thymus vel epithymus, vel agaricus, vel rhabarbarum addi possunt.

Alia simplex sennæ decoctio.

Recipe foliorum sennæ Alexandrinæ vnciam vnam semis, passularum lotarum vnciam vnam, zinziberis, garyophillor. cinamomi singulorum drachmam semis, seminum fœniculi, sacchari cãdi singulorum vnciam vnam, vini veteris libram vnam semis, decoquantur ad tertiæ partis consumptionem, coletur, sumat vncias quinque vesperi frigide, & totidem mane calide.

Alia cum sero lactis.

Recipe foliorum sennæ vnciam semis, fumiterræ manipulum vnum, horum buglossæ, borraginis singulorum pugillum vnum, epitymi drachmam vnam, zinziberis incisi drachmam semis, passularum enucleæ drachmas sex, rhabarbari drachmam vnam semis, spicæ grana sex, coadunata in fasciculum, decoquantur vna cum lacte dum ex eo serum coquitur. Iturus cubitum bibat vncias quinque frigide mane totidem calide, alternis diebus, in scabie & quartana.

Syrmesmus sennæ compositus ad morbos atrabilarios.

Recipe fumiterræ manipulum semis, capillorum Veneris, scolopendriæ singulorum manipulum vnum, foliorum sennæ Alexandri. drachmas sex, polypodii vnciam semis, myrobalanorum Indorum drachmas duas, passularum lotarum vino vnciam vnam, ellebori nigri drachmas duas, agarici ʒ.ıʂ, cum zinziberis incisi scrupulis duobus in petia ligati, epithymi cretensis scrupulos qua-

quatuor, florum borraginis, bugloſſæ ſingulorum manipulum ſemis, infundantur per noctem in libris tribus aquæ communis, mane decoquãtur lento igne ad tertiæ partis conſumptionem. Dein fortiter exprimantur, & colentur bis per filtrum, de colatura recipe vntias ſeptendecim, in quibus horis quinque macerentur rhabarbari electi drachma vna ſemis, cinamomi drachma vna, ligentur in ſyndone, & in colatura ſuſpendantur, & cum albumine oui clarificentur, ac tãdem in colatura diſſolue Mucchari roſati noſtri vntiam ſemis, ſyrupi de epithymo vntiam vnam ſemis, ſeruetur in ampulla vitrea, doſis vntiæ quinque.

Decoctio ſolutiua vniuerſalis.

Recipe fumiterræ manipulum vnum ſemis, capillorum Veneris, cuſcutæ ſingulorum manipulum vnum, ſticados arabici manipulum ſemis, foliorum ſenæ drachmas ſex, polypodii vntiam ſemis, radicum apii, petroſelini ſingulorum ſcrupulos quinq;, radic. capparorum drachmã vnam, corti. myrobalani tum citrinorum chebulorum ſingul. drachmam vna ſemis, turbit albi gumoſi ſcrupulos quinque, paſſularum enucleatarũ vntiam vnam, prunorum damaſcenorum numero ſex, agarici albiſſ. drachmas duas cum drachma vna zinziberis in petia ligati, hermodactylorum drachmam vnam ſemis, thamarindorum drachmas tres, epithymi drachmã vnam, florum bugloſſæ, borraginis ſingul. manipulũ ſemis, decoquantur lento igne in libris tribus aquæ communis ad tertiæ partis conſumptionem ſecundũ artem: dein poſt duas horas hat fortis ex-

preſſio, poſt horã facta reſidentia coletur & clarificetur, de colatura recipe vntias octodecim, in quibus infunde rhabarbari electi drach. vnam ſemis, cinamomi interioris drachmam vnam, ſpicæ grana quatuor, poſt horas decem fiat fortis expreſſio, in qua diſſolue Muchari roſati noſtri vntias duas, Syrupi de cichorea cum rhabarbaro vntiam vnam, miſce, dentur mane vntię ſex.

CAP. III.

DE INFVSIONIBVS.

Infuſio Rhabarbari & Agarici in morbis pectoralibus.

RECIPE Rhabarbari electi drachmas duas, ſquinanti grana quinque, agarici drachmam vnam ſemis, ſalis gemmæ, zinziberis ſingulorum ſcrupulum vnum, infundatur rhabarbarum cum ſpica in aqua endiuię & modico vini maluatici. Agaricus vero cum ſale gemmę & zinzibere in oxymelle ſimplici horis octo, & in vtriuſque expreſſione, & vntiis duabus decoctionis pectoralis diſſolue mannæ maſticinæ drachmas decé, diaphiniconis ſcrubulos quatuor, & dulcoretur cum vntia ſemis Syrupi violati.

Infuſio in calculo renum.

Recipe Rhabarbari drachmam vnã ſemis ſpicæ grana tria, agarici ʒ ß. zinziberis ſcrupulum vnum, infundantur in vntiis tribus ſemis aquæ centinodiæ & vini maluatici vntia vna horis nouem, dein fiat fortis expreſſio, quæ dulcoretur cum vntia ſemis ſyrupi violarum. Mirabiliter educit calculos, & purgat renes & veſicam.

Ad

Digitized by Google

Ad humores aduſtos & quartanam.

Recipe corticum Ellebori nigri drachmam vnam ſemis, pulueriſentur, & infundãtur per noctem vini maluatici vntiis quatuor. Dein coletur & in colatura diſſolue diagridij grana quatuor, rhabarbari ſubtiliter pulueriſati ſcrupulum vnũ, ſpicæ pulueriſatæ grana tria.

Infuſio ſenæ.

Senam infundimus vel ſolam vel cum rhabarbaro, vel agarico, vel epithymo, vel turbit, additis correctiuis, aut in ſerum lactis, aut liquorẽ cõuenientem. In infuſione colata diſſoluimus aliquando vel Mannam, vel Syrupum roſatum ſolutiuum, vel Syr. de rhabar. vel electuarium ſolutiuum habita ſemper ratione morbi & loci affecti. Exempli gratia. Pro diuitibus. Recipe foliorum & folliculorum ſenæ Alexan. drachmas duas, zinziberis inciſi ſcrupulos duos, thymi, ſticados ſingulorum pugillum vnum, agarici drachmam ſemis, cinamomi drachmam vnam. incidenda incidantur & fiat pupa, ac macerentur in aqua capillorum Veneris vntiis ſex, vini maluatici vntiis duabus mane fiat mediocris expreſſio, de qua recipe vntias quatuor, in quibus diſſolue Mannæ vntiam vnam, & iterum coletur & fiat hauſtus qui dulcoretur cum modico Syrupi violarum aut roſarum laxatiuo.

Infuſio ſenæ in ſero lactis.

Recipe folliculorum ſenæ drachmas duas, ſebeſten numero decem, paſſularum enucleatarum vntiam ſemis, epithymi, zinziberis ſingulorum drachmam vnam. incidenda incidantur, & macerentur per noctẽ in libra vna ſemis ſeri fer-

uentis, vel vini, mane coletur, & de colatura recipe vntias quatuor, in quibus dissolue Mucchari rosati compositi vel Syrupi de rhabarbaro nostri vntias duas.

Infusio senæ ex sero lactis pro pauperibus.

Recipe foliorum senæ vntiam semis, florum buglossæ manipulum semis, zinziberis scrupulos duos, macerentur simul in ciatho vno seri lactis feruentis horis septem, dein fiat expressio, quæ dulcoretur saccharo, bibat mane & vespere.

CAP. IIII.
DE SYRVPIS.
Syrupus de Sticados.

RECIPE sticados Arabici, florum rorismarini singulorum manipulum vnum, maioranæ, thymi singulorum manipulum semis, radicum iquilæ drachmas duas piæthri, cyperi singulorum drachmam vnam, Acori veri drachmas duas, cinnamomi scrupulos quatuor, garyophillorum scrupulos duos semis, pallalarum enucleatarum vntiam vnam, zinziberis drachmam vnam semis, decoquantur secundum artem in libris duabus aquæ communis, & libra vnavini albi ad tertiæ partis consumptionem, dein coletur, & colatura cum sufficienti quantitate sacchari decoquatur ad spissitudinem syrupi clarificati, dentur vntia vna semis cum aquis rorismarini & saluiæ aut maioranæ, in paralysi, epilepsia, vertigine, & morbis cerebri frigidis.

Syrupus Mercurialis.

Recipe mercurialis manipulum vnum semis

stica-

sticados Arabici manipulum vnum, florum betonicæ manipulum semis, pulegij, thymi, singulorum pugillum vnum, foliorum sennæ Alexand. drachmas sex, seminum anisi scrupulos quatuor, prunorum Damasce. lotorum numero octo. passularum lotarum vino vntiam semis, turbit albi gumosi incisi scrupulos quinque, zinziberis grosse contusi drachmam vnam, decoquantur moderato ignis calore in libris tribus aquę communis, ad tertiæ partis consumptionem, dein post horam coletur, & in colatura dissolue oxymellis squillitici vntiam vnam semis, Syrupi de rhabarbaro nostri vntias duas, tandem clarificetur cum albumine oui & inter clarificandum aromatisetur cum cinamomi scrupulis duobus semis, garyophil. drachma semis, zinziberis grosso modo incisi scrupulis duobus & in decocto maneant, detur vesperi & mane in cephalalgia per consensum à stomacho & matrice.

Syrupus de scubiosa pectoralis.

Recipe Scabiosæ manipulū vnum semis, vngulæ caballinę manipulum vnum, liquiritiæ drachmas duas, passularum vntiam vnam, radicum ireos drachmas duas, seminum fœniculi scrupulos duos, anisi drachmam semis, thymi manipulum semis, decoquantur in libris duabus semis aquæ communis ad tertiæ partis consumptionē, dein in colatura dissolue saccharisini vntias tres semis, & decoquantur ad consistentiam Syrupi clari longi. in asthmate autem loco vngulæ caballinæ accipe prasium vel hyssopum, & pro anisi semina vrticæ. in phthisi pro vngula accipe hederam terrestrem, & da per biduū tertio au-

tem quouis die conſeruam roſarum & hauſtum quæ hederæ terreſtris.

Syrupus de portulaca.

Recipe portulacæ manipulum vnũ ſemis, vngulæ caballinæ, capillorum Veneris, ſcariolæ ſingulorum manipulum vnum, radicum taraxaci drachmas tres, cichorii drachmas duas, ſeminum portulacæ, papaueris, lactucæ ſingulorum ſcrupulos quinque, florum nymphææ, borraginis, violarũ ſingulorũ manipulum vnũ, decoquantur in diplomate cum aquis endiuiæ, vngulæ caballinæ ſingulorum libra vna, portulacæ libra ſemis, trina ebullitione, & poſt horam coletur, & in colatura diſſolue Syrupi de nymphæa, de liquiritia ſingulorum vntiam vnam ſemis. coletur bis per filtrum.

Syrupus de hedera terreſtri ſimplex.

Recipe aquæ vel ſucci depurati hederæ terreſtris libram ſemis, ſacchari fini vntias quatuor ſemis, decoquantur ad ſpiſſitudinem Syrupi. detur in exulceratione pulmonis, cum conſerua roſarum vt noſti.

Syrupus in dyſenteria conſolidatiuus.

Recipe roſarum rubearum manipulum vnũ, ſumach drachmas duas ſemis, ſpodii drachmas duas, ſandalorum citrinorum drachmam vnam ſemis, ſeminum lapatii acuti drachmam vnam ſemis, myrtillorum drachmam vnam, gnaphaleonis manipulum ſemis, radicum tormentillæ drachmas tres, decoquantur in libris tribus ſemis aquæ calibeatæ, & aquæ plantaginis libra ſemis ad tertiæ partis conſumptionem, dein coletur, colaturæ addantur ſucci plantaginis vntiæ duæ, & cum

cum ſufficienti quantitate ſacchari decoquantur ad formam ſyrupi & clarificetur.

Syrupus mirtyllorum.

Recipe ſucci myrtillorum libram vnam, ſucci cidoniorum, plantaginis ſingulorũ libram ſemis, ſumach, acaciæ ſingulorum vntiam ſemis, roſarum manipulum vnum, ſpodii, hypociſtidis ſingulorum drachmam vnam, maſticis drachmas duas, gummi arabici, dragagãti, ſingulorũ drachmã vnam, ſucci clarificentur, & reliqua in aqua calibeata decoquantur, & tandem ſecundum artem cum ſaccharo fiat ſyrupus, detur cum decoctione radicum tormentillæ, in aqua plantaginis facta. In lienteria & dyſenteria ſimilem deſcriptionem habet Nicolus.

Syrupus corallinus.

Recipe corallorum rubeorum contuſorũ drachmas tres, macerentur in vntiis quinque ſucci berberorum dies quatuordecim, & cum coralli (ſicut margaritæ in aceto) diſſoluti in aquam fuerint, ſuccus berberorum cum ſaccharo quantum ſufficit ad ſpiſſitudinem ſyrupi vel rob decoquãtur. Eſt in omni fluxu ventris & ſtomachi, à cauſa calida efficax remedium.

Syrupus Alkakengi.

Recipe Alkakengi recentium inciſorum, numero viginti, ſiccorum numero triginta, radicum bruſci, apii, pimpinellæ ſingulorum drachmas duas, cyperi ſcrupulos quinque, ſeminum ſaxifragæ drachmam vnam ſemis, fœniculi drachmam vnam, adianthos, cetrach ſingulorum manipulum vnum, Rhabarbari in petia ligati drachmam vnam, cardamomi drachmam vnam,

ſpicæ celticæ ſcrupulum ſemis, ſeminum vel radicis damaſonii, ſeminum lappæ minoris ſingulorum drachmam vnam ſemis, decoquantur in libra vna aquæ communis, aquarum raphani, centinodiæ & fragariæ ſingulorum libra ſemis, ſtent in decoctione per horam, tandem fiat fortis expreſſio, quæ addito tandem rhabarbaro cum vntiis quatuor ſacchari, decoquantur ad ſpiſſitudinem Syrupi, detur mane cum decocto ſeminis lappæ minoris & radicis damaſonii. Eſt diureticus, operatur mirabilia, educit calculos per deiectionem, ventrem & epar purgat & aperit.

Syrupus de cuſcuta.

Recipe cuſcutæ nodoſæ manipulum vnum ſemis, fumiterræ, ſcolopendriæ, ceterach, epaticæ ſingulorum manipulum vnum, corticum tamarindorum, corticum mediarum ſalicis ſingulorum drachmas tres, radicum fœniculi drachmas duas, taraxaci drachmas tres, paſſulatum vntiam vnam, alkakengi inciſorum numero vndecim, decoquantur lento igne in libris tribus aquæ communis ad tertiæ partis conſumptionem, dein poſt horas duas fiat fortis expreſſio, cui abiecta reſidentia addatur ſuccorum endiuiæ, chamomillæ ſingulorum vntia vna, ſucci abſinthii vntia vna ſemis, Rhabarbari drachmæ duæ, ſpicæ ſcrupulus ſemis, decoquantur cum cum vntiis ſex & ſemis ſacchari ad ſpiſſitudinem ſyrupi dentur vntiæ duæ cum aquis chamomillę, abſinthii, cichorii ſingulorum vntia vna. Eſt in febribus chronicis ex oppilatione epatis & ſplenis efficax.

Syru-

Digitized by Google

Syrupus de endiuia cum Rhabarbaro.

Recipe endiuiæ manipulum vnum, fumiterræ, capillorum veneris, aſplenii, cuſcutæ ſingulorum manipulum ſemis, folliculorum ſenæ drachmas tres, polypodii quercini drachmas quinque, rhabarbari thamarindorum ſingulorum drachmas tres ſcrupulum vnum, radicum petroſelini, cichorii ſingulorum drachmas duas, liquiritiæ ſcrupulos quinque, ſeminum fœniculi ſcrupulos duos, decoquantur in libris tribus aquę communis ſecundum artem, & cum ſaccharo fiat ſyrupus.

Syrupus de Rhabarbaro ſolutiuus.

Recipe fumiterrę manipulū vnum ſemis, endiuiæ, ceterach, nodorum cuſcutæ ſingulorum manipulum vnum, folliculorum ſenæ vntiam ſemis, polypodii quercini drachmas ſex radicum petroſelini, cichorii ſingulorum drachmis duas ſemis, thamarindorum drachmas quinque, decoquantur in libris tribus ſemis aquæ communis ad tertiæ partis conſumptionem, deinde ſtet per noctem, mane fiat fortis expreſſio cui abiecta hypoſtaſi, addantur ſucci endiuiæ vntia vna ſemis, ſucci fumiterræ vntia vna, rhabarbari optimi drachmæ tres ſcrupulus vnus, agarici albiſſimi ſcrupuli quatuor, zinziberis drachma ſemis in petia ligatorum, cum vntiis ſex ſacchari fini decoquantur ad ſpiſſitudinem ſyrupi, doſis vntiæ tres cum vntia vna ſemis aquę fumiterræ, & cuſcutæ vntia vna, in qua diſſoluere poteris diaturbit noſtri, aut electuarii de ſucco roſarum, vel hamech ſcrupulos quatuor, vel

pro delicatis mannam, mundificat sanguinem, & confert morbis ex cholera & melancholia ortis.

Syrupus vel Mucharum rosarum compositum.

Recipe aquæ infusionis rosarum recentium septies aut ad minus quinquies reiteratis semper rosis factæ, colatæ, & expressæ libras tres & in ea per noctem infundantur rhabarbari drachmæ duæ, agarici albissimi drachma vna semis, zinziberis drachma vna, mane fiat fortis expressio, in qua dissolue sacchari fini libras duas, albuminis oui numero vnum ac cum cinamomi scrupulis duobus, & garyophillorum drachma semis in petia ligatis, decoquantur ad spissitudinem syrupi. Ad quamlibet infusionem accipiantur libræ duæ rosarum rubearum recentium abscissis vnguib. Quod si mucharum efficacius habere volueris, auge dosim rhabarbari, ponendo ad vnciã vnã infusionis drachmam semis rhabarbari. Detur ab vnciis tribus ad quatuor cum aqua appropriata dissolutis, vel detur cum vncia vna mannæ cum aqua cuscutæ dissolutis, vel dentur vnciæ duæ cũ infusione scrupulorum quatuor rhabarbari & trium granorum spicæ in aquis endiuiæ, fumiterræ singulorum vnciis duabus per horas decem expressa.

Syrupus Catholicus.

Recipe soldanellæ manipulos duos, cuscutæ, scolopendriæ, adianti singulorum manipulum vnum, centaurii manipulum semis, epaticæ manipulum vnum, radicum rhapontica drachmas duas

duas ſemis,fœniculi,petroſelini,apii ſingulorum drachmam vnam ſemis, enulæ ſcrupulos quinque,ſeminum aniſi,fœniculi,ſileris montani ſingulorum drachmam vnam, liquiritiæ drachmas duas.decoquantur lento igne in libris ſeptem aquę communis ad tertiæ partis conſumptionem, ſtent per horam, dein fiat fortis expreſſio, quæ coletur ter per filtrum , cui adde corticum myrobalanorum citrinorum, chebulorum, Indorum ſingulorum drachmam vnam ſemis, tamariſcorum ſcrupulos quatuor, paſſularum vntiam vnam ſemis, prunorum damaſcenorum numero duodecim , ſebeſten numero quinque, alkakengi numero quindecim, tamarindorum vntiam vnam,foliorum & folliculorum ſenæ abiectis ſtipitibus vntias duas ſemis,epithymi Cretenſis drachmas duas, polypodii quercini vnciã ſemis, florum anthos , violarũ ſingulorum manipulum vnum, borraginis , bugloſſæ ſingulorum manipulum ſemis , epithymus vna cum floribus poſtremo impoſitis decoquantur lento igne trina ebullitione, & ſtent per noctem in decoctione bene cooperta, quæ cum albumine oui clarificetur, & effundatur in cantharum, cui addantur rhabarbari drachmæ duæ ſemis, ſquinanti ſcrupulus vnus,Agarici albiſſimi drachmæ tres ſemis , zinziberis ſcrupuli quatuor, garyophillorum drachma vna,cinamomi ſcrupuli duo ſemis , decoquantur in duplici vaſe, per quadrantem horæ, & iterum ſtent per noctem, & facta forti expreſſione addantur ſuccorum depuratorum fumiterræ vntiæ tres, abſinthii vntiæ duæ, roſarum recentium cum ſuo rore ma-

tutino expreſſatum vntiæ duæ ſemis, & cum ſacchari depurati vntiis ſedecim, decoquantur ad ſpiſſitudinem Syrupi clari. Vtimur in oppilatione epatis, icteritia, cachexia, & ſanguinis mundificatione expertus.

Syrupus in febre cholerica continua precipue de cholera porracea.

Recipe cryſtalli puriſſimi ſubtiliſſime in porphyrio triti drachmã ſemis, detur cũ decocto aut ſtillatitio liquore portulacæ, oxalidis, endiuiæ, & ſyrupo acetoſitatis citri, vel de ſucco limonum. Eſt enim cryſtallus alexipharmacum porraceæ & aruginoſæ bilis, ac dyſenteriæ antidotus, tota ſubſtantia & qualitate manifeſta, vt Petrus Apponenſis in ſuo de Veneris libello teſtatum experientia ſcribit.

CAP. V.

DE IVLEPIS.

Iulep ad apoplexiam & vertiginem.

RECIPE florum lauendulæ manipulum vnum, violarum, roſarum, ſticados Arabici, origani ſingulorum manipulum ſemis, radicum pœoniæ acori, pyrethri ſingulorum vntiam ſemis, ſquillæ drachmas tres, cubebarum drachmã vnam, cardamomi, cinamomi, garyophillorum ſingulorum ſcrupulum vnum, decoquantur in aquæ betonicæ libra vna ſemis, maioranæ libra vna, colentur, & cum ſacchari vntiis ſeptem fiat ſecundum artem Iulep longum. Aut ſi vis, diſſolue in decocto pro quotidiano vſu Syt. de ſticados.

Hydro-

Digitized by Google

Hydromel aromaticum.

Recipe aquæ pluuiæ recẽtis libras duodecim, mellis electi libram vnam, decoquantur & despumentur donec dimidium exhalauerit, dein recipe cinamomi vntiam semis, zinziberis drachmas duas, cardamomi, trium piperum, galangæ singulorum scrupulum vnum, grosse contusa horis decem macerentur in decocto feruenti. Postea ter quaterque per filtrum transfundan- & est potus paralyticorum.

Iulep pectorale.

Recipe cinamomi scrupulos quatuor, thymi pugillum vnum, liquiritiæ drachmam vnam semis, radicum ireos drachmas duas, enulæ drachmam vnam, passularum enucleatarum vntiam semis, violarum manipulum vnum, decoquantur in duplici vase cum aquæ fœniculi vntiis octo, hyssopi vntiis tribus, scabiosæ libra semis, tandem in colatura dissolue sacchari fini vntias septem, & cum cinamomi scrupulis duobus, gariophillorũ scrupulo vno, ireos drachma vna semis in petia ligatis. Decoquantur ad spissitudinem Iulep, ac cum albumine oui clarificetur.

Iulep de vino cordiale.

Recipe vini Rhenensis libram vnam, aquæ rosarum vntias duas semis, garyophillorum contusorum scrupulos duos, cinamomi drachmam semis in petia ligatorum, sacchari fini vntias tres, coquantur lento igne ad spissitudinem iulep clari, detur mane & vesperi contra syncopin cochlearia duo.

Iulep de portulaca.

Recipe aquæ portulacæ libram ſemis, aquæ plantaginis, roſatum ſingulorum vntias tres, ſandalorum rubeorum ſcrupulos quatuor, granorum chermes ſcrupulos duos, ligentur in tyndone, & cum vntiis tribus ſemis ſacchari coquãtur ad conſiſtentiam Iulepclari, dentur mane & veſperi vntiæ tres ſemis in ſputo ſanguinis.

Iulep ſtomachale.

Recipe foliorũ ſcolopendriæ manipulos quatuor, cuſcutæ manipulum ſemis, mentæ pugillũ vnum, galangæ, xyloaloes ſingulorum drachmã ſemis, ſeminũ aniſi ſcrupulos duos, garyophillorũ drachmã vnã, cinamomi drachmã vnã ſemis, vini albi libram vnam, aquæ abſinthii libram ſemis, aquæ chamomillæ vntias tres, decoquantur in duplici vaſe, tandẽ ſtent per noctẽ, poſtea fiat fortis expreſſio, quæ cum vntiis quinque ſacchari decoquantur ad ſpiſſitudinem Iulep. Vtere in dolore ſtomachi ex oppilatione præcordiorum, & à cauſa frigida.

Rob de berberis & ceraſis.

Recipe berberos recentes enucleatos, collocato in vitrum amplum, & aſpergatur deſuper ſaccharum ad ſpiſſitudinem digiti dimidii, dein iterum berberi ſuper ſaccharum collocentur, & iterum inſpergatur ſaccharum, & berberis ac ſaccharo alterno ordine locatis vitrum impletum ſoli aprico exponatur, & liqueſcent, eodem modo ceraſa acetoſa enucleata conficiuntur, vtraq; ad ventriculum & cætera viſcera caloris intemperie diſſoluta confirmanda, vomitus, excretiones bilioſas, ſitim, & peſtem profutura.

Iulep

Digitized by Google

Iulep in dolore ſtomachi intolerabili & colica.

Recipe conſeruæ roſarum vntiam vnam, opij Thebiaci grana duo iuſti põderis, croci oriẽtalis grana tria, diſſolue in vntiis quatuor aquæ chamomillæ, & tandẽ coletur, & bibatur tribus horis à cœna: extinguit ardorem doloremque ſtomachi & colicæ ſine damno, & ſomnũ conciliat, præcipue ſi fuerit à cauſa calida materiali.

Iulep capillorum Veneris.

Recipe capillorum Veneris manipulum vnum, ceterach, cuſcutæ, endiuiæ ſingulorum manipulum ſemis, thamarindorũ drachmas tres, radicũ cichorij, fœniculi ſingulorum drachmas duas, liquiritiæ ſcrupulos quatuor, rhabarbari cum granis quatuor, ſpicæ in petia ligati drachmã vnam ſemis, florum borraginis, bugloſſæ ſingulorum pugillum vnum, aquarum ceterach cichorij ſingulorum libram ſemis, tataxacon libram vnam, decoquátur in diplomate dimidiam horam poſt duas horas coletur, & in colatura diſſolue ſacchari fini vntias ſex, ſyrupi acetoſi ſimplicis vntiam vnam ſemis. & decoquantur ad conſiſtentiam Iulep, & clarificetur, doſis vntiæ quinque in febre cholerica altera ſpecie cauſonis hyberna & oppilatione.

Iulep ad melancholiam, quartanam, ſcabiem & gallicum.

Recipe fumiterræ manipulum vnũ ſemis, ſcolopendriæ, cuſcutę ſingulorum manipulum ſemis, adianti manipulum vnum, foliorum & folliculorum ſenæ drachmas ſex, polypodii vntiã ſe-

mis, corticum myrobalanorum Indorum drachmas duas paſſularum enucleatarum vntiam vnam, florum borraginis, bulgloſſę ſingulorũ pugillum vnũ, epithymi drachmam vnam, ellebori nigri drachmas duas ſemis, radicum capparorum drachmas duas, decoquantur in libris tribus aquæ communis ad tertiæ partis conſumptionem, ſtent in decoctione horis duabus, dein fiat fortis expreſſio, quæ bis coletur per filtrum, & tandem cum ſcrupulis duob. garyophillorum, & cinamomi drachma ſemis in petia ligatis, ac ſacchari vntiis duabus, & ſyrupi de pomis vel regis Sabor vntia vna ſemis, decoquantur ad ſpiſſitudinem Iulep clari, doſis vntiæ quinque. Pro fortioribus drachma vna ſemis agaricis cũ ſcrupulis duobus zinziberis in petia in poſtrema decoctione vna decoqui poſſunt.

Iulep ad dyſenteriam.

Recipe roſarum rubearum manipulum ſemis ſumach, balauſtiarum ſingulorum drachmam vnam ſemis, ſeminum lappæ acutæ drachmam vnam, myrtillorum drachmas duas, Antheræ drachmam ſemis, radicum tormentillæ drachmas duas, decoquantur in diplomate in libra vna aquæ florum acatiæ & aquæ plantaginis vntiis ſeptem, per dimidiam horam, ſtēt in decoctione horis octo, dein fiat fortis expreſſio, in qua diſſolue ſucci plantaginis depurati vntiam vnã ſemis, ſacchari fini vntias tres, & cũ ſcrupulis duobus ſemis nucis muſcatæ, & drachma ſemis garyophillorum in petia ligatorũ decoquantur ad ſpiſſitudinem Iulep clari.

Iulep

Digitized by Google

Iulep in ſciatica podagra, & arthritica.

Recipe chamæpyteos manipulum vnum ſemis, aſari manipulum vnum, betoniæ, chamedrios, ſticados Arabici ſingulorum manipulum ſemis, capillorum Veneris, rutæ ſingulorum manipulum vnum, turbit albi gumoſi drachmas duas ſemis, polypodii quercini vntiam ſemis, foliorum & folliculorum ſenę ſine ſtipitib. drachmas ſex, hermodactylorum drachmas tres, ſeminum aniſi, fœniculi ſingulorum drachmam vnam, paſſularum enucleatarum vntiam vnam, decoquantur in libris tribus aquæ communis ad tertiæ partis conſumptionem, ſtent in decoctione per horam, tandem fiat fortis expreſſio quæ bis coletur per filtrum, in qua denique Agarici ſcrupuli quatuor zinziberis ſcrupuli quinq;, garyophillorum ſcrupuli duo ſemis, inciſa & in petia ligata cum vntiis tribus ſacchari, decoquantur ad ſpiſſitudinem Iulep clari, detur vntiæ quinque.

CAPVT VI. DE PVLVERIBVS TRAGEIS & rotulis.

Puluis alexipharmacus contra omne virus & peſtem.

RECipe dictami Cretenſ. ſcrupulos quinque radicum eryngij drachmam vnam ſemis, zedoariæ drachmam vnam, corticũ citri ſcrupulos quatuor, foliorũ ſaluiæ ſcrupulos duos, fragmẽtorum ſmaragdi drachmam vnam, nepetæ drachmam vnam ſcrupulum ſemis, cardamomi, foliorum rutæ ſingulorũ ſcrupulos duos, radicum angelicæ drachmas duas, pimpinellæ drachmam

vnam, garyophillorum ſcrupulos quinque, vnicornu drachmam ſemis, rad. enulæ campanæ ſcrupulos quatuor. fiat puluis, detur drachma vna cum aquis appropriatis. Si vis habere electuarium, adde conſeruæ florum tunicæ vntias duas, Theriacæ Alexandrinę vntiam vnam ſemis, Mithridati vntiam vnam, camphoræ ſcrupulum ſemis, & cum ſyrupo acetoſitatis citri fiat electuarium. Et licet Georgi conſobrine extremis morbis extrema remedia adhibēda ſint, tamen ad Euphorbii præcipitati & antimonij vſum raro deuenire ſoleo, cum plurima in hoc genere benedicta ſint remedia, memini patruum tuū Georgium Wirth, Lndouici Vngariæ & Bohemiæ regis medicū, ex euphorbij parte vna, maſticis duabus, croci dimidia, & ſaccharo ad pondus omnium puluerem parare & drachmæ pondere cum aqua ſcabioſæ & cardui benedicti ægris propinare. Quemadmodnm & mixturam ad eadem efficacem, ex iacinthorum, maſticis, antimonij præparati pellucidi ſingulorum ſubtiliſſime tritorum puluere ſcrupulo vno, ſpecierum liberantis ſcrupulis duobus, conſeruæ borraginis vntia vna ſemis componere & electuarium de iacintho nominare, ac pondere vntiæ ſemis, ægris felici ſucceſſu in Vngaria & Bohemia exhibere ſolitum, ſicuti ex ipſius monumentis videre poteris.

Puluis euphorbii.

Electuarium de iacintho.

Alius.

Recipe zedoariæ, euphorbii, corallinæ, tormẽtillæ, gentianæ, diptami vulgaris, terræ ſigillatæ, boli armeni, coralliorum rubeorum & alborum, ſpicæ nardi, maſticis, herbæ garyophillatæ, centaurii

taurii minoris, ſandalorum rubeorum, oſſis de corde cerui, camphoræ ſingulorum partes æquales, fiat puluis, de quo detur drachma vna cum aqua aut decocto acetoſæ ex vino.

Tragea bezoartica.

Recipe cardui benedicti drachmas tres, terræ ſigillatæ ſcrupulos quatuor, boli armeni præparati drachmas duas, vnicornu vel cerui vſti ſcrupulos quinque zedoariæ, corticum citri ſingulorum drachmam vnam ſemis, radicum angelicæ drachmas duas, garyophillorum ſcrupulos quinque tormentillæ ſcrupulos quatuor, fiat puluis, & cum ſaccharo tragea, vel diſſoluto ſaccharo in aqua roſarum rotulæ aut morſelli.

Morſelli alexiphar.

Recipe ſpecierum liberantis ſcrupulos quinque, diamargariti drachmas duas, zedoaria, corticum citri, vnicornu ſingulorum ſcrupulum vnũ, radicum carlinæ, pimpinellæ, eryngii ſingulorum drachmam ſemis, angelicæ diptami ſingulorum ſcrupulos duos, ben vtriuſque, chermes ſingulorum ſcrupulum vnum cinamomi, garyophillorum ſcrupulos duos ſemis, ſmaragdi ſcrupulum ſemis, muſci grana duo, foliorum auri numero ſex, cum vntiis nouem ſacchari in aqua cardui benedicti, vel ſcabioſæ diſſolutis fiat confectio in morſellis.

Puluis epilepticus.

Recipe ſeminum pæoniæ excorticatorum ſcrupulum ſemis, radicum pæoniæ ſcrupulum vnum ſemis, cranei anterioris ſuſpenſi drachmã vnã ſemis, mumiæ drachmã ſemis, macis ſcrupulũ ſemis, viſci quercini drachmam vnã, cubebarum

ſcrupulum vnum, pyretri drachmã ſemis, foliorũ rutæ ſcrupul. ſemis, raſuræ vngulæ alcis, fragmẽtorũ ſmaragdi ſingulorum drachmã ſemis margaritarũ ſcrupulum vnum, foliorum auri puri numero quinq;, fiat puluis, vel cũ ſaccaro aqua noſtra epileptica fiant rotulæ, aut addita Theriaca & conſerua florum anthos & lauendulę & ſyrupo de ſticados compoſito, fiat electuarium.

Morſelli epileptici.

Recipe ſpecierum diambręę ſcrupulos quatuor, radicum acori veri, peucedani, ſingulorum ſcrupulos duos, pyrethri drachmam ſemis, viſci quercini, coaguli leporis ſingulorum ſcrupulos duos, cubebarum, corallorum rubeorum ſingulorum ſcrupulum ſemis, ſeminum aniſi coriandri præparati ſingulorum ſcrupulum vnum, garyophillorum ſcrupulos duos ſemis, nucis muſcatæ drachmam vnam, ſmaragdi ſcrupulum ſemis, cum vntiis ſeptem ſacchari in qua florum tiliæ & lauendulæ diſſolutis, fiat confectio in morſellis.

Puluis in paroxyſmo Epilepſiæ expertus.

Recipe ſeminum nigellæ ſcrupulum vnum grana quinque, maioranæ grana ſex, nucis muſcatæ, radicum pæoniæ, mumiæ ſingulorũ ſcrupulum ſemis, fiat puluis ſubtilis, naribus inſufflandus, pro fortioribus adde ellebori nigri grana quinque, euphorbii grana tria.

Ad vertiginem, paralyſim, apoplexiam, ſcotomiam, & memoriam.

Recipe radicũ acori, pyrethri, pœoniæ ſingulorum drachmam vnam ſemis, galangæ coſti ſingulorum drachmam ſemis, ſileris montani dra-

chmas

chimas duas, roriſmarini drachmam vnam ſemis, florum ſaluiæ, lauendulæ, betonicæ ſingulorum ſcrupulum vnum ſemis, cubebarum, cardamomi, baccarum lauri ſingulorum ſcrupulos duos, macis ſcrupulum vnum, nucis muſcatæ, garyophillorum ſingulorum drachmam ſemis, cinamomi drachmam vnam, ſticados arabici, foliorũ rutæ ſingulorũ pugillum vnum, ſeminum, aniſi, fœniculi, ameos, carui ſingulorum ſcrupulũ ſemis, piperis longi, carpobalſami ſingulorum ſcrupulum vnum. pulueriſatis ſingulis & mixtis fiat puluis, & cum ſaccharo tragea, aut diſſoluto ſaccharo in aquis maioranæ ſaluiæ morſelli, aut cum melle anacardino & ſyrupo de ſticados, addita caſtorei drachma vna electuarium.

Ad idem morſelli.

Recipe ſpecierum diambræ ſcrupulos quatuor. cinamomi interioris drachmam vnam, garyophillorum ſcrupulum vnum, muſci granum vnum, ambræ grana duo, cubebatũ ſcrupulum ſemis, pinearum præparatarum drachmas tres, ſacchari vntias tres ſemis, in aqua Langii epileptica, & roſarum quantum ſufficit diſſoluti fiat confectio in morſellis quadratis.

Morſelli cerebri & cordis confortatiui.

Recipe ambræ griſeæ ſcrupulos duos, cinamomi drachmas duas, ſacchari candi vntias tres, aquæ roſarum quantum ſufficit, fiant morſelli, ſunt delicatiſſimi ſaporis.

Ad dolorem capitis, vertiginem & tinnitum aurium.

Recipe nucis muſcatę numero vnam, cimini, ſeminum aniſi, fœniculi, carui, cubebarum,

piperis longi, garyophillorum ſingulorum drachmam vnam, pulegii ſicci, foliorum maioranæ ſingulorum ſcrupulum vnum, ſpecierum diacimini vntiam ſemis, miſce fiat puluis, detur drachma vna cũ aqua fœniculi, vel cum vntiis quinque ſacchari in aqua Langii epileptica & roſarũ æquis partibus diſſoluti. fiat confectio in morſellis, in medio vno puncto deauratis.

Confectio lætificans.

Recipe ſpecierum diamargariti drachmam vnam ſemis, diambræ drachmam vnam, radicum acori veri, xyloaloes ſingulorum ſcrupulum vnum, cinamomi ſcrupulos duos, garyophillorũ drachmam vnam, croci grana quinque, doronici ſcrupulũ vnum, oſſis de corde cerui numero vnũ, granorum chermes ſcrupulum ſemis, nucis muſcatæ drachmam ſemis, corticum citri ſcrupulum vnum, margaritarum & granatorum præparatorum ſingulorum ſcrupulum ſemis, carabæ drachmam ſemis, fol. auri numero ſex, muſci grana tria, ſpecies aromaticæ groſſe conterantur & cũ ſacchari fini vntiis ſeptem in aqua roſarum diſſolutis fiat confectio ad melancholiam & tremorem cordis efficax.

Puluis ſomniferus.

Patruus tuus Georgi conſobrine in phreneſi, melancholia, delirio, & ardentibus febribus, vbi ſomni conciliatione opus eſt, non conferentibus mitioribus, nec philomo Romano, nec pillulis de cynagloſſa, ſacculum ex pulueribus foliorum & ſeminum iuſquiami albi parare, & puluinari vel capiti dormituri ſupponere, aliquando etiam ſanguiſugas poſt aures accommodare, & remotis ſan-

Digitized by Google

tis sanguisugis granum vnum opii vulnerib. imponere felici successu solitus est, de quibus ipsius monumenta te docebunt.

Confectio pectoralis.

Recipe cinamomi drachmam vnam semis, liquiritiæ scrupulos duos, thymi pugillum vnum, radicū ireos scrupulos quatuor, incisa decoquātur in diplomate trina ebullitione cum aquis fœniculi vntiis duabus, scabiosæ vntia vna, rosarum vntia vna semis, post quartam vnius horæ coletur & cum colatura quantum sufficit dissolue sacchari candi vntias duas semis, penidiarum vntiam vnam, ac decoquendo inspissentur & inspergantur cinamomi interioris scrupulus semis, radicum ireos scrupulus vnus, dragaganti albissimi scrupulus semis, margaritarum præparatarum grana sex, seminis bombicis enucleati scrupulus semis, fol. auri numero quatuor fiant rotulæ pectorales.

Ad tussim & asthma rotulæ.

Recipe pinearum præparatarum drachmas duas, radicum ireos, liquiritiæ rasæ singulorum scrupulos duos, dragaganti drachmam semis, seminum anisi scrupulum vnum, fœniculi, vrticæ singulorum scrupulū semis, radicū angelicæ drachmam semis, cinamomi scrupulos quatuor, storacis, calamitæ scrupulum semis, sacchari penidii & candi singulorum vntiam vnam semis, cum aqua scabiosæ & fœniculi quantum sufficit fiant rotulæ.

Ad tremorem cordis.

Recipe specierum de gemmis frigi. scrupulos quatuor, doronici scrupulos duos, galāgæ, corti-

Digitized by Google

cum citri ſandalorum citrinorum & rubeorum ſingulorũ drachmam ſemis, granorum chermes ſcrupulum vnum, cinamomi drachmam vnam, garyophillorum ſcrupulos duos, ſuccini drachmam ſemis foliorum auri numero ſex, ſeminum melonum drachmam vnam, ſmaragdi ſcrupulum ſemis, cum vntiis ſeptem ſacchari in aqua roſarum & meliſſæ, in quibus prius ſericum rubrũ bullierit, diſſolutis, fiant morſelli quadrati, dentur in diſpoſitione calida.

Manus Chriſti cum fragmentis.

Recipe margaritarum non perforatarum, corallorum rubeorum, ſandalorum rubeo. & citri, iacinthi, granathi, ſaphiri, ſmaragdi, berilli ſingulorum ſcrupulos duos ſemis, ſacchari electivntias nouem, cum aqua roſarum fiant manus Chriſti, aut addendo conſeruæ borraginis, bugloſſæ, roſarũ, corticũ mali citri conditorũ ſingulorum vntiam vnam, foliorum auri & argenti ſingulorum ſcrupulum vnum cum ſyrupo acetoſitatis citri fiat mixtura cordialis.

De reſtaurantibus pinnicati confectio.

Recipe ſacchari clarificati vntias tres, pinearũ præparatarum vntiam vnam, cinamomi, garyophillorum ſingulorum ſcrupulos duos, nucis muſcatæ drachmam ſemis, macis ſcrupulum vnum grana quinque, ſpecies & pineæ groſſo modo incidantur, & fiat confectio in morſellis latitudinis duorum digitorum.

Confectio pinnicati aromatici.

Recipe pinearum præparatarũ, fiſticorũ viridium ſingulorum vntias tres ſemis, amygdalarũ dulci-

Digitized by Google

dulcium drachmas ſex, cinamomi drachmam vnam ſemis, xyloaloes ſcrupulum vnum ſemis, macis, garyophillorum ſingulorum drachmam vnam, nucis muſcatæ ſcrupulos duos ſemis, ſpecierum lætificantis Galeni diamuſci ducis ſingulorum drachmam ſemis, corallorum rubeorum ſuccini albiſſimi ſingulorum grana duodecim, muſci grana tria, ſacchari quantum ſufficit in aqua roſarum, vel bugloſſæ, vel cinamomi diſſoluti fiat confectio in morſellis.

Morſelli reſtauratini.

Recipe pinearum prę paratarum drachmas duas ſemis, fiſticorum viridium drachmas duas, ſpecierũ diambræ ſcrupulos duos, cinamomi drachmam ſemis, galãgæ ſcrupulum vnum, garyophillorum drachmam ſemis, nucis muſcatæ ſcrupulos duos, zinziberis albi drachmam ſemis, xiloaloes ſcrupulum ſemis, cum vntiis quatuor ſemis ſacchari in aqua roſarum diſſoluti ſpeciebus & nucleis groſſe inciſis, fiat confectio in morſellis in cauſa frigida.

Alia compoſitio.

Recipe fiſticorum viridium drachmas tres, ſeminum melonum excorticatorum drachmas duas, ſpecierum electuarii de gemmis frigidorum drachmã vnam, cinamomi drachmã vnã ſemis, garyophillorum ſcrupulos quatuor, margaritarum ſcrupulum ſemis, ſandalorum citrinorum ſcrupulum vnum, fol. auri numero quatuor, ambræ grana tria, cum vntiis quatuor & ſemis ſacchari in aqua roſarum diſſoluti, fiat confectio in morſellis in cauſa potiſſimum calida.

Alia pro delicatis.

Recipe pinearum præparatarum vntiam ſemis, fiſticorum viridiũ drachmas tres, xyloaloes ſcrupulum ſemis, garyophillorum, cinamomi ſingulorum ſcrupulos duos, zinziberis drachmam ſemis, macis ſcrupulum ſemis, foliorum auri numero, ſeptem, margaritarum ſcrupulum ſemis, nucleorum cucurbitæ ſcrupulos quatuor, ſeminum melonum drachmas duas, ambræ griſeæ grana ſeptem, cum ſacchari libra ſemis in vino maluatico diſſoluti, fiat confectio in morſellis.

Morſelli ad oppilationem epatis cachexiam & hydropem.

Recipe ſpecierum aromatici roſati drachmã vnam ſcrupulum ſemis, ſpecierum dialaccæ drachmam ſemis, macis ſcrupulum vnum, ſquinanti carui radicum aſari ſingulorum ſcrupulum ſemis, cinamomi interioris ſcrupulos quatuor, ſandalorum citrinorum rubeorum ſingulorum drachmam ſemis, cyperi ſcrupulum vnum, limaturæ eboris ſcrupulum vnum, fiſticorum viridium ſcrupulos quatuor, ſeminum melonum excorticatorum ſcrupulos duos, cum vntiis ſex ſacchari in aqua roſarum & eupatorii ſingulorum quantum ſufficit, diſſoluti fiat confectio in morſellis.

Limaturæ eboris puluis.

Recipe limaturæ eboris drachmam vnam ſemis, ſeminum aquilegiæ ſcrupulum vnum grana quinque, pulueris lubricorum terreſtrium ſcrupulum ſemis, miſce, fiat puluis, inicteritia efficax,

detur

Digitized by Google

detur ſcrupulus vnus, cum ſyrupo de cichorea cum rhabarbaro cum aqua cuſcutæ diſſoluto.

Tragea ad colicam ventoſam.

Recipe corticum arantiorum exiccatorũ drachmam vnam, ſeminum aniſi, fœniculi ſingulorum ſcrupulos duos, baccarum lauri drachmam vnam, cimini drachmam vnam ſemis, garyophillorum drachmam ſemis, gentianæ, diptami, galangæ, ſeminum ameos ſingulorum ſcrupulos duos, piperis longi & albi ſingulorum ſcrupulum vnum, cum ſaccharo fiat tragea.

Ad dyſenteriam puluis.

Recipe maxillarum lutii cum dentibus priapi cerui, corticum granatorũ, cornu cerui vſti, boli armeni, ſeminum lapatii acuti ſingulorum drachmam vnam, fiat puluis, detur drachma vna cũ ſyrupo de ſucco plantaginis. Aliquando grana nouem ſmaragdi ſubtiliter pulueriſati cum aqua plantaginis, ſeptem horis ante prandium exhibere ſoleo. Solus etiam puluis mandibulæ lutii cum ſyrupo plantaginis, vel ouo ſorbili hauſtus, dyſenteriam, menſes, & omnem fluxum reſtringit.

Alius.

Recipe tormentillæ drachmas duas, ſeminum lapatii acuti drachmam vnam, corallorum rubeorum præparatorum ſcrupulos duos, vuarum maiorum quas cubebas vocant acinorum drachmam vnam, nucis muſcatæ torrefactæ ſcrupulos duos ſemis, fragmentorum ſmaragdi ſcrupulum vnum, granorum chermes drachmam ſemis, cinamomi interioris drachmam vnam ſemis,

carabæ drachmam semis, garyophillorum drachmam vnam, margaritarum præparatarum scrupulum semis, crystalli puluerisati scrupulos duos semis, terræ sigillatæ scrupulos duos, foliorum auri numero quatuor. fiat pũluis, detur drachma vna cum mina cidoniorum, vel vino rubeo decoctionis plantaginis, vel acaciæ, aut cum vntiis quinque sacchari in aqua plantaginis & rosarum æquis partibus quantum sufficit dissolutis fiat confectio in morsellis aut cum rob de ribes fiat electuarium addita vntia vna conseruæ rosarum.

Tragea ad dysenteriam.

Recipe margaritarum scrupulos duos, carabe, xyloaloes singulorum scrupulum vnum, chermes, garyophillorum singulorum drachmam semis, nucis muscatæ, corallorum præparatorum singulorum scrupulum vnum, cum vntia vna semis manus Christi sandalini. puluerisatis singulis fiat tragea ad præcauendum aborsum etiam efficax.

Manus Christi sandalini.

Recipe specierum trium sandalorum drachmam vnam semis, margaritarum præparatarum scrupulos duos, corallorum amborum singulorum scrupulum vnum, seminum melonum excorticatorum drachmam vnam, conseruæ rosarum vntiam vnam, sacchari in aqua rosarum dissoluti quantum sufficit, fiat confectio in rotulis, vtere in epatis & ventriculi intemperie calida, & morbis inde ortis.

Tra-

Digitized by Google

Tragea de ſandalis ad thermas.

Recipe cinamomi interioris ſcrupulos quinq; ſemis, coriandrorum præparatorum drachmam ſemis, ſeminum aniſi roſarum rubearum ſingulorum ſcrupulum vnum, manus Chriſti cum perlis vntiam vnam, ſandalorum rubeorum ſcrupulos duos ſemis, foliorum auri numero quatuor, ſacchari fini. vntias quinque. fiat tragea.

Tragea ad vermes.

Recipe corallorum drachmas duas, rhabarbari drachmam vnam, agarici trociſcati ſcrupulos duos, vnicornu drachmam ſemis, margaritarum præparatarum ſcrupulum vnum, coriandri præparati ſcrupulos duos, cinamomi drachmam vnam, manus Chriſti perlati vntiam vnam ſemis, fiat tragea, detur à ſcrupulis duobus ad drachmã vnam, cum aqua portulacæ. Expertum idem operari noſti omnia amara: qualia ſunt, ſemen ſancti, corallina, ſticas citrinum decocta in vino, & cum ſaccharo dulcorata.

Ad calculum puluis.

Recipe nucleorum meſpilorum drachmas duas, ſeminum damaſonii, ſaxifragæ, apii, fœniculi ſingulorum drachmam vnam, radicum pimpinellæ, remoræ, petroſelini, rubeæ tinctorum ſingulorum ſcrupulos quatuor, radicum graminis drachmam ſemis, ſanguinis hirci drachmas duas, cyperi ſcrupulos duos, ſeminum milii ſolis, cardamomi ſingulorum ſcrupulum vnum, alkakengi numero ſeptem, liquiritiæ raſæ drachmam vnam, pulueris inteſtinorum eritii exiccatorum ſcrupulos duos, oculorum cancri ſcrupulum vnum ſemis, cinamomi ſcrupulos

quinque, fiat puluis, detur drachma vna, cum brodio cicerum cum radicibus petroſelini & bruſci decoctorum, vel cum decocto graminis, ſeminum iuniperi, alkakengi petroſelini. Aut ex his pulueriſatis fiat cum ſaccharo tragea, aut ſoluto ſaccharo in aqua raphani, & additis pulueribus fiant rotulæ, fruſta etiam vitri Venetiani ſuper candens ferrum ignita & aqua roſarum aſperſa ac pulueriſata ſcrupuli ſemis pondere cum aqua maluarum aut alkakengi & ſaccharo propinata vrinam auctore Auicēna mirabiliter prouocare notum eſt.

Ad ardorem vrinæ morſelli.

Recipe ſpecierum diarhodon Abbatis ſcrupulos quatuor, liquiritiæ raſæ drachmam ſemis, dragaganti, ſandalorū rubeorum ſingulorum ſcrupulum vnum, carabæ albi ſcrupulos duos ſemis gumi arabici drachmam ſemis ſeminum melonum drachmam vnam, ſeminum cucurbitæ ſcrupulos duos, cinamomi drachmam vnam, aniſi ſcrupulum ſemis, pinearum præparatarum drachmam vnam ſemis, cum vntiis quatuor ſemis ſacchari in aqua alchachengi & roſarum ſingulorum quantum ſufficit diſſolutis, fiat confectio in morſellis.

Ad inuoluntarium lotii efflunium.

Recipe coriandri drachmam vnam, carabæ drachmam ſemis, corallorum rubeorum, xyloaleos ſingulorum ſcrupulum vnum, glandium quercus drachmas duas, nucis muſcatæ ſcrupulos quinq;, ſandalorum rubeorū ſcrupulos duos ſemis cum vntiis quinque & ſemis ſacchacri. fiat tragea, detur ante introitum lecti.

Ad

Digitized by Google

Ad menſium prouocationem & matricis tormina.

Recipe cinamomi drachmam vnam ſemis, cyperi, ſabinæ ſingulorum ſcrupulos duos ſemis, radicum aſari drachmam vnam, ſquinanti ſcrupulum vnum, calomi aromatici, ſeminum nigellæ ſingulorum drachmam ſemis, ſeminum dauci drachmam vnam, croci grana ſex, diptami ſcrupulum vnum, pimpinellæ ſcrupulos duos, fiat puluis, detur cum aqua arthemiſiæ infuſionis pulegii, vel cum decocto cicerum, aut radicum apii petroſelini, ſolum etiam puluerem ſeminum dauci ſcrupulorum quatuor pondere cum aqua arthemiſiæ, vel meliſſæ torminibus matricis mederi, ſicuti drachmam pulueris borracis cum aquæ chamomillæ & vini decoctionis cicerum vel iuniperi æquis partibus potam ſecundinam eiicere experientia edoctus noſti.

Ad menſes ſuperfluos.

Recipe corallorum rubeorum drachmam ſemis, lapidis hæmatitis ſcrupulum vnum, carabæ ſcrupulos duos; radicum tormentillæ, garyophillorum ſingulorum drachmam ſemis, granorum chermes ſcrupulos duos ſemis, fragmentorum ſmaragdi, ſaphiri ſingulorum ſcrupulum ſemis, manus Chriſti ſandalini drachmas quinque, fiat puluis, detur mane & ſero à drachma ſemis ad ſcrupulos duos cum pane toſto in vino infuſionis granorum chermes & ſandalorum humectato. Ad omnem autem hæmorrhagiam ſiſtendam memini patruum tuum Vngariæ Regis Archiatrum ſyrupi de papauere vntiam ſemis cum aquæ centinodiæ vntiis tribus, & ſcrupulo

vno philonii Persici, aliquando etiam Romani minus tamen efficaci, addito scrupulo semis lapidis hæmatitis decies loti, quemadmodum & sperma ranarum in vere collectum & siccatum quantitate; castaneæ ex vino, propinare solitum.

Ad fluxum ventris vel mensium grauidarum, tragea.

Recipe granorum chermes scrupulos quinq;, sandalorum rubeorum drachmam semis, carabę scrupulum vnum nucis muscatę scrupulos duos, fragmentorum smaragdi grana quinque, cum vntiis tribus sacchari fini fiat tragea.

Contra arthreticam pituis.

Recipe chamedrios chamepitheos gentianæ singulorum drachmas tres, foliorum rutæ siccæ vntias quatuor, fiat puluis, detur post euacuationem cochlear vnum, hyeme cum vino aquoso, æstate cum aqua. Hermes similem puluerem cõposuit ex chamedrios gentianæ singulorum vntiis quatuor, aristologiæ rotundæ vntia vna, seminum rutæ siccæ libra semis, dosis cochlear cum chydromelite, vide Gal. 14. Meth. Math. Gra. consil 93. Aui. 22. ter.

Ad casum ex alto vel percussionem.

Quanta sit Georgi consobrine ad casum ex alto facta per venæ sectionem diuersione, pulueris ex rhabarbari Mumiæ rubeæ tinctorum & carabæ æquis partibus cum decocto rhapontici virtus & efficacia tu ipse fracturam costæ ob casum ex alto patiens abunde testari poteris. Nostin etiam me diacassiæ vntiam cum rhapontici drachmis

Digitized by Google

chmis duabus exhibere, pro ditioribus autē rhabarbari drachmam vnam , Mumiæ ſcrupulum ſemis, rubeæ tinctorum ſcrupulum vnum, electuarii ſucci roſarum drachmam vnam ſemis, cum vntiis tribus decoctionis pectoralis communis miſcere, & propinare.

De pulueribus trageis & rotulis ſolutiuis, Diaturbit in rotulis.

Recipe turbit electi in oleo amigdalarum dulcium præparati drachmas quinque, folliculorum ſenæ drachmas duas ſcrupulum vnū cinamomi, zinziberis ſingulorū drachmā vnam, garyophillorum ſcrupulos duos ſemis , agarici trociſcati ſcrupulos quatuor , hermodactylorum drachmas duas, rhabarbari electi drachmas tres, diagridii drachmas tres ſemis , ſquinanti ſcrupulum ſemis, galangæ , nucis muſcatæ ſingulorum ſcrupulos duos, cum vntiis octodecim ſacchari optimi in vino cidoniorum diſſoluti, fiat confectio in rotulis, doſis ab vntia ſemis ad drachmas ſex, vel amplius.

Morſelli diaturbit.

Recipe turbit electi in oleo amigdalarum dulcium infuſi drachmas duas ſemis, Agarici trociſcati drachmam vnam , rhabarbari drachmam vnam ſemis , diagridii ſcrupulum vnum , zinziberis drachmam vnam , cinamomi, garyophillorum, macis , nucis muſcatæ , ſingulorum drachmam ſemis , ſpicæ ſalis gemmæ ſingulorum ſcrupulum vnum , ſacchari in aqua violarum, vel meliſſæ ſoluti libram ſemis , fiant morſelli. Aliquando ex æquis partibus turbit & rhabar-

bari, puta, vntia ſemis diagridij drachma vna & ſemis, zinziberis drachmis duabus, ſpicæ ſcrupulis duobus, cinamomi garyophillorum ſingulorum drachma ſemis, cum vntiis nouem ſacchari in vino cidoniorum diſſolutis, diaturbit in rotulis parare & à drachmis ſex ad vntiam vnam exhibere ſoleo.

Diamanna.

Recipe ſucci roſarum vntias tres, Mannæ maſticinæ vntias duas ſemis, folliculorum ſenæ, agarici electi ſingulorum drachmas duas, rhabarbari drachmam vnam ſemis, ſquinanti, cinamomi interioris ſingulorum ſcrupulum vnum, ſacchari optime depurati libram vnam, cum aqua meliſſę quantum ſufficit, fiat confectio in rotulis pondere vntiæ ſemis.

Ad hydropem puluis laxa-
tiuus.

Recipe ſoldanellæ vntiam ſemis, hermodactylorum drachmas quinque, cinamomi dramam vnam, liquiritiæ ſcrupulos duos, galangæ, ligni aloes ſingulorum drachmam ſemis, ſquinanti, laccæ ſingulorum ſcrupulum vnum, cyperi, calomi aromatici ſingulorum ſcrupulum vnum grana ſex, ſeminum aniſi, cardamomi ſingulorum ſcrupulum vnum, rhabarbari drachmas tres, fiat puluis. Virtus huius puluueris ſolutiua addito Mezereo cum aceto correcto, efficacior fieri poteſt. Lodouicus de leonibus per interualla dierum dabat drachmam vnam hermodactylorum albiſſimorum cum liquore appropriato, & multos hydropicos curabat. Pro pauperibus trageam præparare ſoleo ex hermoda-

ctylo-

ctylorum drachmis duabus, turbit drachma vna, rhabarbari ſcrupulis duobus, Mezerei præparati ſcrupulo ſemis, cinamomi, cyperi, cardamomi ſingulorum drachma vna, ſeminum fœniculi, apij ſingulorum drachma ſemis, aniſorum ſcrupulis duobus, ligni aleos, laccę ſingulorum ſcrupulo vno, & ſacchari vntia ſemis.

Tragea de ſoldanella.

Recipe ſoldanellæ drachmas duas, rhabarbari electi drachmam vnam ſemis, cinamomi interioris ſcrupulos duos, hermodactylorum drachmam vnam, zinziberis, radicum aſari ſingulorum ſcrupulum vnum, ſpicæ grana tria, ſacchari rubei vntiã ſemis, miſce, fiat tragea, dentur ſcrupuli quinque, cum brodio piſorum aut apoſimate appropriato quarto quouis die, aliis dieb. mane & veſperi electuarium de paſſulis loco digeſtiui ſumat.

Tragea de tartaro.

Recipe foliorum ſenæ vntiam vnam tartari albi, de vino potenti turbit albi gumoſi ſingulorum vntiam ſemis, cinamomi zinziberis ſingulorum drachmam ſemis, garyophillorum drachmam vnam, ſacchari vntiam vnam, fiat tragea.

Puluis ſenæ ſolutiuus.

Recipe pulueris foliorum ſenæ drachmam vnam rhabarbari ſcrupulos quatuor, agarici trociſ. drachmam ſemis, cinamomi drachmam vnã ſemis, garyophillorum ſcrupulos quatuor, turbit drachmam ſemis, diagridij ſcrupulum vnum. fiat puluis, detur à ſcrupulis duobus ad drachmam vnam habita virium ætatis & aliorum ratione. Aliquando puluerem ſenæ parare ſoleo ex

Digitized by Google

puluere ſenæ vntiis octo, Tartari vntiis quatuor, macis drachmis tribus, cinamomi drachma vna ſemis, ſalis Indi vntia ſemis, diagridij drachma ſemis.

Puluis laxatiuus.

Recipe polypodij ſcrupulos duos, zinziberis ſcrupulum vnum, agarici trociſcati drachmam ſemis, rhabarbari drachmam vnam, folliculorum ſenæ ſcrupulum vnum, garyophillorum, turbit, cinamomi ſingulorum drachmam ſemis, fiat puluis pro delicatis. Pro fortioribus adde diagridij ſcrupulum vnum, detur drachma vna, pro optimatibus cum clareti noſtri laxatiui vntiis quatuor. Et eſt puluери ſenæ ſimilis compoſitio.

Puluis ad melancholiam & epilepſiam.

Recipe lapidis armeni decies abluti & præparati drachmam vnam, foliorum ſenæ Alexandrinæ, epithymi Cretenſis ſingulorum ſcrupulos duos ſemis, zinziberis, croci, macis, ſingulorum drachmam vnam, tartari drachmam vnam ſemis, fiat puluis, detur drachma vna cum apoſimate appropriato, oxymelle ſquillitico, aut ſyrupo de epithymo.

Puluis ad quartanam ſolutiuus.

Recipe turbit albi gumoſi drachmam vnam ſemis, eſulæ, ellebori nigri, gentianæ ſingulorum drachmam vnam, lapidis lazuli præparati drachmam ſemis, folliculorum ſenæ drachmam vnam ſemis, cinamomi drachmas duas, zinziberis ſcrupulos quatuor, fiat puluis, detur drachma vna.

Morſelli ſolutiui.

Recipe foliorum ſenæ mundatorum ſcrupulos duos

Digitized by Google

duos ſemis, cinamomi, zinziberis, garyophillorum ſingul. ſcrupulos duos, hermodactylorum ſcrupulos quatuor, rhabarbari drachmam vnam, turbit electi drachmas duas ſemis, diagridij drachmam vnam ſcrupulos duos ſemis, ſquinanti grana quinque, galangæ, nucis muſcatæ ſingulorum ſcrupulum ſemis, cum vntiis octo ſacchari in aqua endiuiæ diſſolutis, fiat confectio in morſellis, dentur à drachmis tribus vſque ad ſex.

CAP. VII.

DE ELECTVARIIS ET LOCH.

Contra epilepſiam & vertiginem.

RECIPE diacori vntiam vnam ſemis, conſeruæ maioranæ, lauendulæ, roriſmarini ſingulorum vntiam vnam, conſeruæ ſticados vntiam ſemis, ſpecierum diambræ, ſcrupulos quinque garyophillorum, cinamomi, cardamomi ſingulorum ſcrupulos duos, cubebarum drachmam ſemis, nucis muſcatæ galangę ſingulorū drachmā ſemis, viſci quercini ſcrupulos duos, corallorum rubeorum ſcrupulum vnum cum ſaccharo in aqua lauendulæ diſſoluto fiat electuarium.

Aliud vertiginem curans, & memoriam confortans.

Recipe conſeruæ roſarum vntiam vnam ſemis, conſeruæ, lauendulæ vntiam ſemis electuarii diacori veri vntiam vnam, chebulorum conditorum, zinziberis conditi ſingulorum vntiam ſemis, garyophillorum drachmam ſemis, cinamomi interioris ſcrupulos duos, nucis muſcatæ

Digitized by Google

conditę drachmas duas ſemis, cubebarum ſcrupulum ſemis, pinearū præparatarum drachmas duas ſemis, cum ſyrupo de ſticados Langii fiat electuarium.

Ad caput & ſtomachum.

Recipe conſeruæ roſarum vntias duas ſemis, florum roriſmarini vntiam vnam, florum lauendulæ vntiam ſemis, galangæ, cubebarum, xyloaloes, ſingulorum ſcrupulum vnum, ſeminum aniſi drachmam ſemis, cinamomi drachmam vnam, garyophillorum ſcrupulos duos, nucis muſcatæ drachmam ſemis, cardamomi ſcrupulum ſemis, calomi aromatici conditi drachmas duas, zinziberis conditi vntiam ſemis, pinearum præparatarum drachmas ſex, cum Syrupo conſeruationis citri conditi fiat electuarium.

Lætificans contra melancholiam.

Recipe myrobalanorum, chebulorum numero quinque, emblicorum numero ſeptem, florū borraginis, bugloſſæ ſingulorum manipulum vnum, epithymi drachmam vnam ſemis, ſerici crudi in ſolis granis chermes tincti drachmas duas, aquæ roſarum vntias quinq;, aquæ meliſſæ, borraginis, ſingulorum vntias duas ſemis, vini maluatici vntias duas. Decoquantur in diplomate trina ebullitione, ſtent in decoctione per noctem, dein fiat fortis expreſſio, cui adde ſuccorum depuratorum, pomorum redolentium vntias duas ſemis, ſucci citri, limonū ſingulorū vntias duas, mellis deſpumati vntias nouē, ſacchari fini clari vntias quinq;, decoquantur ad ſpiſſitudinem mellis. Dein inſpergantur croci ſcrupulus ſe-

Digitized by Google

Ius ſemis, zedoariæ ſcrupuli duo, xylobalſami drachma ſemis, Ben vtriuſque ſingulorum drachma vna, macis, nucis muſcātæ ſingulorū ſcrupuli quatuor, ſtoracis, calamitę ſcrupuli duo, ambrę griſeę ſcrupulus vnus, muſci ſcrupulos ſemis, ſeminum aniſi ſcrupuli duo, raſuræ eboris drachma vna, camphoræ ſcrupulus ſemis, oſſa de corde cerui numero duo, vnicornu drachma vna ſemis, margaritarum ſmaragdi ſingulorum ſcrupuli duo, granatorum ſcrupuli duo ſemis, folia auri numero octo, garyophillorum ſcrupuli quinque, cinamomi drachmæ duæ, doronici drachma vna, corticum citri condit. vntia vna, arantiarum conditarum, calomi aromatici conditi ſingulorum vntia ſemis, conſeruæ roſarum vntiæ duæ, conſeruæ florum tunicæ vntia vna, pinearum præparatarum drachmæ ſeptem, incidenda incidantur, reliqua pulueriſentur, moſcus vero & ambra in modico aquæ roſarum diſſoluantur, miſceanturque ſimul in vitro bene clauſo.

Ad viſus confortationem.

Recipe conſeruæ euphragiæ vntiam vnam ſemis, conſeruæ roſarum vntiam vnam, galangæ drachmam ſemis, Macis ſcrupulos duos, cubebarum ſcrupulum vnum, garyophillorum drachmam vnam, cinamomi ſcrupulos quatuor, ſeminum rutæ, fœniculi ſingulorum drachmam ſemis, nucis muſcatæ ſcrupulos duos, pulpæ chebulorum conditorum drachmas tres, nucis muſcatæ conditæ vntiam ſemis, pulueriſatis pulueriſandis cum brodio embolicorum conditorum vel zinzibetis conditi fiat electuarium.

Digitized by Google

Ad idem.

Recipe electuarii Humaim Meſue vntias duas,conſeruæ euphragiæ vntiam vnam,ſuccirutæ vntiam ſemis,ſeminum fœniculi drachmam vnam ſemis,ſileris montani, radicum chelidoniæ ſingulorum drachmam vnam, macis garyophillorum, cinamomi ſingulorum ſcrupulos duos, cum ſaccharo in aqua fœniculi diſſoluto fiat electuarium.

Ad ſputum ſanguinis.

Recipe conſeruæ roſarum veteris vntias duas ſemis,betonicæ vntiam ſemis, electri albi ſcrupulos quatuor, corallorum præparatorum drachmam vnam ſemis,cornu cerni vſti drachmam, gumi arabici ſcrupulos duos,rob de ribes drachmas ſex,cum ſyrupo portulacæ quantum ſufficit fiat electuarium,mane detur iulep de portulaca, duabus vero horis ante & poſt cœnam electuarium hoc ad quantitatem iuglandis,bibat præterea hordei cum Rhapontica in taleolos inciſa decoctum.

Ad tremorem cordis.

Recipe conſeruæ roſarum vntias tres, cõſeruæ florum tunicæ vntiam vnam, conſeruæ meliſſæ vntiam ſemis,ſpecierum margariti frig.ſcrupulos quatuor,galangæ ſcrupulum vnum, cinamomi interioris ſcrupulos quatuor, garyophillorum ſcrupulos duos,doronici ſcrupulum vnum, ſuccini albi drachmam ſemis,nucis muſcatæ conditæ drachmas duas, zinziberis conditi vntiam ſemis, corticum citri, pinearum præparatarum ſingulorum drachmas duas,ſeminum melonum

drach-

drachmam vnam, manus Christi cum perlis vntiam semis, margaritarum præparatarum grana quinque, foliorum auri numero quatuor, cum syrupo acetositatis citri fiat electuarium.

Contra deliquium animi & tormina stomachi.

Recipe conserua rosarum vntias duas semis, conserua florum tunicæ vntiam semis, fisticorum viridium scrupulos quinque, xyloaloes, galangæ singulorum scrupulum vnum, seminum anisi, squinanti singulorum scrupulum semis, garyophillorum drachmam semis, calomi aromatici conditi drachmas duas, zinziberis conditi drachmas quinque, manus Christi vntiam semis, margaritarum præparatarum scrupulum semis, foliorum auri numero septem, cum syrupo zinziberis conditi fiat electuarium confortatiuum.

Confortatiuum cordis stomachi & epatis calidi.

Recipe rob de ribes vntias duas conserua rosarum vntiam vnam, conserua acetosæ drachmas sex, garyophillorum scrupulos quinque, galangæ drachmam semis, cinamomi scrupulos quatuor, specierum diarhodon drachmam vnam, seminum anisi scrupulos duos, xyloaloes, sandalorum alborum & rubeorum singulorum scrupulum vnum, margaritarum albarum non perforatarum drachmam semis, fragmentorum iacinthi, granati, saphiri singulorum scrupulum vnum, foliorum auri numero quatuor, oxysaccharæ vntiam vnam, miuæ cidoniorū vntiam semis,

cum ſyrupo acetoſitatis citri fiat electuarium.

De reſtaurantibus.

Recipe conſeruæ roſarum vntias duas ſemis, conſeruæ cichorii vntiam ſemis, ſandalorum citrinorum, xyloaloes ſingulorum ſcrupulum ſemis, galangæ ſcrupulum vnum, cinamomi interioris ſcrupulos duos ſemis, calomi aromatici conditi drachmas duas, radicum cichorii condit. drachmas tres, zinziberis conditi vntiam ſemis, fiſticorum viridium ſcrupulos quinque, ſeminũ melonum excorticat. drachmam vnam, cum Syrupo radicum cichorii conditarum fiat electuarium, à febre reſtaurans.

Pro hecticis & conſumptis reſtauratiuum.

Recipe carnis de pectore perdicis optime decoctæ libram ſemis, quæ fruſtatim inciſa in mortario conteratur, & addatur cinamomi, cardamomi, garyophillorum, folii, cubebarum, zinziberis, draganti, gumi Arabici, galangę nucis muſcatæ ſingulorum drachma vna, eroci, macis, ſingulorũ ſcrupulos duos, cõterantur ſimul ac dein addantur amili, liquiritiæ, pinearum mundatarum, amygdalarum dulcium, paſſularum, ſebeſten, fiſticorum viridium ſingulorum vntia ſemis inciſorum groſſo modo, ſeminum cucurbitæ, melonum, cucumeris, papaueris albi, lactucæ, portulacæ ſingulorum drachmas duas, penidiarum vntias duas ſemis, omnia miſceantur cum carnib. cõtuſis in mortario, poſtea recipe ſacchari albiſſimi libras tres ſemis diſſolue cum brodio perdicis aut gallinæ pinguis & additis aliis fiat electuarium.

Electua-

Digitized by Google

Electuarium regale.

Recipe conſeruæ roſarum vntiam vnam, violarum vntiam ſemis, fiſticorum viridium drachmas ſex, pinearum mundatarum vntiam vnam, amygdalarum dulcium vntiam ſemis, galágę ſcrupulos duos ſemis, cinamomi garyophillorũ ſingulorum drachmas duas ſcrupulum ſemis, macis, ligni aloes ſingulorum ſcrupulos duos cum ſaccharo in vino optimo diſſoluto nucleis in minutiſſimas partes inciſis fiat electuarium & deauretur.

Loch in catarrho calido.

Recipe conſeruæ roſarum recentium vntias tres, conſer. violarum vntiam vnam, mucillaginis pſilii & maluæ ſingulorum vntiam ſemis, ſeminum maluæ vntiam vnam, pinearum præparatarum drachmas tres ſemis, fiſticorum drachmas duas, paſſularum drachmas tres, ſeminum melonum, ſucci liquiritiæ ſingulorum drachmas duas, ſeminum fœniculi, vrticæ ſingulorum drachmã vnam ſemis, draganti, gumi arabici ſingulorum ſcrupulos quinque, carnem vnius dactyli, cinamomi drachmas tres, radicum ireos drachmas duas ſemis, incidenda incidantur, aut contundãtur, & cum ſyrupo de ſcabioſa fiat loch.

Ad catarrhum ſubtilem loch.

Recipe capillorum Veneris manipulum vnum, ſeminum papaueris albi vntiam ſemis, macerentur per noctem in aqua pluuiali dein coletur, colatura decoquatur ad dimidias, cum aqua de ſeminibus pſilii, cidoniorum, portulacæ, dragaganti, ſingulorum drachmis duabus,

ſemis, ſeminum fœniculi, aniſi, ſingulorum ſcrupulum ſemis, cinamomi ſcrupulos quatuor, zinziberis conditi inciſi vntiam ſemis, cum modico ſyrupi, de liquiritia fiat electuarium pectorale.

Loch ad aſthma.

Recipe loch ſani vntias duas ſemis, conſeruæ ſatureiæ vntiam ſemis, cardamomi grana ſex, cubebarum ſcrupulum ſemis, radicum ireos, angelicæ ſingulorum ſcrupulos duos ſemis, baccarum lauri drachmam ſemis, ſulphuris in aqua ſcabioſæ loti drachmas duas ſcrupulum vnum, cinamomi ſcrupulos quatuor cum ſyrupo de liquiritia. fiat loch. Georgius Wirth Ludouici Vngariæ regis medicus in aſthmatis & orthopnœæ deſperatis caſibus ex diairis vntia vna, arſenici pulueriſati vntia ſemis, ſucci vrticæ vntiis duabus cum melle roſato colato quantum opus erat electuarium parare & quantitate auellanæ exhibere in more habuit.

Electuarium ſtomachale calidum.

Recipe conſeruæ florum betonicæ vntiam vnam ſemis, roſarum vntias duas ſemis, galangæ ſcrupulos duos, grana piperis nigri quadrifariam inciſi numero decẽ, garyophillor. ſcrupulos duos: cinamomi interioris drachmã vnam, cubebarum, thymi ſingulorum ſcrupulum ſemis, ſeminum aniſi ſcrupulum vnum calomi aromatici conditi drachmas tres, zinziberis conditi drachmas ſex, fiſticorum drachmas duas ſemis, cum oxyſacchara quantũ ſufficit fiat electuarium ad ſtomachum frigidum. Ad idem parari poteſt

electuarium ex diacori vntiis duabus semis, pinearum præparatarum drachmis tribus, conseruæ rosarum drachmis quinque, galangæ scrupulis duobus semis, cinamomi scrupulis quatuor, croci granis quinque, garyophillorum drachma vna scrupulo semis, macis scrupuis duobus, xyloaloes scrupulo vno, cum syrupo de mentha vntia vna semis.

Ad dolorem stomachi à causa frigida & ventositate.

Recipe conseruæ rosarum vntiam vnam semis, specierum diagalangæ drachmam vnam semis, seminum anisi, carui singulorum scrupulum semis, garyophillorum scrupulum vnum, xiloaloes scrupulum semis, calomi aromatici conditi drachmas duas, zinziberis conditi drachmas tres, cinamomi drachmam semis seminum melonum scrupulos quatuor cum brodio zinziberis fiat electuarium.

Ad dolorem stomachi à ventositate.

Recipe theriacæ drachmas tres, diptami drachmam semis, ameos dauci singulorum grana sex, galangæ, garyophillorum singulorum scrupulum vnum, ligni aloes, corallorum singulorú scrupulum semis, conseruæ rosarum vntiam vnam, conseruę menthę vntiam semis, fiat mixtura cum syrupo de mentha, possunt addi opii grana duo.

Electuarium claudens stomachum.

Recipe conseruæ rosarum drachmas sex, ligni aloes, sumach enucleati singulorum scrupulos qua-

quatuor, coriandri pręparati ſcrupulos quinque, cinamomi, maſticis, garyoph. ſingulorum ſcrupulos duos, ſpicæ nardi ſcrupulum vnum, ſtoracis calamitæ ſcrupulum ſemis, rob de ribes vntiam vnam, cum miua cidoniorum fiat electuarium ſtomachum claudens & vapores reprimens.

Ad epatis oppilationem.

Recipe mellis paſſularum vntias duas, fiſticorum viridium drachmas duas ſemis, ſeminum melonum ſcrupulos quatuor, cinamomi drachmam vnam ſemis, garyophillorum ſcrupulos duos ſemis, limaturæ eboris, baccæ præparatæ ſingulorum drachmam ſemis, radicum aſari ſcrupulos duos, cyperi ſcrupulum ſemis, ſeminum aniſi, macis, ſingulorum ſcrupulum vnum, cardamomi, ſquinanti ſingulorum ſcrupulum ſemis, calomi aromatici conditi drachmas tres, zinziberis conditi vntiam ſemis, diacalamenti in rotulis facti vntiam vnam, cum ſyrupo de eupatorio, vel calamanto minus amero fiat electuarium in cachexia & hypoaſarca efficax.

Ad icterum & oppilationem epatis calidi.

Recipe conſeruæ roſarum vntiam vnam ſemis, conſeruæ florum cichorii vntiam vnam, galangæ drachmam ſemis, radicum aſari drachmam vnam, ſeminum aniſi ſcrupulum vnum, laccæ rubeæ ſcrupulos duos, limaturæ eboris ſcrupulos quatuor, cinamomi drachmam vnam ſemis, cardamomi ſcrupulum vnum, cyperi drachmam ſemis, calomi aromatici conditi, ra-

dicum cichorii & pimpinellæ condit. ſingulorū vntiam ſemis, ſeminum melonum excortic. ſcrupulos quatuor ſem. cucurbitæ drachmam vnam ſemis, cum melle paſſularum fiat electuarium.

Electuarium in hydrope, & oppilatione epatis.

Recipe rhabarbari electi drachmam vnam, laccæ præparatæ drachmas duas, xyloaloes, cinamomi, ariſtologiæ longæ ſingulorum drachmam ſemis, paſſularum enucleatarum, fiſticorum ſingulorum vntiam vnam, ſquinanti, aſari, ſingulorum drachmam vnam, croci ſcrupulum ſemis cum ſyrupo de cichorea cum rhabarbaro fiat electuarium.

In dyſenteria & diarrhœa.

Recipe diacitoniten vntias duas ſemis, conſeruæ roſarum veteris vntiam vnam, galangæ ſcrupulum vnum, garyophillorum drachmam vnam, nucis muſcatæ torrefactæ drachmam vnam ſemis, xyloaloes ſcrupulum vnum, cinamomi ſcrupulos quatuor, corallorum rubeorum præparatorum ſcrupulos duos, granorum chermes ſcrupulum vnum, carabe drachmam ſemis, ſmaragdi ſcrupulum vnum, margaritarum ſcrupulum ſemis, fiſticorum ſcrupulos quinque, manus Chriſti perlati vntiam ſemis, rob de ribes ſpiſſi vntiam vnam, cum ſyrupo de roſis ſiccis vel de agreſta, vel diſſoluto diacitoniten in maluatico, preſertim in diarrhœa fiat electuarium.

Aliud commune in dyſenteria.

Recipe diacitoniten de ſucco vntias duas, mi-

cleta

cletę vntiam vnam ſemis,corallorum rubeorum, coriandri ſingulorum ſcrupulos duos , oſſium dactylorum drachmam vnam , ſeminum lapatii drachmam ſemis, myrtillorum ſcrupulos duos, trociſcorum de carabe drachmam vnam ſemis, manus Chriſti ſandalini vntiam ſemis , cum miua cidoniorum fiat electuarium.

Ad calculum diureticum.

Recipe conſeruæ betonicę vntias duas,cõſertiæ roſarum vntiam ſemis, florum roriſmarini drachmas quinque,cinamomi ſcrupulos quatuor,ciperi ſcrupulum vnum,ſeminum apii , fœniculi,petroſelini ſingulorum ſcrupulum vnum,ſeminum ſaxifragæ ſcrupulos duos , garyophillorum drachmam ſemis,cardamomi macis ſingulorum ſcrupulum ſemis,ſanguinis hirci præparati ſcrupulos quatuor,radicum pimpinellæ conditæ drachmas tres ſemis, zizinberis conditi drachmas quinque,pinearum præparatarum drachmam vnam ſemis,nucleorum perſicorum ſcrupulos quinque,oſſium meſpilorum drachmam vnam,ſeminum melonum , gumi ceraſorum ſingulorum ſcrupulos duos,cum melle paſſularum fiat electuarium.

Ad matricis tormina & inflationem cum albis menſibus.

Recipe conſeruæ anthos vntias duas , conſertarum meliſſæ,roſarum ſingulorum vntiam vnam ſemis,galangæ , limaturæ eboris ſingulorũ drachmam ſemis ſeminum ſiſeleos, dauci , cardamomi ſingulorum ſcrupulum ſemis, ſquinanti ſcrupulum vnum,radicum garyophillatę ſcru-

pulos duos, cinamomi electi ſcrupulos quatuor, xyloaloes ſcrupulum vnum, doronici, radicum aſari ſingulorum drachmam vnam, macis garyophillorum ſingulorum drachmam ſemis, granorum hederæ num. 8. calomi aromatici cõditi drachmas tres, zinziberis conditi drachmas ſex, fiſticorum viridium vntias tres ſemis, cum melle paſſularum, fiat electuarium, conducit ſimul ad frigidam & humidã ſtomachi, epatis, & matricis intemperiem ac menſium retentionem.

Ad menſtrua ſuperflua.

Recipe athanaſiæ Nicolai drachmam ſemis, philonii perſici ſcrupulos quatuor, garyophillorum, nucis muſcatæ, cinanomi ſmaragdi ſingulorum ſcrupulum ſemis, granorum chermes ſcrupulum vnum, cum modico acetoſitatis citri. fiat electuarium, doſis à ſcrupulo vno ad ſcrupulos duos ad introitum lecti cum vino infuſionis chermes & ſandalorum. Vidiſti Georgi conſobrine, me fluxum ſanguinis menſtruum reſtrinxiſſe retentione peræ paſtoris in vna, & iaſpidis in altera manu.

De Electvariis Solutiuis.

Electuarium de manna.

Recipe medullæ caſſiæ per cribrum extractæ vntiam vnam, mannæ malticinæ depuratæ drachmas tres, cinamomi ſcrupulum vnum, garyophillorum ſcrupulum ſemis, rhabarbari drachmã ſemis, diaturbit Langii drachmas tres, miſce, fiat electuarium.

Paſſu-

Digitized by Googl

Paßule laxatiue.

Recipe paſſularum lotarum & rurſus exiccatarum vntias duas, decoquantur dein vnica ebullitione in aqua violarum in qua diagridii ſcrupulus vnus, vel plus diſſolutus fuerit, & poſtquã ſteterunt ſic infuſa horis duabus, tandem extrahantur & parum ſiccatæ dentur eſui, poſſent hoc modo cum rhabarbaro & aliis ſolitiuis parari, ſi ſapor ægro non eſſet moleſtus.

Pomum toſtum laxatiuum.

Recipe pomum maturum, cuius concauitati inſperge diagridii ſcrupulum ſemis, maſticis grana quinque, obduretur cauitas fruſto pomi, & paſta inuolutum ſub cineribus aſſetur, edat mane & ſuperbibat hauſtum iuris piſorum, loco diagridii poteris accipere rhabarbarum vel turbit cum zinzibere, aut eſulam correctam, & eodẽ modo præparare pomum, loco autem pomi melius eſt ſumere cydonium præſertim ad diagridium.

In melancholia.

Recipe bugloſſæ liquiritiæ ſingulorum vntiã vnam, ſticados arabici, chamædrios, chamæpitheos, calamenti, abſinthii, ſeminum aniſi ſingulorum drachmas duas ſemis, epithymi, polypodii ſenæ ſingulorum vntiam vnam, myrobalanorũ Indorum & chebulorum ſingulorum vntiam ſemis, prunorum numero triginta, ſcolopendriæ manipulum vnum, decoquantur in libris quatuor aquæ ad dimidiæ partis conſumptionẽ, imponendo epithymum in fine decoctionis, dein recipe lapidis lazuli præparati, lapidis arme-

ni præparati ſingulorum drachmas tres, ellebori nigri drachmas duas ſemis, ſenæ drachmas ſex, rhabarbari vntiam ſemis, cinamomi electi, ligni aloes ſingulorum drachmas duas, ben albi & rubei ſingulorum drachmam ſemis, ſpicæ ſquinanti ſingulorum ſcrupulum ſemis. Omnia groſſo modo pulueriſata ponantur in dicta colatura calida per diem & noctem, poſtea fiat colatura, & cum mellis & ſacchari æqualibus partibus quantum ſufficit fiat electuarium, detur à drachmis quatuor vſque ad ſex.

In hypoſarca.

Recipe turbit cum oleo amigdalarũ præparati vntiam ſemis, hermodactylorũ vntiam vnã, medullæ cartami drachmas ſex, zinziberis, cinamomi, aniſi ſingulorum ſcrupulũ vnum, violarũ cuſcutę ſeminum carui ſingulorum drachmam vnã, mellis roſati vntias quatuor, ſacchari drachmas duas, cum ſyrupo de cuſcuta fiat electuarium, detur pondere vntiæ ſemis.

In calculo ſolutiuum.

Recipe Terebinthinæ vntiam ſemis, liquiritię ſcrupulum vnum, rhabarbari drachmam ſemis. miſce, & in pane hoſtiariõ inuoluta deglutiat aut diſſoluantur in brodio cicerum decoctionis petroſelini, eadem terebinthina ſenibus maxime conuenit Galeno teſte, in aſthmate, colica ſciatica cum ſeminibus cimini, vel puluere iuæ pondere vntiæ vnius in iure galli, aut pane hoſtiario ſumpta, in ardore vero vrinæ aqua violarum lauari ſolet.

CAPVT

CAPVT. VIII.

DE PILLVLIS.

Pillulæ ſalubres.

RECIPE cinamomi ſcrupulos duos, cubebarum, xyloaloes ſingulorum ſcrupulum vnum, garyophillorum drachmam ſemis, croci, macis, maſticis ſquinanti ſingulorum ſcrupulum ſemis, rhabarbari ſcrupulos quinque, diagrigij drachmam vnam ſemis, agarici trociſcati drachmas duas, aloes roſati vntiam vnam cum ſyrupo violarum, fiat maſſa pillularum, doſis drachma vna, bilem & pituitam educunt.

Pillulæ peſtilentiales.

Recipe aloes roſatę drachmas tres, agarici trociſcati ſcrupulos duos ſemis, zedoariæ angelicæ ſingulorum ſcrupulum vnum, garyophillorum drachmam ſemis, radicum eryngij ſcrupulum ſemis, rhabarbari ſcrupulos duos, croci, ſmaragdi ſingulorum grana quinque, trociſcorum alhandal ſcrupulum vnum, cum thēriaca in aqua vitæ aurea diſſoluta fiat maſſa.

Aliæ ſalubres.

Recipe aloes epaticæ vntiam ſemis agarici trociſcati drachmas duas ſcrupulos duos, rhabarbari ſcrupulos quinque, trociſcorum alhandal ſcrupulos duos grana octo, ſpecierum Ieræ ſimplicis drachmam vnam, maſticis galangæ, cardamomi, garyophillorum ſingulorum ſcrupulum ſemis, ſquinanti ſcrupulum vnum, cum ſucco abſinthij aut infuſione rhabarbari fiat maſſa, aromatiſetur cum ſpeciebus diambræ.

Digitized by Google

Pillulæ melanpodis.

Recipe massæ pillularum alephanginarũ scrupulos quatuor, agarici trociscati scrupulos duos, cubebarum grana quinque, garyophillorum, cinãmomi singulorum scrupulum semis, lapidis armeni præparati scrupulum vnum, rhabarbari drachmam semis, trociscorum alhandal scrupulum semis, cum syrupo de epithymo, aut de pomis fiat massa. Quod si fortiores facere volueris, sume loco alephanginarum cochias, addendo ellebori nigri scrupulum vnum, epithymi scrupulum semis, thymi, croci singulorum grana quinque, conferunt epilepsiæ cum aqua cerasorum, & melancholicis cum syrupo de pomis.

Pillulæ de hiera cum rhabarbaro.

Recipe specierum hieræ simplicis Galeni vntiam vnam, rhabarbari electi scrupulos quatuor, agarici trociscati drachmas duas scrupulum semis, cum oxymelle squilitico fiat massa.

Pillulæ de tribus.

Recipe aloes rosati agarici trociscati, rhabarbari partes æquales, cum syrupo de rhabarbaro nostro fiat massa.

Pillulæ vniuersales.

Recipe agarici trociscati drachmas duas, rhabarbari drachmam vnam, lapidis armeni toties loti vt nec odorem nec saporem amplius in aqua dimittat & demum ter quoque abluti, cum aqua rosarum grana sedecim, cinamomi, piperis longi, masticis, spicæ nardi singulorum scrupulum vnum, aloes loti in vino cretensi ad pondus oui,

Digitized by Google

oui, fiat cum eodem vino maſſa, detur drachma vna, educit choleram melancholiam & pituitam.

Pillulæ opticæ.

Recipe calomi aromatici, cubebarum, nucis muſcatæ, ſpicæ, ſquinanti, carpobalſami, epithymi, macis, maſticis, aſari, garyophillorum, myrobalanorum, citronorum, ſingulorum, drachmam, euphragiæ drachmam ſemis, rhabarbari ſcrupulos quinque, turbit, colocynthidis ſingulorum drachmam vnam ſemis, agarici drachmam ſemis, aloes drachmas tres ſemis, cum ſucco fœniculi fiat maſſa, detur à drachma ad ſcrupulos quinq;, in viſus obſcuritate, & cerebri debilitate.

Pillulæ paralyſis.

Recipe ſpecierum hieræ ſimpl. ſcrupulos duos ſemis, turbit drachmam vnam, agarici trociſcati ſcrupulos duos, rhabarbari drachmam ſemis, maſticis, garyophillorum, galangæ, iuæ ſingulorum ſcrupulum ſemis, trociſcorum alhandal grana ſex, caſtorei, opoponacis ſingulorum ſcrupulum ſemis, cum ſcrupulo vno theriacæ veteris in modico ſyrupi de ſticados ſolutæ fiat maſſa.

Ad melancholiam quartanam & gallicum.

Recipe ellebori nigri drachmas tres, turbit albi gumoſi drachmas duas, agarici albiſſimi ſcrupulos quinque ſemis, polypodii quercini, epithymi cretenſis ſingulorum ſcrupulos duos, diagridii drachmas duas ſemis, trociſcorum alhandal drachmam vnam, ſpecierum hieræ ſimplicis drachmas duas, garyophillorum ſcrupulum vnum, incorporentur cum drachmis duabus ſemis the-

riacæ veteris, & modico aquæ fumi terræ & fiat massa, detur à drachma vna ad scrupulos quatuor.

Pillulæ catarrhales.

Recipe radicum cynogloſſæ, olibani, boli armeni ſingulorum drachmam vnam, dragaganti ſcrupulos duos, myrrhæ drachmam ſemis, opii, ſpicæ ſingulorum ſcrupulum vnum, croci ſcrupulum ſemis, cum ſucco cynogloſſæ fiat maſſa, doſis drachma ſemis vel ſcrupuli duo, catarrhum enim capitis, tuſſim, & fluxum ventris certiſſime ſiſtunt.

Pillulæ hypoglottides.

Recipe myrrhæ olibani ſingulorum drachmã vnam dragaganti, gumi arabici ſingulorum ſcrupulos quatuor, croci, ſucci liquiritiæ ſingulorum ſcrupulum vnum, carnem vnius dactyli, cum ſapa fiant pillulæ ſub lingua, vtere in raucedine vocis & aſthmate.

Pillulæ ſtomachicæ.

Recipe aloes in aqua roſarum aut menthæ ſæpius lotæ drachmas duas ſcrupulos duos, limaturæ calybis cum aceto ad ſolem ſæpius præparatæ drachmas tres, pulueris ſquinanti drachmam ſemis, ſpecierum ingredientium pillulas alephanginas ſcrupulos duos, fiat maſſa, confortant ſtomachum humidum, epatis & ſplenis oppilationi mendentur drachmæ pondere, præparationem fieri docet Meſue capite de vlceribus aurium & Galenus quinto Therapeuticæ.

Pillulæ de Elaterio.

Recipe elaterii drachmam ſemis, agarici trociſcati

Digitized by Google

ciſcati, rhabarbari ſingulorum ſcrupulum ſemis, ſquinanti grana quinque trociſcorum alhandal grana quatuor, ſpecierum Ieræ ſimplicis ſcrupulos duos, ſucci abſinthii ſcrupulum vnum, ſuccus abſinthii in aqua abſinthii diſſoluatur & cum eo reliqua incorporentur, fiant pillulæ, vtere in hydrope. Patruum tuum Georgi cõſobrine Ludouici Vngariæ Regis doctum, & ex Ludouici de Leonibus ſchola exercitatum Medicũ memini pillulas de elaterio ex vna parte maſticis, duab. aloes epaticæ, & trib. elaterii, omnibus cũ ſucco fœniculi iucorporatis non infeliciſucceſſu in hydrope parare & exhibere ſolitum.

Pillulæ Pandoræ.

Recipe aloes roſatæ ſcrupulos quinque, agarici trociſcati ſcrupulos duos, ſquinanti, aſari ſingulorum grana ſex, cinamomi ſcrupulum ſemis, rhabarbari electi drachmam ſemis, trociſcorum alhandal ſcrupulum ſemis, cum ſyrupo de calamento fiat maſſa, in dolore ſtomachi, & menſium prouocatione efficax.

Pillulæ ad menſtrua prouocanda.

Recipe corticum caſſiæ ligneæ, myrrhæ, cinamomi, ariſtologæ ſingulorum drachmam vnam, borracis ſcrupulos duos, croci ſcrupulum vnum, nigellæ drachmam ſemis, incorporentur cum ſucco ſabinæ, & dentur in aqua pulegii vel chamomillæ, & eſt experta medicina.

Pillulæ contra ſuffocationem matricis.

Recipe caſtorei, aſæ fœtidæ, opoponacis ſingulorum ſcrupulum ſemis, cinamomi, ſeminum

pœniæ, agni caſti, dauci, rubeæ tinctorum ſingulorum drachmam ſemis, ſquinanti ſcrupulum vnum, doronici ſcrupulum ſemis, muſci granum vnum, cum triphera magna fiat maſſa, detur drachma vna. Patruus tuus Georgi conſobrine, in paroxyſmo ſuffocationis matricis guttam vnam atque alteram olei de ſpica ori ægrotantis ad diſſipandos fumos morbi cauſam imponere, & agni caſti drachmam cum mellis roſati vncia vna, vel vino aquoſo, morbo extorentione ſeminis originem ducente, fœliciter exhibere ſolitus eſt.

Pillulæ contra vermes.

Recipe aloes ſcrupulos duos, rhabarbari myrrhæ ſingulorum ſcrupulum ſemis, trociſcorum Alhandal grana tria, puluëris corallinæ drachmam ſemis, cum ſucco abſinthij fiant pillulæ nouem, pro pueris ſcrupulus vnus ſufficit.

Pillulæ de ſucco ellebori nigri.

Recipe radicum ellebori nigri ex Heluetia allatarum, depurentur, incidantur fruſtillatim, & macerentur in aqua tepida per noctem, leni calore ſpuma abiecta ebulliant, hanc aquam colatam effunde in vaſculum, & rurſus aliam affundes tepidam & iterum modice aliquandiu efferueat, & ita ſexies vel nouies permutando aquam, donec radices nihil amaritudinis fere reſipiant, & inter aquas permutando priores defuſas per filtrum deſtilla, tandem omnes aquas vna in vas fictile vitreatum aut æneum, aut ſtanno obductum confuſas, ſenſim ad mellis ſpiſſitudinem decoque, & rude ſubinde agita, ne ſuc-

cus

Digitized by Google

cus aduratur, & tunc pro libra radicum ellebori inſperges maſticis drachmas duas, nec rude commouere ceſſa, donec ſuccus ſatis condenſatus fuerit, & colorem in ruſſo obſcurum cum inſigni acrimonia & amaritudine acquiſiuerit. Datur pillula vna ad quantitatem ciceris formata in azymo à cœna, ac peculiaris eius doſis eſt à ſcrupulo vno vſque ad ſcrupulos duos.

Alius modus.

Recipe ſucci ellebori nigri quantum voles, cui affunde tantum vini optimi vt in cucurbita vitrea quatuor digitis ſuperemineat, ſtent per noctem, & reſidentia apparebit alba, mane vinum defundito, & reſidentiam calore temperatiſſimo exicca, & vrina pueri duodecim annorum bis imbutam, bis quoque exicca, & fiat paſta, vltimo imbibe cum ſucco abſinthii, & iterũ exicca, dein adde aloes ſuccotrinæ æqualis ponderis, & cum nouo ſucco ellebori coadunẽtur, & fiat maſſa pillularis, & de drachma fiant pillulæ ſeptem, dentur à pillulis tribus vſque ad quinque. Qua autem rátione ſuccus alui deiectorius de radicibus ellebori emungitur, eadem de colocynthide eſula & elaterio elici poteſt, ſucci vero de rhabarbaro extractionem, eo quo nos parare ſoliti ſumus modo, deſcribit in ſuo diſpenſatorio Cordus, quemadmodum & extracti onem virtutis pillularum per decoctionem, ad quem modum aliorum medicamentorum vires vt fortiores, & doſis minor reddatur extrahi poſſunt, quare illa hoc loco repetere ſuperfluum duxi.

Cap. IX.
De Trociscis.

Trociſci de Rhabarbaro.

RECIPE Rhabarbari drachmas tres ſemis, limaturæ eboris, centaurii minoris ſingulorum ſcrupulum ſemis, raditum aſari drachmã ſemis, ſpicæ Indicæ grana quinq;, eupatorii Meſuę, ſquinanti ſingulorum ſcrupulum vnũ, ſucci eupatorii vel agrimonii inſpiſſati drachmas duas, cũ aqua cuſcutæ infuſionis laccæ addito ſacchari momento fiant trociſci, pondere drachmę vnius, ſiccentur in vmbra, ad epatis oppilationem, hydropem, icteritiam, & vermes efficaces.

Trociſci ſub lingua in paralyſi.

Recipe radicum acori veri drachmam vnam, pyrethri ſcrupulos duos, zinziberis, garyophillorum, nucis muſcatæ, ſingulorum drachmam ſemis, cubebarum ſcrupulum ſemis, cum aqua ſaluiæ vel lauendulæ & ſaccharo quantum ſufficit, fiant trociſci quantitatis lupinorum.

Cap. X.
De Oleis.

Oleum Abietinum.

RECIPE reſinæ vel olei abietini vntias quinque, olei roſacei completi vntias duas, ſeminum hypericonis recentium drachmas quinque ſeminum momordicæ drachmas tres, ſemina cõtrita modice cum oleis in vaſe duplici dimidium horę decoquantur, colentur, & ad vſum reſeruentur. Ad vulnera contuſa neruorum & cranei eſt efficax.

Oleum

Digitized by Google

Oleum hypericonis.

Recipe florum hypericonis ante solis ortum collectorum manipulos quatuor , conquassati bulliant in libris tribus vini rubei ad vini consumptionem fere, dein succus expressus stet in vase vitreo in sole diebus octo: dein addantur olei veteris libra vna, terpentinæ vntiæ quatuor, succi scabiosæ, succi millefolii, centaurii minoris, agrimoniæ, barbæ siluanæ singulorum vntiæ duæ , sanguinis humani recens extracti vntiæ quatuor , vermium terrestrium lotorum vino numero quindecim, myrrhæ, masticis, sarcocollæ, opoponacis singulorum drachmæ duæ, omnia simul mixta bulliant ad succorum consumptionem. Dein exprimatur oleum & seruetur vsui, vulnera, puncturas, & vlcera maligna curat.

Oleum ranarum.

Recipe ranas maiores excoriatas cum capitib. numero septem, florum chamomillæ manipulum vnum , cum libra vna olei communis decoquantur, donec caro ab ossibus dissoluatur, dein contundantur, & addito oleo parum iterum bulliant. Dein fiat fortis expressio , cui addantur terpentinæ lotæ vntiæ quatuor & in mortario calido commiscеantur. Huius olei vntia vna semis cum vntia vna vnguenti de succo ebuli permixta confert dolori podagrico, arthetico & neruorum.

Oleum salis.

Recipe olei omphacini vntias tres, salis bene torrefacti vntiam semis in stipite ligni iunipero-

rum excauato & in clibano ſiccati, tandem ſimul conquaſſentur in mortario, & ponantur in ſolo per octiduum, & tandem cum eo loca iunctura-rum in podagra affecta inungantur mane & veſperi, confortat, & reliquias ne indurentur reſoluit.

Oleum ad puerorum vlcera & ſcabiem, precipue in facie.

Recipe vitella ouorum ad duritiem elixata numero ſedecim, myrrhæ rubeæ drachmas duas, ellebori nigri ſcrupulos duos, de his in ſartagine frixis ſimul, oleum exprimatur. At idem valent ſucci parietariæ vntiæ quatuor, cum vntiis duabus axungiæ porcinæ ad ſpiſſitudinem mellis decoctis, cum quibus eſcharæ inungantur.

Ad ſciaticam & artheticam.

Recipe petrolei, olei philoſophorum, ſucci, ebuli terpentinę ſingulorũ vntiam ſemis, lumbricorum drachmas ſex, vini maluatici vntiã ſemis, bulliant ſimul lento igne, & locus affectus cũ his calidis vngatur.

Oleum odoriferum de foliis arantiarum, limonum, & citri.

Recipe folia dictarum arborum in mortario contuſa, ponantur in alembicum diſtillando, primam aquam excipe in vas ſubiectum, & cum videris guttas colorem variare, aliud vas recipiens ſubſtitue in quo oleum prædictum diſtillabit igne aucto, quod ſoli aprico expoſitum aduſtionis nidorem exhalabit. Poſſunt etiam Benzoi garyo-

Digitized by Google

garyophilli, cinamomus, ſtorax calamitæ, moſchus, &zibet in aqua roſarũ per duos dies macerari & cum hac infuſione prædictorum foliorum puluercs aſpergi, & igne lento in cineribus diſtillari, & cum aqueus liquor exhauſtus eſt, aucto igne oleum fragrantiſſimum excipi.

CAP. XI.

DE VNGVENTIS.

Vnguentum de Alabaſtro.

RECIPE vini albi aromatici libras octo, olei roſati omphacini perfecti Meſue libras duas, Alabaſtri in lapide contriti vt alchool libram vnam, florum chamomillæ libram ſemis, rutæ manipulos quatuor, cimarum rubi manipulum vnum ſemis, herbæ fœniculi vntias quatuor, ceræ nouæ vntias duas, herbæ omnes exacte piſtentur & omnia ſimul ad lentum ignem vſque ad vini conſumptionem in olla vitreata bulliant, dein duodecim albumina ouorum conquaſſata imponantur, & cum piſtillo in mortario calido per horas octo conterantur, poſtea per pannum lineum fiat fortiſſima expreſſio, & cum infrigidata fuerint, ſi aliquid vini in fundo ſubſederit id abiiciatur. Ad dolorem capitis, & omnem paſſiónem oculorum eſt expertiſſimum, omnia vulnera vlceraque, recentia præcipue capitis eo inuncta, cœcam fracturam cranei abſque ſamatione curat, cum hoc oculum vulneratum curaui abſque dolore & ſanie, comitiali aduerſatur, & ponitur in oculis loco collirii, quando aliquid eſt in ſuperficie oculi materiæ groſſæ, ad

Digitized by Google

ſquinantiam & omnem tuſſim, valet datum per modum electuarii eunti dormitum, valet ad recentes plagas, & omnem contuſionem ex quacunque cauſa factam, ad renes & epar ex quacũque cauſa calida vel frigida. Ad calorem febricitãtium vngendo caput, extrema, renes, & pectus, ad ſomnum ſuauiter inducendum vngendo tempora, ad dolorem matricis, & torſionem ventris accipiendo ad modum electuarii, ad dolorem iuncturarum ex quacunque materia, quæ ſi calida fuerit miſceatur cum ſucco ſolatri, aut mucillagine pſilii. Si frigida miſceatur cũ oleo aliquo calido, ad dolorem dentium & gingiuarum vngendo cum manu calida, & ad tumorem faciei & oculorum & quemuis alium eſt efficax, in dolore podagrico & dolore ſpinæ eſt expertum: ſi vero in affectibus oculorum calidis, & in vulneribus cum apoſtemate, eryſipela, aut phlegmone coniunctis, ei adderetur aliquantum camphoræ, diuinam faceret operationem.

Vnguentum de ſpermaceti.

Recipe ſpermaceti drachmas duas ſemis, pinguedinis taxi drachmas duas, vulpini ſerpentis ſingulorum drachmas tres, olei anethini, liliorum ſingulorum vntiam vnam, petrolei vntiam ſemis, caſtorei ſcrupulum vnum. Miſce in mortario tepido, & fiat linimentum ad neruos contractos, ſpaſmum & eorum dolores.

Vnguentum de ſucco ebuli.

Recipe lucci radicum ebuli, ſucci rutæ ſingulorum vntias tres, lumbricorum lotorum libram vnam, olei chamomillæ libram ſemis, olei roſati libram vnam, incidantur vermes & decoquãtur ad ſuc-

Digitized by Google

ad ſucci conſumptionem : dein colaturæ adde terebinthinæ vntias duas, ceræ vntias tres, fiat vnguentum ad dorſi & neruorum dolorem, podagram & ſciaticam.

Aliud de ſucco ebuli.

Recipe ſucci ebuli inſpiſſati vntias duas, pinguedinis canis drachmas ſex, gallinæ vntiam ſemis, caſtorei ſcrupulos duos, croci ſcrupulum vnum, olei liliorum vntias duas, petrolei drachmas duas, vini ſublimati vntiam ſemis, cum modico ceræ fiat vnguentum ſecundum artem, ad dorſi & neruorum dolores.

Vnguentum acopum.

Recipe vnguenti de ſucco ebuli vntias duas, pinguedinis canis, gallinę ſingulorum vntiam ſemis, ſpermaceti drachmas duas, vini ſublimati cochlear vnum, olei hypericonis drachmas quinque, miſceantur in mortario & inſpergantur olei de granis iuniperi guttæ quinque, fiat vnguentum. vtere in neruis ſpaſmatis & ſciatica.

Aliud acopum.

Recipe vnguenti de ſucco ebuli vntias tres, olei maſticini completi vntiam vnam, verbaſci, liliorum alborum ſingulorum drachmas quinque, ſpermaceti drachmas duas, ceræ albæ drachmas duas ſemis, pinguedinis gallinæ drachmas ſex, fiat linimentum, ad dolorem neruorum in dorſo & arthritide.

Ad quamuis ſcabiem bothor puerorum & vſtionem.

Recipe olei de vitellis ouorum vntiam vnam, ſeui hirci drachmas duas ſemis, ceruſæ ſcrupulos quatuor, ſulphuris citrini ſcrupulos quatuor

Digitized by Google

ſemis, terebintinæ lotæ drachmas duas, oleum, ſeuum, terebintina in vaſe duplici liquefiant, & reliqua vt alchool pulueriſata inſpergantur & fiat vnguentum molle.

Ad cutis defœdationes mundificans.

Recipe ellebori vtriuſque, ſulphuris viui, lithargyrij, calcis viuæ, vitrioli, gallarum fuliginis oris furni ſingulorum vntiam ſemis, fugitiui, viridis æris ſingulorum drachmas duas, aluminis vntiam ſemis, fiat puluis, dein recipe ſuccorum lapatii acuti, ſcabioſæ, borraginis, fumiterræ ſingulorum vntias duas, bulliant ſimul lento igne cum fece olei antiqui & aceto, & addatur puluis prædictus: in fine addatur reſinæ vntia vna, ceræ nouæ quantum ſufficit. fiat vnguentum ad tineam, ſcabiem, morpheam, malum mortuum, & omnem cutis defœdationem efficaciſſimum.

Vnguentum Gallicum.

Recipe axungiæ canis vntiã vnam, porci vntiã vnam ſemis, theriacæ veteris vntiã ſemis, mithridati drach. tres, argenti viui cum ſucco mercurialis extincti drach. ſeptem & ſemis, maſticis olibani ſingulorum drachmas duas, pimpinellę drachmam vnam ſemis, ſucci lapatij acuti de radice expreſſi, olei laurini, ſingulorum vntiam vnã, cum modico ceræ fiat vnguentum. Patruus tuus vnguentis gallicis oleum de Euphorbio admiſcere ſolitus eſt. Tunc enim per alui deiectionem & ſudorem non per profluuium oris vel vomitum fit euacuatio.

Ad anthracem occidendum.

Recipe ſalis armoniaci, cantharidarum ſingulorum

lorum drachmã vnam, ſcabioſæ pulueriſatæ drachmas duas, Mercurij ſublimati drachmam vnam ſemis, vnguenti reſini vntiam vnam. miſce fiat vnguentum.

CAP. XII.

DE EMPLASTRIS.

Emplaſtrum de meliloto.

RECIPE meliloti triturati drachmas tres ſemis, florũ chamomillæ, verbaſci, anethi ſingulorum drachmas quinque, radicũ altheæ drachmas duas, ſeminis lini vntiam vnam, paſſularum enucleatarum decoctarum & cribelatarum vntiam vnam, omnia cum ſapa decoquantur ad ſpiſſitudinem mucillaginis, quibus tandem addantur olei chamomillæ, liliorum alborum, florum verbaſci ſingulorum vntiam vnam, pinguedinis, gallinæ, anſeris ſingulorum drachmas duas ſemis, medullæ vituli drachmas ſex, terpentinæ claræ vntiam vnam, reſinæ abietis drachmas quinque, croci ſcrupulos quatuor, ceræ albæ cum oleis liquefactæ vntias ſex. Decoquantur ad ſpiſſitudinem emplaſtri.

Ad confirmanda membra luxata & nervos contuſos.

Recipe terpentinæ cum vino lotæ vntiam vnam ſemis, picis colophoniæ vntiam vnam, gumi elemi bdelij, opoponacis ſingulorum ſcrupulos quatuor, caſtorei ſcrupulos duos ſemis, myrrhæ rubeæ drachmam vnam, maſticis ſcrupulos quinque, ſtoracis calamitæ, pinguedinis canis,

Digitized by Google

ſingulorum vntiam ſemis, olei hypericonis vntiam vnam, lumbricorum vntiam ſemis, cum vntiis quatuor ceræ fiat emplaſtrum.

Emplaſtrum de ſucco ebuli.

Recipe vnguenti de ſucco ebuli vntias duas ſemis, olei hypericonis drachmas quinque, terpentinæ cum vino lotæ vntiam ſemis, fiat emplaſtrū ad dolorem neruorum, conuulſionem in muſculis brachiorum & pedum. expertum.

Ad dolorem neruorum.

Recipe oleorum chamomillæ vntias tres, hypericonis vntiam vnam ſemis, verbaſci vntiam vnam, benzoi vntiam ſemis, croci drachmam vnam ſemis, maſticis drachmas duas ſemis, chamomillæ ſcrupulos quinque, pinguedinis caponis vntiam vnam ſemis, medullæ vituli drachmas quinque, ſtoracis liquidæ vntiam ſemis. terpentinæ vntias duas, picis colophoniæ vntiam vnam ſemis, ceræ albæ vntiam ſemis. fiat emplaſtrum.

Emplaſtrum ſomniferum.

Recipe vnguenti populei vntiam vnam, ſeminum iuſquiami ſcrupulos quatuor, opii ſcrupulos quinque, croci grana ſex, caſtorei ſcrupulum ſemis, radicum mandragoræ drachmas duas, olei de papauere drachmas tres, cum ſufficienti quāritate ceræ fiat emplaſtrum ſuper tempora. Ex his abſque cera poteſt fieri linimentum.

In calculo renali.

Recipe radicum altheæ drachmas tres, ſeminum lini fœnugræci ſingulorum drachmas duas, con-

Digitized by Google

conquaſſata bulliant trina ebullitione in aqua raphani,& fragariæ ſingulorum libra ſemis,& fiat extractio mucillaginis, de qua recipe vntias duas ſemis, pinguedinis gallinæ vntiam vnam, farinæ , florum chamomillæ, radicum altheæ ſingulorum ſcrupulos quinque, ſeminum ſaxifragæ , fœniculi ſingulorum drachmam vnam ſemis, terpentinæ,gumi ceraſorum , ſtoracis liquidæ ſingulorum vntiam ſemis, olei liliorum alborum vntiam vnam,de ſcorpionibus vntiam ſemis,de granis iuniperi drachmam vnam ſemis, cum vntiis quinque ceræ in mortario calido fiat emplaſtrum inſpergendo inter maſmandum oleum de granis iuniperi.

Ad ſuffocationem matricis.

Recipe picis colophoniæ vntiam vnam ſemis,terebinthinæ vntiam vnam,meliſſæ , pulegii ſingulorum drachmam vnam ſemis,ſabinæ drachmam vnam,caſtorei ſcrupulos duos ſemis,dauci,ſiſeleos ſingulorum drachmas duas,olei de ruta vntiam vnam,cimimi drachmam vnam, ſtoracis calamitæ drachmas duas olei de ruta, vntiam vnam,hypericonis vntiam ſemis,cum ceræ vntia vna ſemis, fiat emplaſtrum , extendatur ſuper corium & ſyndone cooperiatur. Patruus tuus, Georgi conſobrine, à Montagnana præceptore edoctus, cerotũ ex galbani vntiis duabus ſemis, bedellii mollis drachmis duabus, pulueris matricariæ drachma vna ſemis,dauci ſcrupulis duob⁹, myrrhæ ſcrupulo ſemis, aſæ fœtidæ vntia ſemis, diſſolutis cũ aceto gumis & cera ſufficienti cerotum circularis formæ corio inductum & interbaſſatum feliciter parare ſolitus.

Calorificum membri infrigidati gangrænæ perituri.

Recipe Terpentinæ cum vino ſublimato lotæ vntias tres, colophoniæ vntias duas, gumi elemi, bedellii ſingulorum drachmas duas ſemis caſtorei ſcrupulos quinque, croci drachmam vnam ſcrupulum ſemis, myrrhæ rubeæ drachmam vnam ſemis, pinguedinis caponis vntiam vnam, ſtoracis liquidæ drachmas quinq;, olei hypericonis vntiam vnam ſemis, euphorbii drachmam ſemis, cum ceræ vntiis ſeptem & ſemis fiat emplaſtrum.

Emplaſtrum de mucillaginibus molificatiuum & maturatiuum.

Recipe radicum altheæ drachmas tres ſemis, ſeminum lini, cidoniorum ſingulorum drachmas tres, de quibus conquaſſatis extrahatur mucillago cum aqua maluarum & chamomillæ ſingulorum quantum ſufficit vntiarum trium, quibus adde medullæ crurum vituli vntiam vnam, croci ſcrupulos duos maſticis, drachmam vnam, myrrhæ rubeæ ſcrupulos duos ſemis, pulueris chamomillæ drachmas tres ſemis, ſpermaceti vntiam vnam ſemis, olei liliorum vntiam vnam, terpentinæ vntiam vnam ſemis, cum cera alba quantum ſufficit fiat emplaſtrum.

Aliud ad idem.

Recipe emplaſtri diachylonis ſimplicis, vel cum gumis vntias duas, diachylonis mollis vntiam, vnam, ſtoracis liquidæ, ſeu ceruini, medullæ ſingulorum vntiam ſemis, farinæ radicum altheæ, ſeminis lini, ſingulorum drachmas duas ſe-

Digitized by Google

as ſemis,olei hypericonis , verbaſci ſingulorum drachmas quinque,ceræ albæ vntias duas, croci ſcrupulos duos,emplaſtrum &cera inciſa cum ſeuo & oleis in ſartagine liquefiant, & additis reliquis fiat emplaſtrum.

Alind ad idem.

Recipe picis colophoniæ vntiam vnam ſemis, terpentinæ vntiam vnam, mucillaginis altheæ, fœnugræci ,cum aqua maluarum extractæ ſingulorum vntiam ſemis,ſeui hirci drachmas quinque,medullæ crurum vituli drachmas tres ſemis, bedelii opoponacis , armoniaci ſingulorum drachmam vnam in aceto diſſoluti , croci orientalis ſcrupulum vnum, ſtoracis liquidæ vntiam ſemis,olei liliorum vntiam vnam , olei irini vntiam ſemis,cum cera quantum ſufficit fiat emplaſtrum ſecundum artem , ad ſcyrrhos & apoſtemata,

Ad articulos & nernos induratos & ſcyrrhos.

Recipe oxicrocei vntiam vnam , picis , colophoniæ,terpentinę ſingulorum drachmas quinque,pinguedinis gallinæ , canis ſingulorum drachmas tres,bedelii opoponacis ſingulorum ſcrupulos quinque , caſtorei ſcrupulum vnum croci ſcrupulum ſemis, ſtoracis liquidæ vntiam ſemis, olei liliorum vntiam vnam, olei hypericonis vntiam ſemis , cum ceræ vntiis quatuor ſemis , fiat ſecundum artem emplaſtrum,aliquando in hoc caſu radicem altheæ in aqua decoquo,&cum pinguedine anſeris ad formam malagmatis ſubigo, ac cum lana ſuccida applico.

Ad tophos articulorum.

Recipe picis colophoniæ vntiam ſemis, gumi armoniaci drachmam vnam, opoponacis ſcrupulos duos, croci ſcrupulum ſemis, ſeui hirci vel cerui drachmas tres, ſtoracis liquidæ drachmam vnam ſemis, ceræ drachmas tres, terpentinæ drachmas duas, gumi in aceto diſſoluantur, & reliquis liquefactis addantur & fiat emplaſtrum.

Mollificatiuum & maturatiuum vlcerum.

Recipe mucillaginis radicum altheæ, ſeminum cichorij, lini ſingulorum cum aqua maluarum extractæ vntias tres ſemis, pulueris menthæ drachmas tres, apij vntiam ſemis, chamępitheos drachmas tres, florum chamomillæ manipulum ſemis, medullæ crurum vituli, cerui ſingulorum vntiam vnam ſemis, olei irini liliorum ſingulorum vntiam vnam, decoquantur in patella ad conſumptionem aquoſitatis mucillaginis, & aſpergantur farinæ fabarum vntia vna, & tandem cum cera alba fiat emplaſtrum. Quod ſi fortius efficere volueris, adde opoponacis, galbani armoniaci ſingulorum drachmam vnam, cepe liliorum numero vnum.

3. conſolidantia emplaſtra.

Mundificatiuum incarnans & conſolidans.

Recipe emplaſtri albi cocti vntias duas, terpentinæ ſcrupulos quatuor, cinabaris drachmam ſemis, camphoræ ſcrupulū ſemis, album coctum inciſum cum terpētina in patella lento igne colliqueſcant, dein in patella inſparſis camphora & cinabari pulueriſatis maſimentur & fiat emplaſtrum.

Aliud

Digitized by Google

Aliud mundificans & conſolidans.

Recipę ceruſæ vntiam ſemis, lythargyrij auri drachmas tres ſemis, corticum granatorum drachmas duas ſemis, lanæ pinguis vſtæ drachmas duas, olibani ſcrupulos duos, aluminis vſti drachmam vnam, ſeui cerui cum aqua plantaginis loti vntiam ſemis, ceræ drachmas ſex, lithargyrium tritum & ceruſa cum oleo myrtino ad ſpiſſitudinem decoquantur, dein ſeuum & cera ſimul diſſoluta cum reliquis addantur, & fiat emplaſtrum. Artificium vrendi lanam docet Dioſcorides, aut pone lanam puluere reſinæ aſperſam ſuper ferrum, vel laminam candentem & aduretur.

Aliud.

Recipe tutiæ præparatæ drachmas duas, cinabaris aut minij vntias duas ſemis, lithargyrij auri vntiam vnam ſemis, ceruſæ vntias duas, ſanguinis draconis vntiam ſemis, camphoræ ſcrupulos quinque ſemis, olei roſati libram vnam, ceræ albæ vntias quatuor. fiat emplaſtrum, malaxetur cum aqua roſarum.

Aliud.

Recipe ceræ vntias duas, picis vntiam vnam, colophoniæ vntiam vnam ſemis, reſinæ, olibani, maſticis ceruſæ, tutiæ ſingulorum vntiam ſemis, vitrioli albi drachmas duas ſemis, corallorum rubeorum ſcrupulos quinq;, camphoræ drachmam vnam. fiat ſecundum artem emplaſtrum.

Emplaſtrum de plumbo.

Recipe plumbi vntias quatuor: diſſolue in capella aurifabrorũ & dum aufertur ab igne adde argenti viui vntias quatuor, commiſcentur ſi-

Digitized by Google

mul donec infrigidata fuerint, & in puluerem redacta, tandem accipe lapidis calaminaris, lithargyrii ſingulorum vntias quatuor, thuris vntias duas, pulueriſata conterantur ſimul, tandem recipe ceræ nouæ vntias quatuor, vernicis, terpentinæ ſingulorum vntias quatuor, diſſoluantur ſimul, & inſpergantur pulueres, & poſtremo puluis plumbi, tandem maſmentur in mortatio donec puluis plumbi diſpareat.

De emplaſtris extractiuis.

Recipe cepe liliorum numero ſeptem, radicum altheæ drachmas ſeptem, valerianæ, enulæ ſingulorum drachmas tres ſemis, ſcabioſæ manipulos duos, incidantur incidenda & conquaſſentur conquaſſanda, & decoquantur in aqua donec molleſcant, dein contundantur & exprimátur per cribrum, & adde farinæ ſinapis vntiam ſemis, florum ſambuci manipulum vnum, ſtercoris columbi vntiam vnam, theriacæ veteris vntiam ſemis, incorporentur cum fermento quantum ſufficit, & malaxentur cum oleo liliorum alborum, & fiat emplaſtrum.

De emplaſtris ennemis.

Recipe picis græcæ vntias duas, colophoniæ, reſinæ ſingulorum vntiam vnam, mumiæ drachmas tres, dragaganti, gumi arabici, ſanguinis draconis, maſticis, balauſtiarum ſingulorũ drachmas duas, aloes epaticæ drachmas duas ſemis, olibani vntiam ſemis, glutinis piſcium drachmas tres, fiat ſecundum artem emplaſtrum, ad exitium vmbilici etiam efficax.

Cerotum ſtomachale.

Recipe maſticis vt alchool pulueriſatæ vntias tres

Digitized by Google

tres ſemis, terpentinæ cum aqua mentæ lotæ vntiam vnam ſemis, ceræ albæ vntias tres, commixta in mortario calido extendantur ſuper corio & aſpergantur puluere infra ſcripto: Recipe garyophillorum ſcrupulos quinq;, xyloaloes, drachmam vnam, calomi aromatici, nucis muſcatæ ſingulorum drachmam ſemis, corallorum rubeorum ſcrupulos duos, menthæ ſcrupulum ſemis, fiat puluis, & cooperiatur ſerico rubeo & interbaſſetur, maſtix etiam ſola, in mortario calido, & cum piſtillo calido conquaſſata ita molleſcit vt aluto pro ceroto ſtomachi induci poſſit. Patruus tuus maſticis puluerisatæ vntiam vnam ſemis ſuper corio extendere, olei de menta modico aſpergere, & maſticem donec corio adhæreat ferro candenti deſuper calefacere, & illico puluerem garyophillorum, cinamomi, xyloaloes & corallorum inſpergere, & ſerico cooperire, atque in hunc modum cerotum de maſtice parare ſolitus eſt. Atque hæc ſunt, Georgi conſobrine, quæ in anguſtia temporis ex noſtra pauciſſima, ex aliorum inuentione omnia tamen vſu comprobata remedia raptim deſcripta, vt petitioni tuæ & promiſſis meis ſatisfacerem, tibi communicare volui. tuum autem erit recta methodo dextre his vti. Reliqua autem bibliotheca mea me mortuo abunde tibi ſuppeditabit.

Cerotū de maſtice.

Digitized by Google

De Tremore Brachii, Et Cordispalmo à puerperio.

Ad Bartholomaeum Reusnerum Lembergium medicum cognatum suum.

Epistola 11.

Generosi comitis Philippi à Westerburg vxor à puerperio nõ satis purgata ex obstructione venarum circa præcordia, & flatulento intra venas & arterias vapore grosso cordis palmo & tremula sinistri brachii succussione, quam ex Arabum schola medici iectigationem appellant, affligebatur, talis nempe spiritus crassus & vaporulentus, non tantum præcordia subit, sed sub peritonæo, in tympanite intestinorum inuolucris & spinæ vertebris sese illatebrat, ac membranis ossa cooperientibus sese abscondit, vnde ostocopi nocturni ossium dolores & colitormina increscunt, non raro quoque, vt Galenus ait, intra membranosas musculorum chordas aut panniculos delitescit, intra quos cum incaluerit, motu tremulo fluctuat & titillat, donec dilatatis membrorum poris meatibusque in cognatum sibi aerem eluctetur, tum membrum illud in naturalem quietis sedẽ rursus concidit & subsidet. Hi tremuli palpitationis motus cõstãte motricis facultatis robore accidere possunt. Ac tremor quidem non accidit nisi musculorum facultas defecta membrorum oneri ferendo impar velut in paralysi vacillet aut labascat, cuius imbecillitatis variæ à Galeno libro quinto de causis symptomatum redduntur causæ. Animale in-

De ventositatis morbis Galen. ad Glau. cap. de splen. Paulus li. 4. & 6. De ostrocopo Au. cap. de ventositate spinæ.

Causam tremoris Plato in Timæo explicat.

Digitized by Google

Lælius de his Gal. lib. 5. & 6. de cauſis ſympto.

le inquit pathos vt metus terror motricem facultatem imbecilliorem reddens, functiones efficit tremulas, ita quoque corporis morbi viribus incommodantes tremoris inducunt ſymptomata. præterea, ait, craſſi lentique ſucci facultatis meatus obſtruentes, ita vt exigua vel defecta virium facultas affluat, tremorem quoque efficere poſſunt, quo membrum quidem attollitur, ſed rurſus ſtatim concidit. Proinde cõſtat tremorẽ & cõuulſionem organorũ voluntarii motus facultatis eſſe pathemata, at palpitatio quæ eſt mẽbri dilatabilis diaſtole i. à materia flatulenta diſtẽtio, aliæ quoque obſidet membra, dilatabilia tamen. Neque enim oſſa aut cartilagines vnquam palpitant, quoniam diſtendi non poſſunt, ſed hanc cuti ſubinde accidere videmus, & non raro ſubſtratis ipſi in fronte muſculis, ventriculo veſicæ, vtero, inteſtinis iecinori, lieni, & ſepto tranſuerſo, atteriis, atque adeo ipſi cordi quoque accidit, hæc nempe omnia diſtendi poſſunt. Sed hæc generoſæ Comitis tremula in brachio ſuccuſſio, partim ex tremore & palpitatione conſtare videbatur, ac cum præſente marito magis contremiſceret brachium, huius mali affectus cordis eſſe autores quiſque Galeni aſſertor facile affirmabit. Aſſumpta igitur remediorum indicatione à prædicta ægritudinis cauſa, omnia flatus paritura eſculenta & ſanguinem groſſum ac feculentum generantia diſſuaſi, de quorum cenſu ſunt lentes, & id genus leguminum, lac, caſeus, piſces, lagona, & in ſartagine fricta, ac ne quid triſtis nũcii ad eam perferretur admonui, vinũ oligophorum bibere iubebam, clarum, album & defecatũ,

Digitized by Google

à musto vero & vino rubeo vt sibi temperaret præcepi. Reliquam victus rationem in hoc morbo salubrem abunde ex libello Galeni de boni & mali succi alimentis decerpere poteris. Galeni consilio confisus venam saluatellam basilicæ vicariam in sinistra manu, aut in sinistro pede saphenam incidere constului. Nam omnes, inquit, eos sanguis detractio iuuit: nam hoc peracto pleriq; perfecte à tremore cordis liberati sunt, præsertim qui vtebantur & victu & medicamentis quibus esset extenuandi facultas, quale est nostrum electuarium cordiale auro compensandũ in epistola ad Georgium Wirth medicum consobrinum capite de electuariis descriptum, de quo edendum dedimus mane tempore antelucano, & ad primam noctis facem tantum quantum iuglandis molem compensaret, & vt tremula cordis virtus epithemate corroboraretur, epithema subscriptum cum syndone eius liquore madido mane quam primum illuxerat, & sesquihoram ante cœnam applicare suasimus. Quod constat ex stillatitio aquarum rosarum liquore vntiis sex, melissæ vntiis quatuor, borraginis, buglossæ singulorum vntiis tribus, corticum citri, garyophillorum singulorũ scrupulo vno, ossis ex corde cerui scrupulo semis, margaritarum præparatarum grãis sex, croci integri granis quatuor camphoræ granis tribus semis, vini maluatici vntiis duabus, aceti, florum tunicæ altilis vntiis duabus semis, camphora cum aqua rosarum dissoluatur, & reliqua aromata conquassata vna cum croco integro in syndonem colligata in ampullã vitream suspendantur, & reliqui liquores affundãtur,

Gal. 3. de locis affect. cap. 1.

Electuarium cordiale Langii.

Epithema.

Digitized by Google

tur,& cum ſerico rubro granis chermes tincto& madido cordis regioni applicato, quibus altero mox die brachii tremor,cordis palmos in vniuerſum ſublatus euanuit,vt aſtantes faſcino id factũ ſuſpicarentur.

De Cvra Adolescentis a Svpremo domus tabulato nouem orgiis alto ſupra ſtratum lapſi.

Ad Michaelem Wirth I.V.Doctorem Cancellarium Coburgenſem conſobrinum.

Epiſtola III.

PRIDIE calendas Nouembris cum omnia hyberno frigore torperent,&ad primam noctis facem cubitum frigoris impatiens conceſſiſſem, ac obdormiuiſſem,frigora nempe ſolent eſſe ſomni illectamenta, en ſubito vicinorum clamore experrectus, in ſubſidium nominatim accerſitus,veritus quippe incendium, repente quid inſolens ille clamor ac eiulatio portenderet percõtabar, tunc generoſi ſtemmatis & non plebeiæ indolis adoleſcentem facie cruenta cum morte colluctantem,qui ægre animam ducebat in pauimento nudo corpore ſtratum plorantes oſtendebant,quem aiebant temulentum in cubiculo quod ſomnolentis quoq; accidere ſolet à lecto aberraſſe,per feneſtram tectum conſcendiſſe,in hanc lapidibus ſtratam aream decidiſſe,quẽ cum non tantum ex crepala ſed ex culminis tanto faſtigio nouem orgiarum dimenſione alto lapſu obmutuiſſe, & corpus an potius mortis ve!

De crepala Hip. lib. 5. Aphor. 10.

Digitized by Google

tempotis frigore non facile dixerim torpere viderem, iussi vt vicini brachiis manibus consertis exceptum in vaporarium deferrent, & in lectum cervice erecta vt liberius spirare posset collocarent : qui cum stragulis bene coopertus incaluisset, tum sanguis iterum è naribus & aure sinistra vbertim emanabat, cuius fluorem sistere nolebam ne in caput regurgitaret. & quamuis mutus & fere exanimis & rationis impos iaceret, stomachus tamen ob cerebri consortium capitis succussione, & ex vino crapula commotus tandem magnam vini copiam cruore mixti euomuit, & cum stomachus à saburra meri se exoneratsset. visus est lenius spirare & obdormiscere, ob id domũ rediturus adolescentem custodibus indicto omnibus silentio, & obscurato candelarum splendore commisi, eras me antelucano tempore, aut quam primum illuxisset, & adolescens hesternum concoxisset phalernum, rediturum, & quid facto opus sit declaraturum spospondi. Mane igitur reuersus abrasis capillis totum contrectaui caput, in quo nec vllum tumorem, aut in cute liuorem aut aliquod protuberare os sensi. quare nullam sub pericraneo occultam esse cranei fracturam per quam ichor vel sanies ad panniculos cerebri destillaret non incerta coniectura deprehendi, verum cum tempora contrectata doleret, & ex sinistra aure sanguis abunde effluxisset, cutisque sub altera aure quoque liueret, impeditaque foret mastication ex maxillarum deductione oscitatio, quæ musculis temporum, autore Hippocrate, vt cardini innituntur, tum tempora casu offensa, sed ob saxeam illo-

Indilis fracti cranei docet Hippoc. in prædic.

illorum duritiem cum ea pauimento allisisset infracta mansisse: id quod haud obscurum est indicium in sinistrum corporis cecidisse lat⁹, quod interna poplitis dextri exulceratio indicabat. Proinde vt ex mero crapula inanitione dissiparetur,& ne phleginon loca capitis succussione affecta præoccuparet, sobriam victus rationem abstemiamque edixi, potum quoque cereuisiæ ex lupuli salictarii floribus decoctæ, ne sua exhalatione caput feriret quoque inhibui, sed vt hordei decoctum biberet admonui, quod ex hordei integri manipulis duobus, vuarum passularum vino à sordibus lotarum vntia vna, seminum anisi in syndone ligatorum drachmis duabus, rhapõticæ orbiculorum drachmis sex aquæ mensuris duabus, in olla plumbagine obducta ad hordei crepaturam elixari,& in penu frigido seruari iussi. Quod ad esculenta attinet, cum ea ægre dentib. masticare pollet, ius caponis pisorum, ptisanam ex hordeo decocto colatam sorbendum dedi post triduum his addidi oua sorbilia,& ex macilenta gallinæ à pectoris pulpa carne discerpta & in mortario pistillo ad teneritudinem farinæ contusa & brodio ad lactis spissitudinem dissoluta ex cyatho bibere iussi, & pruna quoque ex damasco elixata ac poma cum saccharo & momento butyri in olla tripode super prunas tosta edere quoque concessi etiam infrigidata Quare cum hic morbus ex casu ab alto causa procatarctica citra vulnus apertum aut occultum acciderit, magisque ob verenda symptomata curam potius prophylacticam quam therapeuticam exigeret, ne ad locum capitis affectum ob dolo-

Cereuisia neruis cerebroque nocet Diocle. cap de zizo & Athenæus.

rem sanguis affluceret, & tépora phlegmone obsideret, aut obstructis in his venis soporiferis quas Græci ob id charotidas vocant, patiens caro, comate, aut paraplegia corriperetur, venam in sinistri curuatura brachii medianam partim cephalicæ vicariam secare iussi, eo audentius quod vires & ætas id ferre videbantur, nec id ad humorum reuulsionem sufficere arbitrabar, vna cum Galeno, secutus Apollonii consilium, clystere tale exhibui: Recipe Mercurialis manipulum vnũ semis maluæ, atriplicis singulorũ manipulum vnum, centaureæ manipulum semis, foliorum sennæ drachmas sex, polypodii quercini vntiam semis, seminum anisi, fœniculi singulorum drachmam vnam semis, decoquantur lento ignis calore in libris aquæ tribus donec tertia pars insumpta fuerit, ac facta expressione coletur, & de colaturæ accipe vntias tredecim mellis rosati, colati vntiam vnam, hieræ simplicis vntiam semis, electuarii de dactylis scrupulos quinque, vitellum vnum oui, olei amygdalarum dulcium, violarum singulorum vntiam vnam semis, misce, fiat enema sine sale. Apollonius quoque medicum admonet, fieri non posse quin ex casu ab alto, aut vehementi ab ictu sub pericraneo aut periostio ob humorum affluxum ingens excitetur dolor, ad quem compescendum ipse loco affecto lanam succidam oleo dulci calido madidam applicare suadet. Proinde aderant qui albumen oui oleo rosato dissolutum, ac emmotis, vel stupa exceptum temporibus ac prope aures cerebri emunctoria ad arcendam phleginonem, & anodinum applicare volebant. Ego vero albu-

Galen. lib. 2. cata topos methodum Apollonii curandi ex casu vel ictu cephalal. describit.

minis

Digitized by Goog

minis oui frigus circa emunctoria cerebri applicare veritus ne quid regeret dissuasi, verum vt salutari nostro vnguento de alabastro in epistola nostra ad Georgium Wirth medicum descripto (quod fracta consolidat, vulnerum dolorem sedat, phlegmone succensa extinguit, ac citra suppurationem in cæca fractura cranei periculosa confert pleraque oculorum vulnera consolidat, & ob vires rutæ quarum est particeps in cephalalgea morbo Herculeo repugnat) ter in die vtraque tempora & frontem ac sinciput abrasum mungerent consului, quod ægroto plurimum contulit. Et ne morbo comitiali communi in fracturis cranei accidente corriperetur, præsens meum contra hunc morbum antidotum in epistola de secretis remediis ad Georgiũ Wirth, capite de aquis destillatis descriptum vesperi & mane bibendum dedi, quo effectum vt nullam epilepsiæ conuulsionem senserit. Cæterum cum quiuis, modo rationis recte compos, facile suspicari poterat ex tanta corporis ab alto succussione & capitis quassatione, aliquas in pectore & capite venulas ac circa præcordia esse ruptas, à quibus sanguis in ventriculum, thoracem, & quamuis aliam corporis cauitatem destillaret, & ne hic in grumos concretus putresceret virososque vapores ad cor cerebrumque exhalaret, tertio die mane tempore quo dies illuxerat & vesperi obdormituro tertia à cœna hora subscriptum potum exhauriendum dedimus, quo grumi sanguinis concreti dissipati, vel per secessum aut lotium egererentur, cuius hæc est descriptio. Accipe rhabarbari incisi drachmam vnam semis,

Vnguenti de Alabastro facultas.

Sanguinis concreti virus & remedium Gal. in libello de bonis & malis sucis.

Digitized by Google

ſpicæ grana tria, macerentur per noctem in aquæ diſtillationis gingidii, id eſt cerefolii vntiis quatuor mane fiat fortis expreſſio in aqua calefacta in aqua feruẽti diſolue coaguli leporis grana ſex, ſpermaceti ſcrupulos duos, muchari roſarũ laxatim vntiã ſemis, fiat hauſtus, vt tandem quoque venarum oſcula quaſſato corpore rupta coarctarentur & intus fracta coadunentur orbiculis rhapontice radicis in taleolis ſectis. nihil eſt efficacius. quorum vntia ſemis filo ex ſerico appenſa cum aqua hordei vna decoquere poteris, & pro potu vſus eius erit, quem addito ſyrupo de portulaca ſtomacho gratiorem reddes, & venis in pectore ruptis efficacem aſtrictionem induces.

Radix põtica rupta cõſolidat.

DE STRVMARVM, STEATOMATVM, ATHEROMATVM ALIORVMQVE EX PITVITA ABSCESSVVM HISTORIA & CVRA PROPHYLACTICA.

AD BALTHASARVM GIBLERVM MEDICVM LEMBERGIVM.

Epiſtola IIII.

IN abſceſſuum de crudo aut partim putreſcentis pituitæ lentore catalogo, quorum materia folliculis aut propriæ, membranæ inuolucro coarctatur & coaleſcit, cenſentur ſtrumæ, ſteatomata, atheromata, & melicerides, quæ à materia qua eorum infaricuntur folliculi, græca ſortita ſunt nomina. Nam quorum materia ſteati id eſt ſeuo vel adipi ſimilis, ſteatomata, ab στέαρ id eſt

id eſt pulte atheromata dicuntur, à viſcido mellis liquore melicerides appellantur, ex horum miſcellanéa ſtrumæ intra aſperam arteriam in collo & ceruice vſq; ad pectus pendulæ, ac ſupra adenas paſſim venarū in corpore fulcra coale ſcunt. In collo Græcis βρογχόκηλα gutturis hernia & botia ac ſcrophulæ à ſcrophis .i. porcis quibus hic morbꝰ eſt peculiaris, ob id Græci vel à porcis quoque χοιράδας, aut à ſcopulis in æquore inſtar capitum porcorum natantium prominentibus appellarunt. hos quippe χοιράδας Græci dicunt æquoris ſcopulos eminentes, hæc digerentibus illita in ſcyrrhum aut cancrum tandem mutantur, hæc quoque maturationi ſunt adeo contumacia vt ante ſuppurationem computreſcant, in quibus ſanguis concretus in carbones aduritur, villi vero & nerui carnis tabefactæ in rhombos conglomerantur, capillis in glomum complicatis ac ſetis porcorum aſſimilentur, pituita ſiccata lapideſcit ac ramentis oſſium, & fictilium teſtis ſimilima videtur. hæc delirum vulgus philoſophiæ imperitum in apoſtemate præſtigiis dæmonum, aut veneficiis anus accidere credit. hæc autem in diuturna ex alteratione putrefactione enaſci experimur, vt lignum quercinum ſub terra defoſſum mutatum in cotem lapideam hiſce manibus erui. Galenus quoque hæc & plura alia oſtentis ſimilima in abſceſſibus ex atra bile & pituita ſubnaſci his verbis teſtatur: Humores, inquit, vbi in abſceſſibus perduraue-rint, plures habent alterationes. Nam & lapidibus, & arenis, & teſtis, & lignis, atque carbonibus & limo & ſorditiei feci, & ſtipulæ & amur-

De contentis in apoſtemate Gal. 2. ad Glauco & 14. Methodi Celſus li. 7. ca. 6.

Digitized by Google

cæ & multis aliis in abſceſſibus ſimilia inueniuntur corpora. Hæc de affluxu pituitæ apoſtemata, diuerſa corporis obſident loca. Oriuntur, ait Aëtius libro ſexto, non in collo & ceruice tãtum ſtrumæ, ſed etiam in alis, & inguinibus, ac lateribus, mammis quoq; mulierum agnatas ſe vidiſſe Meges chirurgus auctor eſt. At Iulius quidem Pollux grammaticus (nihil enim refert cum bonis auctoribus verſuram facere) in meſenterio ſcrophulas quoque enaſci prodidit. Tumores quoq;, inquit, intra carnem & adipem, vel omẽtum ſubſiſtunt maxime circa bubones, axillas, & maxillas, & meſenterium, circa quæ & chæradres ſcrophulæ conſiſtunt. verum nec in his tantum locis, ſed pleriſque aliis hæc ſubnaſci noſtra quoque ætate compertum eſt, Florentiis iuuenculæ ſtruma pondo ſexaginta librarum in coxẽdice accreuit, cuius moles cum progreſſum moraretur, mulier integrum quinquennium in lecto decumbere coacta mortem tam inerti vita & decubitu potiorem teſtaretur, Deum hominum què opem, conſilium & ſubſidium imploraret, Mediçi veto curam detrectarent, ex horum collegio iunior natu miſertus iuuenculæ eiulantis, arctiſſima ex fetis equorum impliciti laquei ligatura ferro & cauteriis ſtrumam radicitus muliercula ſuperſtite felici ſucceſſu auulſit. Nec minoris ponderis ſtrumæ moles Ambergæ ſuperioris Palatinatus metropoli Michaeli aurifabro in genu accreuerat. At is mori quod & accidit quam ferro curari maluit. Scripſit quoque ad me Georgius Wirth Medicus conſobrinus meus, generoſo ipſius patienti, illuſtri principum ſtirpe nato,

Pollux li. 2. c. 98.

Digitized by Google

nato, ex inguinibus strumam, aut si mauis steatoma ponderis plus minus quadraginta librarum succreuisse, & cum corpus plethoricum pituitoso redundet sanguine veretur ne pro incremento lunæ indies adaugeatur. Proinde enixe petit consilium, vt doceam qua methodo illius & aliarum in collo vel alibi chiradum incremẽtum impediri possit, Chirurgicorum enim operam illustrissimum penitus auersari & despuere, malle enim vt auritaber ipsum mori quam ligaturis, sectione & cauteriis curari, verum quandoquidem consilium operamq; meã illustrissimo principi ipsius denegare nõ potuerim, nec debuerim, rem ab ouo hoc est à causa procatarctica & interna id generis ex pituita cruda aut marcida abscessuum auspicatus sum. ex causarum enim cognitione, & indicationibus partim morbi cognitio, remediorumque indicatio, quibus curandi morbos Methodus constat, habetur, quæ per contraria causæ morbi eradicationem indicant. Concors enim philosophorum & medicorũ axioma est, ablata causa, illius quoque effectus pessum ire aut euanescere. Atqui clare constat hos abscessus esse pituitæ affluxus soboles, quæ cum ad colli ceruicis & emunctoriorũ adenas defluxerit, intra membranas in strumæ abscessus concrescit. hos defluxus hydrargyrij virulẽtia proritare solet, cuius genuina virtus est, pituitam ab extremis & corporis ambitu arcere, & ad colli glandulas, gingiuas, faucium adenas vel paristhmia regerere, quo malo plurimum infestantur qui alpes metallis fœcundas, aut istic metallorum venas scrutantur, aut aquas ex montibus metallorum

Hydrargyrii operatio.

Vitruuius l. 8. archit. c. 3. 4. 5.

Digitized by Google

ſcaturientes bibunt. Quippe cum hydrargyrium vna cum ſulphure ſit omnium metallorum parens & origo, par eſt vt deriuatum reſipiat naturam originis, nec ad indigenis modo, ſed etiam aduenis accidere certum eſt, ſi has terras incoluerint, & has per metalla ex montibus & fontibus aquarum ſcaturigines potauerint. Proinde Equicolos bellicoſos de natione Medullorum equites, Tauriſcos & Norios, & qui vltra Saltzburgum Oenoſpontem curiam Retiæ oppidum atque Stiriam & Carinthiam alpium verſus incolunt metallis diuitibus, colla vt taurorum palearibus bronchocelis turgere vſque ad pectus pédulis nil mirum. Compertum aiunt ſi quis virgulta, aut ſcipiones rectos & enodes in harum aquarum fontibus ac ſcaturigines defixerit, his intortis velut in oleis arboribus tubera adnaſci. Alterillorum cauſa eſt vitæ luxus & crapula, in qua vitam plerique mortalium Sybaritarum more traducunt, qui Sardanapali exemplo malunt viuere vt edant, quam edere vt viuant. His de grege Epicuri porcis, porcus Troianus vix pro ſertulo vno ſufficeret, qua ſagina corpus Nicomachi Schmienei ad tantam molem increuit, vt loco dimoueri non poſſet, qua victus ratione pituita in corpore coaceruata in ſtrumas & ſteatomata coaleſcit & χοιράδας, quibus ſues maxime ob voracitatem ſunt obnoxii. Quare non illepide illis animam pro ſale datam ne putreſcerent Chryſippus exiſtimat, ob id grandine quoque in collo & ſub lingua, non raro in tota humida corporis mole oborta infeſtantur. Sed ſobria & frugi attenuãte victus ratione opus, qua cre-

De Sybaritarum luxu Ælianus lib. 16 ca 23. Athen. lib. 7. De porco Troiano Macr. lib. 3. Sat. De Nicomacho Gal. de diff. morbo. Ariſt. lib. 8 de ani. cap 21 Pl. lib. 8. c. 51. Porcorum ſalem animam Cic. lib. 2. de nat. Deor.

Digitized by Googl

crebro genium defraudet patiens. Proinde opus eſt vt abſtineat ab omnibus eſculentis quorum eſu ſucci craſſi & viſcidi generantur, de quorum cenſu ſunt, lac caſeus, quadrupedis pes, caro ſuilla, & piſces, in ſtagnis limoſis altiles, ſquamis quoq; vt anguillæ carentes: ſaxatilibus vero inter maris ſcopulos captis libere veſci poterit. Euiter quoq; omnia ex caſeo, alica, chondro placentarum genera, ex lactis colluſtris quoque parata, quæ veteres lagona & rhyemata ac communi nomine Itria appellarunt. Præterea omne ex tritico ſine fermento piſtorum opus, vt panes azimos, ac pleraque alia arte culinaria parata fercula, vt pulticulam ex decorticatis, & feſis leguminibus decoctam, quam Græci antiqui Ethos dixerunt, & Lecython, ex molitorum farina in aliquo pingui iure elixatam. Ob id quoque abſtineat à muſto, & omni vino rubro, bibat vina Rhenenſia quæ in littore Rheni creuerunt, quæ gutturoſis pituitaque cruda laborantibus non parum conferent, ſi in illis libanotis, hyſſopus, ſatureia vel thymus macerata dum ebulliunt aut ſeruent, fuerint, Melicratum quoque in quo thymus & gingiberis radices incocta fuerint egregie illis prodeſt. Inter medicata vero pocula, ſunt his ſaluberrima aquæ minerales quædam, præſertim quæ vini feculam reſipiunt, quæ vt Arnoldus tradit non internos modo hoſce ſtrumoſos & pituitoſos abſceſſus, ſed externos quoque diſcutiunt. Nec hæc frugi victus ratio ſola ſufficit, ſed opus eſt medicamentis, quæ partim hæc ex pituita abſceſſuum fomenta & crudas coctionis reliquias digerant, partim per al-

De placentis Gal. in lib. de cibis bonæ & mali ſucci. Athen. li. 3. dipnoſ. cap. 14.

De melicratio Dioſcor. lib. 5. c. 6. ſalub. Gal. lib. 5.

Vt fontes acidi de quib. Vitruu. li. 8. Archi. c. 3.

Digitized by Google

aluum ducant. Opus igitur erit vt quauis hebdomadarum triade mane tempore antelucano, & iturus cubitum oxymellis ſquillitici, & de radicibus compoſiti vna mixtis triduo integrũ cochlear abſorbeat, quo humores lenti ad excretionem præparentur. Tandem tertia à cœna hora ſeptem de drachma vna pillulas deglutiat, quæ affluxum pituitæ per aluum diuertant & excernant. Ad hos ex phlegmate concretos abſceſſus in halitum reſoluendos & digerendos, inquit Galenus libr. 14. Methodi, medicamenta ex aromatibus compoſita maxime proſunt, quorum laudatiſſima ſunt antidotus ex viperis compoſita, quam Theriacam vocant, tum quæ Athanaſia & Ambroſia dicuntur, atqui hæc magni conſtãt. Viliorum, inquit Galenus, optimum eſt noſtrum quod calaminte eſt coadunatum, cuius cõpoſitionem docet Galenus lib. 4. de medica. de ſanitate tuenda. Hæc ſane tumores intra carnẽ & adipem, vel omentum quoq; conſiſtentes, maxime circa bubones & axillas ac maxillas, & colli adenas & meſenterium χοιράδας, id eſt, ſcrophulas diſſipant, meatuſq; aperiunt, & expeditos ſeruãt.

Reſoluentia ſumpta.

Pillulæ autem quarum ſupra meminimus conſtant ex aloes roſatę ſcrupulis quinq;, agarici trociſcati ſcrupulis duobus, turbit albi gumoſi drachma ſemis, ſquinanti radicũ aſari ſingulorũ granis quinq;, zinziberis ſcrupulo ſemis, cinamomi ſcrupulo vno, thabarbari drachma ſemis, trociſcorum alhandal granis quindecim, cum oxymelle fiat maſſa, doſis à ſcrupulis duobus ad drachmam vnam. De medicamentis topicis oleum ſubſcriptum cæteris eſt longe præſentius, cuius recta compo-

Pillulæ.

Digitized by Google

compoſitio arte chymica eſt illa quã Euonymus ignorauit. Recipe olei philoſophorum laterini libram ſemis, thuris, maſticis, gumi arabici, terpentinæ ſingulorum drachmas tres, piſtata ſimul per alembicum diſtillentur, tandem diſtillationi addatur ſalis ex cinere cerri, & iterum diſtilla, & quod diſtillauerit in vitro ſerua. De cerra arbore glandifera præter Plinium vide Ruellium lib. 1. de ſtirpibus cap. 66. & quomodo ex cinere cerri fiat ſal norunt Chymiſtæ. Huius olei vnctio diſſipat & digerit ſtrumas & ſcrophulas, quas Græci napthas & glandes appellant. Oleum ad ſtrumas.

De Apostemate In Perinæo & fiſtula.

Ad Georgium Wirth Medicum Cæſarcum conſobrinum ſuum.

Epiſtola v.

Non raro Georgi conſobrine vtriuſq; ſexus hominib. ab epatẽ & cerebro per vertebras dorſi, alioſq; ad emunctoria internos meatus per inde ac in altera Gonorrheæ vulgaris ſpecie pituitæ marceſcentis ad penem aut veſicam defluxio in perinæo ſubſiſtere ſolet & in apoſtema coaleſcere. Hoc niſi tempeſtiue cataplaſmatis maturatum fuerit, & facta ſuppuratione ſaniei exitus pateat, tunc illius acredo in podice ani muſculum ſphinctira aut veſicæ collum exedit, vt tandem ex illius fiſtula circa penis radicem lotium non ſine ardore excernatur, & per ani ſyringam interna penetrantem ſtercoris liquor emanet. Cauſa morbi antecedens interna ſui ablationem in-

dicans, phlegmatis salsi, aut putrescentis purgationem exigit, & sobriam victus rationem, quæ esculentis sale nimio conditis aut eo maceratis careat, nec sint penitus insulsa, aut salis expertia, vinum album calore solis bene coctum & defecatum bibat: à cerevisia ratione lupuli qui dysuriam aut vrinæ stillicidium irritare solet abstineat. Et eo quoque nomine sibi temperet ab omnibus medicamentis exquisita virtute diuretica præditis, quæ lotii sordes ad locum affectum plus satis præcipitant, de quorum numero sunt raphanus vterque, siseleos, lapis Iudaicus, cyperi & cardamomum, & id genus diureticorum calidorum. Sed ad solidationem vlceris præcipue in vesicæ collo impense proderunt ea quæ lotii acrimoniam obtundunt, de quorum censu est radix glicerisæ, gumi dragaganti, cerasorum, succinum, ac semina melonum, cucurbitæ, papaueris, nec pinearum nuclei oberint. Huius abscessus symptoma est ante maturationem in loco affectus neruoso dolor pungitiuus, & post factam suppurationem in osculo vlceris aut fistulæ ardor vrinæ inextinguibilis. Accersitus igitur Ratisponam, vt Episcopi huius generis apostemain perinæo curarem, cum lotium bene coctum viderem, primo corpus & interna præcordiorum viscera subscripto leni pharmaco, affectus loco accommodato purgaui, quod constat, medulla cassiæ catharticæ, stillaticii malua-rum liquoris vapore per cribrum expressa pondo vntiæ semis, diaphiniconis scrupulis quinque, Rhabarbari scrupulo semis, cinamomi interioris granis quinque, mixta colligentur su-

pra

Digitized by Google

pra ſacrificii ex adore placentulam, & aſpergantur momento ſeminis aniſi confecti, vt ſtatus caſſiæ diſſipentur, & id totum tempore antelucano, aut poſtquam dies illuxerit edat: tandem elapſis quinque horis prandeat, iuſculum piſorum, aut duos ouorum ſorbilium vitellos. Cæterum cum circa generationem ſaniei, vt Hippocrates ait, febris & dolor incrudeſcere ſoleat, qui cucurbitæ inſtar, humores ad locum affectum allicit, vt dolor mitigaretur emplaſtrum quod partim humores affluxos reſolueret, partim maturaret tale applicui, quod ex duobus aliis coadunatum, nempe ex diachylone cum gumis vntiis duabus ſemis, diachylonis mollis vntia vna, croci ſcrupulo vno, diachylonis ex gumis aceto diſſolutis, ac mucillaginibus compoſitio paſſim in chirurgorum antidotariis habetur, quo ignis tepore diſſoluto, aliud diachylon molle & poſtremo crocus in lebete additur, & in vnam maſſam cõflantur. Molle vero diachylon conſtat ex ſeui cerui vntia vna medullę oſſium cerui vntia vna ſemis, reſinæ abietis vntiis duabus drachmis ſeptem, butyri recentis vntia ſemis, olei liliorum vntia ſemis, terebinthinæ drachmis ſex, ceræ albæ vntia vna ſemis, his vna induſtria Seplaſiarii lento ignis calore in ſartagine liquefactis frigore coaleſcant, ſi ad maturationem efficaciora deſideras, talia ex ſeminum lentore & gumis quoque additis in noſtro & Montagnani antidotario abunde deſcripta inuenies. Sed incredibile dictu quam cito diachylon, ſic cum altero coadunatum apoſtema ad ſuppurationem deduxerit & maturauerit, id quod non erat obſcurũ ex cholera & pituita apo-

Diachylonis molliscompoſitio.

ſtematis indicium. Atqui cum durities, abſceſſus, dolor pulſatilis miteſceret, ac collecta ſanie in apicem protuberaret apoſtema ſuppuratione maturum coniiciebam. Proinde quandoquidem anus ac membra genitalia ob humorum affluxum ſint putredini obnoxia, ne ſanies ſua acredine finitima perinæo membra, anum & veſicæ ceruicem depaſceret, aut vltra per ſinus veluti cuniculos ſerperet, apertionem apoſtematis in loco decliniori κατὰ ῥῦμα maturauimus, & ne ſanici exitus obſtrueretur, & id quod præter naturam in loco affectus coarctaretur, quod primaria ac communis eſt omnium præter naturam tumorum indicatio efflueret, in vulnus licinium ex μώνῃ, id eſt, filamentis contortum, ac ex oui albumine & vitello oleoque roſarum mixtura delibutum inſeruimus, ne labra vulneris conglutinarentur, & aliquatenus ad ichoris effluuium paterent, quam othoniis exceptam ad doloris ex inciſione mitigationem vulneri applicuimus, & emplaſtrum noſtrum ex diachylone, aut ex farinis & ſeminum viſcedine ſuppuratiuum apoſtemati obduximus, cuius & naturalis membri caloris fotu, altero die ſanies alba æqualis, & denſa fœtoris expers, id eſt, ad vnguem cocta vbertim emanauit, omniſque dolor euanuit, quo ſublato ſolus ex omnibus ſymptomatis vrinæ ardor reliquus erat, quem ex phlegmatis ſalſedine putridi partim à cerebro, partim ab epate per renes ac lumbos in veſicam defluxu oriri ex totius corporis ac præcipue dorſi pruritu coniecimus. Verum cum in lotio ſquamulæ furfuribus ſimiles natarent, veſicam quoque ſcabie ex lotii acredinela-

Digitized by Google

ne laborare, vnde vrinę ſtillicidium quoque non raro patientem infeſtabat, non temere ſuſpicabar. Quare piſcium ſalſamentorumque eſum, & vini potum patienti interdiximus, & vt abſtemius ſubſcripto decocto ſitim leuaret ediximus, quod ex hordei integri manipulis duobus ſemis, gliceriſæ abraſæ drachma vna, ſeminum aniſi drachmis duabus ſemis dactylis inciſis numero quinque, Sebeſtē pellicula inciſa numero quindecim, in olla vitreata cum menſuris aquæ fontis libris duodecim, donec hordeum intumeſceret, decoqueretur. Nec id lotii acredinem obtundere poſſe, niſi terque quaterque quoquis triduo reſinæ terebinthinæ ex Cypro allatæ ſcrupulos quinque aqua maluarum lotæ, ac ex adore placentulis inuolutos mane cum illuxerit dies deglutiret, horis quinque nullo eſculento veſceretur, tertia tamē ab abſumpto medicamēto hora, cyathum decocti cicerum modice ſalſam abſorberet, quo quinquies aluum exonerauerat. Succedenti triduo edixi vt patiens veſperi iturus cubitum ac mane experrectus ſeſquicochlear ſyruporum de capillis Veneris vntias tres ſemis, de gliceriſa vntiam vnam ſemis, vna mixtis degluti-ret. Quod ſi quam ob cauſam noctes duceret inſomnes, pro ſyrupo de gliceriſa tantundem illius de papaueris cremore ſubſtituere poſſet. Quarto die ad Terebinthinæ vſus rediit, cuius ſalutaris operationis ſucceſſu effectum, vt ægrotus nō amplius ardorem iuxta penis glandem, ſed titulationem verius perciperet. Verum cum illius vſus omni ætati ſenili ſit, vt Galenus refert, innoxius, abſorptis triduo vt antea ſyrupis qui non

modo vrinæ acrimoniam obtunderent, corpus quoque lubricum & fluidum, sed humores quoque ad excretionem præpararent virium robore illæso quarto die tantundē terebinthinæ ex adore sacrificulorum placētulis vino madidis inuolutæ deglutiuit, cuius operatione humorū ad perinæum & vesicam alluuies per secessum expurgata, ex apostemate vlcus solo ex lithargyrio diachylone sua sponte fere consolidatū, & omnis vrinæ ardor sublatus fuerit. Sed si ægri vires non subsisterent, ac tam crebras alui deiectiones ferre non possent, eas septem dierum interuallo porrogare poteris. Cōsolidato felici artis successu apostematis vlcere, en fama quouis præpeti auium volatu velocior, cum passim alibi tū Ambergæ in Palatinatus metropoli increbuit, me quibusuis etiam chironiis vlcerib. mederi posse, tum à ciue ordinis senatorij Ambergam accersitus, qui ex suppurato in perinæo abscessu nimis sero aperto donec purulenta ichoris colluuies quæ sua acredine vesicæ collum arroserat, & in sinuosis apostematis anfractus illatebrauerat sua sponte erumperet, vnde tandem vlcus cauernosum in fistulam occalluit, per quam lotium acre, consolidationem impediens destillabat, non raro quoque impetu erumpens vlceris labra distendebat. Methodum igitur curæ à salubri victus ratione, causis fistulæ & vlceris consolidationem remorantibus contraria auspicabar, & corpus vniuersum à noxiis humoribus ad expulsionem reseratis obstructis meatibus præparatis, quos cum oxymelle, & syrupo ex Rhabarbaro de cichorea in aqua maluarum, capillo-

Cura fistulæ in perinæo.

Digitized by Google

pillorum Veneris & cuſcutæ diſſolutis, digeſti quadriduum, ac tandem quinto die ſubſcripto pharmaco expurgaui. Recipe caſſiæ vntiam ſemis; electuarij de dactylis drachmam vnam ſemis, Hamech ſcrupulos duos. diſſoluantur in decocti florum & fructuum clarificati vntiis quatuor ſemis, cum modico Muchari roſarum, ne plus æquo ſit amarulentum, peracta partim ſeroſi & aeris humoris excretione vt lotii acrimonia miteſceret & id medicatis viribus imbueretur, de ſubſcriptis paſtillis quouis die binos, alterum mane, alterum ad primam facem noctis edendos exhibui, qui conficiuntur ex pineis ſtillatitio roſarum liquore præparatis pondo drachmarum duarum, ſeminum melonum ſcrupulis quatuor, gumi dragaganti arabici ſingulorum ſcrupulo vno, grumi ceraſorum, radicum glicerizæ ſingulorum drachma ſemis, cinamomi drachma vna, penidiarum vntia, ſacchari in aqua roſarum & maluæ ſingulorum quantum ſufficit vntiis quatuor ſemis diſſoluti fiat confectio ad formam rombi quadrati pondo drachmæ vnius & ſemis, quæ veſicæ & meatuũ vrinæ aſperitatem lenit & curat. Dum his veſceretur quouis quarto die quia ſymptoma nullum obſtitit, hauſtum decocti ligni Guaiaci vntiarum quinque ſudoriferum decumbenti in lecto, ſtragulis bene cooperto calidum dedi, ad proliciendum ſudorem, quo acre ſanguinis ſerum expurgaretur. Aut ſi quis decoctum ligni ex India faſtidit, is oxymellis ſquillitici ſeſquiuntiam diſſoluat in aquæ fumiterræ & agrimoniæ ſingulorum vntia vna ſemis tempore antelucano in aqua for-

uenti calefactum ebibat in lecto, & eo sudorem affatim eliciet. His igitur quæ sanguinem reddunt impurum salsedineq; acrem, & eo nomine ad consolidandum vlcera infœcundum sublatis, reliquum erat vt tandem medicamentis topicis, causticis, aut sectione, fistulæ callum quo vlceris aut fistulæ partium agglutinatio impeditur quã primum extirparem. Proinde surculos radicis veratri nigri fistulæ inserui, qui tertio die fistulæ callum extererent. Post triduum extracta ellebori radice, cum interna fistulæ pellicula attractioni contumax non obsequeretur, Pauli Æginetæ ac Cornelii Celsi ex præceptoMegetis consilio fretus, ex æruginis drachmis duodecim, armoniaci tribus aceto acri exceptis, oblonga penicilla fiximus, quæ medici specilla, ac turundas, & vulgus chirurgorum tentas quoque appellat, quæ citra suppurationem callum arrodebant. Vt suppuratione colliquesceret ex terebinthina, ac picium glutino, addito ex hydrargyrio puluere præcipitato, pro modulo fistulæ turundas formabam, quibus infixis fistulæ concauitati, & applicatõ ne elaberentur tenaci diachylonis emplastro, facta suppuratione in viginti quatuor horis callus liquescebat, & cum sanie frustillatim profluxit. Verum ne osculum fistulæ ante exactam mundificationem conniueret, frustula spongię oblonga & madida fili ligatura coarctata filo depositio cauitati fistulæ imposui & sinus vlceris nõn altiores quam subtercutaneos forcipe incidi, vt sanici effluuium vbique & vndique pateret liberum, ne intra sinuosos vlceris cuniculos delitescens, intestinum rectum & neruos testi-

testium chremasteras arroderet. His peractis quæ vlceris cauernosi & sinus callo obducti indicationes exigebant, reliquum erat vt à sordibus purulentis abstergeretur. Proinde subscriptũ vnguentum othoniis, id est, linamentis discerptis exceptum mane & in crepusculo quoque abstersa diligenter sanie indidi, quod Seplasiarius ex his conficiebat, Melle rosato vntia vna, terebinthinæ drachmis quinque, radicis aristologiæ rotundæ scrupulo vno, iteos, myrrhæ rubeæ singulorum drachma semis, æruginis scrupulo vno granis quinque, seui hircini drachmis tribus. His in mortario calido pistello exacte coadunatis vnguentum conficiebat, quod si defuisset, vnguentum Apostolorum eius loco substituissem. Verum cum sub sordium lentore caro mollis viscidaque succreuisset, quam vnguentum prædictum abolere non potuit, & vlcus verius ichore quam sanie cocta maduit, puluere ex hydrargyrio cum aqua aurifabrorum chrisulca per alembicum præcipitato totum vlcus conspersi, & emplastro diachylone molli cooperui, post quadraginta horas emplastro sublato vlcus à sordibus & carne molli ac spuria pulueris leui rosione doloris experte insumpta purum reperi, ac sublata hydrargyrii puluere vlceris virulentia, id bonæ carnis grandine rubra pullularet, nil sarcoticis quæ cauitatem vlceris explerent, sed emplastris epuloticis cicatricem obducentibus opus fore arbitrabar. Eam ob rem pharmacopœum subscriptum emplastrum quod ad omnes curationes vlceris caui ac sordidi scopos colliniat cõficere iussi ea decoctionis industria ne digitos

De puluere rubeo seu præcipitato Vig. lib. 2. cap. 13.

Langii epuloticū. adhæſu coinquinaret, quod Langii epuloticum nominare conſueui: Accipe terebinthinæ, ceruſæ, lithargyrii, lapidis calaminaris præparati, olei maſticini ſingulorum vntiam vnam, picis colophoniæ, ceræ ſingulorum drachmam ſemis, decoquantur lento ignis calore ad viſcedinis lentorem, dein inſpergantur maſticis, olibani ſingulorum ſcrupuli quatuor, corallorum alborum drachma vna ſemis, thuris drachma vna, camphoræ ſcrupuli duo ſemis, cum piſtello calido exacte coadunentur, & fiat emplaſtrum tam ſarcoticum, quam epuloticum, quo vlcus conſolidatum fuit. Hæc Georgi conſobrine te, quem nunc poſt diſceſſum Caroli V. Cæſaris ex Belgico in Hiſpanias, apud Philippum Hiſpaniarum regem in Belgico eadem ſtipe medicinam facere intelligo, celare nolui.

MEDICVM DE REPVBLICA SYMPOSIVM.

Ad Generosvm Eberhardvm Comitem ab Ertbach Palatinatus Archipincernam.

Epiſtola VI.

NON defuerunt in Palatinorum aula amici noſtri, comes generoſe, & quidem non vulgares, quorum ſuffragio & tu calculum adieciſſe videbaris, qui grauiter mecum expoſtularunt, quod iam partis medendi induſtria fortunæ bonis, me præclari medendi officii tæderet, quo olim heroes & reges Euphorbus, Attalus, Mithridates, Romanorumque Conſules & Imperatores, Cato atq; Pompeius, immortale nominis ſui decus

Reges & Heroes olim medici Plin. li. 25. c. 2. & lib. 28.

Digitized by Google

decus ſibi comparaſſent. Atqui, Comes generoſe, quam celebre, quamque ærumnoſum ſit fidelis medici officium, non ignoro, quod, vt Hippocrates περὶ ευσχημοσυνης refert, languentes à maximis malis, doloribus, moleſtiis, morborum tortura & morte liberat, eosque velut ex Plutonis faucibus ereptos, vt charos cum coniuge liberos educare poſſint, vitali auræ reddit: at medicos vero alienis calamitatibus emacerat, ſollicitudine exhaurit, contagionisq; lue tandem obruit. Et quamuis in hac medicorum paleſtra multos annos adeo enixe deſudauerim, vt iam fere ſexagenarius laboribus & curis effœtus, merito rude donari deberer, non tamen ideo meam opem & conſilium miſeris denegatum ægris velim, quod medendi officium ſit ærumnis plenũ, ſed quod nemo medicorũ, ob inertis vulgi imperitiã, & temerariũ in re medica iudicium, ſuperſtitionibus ex ſuggeſtione cacodæmonis, qui vtrãque corporis & animæ ſalutem hominibus æque inuidet, corruptum, ſuo officio illæſo nominis ſui honore ſibi bene conſcius recte, probe ac libere fungi poſſit. Noſti certe omnem medendi methodum in cognitione cauſarum ægritudinis, quæ ſui per contraria cauſæ ablationem indicant, ſubſiſtere, ad hanc extirpandam medicum tanquam ad ſcopum collimare oportere, ſine huius cognitione medicus nec vllum corporis morbum, ne dicam næuum, citra periculum recte curare poteſt. Sed, bone Deus, ignarum & imperitum philoſophiæ vulgus, anilimulierculorum ſuperſtitione, ac Iudæorum, pſeudomedicorumque, qui nihil non audent, impoſtu-

Temerarium vulgi iudicium medicos deterret.

Cauſa ægritudinis curationis ſcopus & index.

Digitized by Google

ris & falſa ſciendi perſuaſione ſeductum, non ex pathognomonicis ſymptomatibus, aut affecti viſceris & membri dyſcraſia, vel cum, vel eius compagine diſſoluta vel obſtructa, illiusque actione oblæſa, virtutumque naturalium operatione defecta, arteriarum pulſu, excremẽtorum concoctionis notis, & cæteris ſubſtantialiter inhærentibus, cauſas morborumq; naturas dinoſci, ſed ex ſola lotii inſpectione morborum naturas diſcerni poſſe falſo atbitratur. Proinde ægrotantes de eruditione & peritia medicorum periculum ex temerario vrinarum præſagio facturi, deliræ alicui mulierculæ aut domeſtico fatuo, medico perferrendũ tradunt, quo cũ medicus de vita & ſalute ægri conſultet & cõmunicet, illiq; ſeuere, additis etiam minis, dicunt & edicunt, ne ætatẽ ſexumq; languẽtis, aut cuias ſit, vel pathognomonica morbi accidentia, per quæ eius cauſa dinoſci poſſit verbulo vel nutu medico prodat, cunctaq; ſcitu nèceſſaria, præter ſuam fatuitatẽ, celet. Ad hæc medicus perplexus, qui ex fraudulento vrinę indicio reſpondeat, vel ægroto ſuadeat, totus animi pendet & fluctuat. Tandem plus cenſuram populi ne eius honori derogetur, quã Deum vltorem veritus, cupidine vilis pecuniæ, populariſque famæ aucupio victus, ad impoſturas, id eſt, medicorum cautelas, ab Arnaldo & Sauanorola conſcriptas, tanquam ad ſacram anchoram, confugit, quibus edoctus, quam ambiguis oblecro reſponſis, Apollinis Delphici oraculis longe obſcurioribus quibus ſuas nugas celet, ex lotii inſpectione de ægritudinis natura ac languentis ſalute & interitu diuinare & præter

Quibus natura & cauſa morbi dinoſcitur.

Medicorum impudentia.

Medicorũ cautelæ ſunt impoſturæ.

inge-

Digitized by Google

ingenui viri officium nugari non erubescit? At quum nullius medicorum exactam ægritudinis cognitionem ex solo vrinæ indicio vnquam docuerit, quem tandem alium, oro te, huius nepharii erroris & pernicioſæ fraudis authorem quam cacodæmonem arbitrabimur? cuius præstigias & fraudes, in cura ægrorum plus milles mihi expertas, si commemorare vellem, epistolæ limites excederem. Nam hic nempe infestus humanæ salutis ostor, vt corpus animamque hominis vna perderet pro veris cœlitus nobis datis morborum remediis, per quæ Deus, sacrosactus ille archiater, glorificaretur, nepharias per Iudæos pseudomedicos, anus sortilegas, & pythones, prætextu medicinæ, excogitauit incantationes, vnde tandem non sine æterni Dei blasphemia inexpiabiles in sacra religione nostra idolatriæ emerserint, propter quas Deus Israel non immerito Ochosiam regem, qui fatidicos Beelzebub dæmonis cultores de salute sua consuluerat, grauide scalæ lapsu conflictatum morbo, in lectulo decumbentem misere petdidit. Sed, comes generose, eruditione & virtutum decore illustris, hoc delirum & temerarium de ægritudinis cognitione ex vrina vulgi iudicium, ne dicam latrocinium, monachis apostatis, ardelionibus, sycophantis, Iudæis. & id genus pseudomedicis forsan condonaremus, qui ob imperitiam philosophiæ naturalis, etiam licentia magistratus ciuitatum quæ euangelium profitentur, libere peccant, qui accepta ab impostoribus & Iudæis pecunia, illis in Christianorum corporibus experimenta per mortes agere permittunt, quo mar-

Dæmonis in medic. fraudes.

Ex Medicina idolatriæ superstitio & incantatio.

Ochosiæ interitus 4. Reg. 02. 1. 2. paralip. 22. Ioseph. lib. 9. cap. 6.

Digitized by Google

ſupium præfecti diteſcat, & precio ſanguinis à miſeris ægris extorto ærarium locupletent, quod olim Scribæ & Phariſæi, qui Chriſtum cõdemnarunt in corbonam deponere dedignati ſunt. O execranda magiſtratus auaritia, quæ medicos & ægros perdit, ac Iudæos & impoſtores alit & tuetur. Probe ait Diphilus, εἰ μὴ τὸ λαβεῖν ἦν, οὐδεὶς ἂν πονηρὸς ἦν: Niſi captatio lucri eſſet, nemo improbe ageret. Vnde Sophocles lucrum etiam mendacio & fraude partum dulce & iucundum eſſe aſſeruit: ob id tributum de vrinis, ad artificium fullonũm diuenditis, Cæſari Veſpaſiano non fœtebat. Sic turpe ex vrinarum iudiciis lucrum medicis auaris non male olet, quos vt Galenus ait, οὐ φιλοχρημάτους, ἀλλὰ φιλοπόνους, id eſt, non tam pecuniæ cupidos, quam in curandis ægris laborioſos & ſollicitos eſſe oportet. Ob ſceleratum pecuniæ aucupium, quid non mortalia pectora audere cogis? Forſan parum eſſet miſeros pecunia expilare ægros, niſi vitam vna illis adimerent, totque à pſeudomedicis latrocinia, ne dicã homicidia, ſenatus indulgentia perpetrarentur. Hos vt aliquando ad frugem ſolidæ eruditionis & probitatis redire poſſint, quam parum vrinæ obſeruatio & cognitionem & curam ægritudinis conferat, vna cum Gal li. de prænotionib. Hipp. 2. docebimus: Nulla morborum ſigna διαγνωστικὰ aut παθογνωμονικὰ per vrinam exacte dinoſci, ſed vrinam tantum affectum, aut ſi mauis dicere diſpoſitionem partium epatis, renum, veſicæ, & venoſi vaſorum generis ſanguinem continentium, virtutisque naturalis humores generantis & digerentis robur ac imbecillitatem oſtendere. A-

Execranda magiſtratuum auaritia ægros perdit, & Iudæos impoſtores fouet.

Hæc Sueton. in vita Veſpaſiani.

Vrinæ inſpectio quam parum ad cognitionẽ & curam morbi cõferat.

In quibus morbis vrina obſeruanda.

Digitized by Google

re. Aliorum vero morborum, qui cerebrum, pectus, pulmonem, ſplenem, inteſtina, & articulos, citra febrim, infeſtant, alia ſunt cognitionis, decoctionis & criſis ſigna. Nam quæ vrinæ ſigna paſſim ab Hippocrate in Aphoriſmis, & libr. de criſi, & prognoſticis ſunt tradita, in febrilibus tantum morbis futuræ criſis, & concoctionis indicia ſunt. At noſtrates medici ex lotii inſpectione indiſcriminatim in quauis ægritudine de ſalute & interitu patientis, & ſalubri aut exitiali ægritudinis criſi temere pronunciare præſagireque audent, totamque iudicandi morbos induſtriam in vrinarum obſeruatione conſiſtere arbitrantur : quum veteres medici ex ſudore in balneis ſtrigili excepto, humorum in vniuerſo corpore diſpoſitionem exactius quam ex vrina deprehenderint : quod Galenus libro quarto ſalubrium his verbis affirmat : ἰ μὲν γὰρ ἱδρὼς ὅλου τοῦ καθ' ὅλου τὸ σῶμα πλεοναζόντων χυμῶν δῆλα γενέσθαι μα. τὸ δ' οὖρον, ἐκείνων μόνον, ὅσοι περ ἂν ἐν τοῖς ἀγγείοις περιέχωνται. Tam graui Hippocratis Galenique teſtimonio conuictus, fateberis oportet, Damaſcenum & Raſim libro Aphoriſmorum ſexto recte medicos admonere, ne temere ex vrina de ægritudine quicquam ſtatuant, niſi prius ægrum viderint : nec erubeſcant de ſingulis ægritudinis accidentibus perconctari. Et quamuis iſta nouerint, attamẽ noſtrates medici veſte ſericã inauratisque gemmarum annulis decori, domi veluti pro tribunali ſedentes, ſententiam de ægrotantis morte laturi, ob vile pecuniolæ lucrum, pro quo vix publicum ſcortum ſe proſtitueret, ex lotii inſpectione, velut ex tripode Apolli-

Hip. lib. 2. Aphor. & Gal. ibidẽ.

Sudor humorum totius corporis index.

Vrina humorum in venis diſpoſitionem tantũ indicat.

Temeritas medicorũ qui non viſo ægro ex vrina conſulunt ægrotis.

nis,non viſo ægro,de ægritudinis cauſa , perfricta fronte nugari non deſinunt: quam quum nō intelligant vel curare neſciunt , tandem culpam morbi,vel in philtra aut veneficia & incantationes referunt,& faſcinationes vicinorum culpantur , quibus medicus ignorantiam ſuam velet, quæ plebs,rerum naturalium imperita , & natura,ſuperſtitionibus addicta procliuis , vt credat, deſpecto æterni Dei præſidio , & neglecto medicorum ſubſidio , tandem ad ariolos , fatidicos dæmonum cultores,ſagas & anus fatidicas confugit,illorum opem & conſilium implorat,actādem amuleta ab his magno precio redempta ,in collo pendula contra morbum defert. Carmina quoque , quibus expiet morbos ſedulo addiſcit , quibus plebs ignara plus ſeſe dæmonibus quam Chriſto deuouet. Vnde tot ſuperſtitiones, idolatriæ , & falſa morborum remedia in medicinam irrepſerunt,vt facilius quis velut alter Hercules, Augiæ ſtabulum expurgaret,quam prauas & impias vulgi opiniones ex medicorū imperitia conceptas,extirparet. Nam quam ineluibilis ſit prauæ opinionis pertinacia, Galenus noſter medicorum coryphæus , his verbis ſcite docet : Ἔστι δὲ οὐδεμία βαφὴ ἀνυσοπιὸς οὕτως , ὡς τὸ τῦ ἄνευ λογισμοῦ πρός τὰ μοχθηρὰ δόγματα πάθος. οὐ γάρ ὅτι μιᾶς πόσεως τοῖς αὐτοῖς ἐντρέφονται. Id eſt: Nulla eſt adeo ineluibilis tinctura, vt praua ſine ratione concepta ad falſa dogmata affectio. Non enim ſperes in his educatos reſipiſcere aut ad frugem veritatis reduci poſſe. Nam ait: οὕτω δὲ ἀνυσιοντι πρᾶγμα ὄζειν ἁμαθίᾳ σφόδρα , καὶ μᾶλλον ὅταν ἀλαζονίᾳ μιχθῇ. id eſt: Adeo obſtinax & indelebile vitium eſt ignorantia

In ægrotos qui anus fatidicas cōſuluntur.

Medicina ſuperſtitionibus plena.

Inexpiabilis prauæ opinionis pertinacia.

Digitized by Google

tiá magna magna, præcipue ſi ſuperbiæ coniũcta fuerit. Quo ſana recens teſta odore primum imbuta fuerit, hunc perpetuo retinet, huic longe minori labore remedia, quibus corpus à morbis expurgetur, quam quibus mens prauis imbuta opinionibus expietur, inuenias. Accipisne igitur modo, generoſe comes, iuſtas cauſas, ppter quas hoc ſeculo medẽdi officii me tædeat. Nec video qua ratione quis tantis malis obuiam iri poſſit, ni ſi magiſtratus præclara philoſophiæ ſtudia, vitio temporis collapſa, inſtaurauerint, & expulſis in re medica impoſtoribus, medicos eruditione, probitate & experientia claros, ſuis præfecerint ſubditis: quæ res mihi anſam dedit, vt quum graui decumberem ægritudine, ne bonas horas, quantum per morbi afflictionem mihi licuit male collocarem, quodam ſympoſii dialogo docerem, quantum reip. intereſſet, pædotribas, viros in ſacra ſcriptura, iuriſprudentia, & re medica ſpectantes alere, nil admireris generoſe comes nos grauiſſimas de rep. cauſas in ſympoſio tractare. Hic.n. mos nõ tantũ apud Græcorũ & Indorum Philoſophos Brachmannos, ſed apud Duces, Reges & Imperatores, qui habenas totius terrarum orbis adminiſtrabant, quondam inoleuit. Proinde Neſtor apud Homer. Iliados 1. ſuadet Agamemnoni, Græcorũ in bello Troiano regi, accerſitis ſenioribus de afflictis Græcorũ rebus in ſympoſio conſultare: Αγε δή: inquit, δαῖτα δαῖτα γέροντας, ἐοικότα, ὅππι ἀνώγεις. Perſæ quoque, vt Xenophõ refert, temulenti de rebus bellicis conſultabant, vt quiſque vino cordatior factus, ſuum de republ. conſilium liberius referret, altero tandem

Gal. li. 13. Therap.

De veteri ſympoſii more Athenæus in dipnoſoph. & Euſtath. lib. 10. Iliad.

Digitized by Google

die sobrii, quid facto opus esset decernebant. Et Rhodii lege cauebant, vt proceres eorum quid mane facere expediret vna conuiuati deliberaret. Dum valetudinarium me ex Cæsarianis castris, generose Comes, tempestate hyberna grauique conflictatum morbo illustrissimi nostri aula Principis reducem excepisset, ac ne vitiato ex colluuione catarrhi pulmone contabescerem, pectusque domi medicaminibus, certe medicorum vulgo ignotis, ab Empyemate expurgarem, ac tandem vires corporis languore effœtas reficerem, venit ad ædes meas Philippus Moguntini præsulis medicus, veterem visurus amicum, ac curationis meæ methodum perscrutatus, subridens: Plerique, aiebat, Medici neglecto, corporis auriga, animo, solum in curandi corporis scopum oculos defigunt, qui tantum abest vt colliment, vt toto etiam aberrent cœlo. Quippe cum hominis compago non tantum ex corporea elementorum mole, sed æthereo quoque spiritu, virtutibus intelligentiarum imbuto, præside Genio, per astrorum orbes corpori illapso cœlitus, constet, amboque ad obeundas eorum actiones, mutua, certa lege consortii, opera egeant, nisi concorditer conspirent, quis inculpatam vtriusque sanitatem subsistere posse affirmabit? Recte Medius fidius Plato ille tuus amasius, sanitatem communem corporis animique concordiam in Timæo definiuit. Si quam præsens sit animi in corpus imperium ignoras, contemplare, quæso, imprægnatarum desideria, quorum rei expetitæ stigmata tenero fœtus corpori in vtero matris inuruntur. En pauones dum

Langius empyemate correptus conualuit.

Corpus absque anima infeliciter curari, Plato in Timæo.

Anima cœlitus per orbes intelligentiarum corpori illabitur.

Platonica sanitatis definitio.

ouis

ouis incubant, candido circumsepti velamine, albos imaginati parturiunt pullos. Corpus igitur ab anima alterari, & in id tam bona quam mala defluere non inficiaberis. Recte sane Xamolxis, sacer Getarum magus & rex, Pythagorica Ægyptiorum Philosophia instructus, imprimis animam salubribus curare remediis suasit. Porro si corpus tuum, vel athletarum victu refectum, sanguine succiplenum turgeat, nisi animum à mœrore & edacibus curis, quæ non minus corpus quam vultures Tityi iecur arrodunt, congenitumque in ossibus exiccant humorem, exoneraueris, corpus tuum à tabe vindicare non poteris. Quare, aiebat, mi Langi, ne emporiũ, vtriusq; animæ & corporis medicinæ, te deficiat, conuiuium, nouenarii musarum numeri oblitus, ne turba foret turbulenta, quinque tantum viris indixi sobriis, omnifaria eruditione spectatis, læti alacritate animi, diserta morum vrbanitate, corporis elegantia, facetiarum sale, nemini secundis, nempe Theophilo diuini verbi concionatori, Vlpiano Iurisprudentiæ consulto, Auerbachio Medico, Aristarcho grammatico, quibus vt tu quintus interfis oro, si modo perpenderis conuiuium esse amicitiæ philtrum, beneuolentiæ parentem, commilitonum homiliam, alacritatis animi pabulum, non aberis, scio. Et ne sumptuariæ legis Fanniæ aut Liciniæ mulcta cot ripiamur, non erit illa adicialis cœna, ferculorum Antonii consulis & Cleopatræ vniones aceto dissolutos absorbentis, luxuria instructa: aut in qua Porcus Troianus omnifario animalium & volucrum tostatum genere, vt equus Troia-

Fœtus materni desiderii notis insignitur. Oppian. lib. 1. de ven. fol. 70. & vltra.

De Xamolxi hæc Plato, Strabo lib. geog 7.

De Tityo Homer. Od. λ.

Gal. de doct. Pla. lib. 3 & 6. Virg. li. 6. & Lucr. li. 3. Gell. libro 13. ca. 11. de conuiuiorum numero. Plin. li. 18. cap 2.

Quales oporteat esse cõuiuas ex Varrone Gell. libro 15. cap. 11.

De his legibus Macr. lib. 3. satur. Gel. li. 2. ca. 24. De Cleop. conuiuio Macr. li. 3. satur. Pli. li. 9. ca. 35. & Athen. libr 4. & 6.

nus militibus refertus, apponatur, sed sobrium & frugi illud conuiuium, quale veteres ὁπτὰς ἔρανον appellabant, in quo ὀψοδὸς, id est, ciborum dispensator & dissector singulis coepulonibus singulas aues, carnis suillæ leporisque frustum, & pisces in sartagine frictos, ac ex sesamo & melle placentulam, offerebat. Aderunt & cancri contra pulmonis tabem & suppurationem à Medicis decantati. In hoc, vt Homerus ait, ὅσσα φάγειν ἐθέλῃσι καὶ θυμὸς ἀνώγῃ, quantum quisque sit edere aut bibere volet penes eum arbitrium erit. Et ne quid quod vel ad corporis vel animi robur conferre potetit, desideretur, aderit & vinum, teste Platone, timoris pharmacum, senectutis refocillatio, mœroris & inopiæ obliuio, somni illecebra, spiritus ex puriori sanguine geniti fomes, fortitudinis calcar, mentis ingeniique incitabulum, quo vt ferrum igne, ita animus vino moderate sumpto mitescit. Scite igitur Xeno philosophus ait: vt lupini amari crebra aquarum aspergine macerati dulcescunt: ita animus vino irrigatus mitescit. Et Galenus tuus, λύπης, ait, ἀπαύστου καὶ ἀθυμίας κουφίζει οἶνος πινόμενος, id est: tristitiam & mœrorem vinum bibitum alleniat omnem. ἡδύς τι, ait Aristophan. πίνειν οἶνος, Ἀφροδίτης γάλα, id est, vinum lac veneris dulcisque potus. Et vt omnis ab hoc conuiuio & animo tuo eliminetur tristitia, aderit & vinum ex Enulæ siue helenii radice defrutum, quod non modo ὀρθοπνοϊκοῖς, qui erecta ob pulmonis repletionem ceruice spirare cogun tur, prodest, sed & animum exhilarat. Hanc virtutis herbarum exploratores fuisse celebrem illam Oenopiã radicẽ, ab Oenopione Dionysii, qui primus

De porco Troiano Macrob. lib. 3. satur. Lucianus in Dialogis.

Conuiuas non vrgendos Theognis in sententiis.

Vini vires Plato 1. & 2. de leg. Mac li 2. satur. Athen. lib. 10. Galen. passim.

Hæc Gal. in lib. quo docet animam sequi temperaturam corporis.

De Helenio Dioscor. & Plin. li. 21. ca. 21. hæc.

De Oenopia radice

mus vites rubri viniferaces Chios inſerere docuit, dictam, qua in Ægypto à Polydamna regis Theonis vxore, Helena donata, ex ea fertur præclarum illud, omnis luctus & mœroris antidotum vinum Nepenthes, Menelao ac Telemacho Vlyſſis filio, vt calamitatum planctus obliuiscerentur, confeciſſe, de quo Homerus ita cecinit erudite:

Galen. vt ſupra & Onopion Athen. libr. 1. diipnoſ.

αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔνθεν ἔπινον
νηπενθές τ' ἀχολόν τε κακῶν ὀπὶ λήθον ἁπάντων.

Homer. Od. δ. Macr. l. 7. ſatur. Plinius & Iuſtinus, Martyr contra gentes, & Philoſtratus l. 7. De Oenothera hæc Theoph. de plantis lib. 9. c. 21. Pl. lib. 26. c. 11.

Atqui exactius illius compoſitionem ſcrutantur, fuiſſe Oenotheræ herbæ radicem aſſerunt, amygdalarum foliis roſarumque flore virentis, quę ſiccata virtutem olet, ac non hominibus modo hilaritatem conciliat, ſed eius viribus, vt Crateias refert, atrocitas animalium hominumque miteſcit, feræque cicures fiunt. Harum viribus vinum imbuemus, floreſque bugloſſæ inſpargemus, his ab animo & pectore tuo curas mœſticiamque arcebimus quibus animus languet, & corpus tabeſcit, hilaritate vtrumque grato iuuentutis flore repullulat: ob id muſica lætitiæ incitabulum, Arcadum, Græcorum, Romanorumque cõuiuia adornabat, quorum maiores natu, magnifica heroum geſta ad lyram in conuiuiis decantabant, vt iuuentus virtutis æmula ad ſimilia pro natali ſolo obeunda alacrior redderetur. Quæ obſecro te, mens hominis ita torpet, vt quamuis diſſimulet, non cognata muſices harmonia oblectaretur? Cœleſtis certe illa mundi anima, vnde hominum pecudumque genus vitæque volucrũ, Et quæ marmoreo fert mõſtra ſub æquore põtus, vitã habent, ex ætherea muſica conſtat.

Muſicæ præconium.

Athen lib. 1. dip. & Hom. paſſim in Odyſ.

De anima mund. hæc Plato in Tim. Cic. de vniuer. Mac. li. 2. de ſom. Virg. 6. Æneï & 4. Geor.

Huius noſtra virtutis anima per intelligentias particeps, & adhuc conſcia, memoriam numerorum & muſices ſecum in corpus noſtrum detulit, ac ſe illi certa lege conſortii ita agglutinauit : quo tanta eſt mentibus hominum & corporibus ſympathiæ oborta affinitas, vt pleraque mentis & morborum corporis communia ſint remedia. Vnde non temere pleræque Græcorum ciuitates, teſte Martiano Capella, ſanciuerunt, vt perturbationes animorum & morbi corporum ad lyræ modulos curarentur. Hinc olim remedia ægris præſtantes, ait Macrobius, præcinere dicebantur. Et Xenocrates lymphatos modulis carminum à dementia liberauit. Quare facile adducor vt libentius Ariſtoteli credam, equos lymphatos deſperata rabie correptos, ſolo tibiarum concentu miteſcere. Nil igitur mirum à Theophraſto memoriæ proditum Iſchiaticorum dolores lenibus tibiarum Phrygiæ modulis ſedatos, tibicinemque ſcite & modulate canentem viperarum morſibus mederi. Accipis ne iam quam atroces corporis morbos muſica expurget ? At modo quam præſens ſit affectuum mentis ægre remedium , vel ex hoc coniicere poteris, quod nullum ſit tam ferreum ferarum hominumque pectus , etiam Hyrcana tigride ferocius, quod muſicæ concentu non demulceretur , qua Orpheus animalia rationis expertia, Amphion ſaxa carminibus ad ſeſe illexit & traxit. Hæc certe curas egerit fortitudinem & iram ſuggerit, ſomnum conciliat, & clementiam ſuadet, & λάλον ποιεῖ σιωπηλὸν taciturnum facit affabilem. Sic Timotheus muſicus dum Palla-

Muſicam mentibus noſtris cognatam teſtatur Alex. Aphrod. li. 1. prob. 76. & 119. Ariſt. lib. 8. de nat. anim. cap. 24.

Muſicam coxendicis aliiſq; morbis mederi, Gell. lib. 4. cap. 13. Athen. li. 14.

Timothei muſicus.

Digitized by Google

Palladis encomium ſupremis fidibus decantaret, Alexandrum relicta cœna, arma induere adegit. Mutatis tandem ad poſtremas chordas modulis, armis exutum, rurſum diſcumbere fecit. Nam Muſica, vt ait Anaxilas comicus; τὰ ἤθη παιδεύει, & τοὺς θυμοὺς ἡμῶν, & τὰς γνώμας διαφόρως καταστρωννύει: Mores docet, iratos diſcrepanteſque opiniones lenit. Cui non Taurominitani adoleſcentis furor notus eſt? qui dum riualis domum igne ferroque deuaſtaturus, amicorum precibus vt ab incepto deſiſteret, perſuaderi non poſſet, Pythagoræ blandis Phrygii toni modulis mitigatus reſipiſcebat. Et Homericus Achilles ac Clinias Pythagoricus ira perciti, τῇ κιθάρᾳ καταστρωννύονται, cithara manſuefacti ſunt. Sic Sauli regis anima dum maligno affligeretur ſpiritu, ſolius Dauidicæ citharæ modulis refocillata eſt. Intellexiſti ne igitur, inquit, corpus ſine anima, & viciſſim, non poſſe recte valere, pleraque illis eſſe communia remedia, in quorum cenſu hilaritas vel primas habet, quam nec apud pharmacopolas aut Seplaſiarios venalem reperies, hanc cõuiuiũ noſtrũ ita vt accepiſti adornatũ tibi gratuito p̃ſtare poterit: vt hac libere fruaris, abdicatis cæteris negotiis, eras in hortulo meo adſis.

Taurominitani furorem Pythagoræ muſica ſedauit. Phrygii toni lenit mulcebra Athe. lib. 14. diph.

His rationibus, Comes generoſe, ex ſacris philoſophiæ penetralibus & ſacris Æſculapii adytis depromptis à Philippo, meo olim in Academia Bononienſi commilitone, perſuaſus, altero die ad deſignatum in horto conuiuii locum veni, in quo an magis ornamentorum apparatum, aut naturalem amœnitatem & loci ſitum admirari debeam, non facile dixerim. Ab Oriente qui-

Conuiuii à ſitus & loci amœnitate commendatio.

Digitized by Google

Conuiuii decora à ficus amœnitate, aere flumine piſculento, auium concentu & apparatu miniſtrorum.

dē & ſeptentrione ſereni ſalubribus flatibus aeris patebat : Ab occaſu & Meridie ſolis æſtui, ac morbifero Auſtri tepori, montes quercub. fagis, atq; caſtanearum arboribus, vmbroſi, obſtabāt. Ex horum radicib. & ſcopulis lympidiſſimi aquarum fontes ita vbertim ſcaturiebant, vt ex horum colluuione ingens concreuerit amnis, cuius effluxu cęſpes horti innumera florum varietate verſicolor irrigabatur: in illius gurgite micante ſub arborum vmbra ſolis ſplendore, culicum venatu piſces Carpiones, Salmuli, Percæ, & Erythrophthalmi colludebant, quos partim lumbricis caphura delibutis, ac tandem hamo affixis ineſcatos cepimus. Plerique vero in latebris ripæ ſub oxyacanthæ, roſarum, & rubi vepribus ſecuri deliteſcebant, in quibus cameratos texentes nidos, luſcinia amnis accola, merulæ, regaliolus, carduellæ, tam iucunda occinebant melodia, vt Sirenes adeſſe ſuſpicareris. Has ne interturbaremus, interim ſub vitium cameris in vmbra deambulauimus. Ex ne ſub Caniculæ æſtu refugium deeſſet, non longe aberat ingens arborum ſylua, quæ etiam biferis in Alcinoi regis Phæacum viridario arboribus, amœnitate non cederent. Sub his menſa, ſupellectile ex auro & argento conflata ab ancillis adornabatur. Nec longe aberat vnguentum pholiatum ex malobathri foliis, & alterum ex nardi ſpica confectum, quo quiſque conuiuarum lotus ſe inungere poſſet. & aer vt ſalubrior redderetur, odorata Cyphi confectione & incenſo diis dicato ſuffumigabatur. Ad hanc menſam ab Oeconomo diſcumbere & pergræcari iuſſi, confeſtim duæ venuſtæ indo-

Piſces lumbricis & caphuræ odore ineſcantur.

De conuiui. vng. vſu, & Cyphi arom. incenſi confectione Dioſc. li 1. c. 24. Gal. li. 2. de Antid.

Digitized by Google

indolis ancillæ accurrebant: quarum altera,

χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
νίψασθαι, πρόφρα δ' ἕξεσθαι ἐπάνυστε τραπέζῃ.

Aquam ſtillaticii roſarum & florum lauendulæ liquoris manibus in ſubiectam peluim inſpargebat, ne manibus illotis diſcumberemus. Altera conuiuis ſerta ex polygonio roſarum floribus & callitricho contexta, quibus medica, contra ex κρεπάλῃ & vino cephalalgiam, vis ineſt, offerebat: quibus coronati diſcumbebamus. Et dum nobis exercitio naturali corporis calore aucto, eſurientibus fercula laute & opipare inſtructa offerrentur, tacitique illis veſceremur, tum Philippus, Quid hæc velut in Pythagoræ ſchola ſibi vellet taciturnitas percunctatus: Non certe, inquit, conuiuas inter epulas, velut Athenis in iudicio Areopagitas decere ſilentium, cum non minus vini dulcedine exhilarent verba conuiuium. Cui ego, ô Philippe, tibi aſſentior aiebam. Cæterum cum ἐπιπλεῖς δεῖπνον inſtituere receperis, cuius id iuris erat, vt qui griphũ ſibi obiectum non diſſoluiſſet huic vt ſalſam hauriret potionem, mulcta irrogabatur: qui vero griphũ explicuiſſet, carnis portione donabatur. Proinde ne hanc dederis Ariſtarcho, obſecro, ni ænigma meum enodauerit, quod & Teucros Poeta in ἑπισμοῖς ita recenſet:

Εἰ ζῷον ἄπυν, αὐάκανθον, αἰόστιον, ὀρακόνωπον,
ἵμμασι ἐυσκύπτοντα, προμήκεια κ' ἐκσκίπτοντα,

Tum Ariſtarchus, Sunt, inquit, aues albicantibus plumis inſignes, nuper ex nouis inſulis ad nos in Europam delatæ, Apodes, quę cum pedibus careant, mutuo amplexu, roſtro repando,

Coronas ex his herbis ex ebrietate Cephalalgiæ medeti Gal. lib. 2. de com phar Plin. li. 21. cap. 3.

Silentium in conuiuio vtuperat ex Varrone Gell. li. 13. ca. 11. Macrob. lib. 7. ſatur.

Athenæ li. 10. circa finem Pollux lib. 6.

Lib. 10. dipn. Athenæi.

ſeſe in aere librant pendulæ, ſibiipſis incubant, deſeſſæ teneriorem arboris ſurculum amplectẽtes oblongioribus caudæ pennis pendulæ quieſcunt. Verum quandoquidem oſſibus non careant, Teucrum cochleas, id eſt, limaces noſtras definire arbitror, quæ pedibus, ſpinis oſſibuſque carent, ac teſtaceum dorſum habeant, oculos in exertis longioribus carunculis, modo emiſſitios, modo reconditos habeant, quas ſemper ideo in deliciis habui, quod illarum eſu & liquore per alembicum ſtillaticio, ex catarrho, Empyemate & pleuritide pthiſicos ſanitati reſtitui: ex illarum viſcoſitate non raro emplaſtrũ enæma confeci. At Auerbachius nos interpellans, Multo magis, inquit, Symphoſii veteris poetæ ænigma me torquet. Fungere igitur officio tuo Ariſtarche, & quid his carminibus Symphoſius velit ediſſere:

Auis hæc monucodiata dicta ex Moluchis inſulis affertur. Carda lib. 10. fol. 239.

De cochlearum eſu Gal. lib. 3. de alimẽt. facul.

De emplaſtro ex cochlearum viſcoſitate Gal. li. 11. de temperatura ſimplicium.

Symphoſius veteris & ænigmatum Poeta.

Vita mihi mors eſt, morior ſi cœpero naſci:
Sed prius eſt fatum leti, quam lucis origo.
Sic ſolos Manes ipſos mihi dico parentes.

Ad hæc Ariſtarchus, Phœnicem, inquit, illam fœlicis Arabiæ vnicam auem eſſe diuino, quæ coniugii expers ſeniique pertæſa, tandem in nido ex cinamomi, balſami, thuris, ac Caſiæ ſurculis contexto, æſtu ſolis incenſo, ſeſe comburit, ac ex cinere reuiuiſcens iuueneſcit. Sed ne, dum ego interpretis officio fungor, interim dentes ferientur, dicamus alternis. Proinde tu Vlpiane ſi quid iſte Timocleos ἐν ἁρμονίᾳ griphus, deſignauerit, vere vaticinatus fueris, pro iureconſulto, Delphico Apollinis nomine te dignabor: ἓν ἁρμονίᾳ βίου πρῶτα, πολιμίας λιμῆν, φύλαξ φιλίας, ἰατὴρ ἐκ θανάτου ἔκλυσις,

Mors Phœnicis vita, Plı. li. 10.

Timoclei ænigmatis ſolutio Athen. libr. 10.

Tum

Tum Vlpianus, non aliud honorificentius quam iusti Iurisconsulti affecto nomen. Sed quæso te cui hoc Timoclis ænigma magis quam conuiuiorum mensæ quadrare possit? Hæc medius fidius apta est vitæ nutrix, hostis inediæ, custos amicitiæ, & ægre saturabilis famis Medicus. Ad hæc Philippus noster Symposiarcha Deum deprecatus, vt & sua conuiuii mensa his viribus prædita nos saturos, incolumes, felicesque amicos redderet lætos: Heus, inquit, puer confestim accerse Musicos, cithara, lyra, & fidibus peritos, qui diuersis carminum melodiis, præclara Heroum gesta decantent, conuiuarumque animos exhilarent: interim tu secundam bellariis mesam adorna, nucibus, myristicis, mespilis, cerasis, cottonis, & corticibus Medicæ mali Attico melle bene despumato conditis. Et ne Langii nostri valetudinarii obliuiscamur, ficus pingues, palmarum dactylos, ac strobilos siue pineas zaccaro obductas, quæ pectoris empyema expurgent, apponito. Quid multis? Quæcunque M. Varro in lepidissima Menippea satyra ad Symposii decorum spectare ait, non neglecta sunt. Nam & belli erant homunculi collecti, lectus locus, tempus electum, apparatus quoque non neglectus. Certe erat non tantum lauticia ferculorum ita opipare instructum, vt quamuis inexplebilem famem, Græcis Βύλιμον dictam, compescere posset, sed omnifaria conuiuarum disputationis eruditione ac facetiarum sale ita conditum & excultum fuit, vt non tam corpus quam animus pasceretur, nempe quum de more veterum secundæ mensæ tragemata nobis fere saturis, post

Conuiualis mensæ vires & laus.

Gell. ex Varrone hæc. lib. 13. ca. 11. & Macrob. li. 2. sat.

De bulimo Suidas & Alex. Aphr. li. 2. prob. 69. Gal. lib. 2. aph. 21.

Digitized by Google

ſoluta nonnulla facetiarum ænigmata, offerrentur. Deus bone quãta animorum alacritate, quarum artium vſus Reipub. maxime intereſſet, diſſerebatur. Tunc Theophilus Theologiam cæteris prælaturus, dicere cœpit. Non poſſum nõ ſatis admirari Ethnicorum in deos fiduciam, qui nec priuatam, nec Rempublicã ſaluam fore crediderant, niſi diis eorum tutelaribus ac penatibus, quos ideo pius ille Æneas ſecum in bellum deferebat, ſacra rite perſoluiſſent: Nec oppidum vllis tormentis aut hoſtium machinis expugnatum iri, niſi Numen, illud ciuitatis præſidium, certis euocaſſent carminibus. At nos Chriſticolæ, ah nimium noſtris freti viribus, ſecuri, quamuis, niſi Chriſto protectore & architecto, incaſſum ciuitatis cuſtodes laboraturos, admoniti, parum penſi habemus, quæ veri Dei vera ſit pietas & religio, Theologiam negligimus, quę cum ſola veram omnipotentis Dei cognitionem, in qua ſumma ſapientia & ſalus animarum ſubſiſtit, edocet, tum illius ſummi boni cultum, ablatis ſuperſtitionibus, rite præſcribit: Cuius munificentia hoſpes his ferculis & dapibus nos ſaturauit: cuius denique ſalutifero verbo animus noſter veluti nectare & ambroſia paſcitur, à peccatorum labe, morborum animi contagione, expiatur: quo inſtructus, prius libidine vitiorum efferuis ita miteſcit, vt libens colla dominorum iugo ſubdat, & ſponte humanis diuiniſque legibus pareat: qua ſola obedientia Reſpublica floret & feliciter adminiſtratur. Nec eſt vllum delictorum genus, quod Moyſes in ſuo Pentateucho, etiam adiuncta pœna, non vetuiſſet,

Dii tutelares & penates.

Liui. lib. 5. decad 1. Plin. li. 28. cap. 2. Macrob. li. 3. ſatur.

Theologiæ præconium.

Verbi diuini virtus.

Digitized by Google

tuiſſet, à qua tandem lex gratiæ per Chriſtum promulgata, non holocauſtis, aut, vt olim, humanis hoſtiis,& corporum carnificina, ſed pœnitentia, deprecationibus, per meritum ſacroſanctæ paſſionis Chriſti nos vindicauit gratuito, & nos legis Moſaicæ immunes in libertatem Chriſtianam aſſeruit. Proinde Iuriſconſultorum prudentia ad Reipubl. adminiſtrationem nihil opus affirmauit. Ad hæc Vlpianus Nomophylax ſubridens: Boni inquit,ô Theophile, conſulas,prę- ter decorum ſermonem tuum interpellare cogor, in quo paucis multa de æterna hominis ſalute & iuſtitia præfatus, magna polliceris, iuſtitiæ legalis plane oblitus, quæ certe homines, durum ac ferrei pectoris olim Deucalionis & Pyrrhæ genus, ſpelea ferarum incolentes, glãde pro frugibus ſaturatos, ac legitimi conugii neſcios, præſcripta ciuili viuendi ratione, dulci pacis trãquillitate, vt oppida conderent, & condita trãquille incolerent, illexit. Et ſi legum inuentio ab Ægyptiis Iſidi, ab antiquiſſimis Athenienſib. Cereri, qui ob originis vetuſtatem, ac ſi primi mortalium ex terra prodiiſſent, argenteas cicadas in galeis deferebant,accepta referretur,tamẽ æque ac tua ſacroſanctæ legis iuſtitia ex ſacrario diuinæ mentis profluxit in mentes ſapientium, qui ſcriptis legibus eam promulgarunt. Proinde libro ſecundo de legibus Cicero,& in vndecima Philip. idem clarius: Orta eſt, inquit, lex ſimul cum mente diuina. Nam lex vera ac Princeps apta ad iubendum &vetandũ,eſt recta ſummi Iouis ratio. Ergo ait, vt illa diuina mens ſumma lex eſt,ita perfecta eſt in mẽte ſapientis. Pro-

Iuriſprudentiæ Encomium.

Diuina legis origo & vetuſtas Cicero 2. de legibus, & in 11. Philip. Plato in Minoe. Thucyd. lib 1. de bello Pelop.

Digitized by Google

inde nõ ſine numinis afflatu Moyſes ille Domini exerciuutm legislator,& poſt eum Draco & Minos ac Solon, Athenienſium Areopagiræ cæterique 12. tabularum auctores, leges rogarunt, quibus effectum,vt quiſque agros ſuos colere,illæſa coniugii caſtitate liberos educare, & pecora ſecure paſcere poſſit : & mercator impiger per mare per terras ad extremos Indos & Seres, ſuas merces tuto deferre, ac pro aromatibus,velleribus,& ſerico commutare poſſit,ac tandem bonis partis cum liberis & amata coniuge tranquille frui & pergræcari:quas Cretenſes tam ſancte obſeruari voluerunt,vt Thallus ſubſtitutus à Minoe rege iudex , ter quotannis Cretenſium pagos perluſtraret , leges eorum obſeruaturus , quas æreis inſculptas tabulis circumferebat , æreas eo nomine dictas. Nec temere Græciæ magiſtratus Nomophylaces, legum cuſtodes, inſtituerunt , qui ciues bonos virtutum præmiis & encomiis decorarent , legum vero præuaricatoribus pœnam irrogarent. Nam vt Plato de Republ. ait : Dare pœnas maxima mali depulſio eſt, ſubditoſq; prudentiores & iuſtiores reddit , Medicina iniquitatis eſt iudicium. Quid multis? Rem totam Cicero in oratione pro Cluentio, hoc complectitur epilogo : Mens, inquit, & animus, conſilium ac ſententia ciuitatis, poſita eſt in legibus. Nam vt corporis noſtri vires abſque mentis robore languent : ſic ciuitas ſine legibus diſperit : quas ſcite Porcius Cato , ciuitatis neruos & robur appellabat. His certe , ne vlla vis ciuibus inferatur, ſicarii , fures , ac fœderum & coniugalis thori violatores, ſeuere coercentur.

De Scrib. populis Scythiæ Plin.li.6. cap.16.17. Horat. ep.1.

De Thallo Plato in Minoe.

Leges græ vnde dictæ.

Nomophylaces Græcorũ.

Aurea Ciceronis de legibus verba.

Nemo

Nemo igitur inficiabitur legalis iuris prudentiã nõ minus Theologia ad incremẽtum & tranquillum Reipub. ſtatum conferre plurimum. En, ſi libet, audiamus Ariſtarchum in Græcorũ legibus educatum, cuius ſuffragii calculum non vereor mihi defuturũ. Tum Ariſtarchus: Pręter officiũ, inquit, Grammatici eſt, de rebus tam arduis & diuinis quicquam ſtatuere: Verum ne tamen aſymbolus huc acceſſiſſe videar, quid ego in Republ. inſtauranda maxime deſiderem, paucis explicabo, id eſt liberorum Educatio. Nec temere Plato Moyſes ille Atticus, ciuitates hortis fœcunditatę amœnis comparare ſolebat, in quibus niſi olitor, antequam frugiferæ arbores, fulmine, chalaxia, aut grandine diſſipatæ, vel teredinibus, & circa radices à ſubterraneis vermib. arroſæ, marceſcãt, nouellas inſerat arbores, quarum luxuriantes præſcindas ſurculos, diſtortos corrigat, vitia emendet, hortus diſpereat neceſſe eſt. Pariter ſi proceres ciuitatis, qui alios ſenili prudentia & cõſilio antecellebant, interierint, quos obſecro in illorum ſubſellia ſurrogabis? ſi non aderit Pædotriba, qui veſtros liberos in timore Dei & illius cultu virtutibus imbuat, artes ingenuo homine dignas edoceat, præcocia illorũ & affectibus obnoxia ingenia coherceat, & vitia corrigat, quid aliud ſperes futurũ, quam ciuitatem iuuenili conſilio, vt Roboæ Iſraelitarum regis regnum, periclitari & deſolatũ iri? Ob id Socrates ad Demonicũ inquit: Non noui certe cui rei, quiſquis mẽtis compos eſt, maiorem impendere operam debeat, quam vt filium ſuum optimum reddat, illique præceptorem, pietate, eruditione, feſtiua

Educationis liberorum in Repub. neceſſitas.

Ciuitas horto ſite comparatur.

Socrates hæc in Platonis Thage.

morum vrbanitate ſpectatum, qui filio exemplo eſſe poſſit, maiori ſtudio ſeligat, quam aurum & argentum ac gemmas in metallorum ſcaptenſulis inquirit & eruit. Et Crates philoſophus in altam vrbis ſpeculam conſcendens, fertur in hæc proruiſſe verba: Quo ruitis homines cæci, qui omne in coaceruandis pecuniis ſtudium collocatis, educationis vero filiorum, quibus eas relicturi eſtis, nullam habetis rationem? adeo ne delirus liberorũ amor ita oculos mentis veſtræ perſtrinxit, vt nil vos pudeat ſtulto ſucceſſori tantas opes tanto labore & ſudore partas, relinquere, quas tandem cum helluonibus & ſcortis turpiter inſumat? Non vulgari igitur præconio Æmilius Paulus, Romanus conſul, dignus, qui tota Macedonum gaza victor potitus, ex tam opulenta regis præda nil præter duos libros ex regia bibliotheca accepit, quos filiis ſuis dono dedit. Tãto maius illi ſtudium fuit filiorum indolem liberalibus excolere diſciplinis, quam regalibus diteſcere opibus. At illud eiuſdem Pauli conſulis factum longe memorabilius, qui deuicto Perſeo nil impenſius ab Athenienſibus efflagitauit, quã vt Metrodorum pictorem & philoſophum, Carneadis auditorem, liberis ſuis præceptorem mitterent. quod obtinuit. Nil pudet vos plus operæ in erudiendis beſtiis, quam in educandis filiis impendere. Elephantes funambulos facitis, Græcoſque ſcribere characteres: coruos, turdos, pſittacos & picas diurna & nocturna opera humanæ vocis modulos canere, Græce & Latine loqui docetis: liberos veſtros plane amuſos & elingues, omniumque, præter vernaculi idiomatis, ignaros

Pauli Aemilii in educandis liberis ſedulitas.

De elephante & volucribus hæc Plin. lib. 8. ca. 3. & lib 10. ca. 42. Arift. lib. 9. de An. ca. 13. Strab lib. 2. fyla.

ros relinquitis. Nil pudet vos, Ethnicos maiorem puerilis educationis rationem habuiſſe, quam vos in Chriſtianorum Republica habere conſpicimus. Lycurgus Spartanorum legislator, ex ſenioribus puerorum moderatores, quos παιδονόμους appellabat, inſtituit, quibus adoleſcentes impuberes virgarum faſces præferebant: hos in concionem accerſitos ad virtutis amorem, vitæ honeſtatem, parentum ac legum obedientiam admonebant, non obtemperantes flagris cædebant. Cæterum quantum interſit Reipublicæ non modo vulgaris claſſis pueros, ſed præcipue procerum & principum ſupremæ claſſis generoſos liberos recte educare, vel ex hoc conijcere poteſtis, quod illis, cum adoleuerint, quo maiora ſint Reipublicæ obeunda officia, eo plura illos ſapere oportere, fœliceſque tum fore ciuitates veteres teſtatiſunt, ſi docti & probe educati habenas Reipublicæ adminiſtrauerint. Proinde Perſæ ex vniuerſa regione quatuor viros eruditione & morum grauitate venerandos delectos, regiis & nobilium pueris præficiebant. Horum primus pueros regali ſtirpe natos Zoroaſtris Magiam, id eſt, Deorum cultum & regum inſtituta docebat. Secundus, quum apud Perſas mendacio nil turpius, veritatem, quæ fidei fundamentum & iuſtitiæ perpetua comes eſt, tota vita colere eos admonebat. Tertius, rationem, qua vitam ab affectuum & vitiorum imperio liberam, traducerent, præſcribebat. Quartus, vt omnem ſeruilem timorem ex animo excuterent, & in obeundis publicis negotiis conſtantes, fortes,

Neglecta principũ educatio quam Reip. perniciola.

Plato in 5. de Repub. dialogo.

De Perſis hæc Plato in Alci. Xenoph. in Cyropæ.

Veritatis excellentia.

magnanimique adeſſent, adhortabatur eos. His præceptis generoſa Perſarum iuuentus, dum ephebis exceſſiſſet, erudiebatur. At veſtrorum Principum liberos, nondum decem annos natos, omnis eruditionis pertæſos, iam manum virgulæ ſubducere pudet: tandem in omni omnium rerum luxu, venatione, ludo, & compotatione educati, qualia ſint futura Reipubl. capita, vos facile poteſtis animo metiri, & vos videritis. Quare ô Theophile & Vlpiane, Remp. veſtram nulla ratione ſubſiſtere poſſe his rationibus euici, niſi præclaram iuuentutis in veræ pietatis cultu & liberalibus diſciplinis educationem inſtitueritis, & præceptores eruditione & probitate morum ſpectatos illi præfeceritis, quos hactenus, pace veſtra dixerim, nec pluris agaſonibus feciſtis, nec pluris eorum operam conduxiſtis. Nil igitur mirum, filios veſtros non amore literarum illectos, ſed verberibus ad bonas capeſſendas literas, vt aſinos, compulſos, nil illis doctiores vel prudentiores redditos. Quippe plus penſi habetis, vt equi, mulæ & aſini veſtri recte curentur, quam vt liberi de veſtro ſanguine prognati ſalubri victus ratione & bonis diſciplinis probe educentur, & tenera illorum indoles virtutibus excoleretur. Adeo nulla eſt in Rempubl. veſtra παιδία, quâ Diogenes philoſophus ait, τοῖς μὲν νέοις σωφροσύνην, πᾶσι δὲ πρεσβυτέροις εὐθυμίαν, πᾶσι δὲ πένησι πλοῦτον, τοῖς δὲ πλουσίοις κόσμον τῆ). id eſt, Diſciplinam eſſe iuuenibus prudentiam, ſenioribus conſolamen, pauperibus diuitias, diuitibus vero decorem. Dum hæc ſubiratus dixiſſet Ariſtarchus, & ego iam fere ſatur, vt inui-

Mala Principum educatio.

Præceptores puerorum minoris agaſonibus conducuntur.

Diogenis pædiæ eulogium, auctore Arſenio Mombaſ.

ſcrem

ſerem ægros, abitum maturarem, id obſeruans Vlpianus, Quid ita, inquit, tu Langi pedem extra conſeſſum, vt aſymbolus abiturus, profers clanculum? Id neutiquam tibi permittemus, niſi & tu quid de tali Reipubl. conſtitutione, à nobis tribus deſignata, ſentias, ingenue pronuncies. Tum ego cauſatus negocia, Non, inquam, miſeret vos ægrorum, quorum eiulatus hic ex proximo Xenodochio auditis? non miſeret vos veſtrorum ciuium, qui tot variis morborum cruciatibus diſtorquentur, vt in æreo Phalaridis Tauro torti vix lamentabilius reboarent? En huic podagra diuelluntur artus, huic pleuritide latera vt cuſpide punguntur, hic febre æſtuat, alter maraſmo tabeſcit: præſtaret mori quam tam valetudinarium viuere. Tandem ô Theophile, quibus fretus auxiliis, à ſæua hac morborum tyrannide ciues tuos vindicabis? Dum peſtis domi graſſaretur, in ſolum Deum, verũ fateor illum archiatrum, ſpretis Medicorum remediis, confidendum è ſuggeſtu declamabas: quæ natura, Deo auſpice, in ſalutem ægrorum produxit, hæc neque Deus Iſrael, & vnigenitus eius filius Chriſtus, dum deploratos ægros vitæ reſtitueret, & ſancti Patriarchæ, vt diuini operis in rebus deſperatis maieſtas illuceſceret, aſpernati ſunt. Et Rachel venuſta, ſed ſterilis Iacobi vxor, quamuis fœcunditatem à Deo precario obtinuerat, non prius tamen concipere potuit, quam poma Mandragoræ à ſorore Lya accepta deguſtaſſet, quorum fœcundas vires pleræque Bononienſium vxores, me conſule, expertæ, & illorum ex vino decoctum, ac

Medicina quantum in Repub. ſit neceſſaria.

In Theologos qui Medicinæ vſum abnegant.

Rachel ſterilis, mãdragoræ vſu fit fœcunda. Geneſ. ca. 30. Ioſephi. 1. antiq. cap. 28.

passim illa decantata mulierum Medicina tryphera magna, opere testatur. Nunquid Tobias vir pius, sed cæcus, quamuis in protectione Dei ac angelorum viueret, filium tamen ab dæmonii vxoris afflictione, nisi accensi iecoris piscis nidore, liberare non potuit: nec pater ipse visum recuperare, nisi felle piscis caligantes inunxisset oculos. Et hodie Medici albugines oculorum non tantum felle piscium, sed quorundam volucrum raptu viuentium fœliciter curant. Sic oculos natura cæci Christus non verbo tantum, sed sputi linimine terra cõmixti illustrauit. Certe vel hoc seculo saliua hominis ieiuni lippitudini oculorum medetur. Sic ciuis in Alexandria cæcus, dum Vespasianus supplicis ad genua deuoluti cæcos oculorum orbes salliuali oris excremento aspersisset, visum recuperauit. Et quamuis Deus Israel Ezechiæ vitam 15. annos prorogasset, tamen absque de ficubus emplastro apostema eius curari noluit: nempe, vt Deus naturæ & medicaminum auctor, in operibus naturæ glorificaretur. His edoctus exemplis fateberis à Dei præsidio Medicinæ subsidium seiungi non oportere. Quare verbis Iesu Syrach pro concione populo edicito, vt honoret Medicum, quem ob necessitatem creauit altissimus, qui de terra procreauit Medicinam, quam vir sapiens non despiciet. Nam & Magi sapientes veterum Theologi nec numina litare solis verbis, nec spiritus iratos vt placidi sacris interessent, nec fascinationes ac veneficia, expiare absque aromatum, lapidum & herbarum, Alysii, Hypericonis, ac Moly viribus, poterant.

Tobiæ 6. & 8.

Iohan. 9.

Saliua lippitudini oculorum medetur. Plin. li. 28. cap. 4. Tacitus lib. 21. de Vespasian. 4. Reg. 20. Esai. 38.

Ecclesiastici cap. 38. plura traduntur.

De Magia medicinæ coniuncta Plotinus Psellus, & Pl. li. 28 & 30. cap. 1.

Vnde

Vndevel hodie, ô Theophile, in templis tuis atque circa defunctorum sepulchra suffitus thymiamatis & thuris inoleuit. Accipe locuples diuinæ scripturæ testimonium. Nunquid Tobiæ filius terribiles dæmonii vxoris suæ insultus, incenso piscis iecore coercebat. Neigitur ciues vestri tot excruciati morbis tam misere auxilio & consilio destituti dispereant, ad Deum omnis medelæ opificem, & adeius donum Medicinam, velut ad sacram anchoram confugite, sine qua nec tu Vlpiane pleraſque declarare leges, aut iustam ferre sententiam in rebus grauissimis poteris. Quis iurisconsultorum citra Medicinæ peritiam an letale fuerit vulnus decernere potest? Hinc non raro accidit, quum læsus vel imperitia Chirurgici, aut sui intemperantia perditus obierit, homicidii reus causam dicturus pro tribunali sistitur: proh flagitium facinus, innocens capite truncatur. Nec minus peccant cum mater vtero grauida post mariti obitum decimestrē vel vndecimestrē, quod Ægyptiis peculiare est, partum enixa fuerit. quanta obsecro hic de posthumis contentio & dubitatio Iurisconsultos vrget? Et nisi à Medico signa conceptus & tempora enixus edocti fuerint, ægre hanc litem dirimere possunt, quin puerum nothum vel subditicium, cum auitæ stirpis dedecore, pro legitimo hærede instituant. Quot tandem, ô Vlpiane, arbitraris esse Iureperitos, qui vetus illud Ædilium Curulium edictum, quo cautum erat mancipium vitiosum aut morbosum redhiberi posse, recte intelligāt? At Medici non modo quantum vitium corporis à morbo vel son-

De Alysse & Moly, præter Hom. Plut. in Sympos. Dioscor. lib. 3. cap. 50. & 97. Gal. lib. 2. de Antidotis.

Iurisprudentia Medicorum consiliis eget.

De partus tempore Herodot. libr. 6. Pl. li. 7 c. 5. Gel lib. 3. cap. 6.

Censorinus de die natali.

De mancipiis vitiosis & morbo sontico Gell. lib. 4. cap. 2. & li. 20. c. 1. Cicero 4. Tuscul.

Digitized by Google

tico diſtet, melius Labeone, Sabino, Trebatio no uerunt, ſed hæc eadem corporis incommoda pharmacis extirpare ſciunt. Atqui te demiror Ariſtarchum, qui te animæ adoleſcentum ingeniique cultorem, neglecta corporis cultura profiteri audes. An ignoras animam corporis ergaſtulo incluſam, illiuſque illecebris irretitam, vitiata corporis mole in actiones virtutum libere prodire non poſſe, niſi conſilio & præſidio Medici intellectus & ſenſuum organa, qualitatum temperatura, ſimilarium partium compoſitione rite formata ac ſpiritus ex puriori ſanguine producti copia & nitore fuerint illuſtrata. Docte igitur Ariſtoteles, vt cætera omnia, probitatem & mentis affectus à ſanguinis & humorum diſpoſitione dependere, & ob id quædam inſecta, apes & formicas prudentia maiora animalia antecellere, aſſeruit. Quantum ad morum ingeniique culturam recta & ſobria victus ratio conferat, Galenus his verbis teſtatur: τῆς χρησὶς διαίτης εἰς τὴν ψυχὴν ἤδη χρηστὰ παρασκευάζουσι. Bona victus ratio animam bonis imbuit moribus. Quam arcta lege conſortii anima corpori deuincta ſit, vel ex his Platonis verbis coniicere potes: κακὸς γὰρ, inquit, ἑκὼν οὐδείς, ὁ δὲ πονηρὸν ἕξιν τοῦ σώματος & ἀπαιδεύτους τροφὰς κακὸς γίνεται. Nemo ſponte malus, ſed ex vitiato corporis habitu, & inerti ac rudi victus ratione homo fit malus. Vides ne quanta lue vitiorū animā ex corporis contagione polluitur? quam pædotriba, niſi edoctus à medico, eluere non poteſt. Prudenter, me Hercule, Græcia omnium bonarum artium alumna, pædotribas ac gymnaſtas inſtituit, qui à me-

Animæ operationes vitiata corporis mole corrumpuntur.

Lib. 1. de partibus animal.

Lib 1. de ſalubrib.

Hæc in Timæo copioſe docet.

Hæc Gal. lib. 2. de ſalub. ad Thraſybulum copioſe.

Digitized by Google

à medicis eruditi corpora puerorum frictionibus & oleorum in balneis inunctione, rectaque victus ratione curabant, ac pro ætatis ac virium robore, exercitiis palæstræ, & paruæ sphæræ ludicro adhibitis, vegetiora reddebant. Nec Persæ id in eorum repub. neglexerunt, qui regios pueros optimis eorum eunuchis cõmittebant, vt habita membrorum ratione pulcherrimos eos redderent. Forma certe Priami digna censebatur imperio. Et praua mẽs praui corporis est incola. Scite igitur, vt tuis pennis te confodiam, o Aristarche, Homerus tuus subdolum ac fraudulentum Therſiten, corpore deformem, his versibus finxit, & perbelle depinxit, & inquit:

De Persis hæc Plato in Alcib.

Iliad. 2.

Θερσίτης ἄψεγος ἀνὴρ ἦσιν Ἰλιον ἦλθε.
φολκὸς ἦν, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα, τὼ δὲ οἱ ὤμω
κυρτὼ ἔσαν στῆθος συνοχωκότε, αὐτὰρ ὕπερθεν
φοξὸς ἦεν κεφαλήν, ψαθυρὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη.

His, o Aristarche, conuictus fateberis. nec Socratem Alcibiadis, nec Phœnicem Achillis & aliorum animas virtutum præceptis excoli potuisse, nisi corpus animæ habitaculum, & eius endelechiæ organum, fuisset à puero salubri nutricis lacte ac recte Medico edocta victus ratione sobrie enutritum: ex qua nisi purus sanguis, virtutum & spiritus ac caloris naturalis pabulum, producatur, nihil leges vestras aut Grammaticorum præcepta virtutum profutura scitote, Nisi, ô Aristarche, recta victus ratio in educatione puerorum ad sanitatem & ingenii culturam plurimum prodesset, nequaquam Homerus tuus Chironem Centaurum, Medicina & Centaureæ herbæ inuento clarum, Achilli præceptorem

Præceptor Achillis Chiron, medicus fuit: Hom. in Ilia. & Apollo. in Argon.

conſtituiſſet. Ad hæc Theophilus, Magnifica, ait, nimis ſunt, ô Langi, quæ de Medicina prædicas. Cui reſpondi: Multa quoq; tulit Medicus, ſudauit & alſit, qui hæc præſtare debet. Nec oportet eum illotis, vt aiunt, manibus ſacra Apollinis Medici adyta accedere, aut in Hippocratis noſtri theatrum prodire, niſi triplicis philoſophię dogmatibus, præclare initiatus fuerit. Oportet nempe Medicum per philoſophiæ naturalis theoremata, cauſas morborum ſcrutari: ac tandem triplici Dialectices, diuiſionis, reſolutionis, ac definitionis methodo inſtructum, morbos in ſua genera & ſpecies diuidere, & ſymptomata à morborum diatheſi diſcernere. Quam graues denique ægritudines, animorum morbi, quos Græci πάθη appellant, in corpore parturiunt, & viciſſim anima, lege conſortii, affecto compatiatur corpori, ex Socratis virtutum diſciplina, Medicum ſcire operæpretium eſt: ac ex aſtrorum ortu & occaſu tempora diſtinguere, vt qui morbi, quibus temporibus anni peculiares ſint, definire poſſit, & vnde venti ſpirent, quibus denique morbis Aquilo, Eurus & Auſter caput onerabit, æque prædicare poſſit, ac ille Galeni patiens, qui in lectulo decumbens, ex alterata corporis diſpoſitione venti ſpeciem præſagiebat ſpiraturi. Quid multis? Medicus non modo omnium, quæ ſub ſtelligero Macrocoſmi orbe continentur, nempe ignis, aeris, aquarum, locorum & regionum, adde & animalium, radicum, herbarum, lapidũ, metallorũ, ac deniq; terrę naſcentiũ naturas & hiſtoriã callere, ſed etiam cuncta interna & externa Microcoſmi viſcera, ſuis vngui-

Medicinæ encomiũ, & quanta requirat eius ſtudium.

Quæ ſcire Medicum oporteat.

Galenus in lib. de Theria. ad Pſonem.

Digitized by Google

vnguibus notiora habere debet. Talem Medicũ in liberaliũ artium Encyclopædia educatum, vt Latina, Græca, Arabica morborum & herbarum nomina probe intelligat, in triplicis linguæ Idiomate exercebis. Nam quam vtilis & neceſſaria ſit herbarum cognitio, vel ex hoc coniectura aſſequi poteris, quod Reges orbis terrarum Lyſimachum, Gentium, Eupatorem non puduerit herbis eorum induſtria repertis eorum imponere nomina. Euax rex Arabum de ſimplicis medicinæ viribus præclara ad Neronem conſcripſit volumina. Nec Iubæ regis Mauritaniæ ſtudium, in explorandis pharmacorum facultatib. defuit, qui Euphorbii herbæ vires ſingulari volumine celebrauit. Ac in Arabia herba quadam hominem, ab amicis iam deploratum, ad vitam reuocatum affirmat. Medicina certe ſola artium contra fata depugnat, languentibus vitam prorogat, ac deploratos velut ex Plutonis faucibus ereptos vitæ reddit. Sic Aſclepiades Pruſienſis Medicus, dum æger quidam pro declamato à ciuibus efferretur, illius animam in corporis ergaſtulo latentem vitæ reddidit. Certe pharmaca diuina cœlitus ex aſtrorum iufluxu virtute dotata, nemo ſapiens negabit. Quæ Erophilus auxiliares deorum manus, ſi docti medici conſilio adhibita fuerint, recte his verbis appellauit dicens: φάρμακα γὰρ τὸν χρώμενον ὀρθῶς συνετὸν ἐκ θείων πρὸς θεῶν χεῖρες ἔσει. Quod Ægyptiorum ſacerdotes non ignorarunt, qui remedia vt ſacroſancta deorum munera, ne vulgus ea prophanaret, in Epheſtii Vulcani ſacrario, vt Græci in Æſculapii templo, recondebant Nulla certe fuit vnquam gens tam effera, quæ non ſtu-

Herbarum cognitio Medico quam neceſſaria, & à regib. obſeruata.

Regum. Lyſimachi, Eupatoris, & Euacis in dinoſcendis herbis ſtudium, Plin. li. 25. cap. 2.

Ægri deplorati per Medicinã teſtituti.

De Erophilo Gal. lib. 6 de compo. phar. ſecun. loca.

Plin. li 29. c. 1. & Gal. hæc de Ægyptiis & Græcis.

De Babylon. Herodot. lib. 1. hæc.

Digitized by Google

De Mithridate Plin. lib. 25. c. 2. & lib. 23. cap. 8. & passim. Geli li. 17. c. 16. Iustinus li 37.

dio Medicinæ teneretur. Apud Babylonios vt Medicina remediis locupletaretur, piaculum erat præterire ægros in publicum forum de more gentis delatos, nisi quis ægro, quib pharmacis in simili ægritudine conualuisset ægroto recensuisset. At illud Mithridatis Regis Ponti, qui primus venenũ secure bibere docuit, in re medica studiũ longe est memorabilius, qui à tot in orbe terrarũ gẽtib. bello deuictis singulari studio arcana morborum remedia conquisiuit, de quibus commentarios, quos in thesauri sui scrinio reconditos seruauit, docte conscripsit. Hos Pompeius victor regia præda potitus, in triumpho Pomp. Rom. ostentauit, ac Leneo Pompeio liberto suo negocium dedit, vt hos Mithridatis de re Medica libros latinitate donaret, quo populus Romanus ex tanti regis thesauro pharmaca haberet, quibus morbis suis mederetur. Adeo reges orbisque terrarum proceres, omnem mouerunt lapidem, ne quid eorum subditis ad conseruationem sanitatis deesset. Quid enim inculpata sanitate desiderabilius, vel dici vel excogitari potest? Nihil. Quæ, obtecro, opes diurno nocturnoque labore congestæ animum vel corpus oblectare possunt, dũ morborũ torturis miserè excruciamur ac tabescimus? ac tantillo pomo tosto, vel ptisanæ hausto, saturi esse possimus. Certe ne cum Crœsi diuitiis, aut auriferi Tagi & Pactoli harenis, adde si libet, nec cum omnibus Romani regni diuitiis sanitatem commutarem, cuius pæana vel laudem Ariphron poeta Sicyonius his versibus festiue decantauit:

Præconiũ Sanitatis.

Μετὰ σεῖο μάκαιρα ὔγεια πάντα παίζει,

καὶ

Athen. in calce vltimi libri dipno.

Ὦ λάμπει χαεί πων ἴαρ. σί ϗν ὦ χωείς
οὔ πς εὐδαίμων. id est:

O beata ſanitas! te præſente amœnum Gratiis ver coruſcat: abſque te nemo beatus. Quis Regum, quis ciuium, aut denique agricolarum, ſine tanto ſanitatis bono, ne dicam fœlix, ſed aut alacris eſſe poteſt? His clare effectum puto, nullius Reipub. fœlicitatem abſque Medicorum conſilio & opera ſubſiſtere diu poſſe. Cum hæc dixiſſem, maieſtatem Medicinæ admirati, obſtupeſcebant omnes, attonitique ora tenebant, præter Ariſtarchum, qui ait: Si vera ſunt, ô Langi, quæ de Medicinæ encomio prædicaſti, nempe Medicum omnium quæ ſub ſtelligero aſtrorum orbe continentur hiſtoriam & vniuerſa Microcoſmi viſcera, ac triplicis philoſophiæ myſteria ſcire oportere, dic mihi, per tuum te obſecro Æſculapium, quî tum fit, vt ſceleratiſſimi Iudæi, natura Chriſtianis, vere Iſraelitis, infeſti, omnium bonarum artium ac virtutum experres, qui vix philoſophiæ riuulos, vt canis è Nilo, deguſtarunt, apud Principes & Epiſcopos, adde & proceres, nobilitatis ſtemmate claros cum tanta oſtentatione & fœnore Medicinam profiteantur? Noſti & perfidum illum Iudæum apellam, cui plus, quam doctoribus veſtræ Academiæ, experientia & eruditione claris, tribuitur, & Magiſtratus publicas illius impoſturas tacite fert. Vis ne tibi commemorem abiectiſſimæ ſortis homines, agyrtas, Monachos, apoſtatas, ſeplaſiarios, & ſimilis farinæ homines Æſchini Socratico ſimilimos, qui dum paterna bona prodegiſſet, iam alieno ære & daniſtarum fœnore ſubæratus, vt trapezitis

In Iudæos pſeudomedicos.

De Iudæorum fraude & pernicie Petrus Martyr lib. 3. legati. Babylo.

De Æſchine Socratico Athenæ. in dipno. & Plato.

verſuram ſolueret, μυροψυχῇ, id eſt, vnguentorum confectione direſcere voluit. Sic noſtrates pſeudomedici oppidatim & per pagos oberrantes, theriacum, pharacum de ouo, veluti panacæam, vnam omnium morborum medelam, vendunt: quorum tituli, vt Lactantius ait, remedia, pyxides vero venenum habent: Qui vt imperiti σκυποπόμοι calceolarii vno calopodio omnium pedes veſtiunt, ſic hi vna hydrargyrii vnctione, aut cynabaris, argenti viui ſobolis, fumo, omnes indiſcriminatim morbos curare profeſſi. Pudet me dicere, quanta fraude miſeris agricolis & ignaræ plebi imponunt, à qua non ſecus pecuniam, quam Hermeus myropola ab anu ſeptuagenaria extorſit, emungunt: cuius rugas cum variis & odoriferis ex marathro, malobathro & nardi ſpica vnguentis quotidie illineret, anum deliram vna cum marito & liberis ad mendicorum inopiam redegit. Pariter & ille apud Æſopum Medicus lippitudinem anus curare profeſſus, dum collyrio oculos eius delibutos obligaſſet, in dies aliquid de ſupellectile domus aſportabat. Tandem cum anus viſum recuperaſſet, & Medicus ex pacto mercedem poſtularet, ſcite reſpondit anus: Se Medicum mercede non dignari. Nam dum oculi eius adhuc caligaſſent, domum ſuam aulæis, ſcyphis, ſartaginibus bene adornatam vidiſſe, in qua modo ne decimam quidem illius ſupellectilis partem conſpiceret. At veſtri illi ſeplaſiarii Monachi, agyrtæ, pſeudomedici, pauperum expilatores prudentius illis agunt. Ante curæ initium, dum æger dolore affligitur, ſi non totam, ſaltem

Seplaſiatiorũ auaritia & furia.

De Hermeo Athenæ. lib. 14. dipno.

Æſopi Seplaſiarius fur.

Pſeudomedici quales ſint.

tem bonam mercedis partem extorquent. Tandem dum auxilio naturæ freti, nihil se efficere, nec ægrum diutius spe alere posse vident, quantis, bone Deus, conuiciis intemperantia ægri culpatur? quantis denique minis apud credulam vxorem culpa in pellicis fascinationem clanculum regeritur. Postremo furcifer ille Medicus fugitiuus, veluti Gyges Lydorum pastor, annulo inuisibilis factus, è conspectu amicorum sese subducit. Cæterum dic, quæso, ô Langi, cur vos Medici illam pulcherrimam ita Medico summopere scitu necessariam Medicinæ partem, nempe ingentem illam florum, herbarum & terræ nascentium syluã, inertiæ pharmacopolarum concredidistis? quas non piguit Antonium Castorem Romæ in hortulo consitas alere, vt illas nosceret, quarum viribus adiutus illæso sanitatis robore centesimum excessit annum. Sed vestri pharmacopolæ adeo desides, vt malint herbas in libro depictas, quam in amœnis montibus natas agnoscere. Verum quam fallax sit herbarum ex pictura cognitio, Plinius, ille polyhistor his verbis testatur: Crateuas, inquit, Dionysius, & Metrodorus pinxere effigies herbarum, & effectus illarũ subscripserunt. Verum pictura fallax est ex coloribus numerosis in æmulationem naturæ depictis. Multum enim degenerat sors transcribentium varia. Præterea difficile est singulas earum ætates pingi, quum quadripartitis anni varietatibus faciem mutent. Certe alia coloris facie pullulant, alia floribus decora pubescunt, & alia tandem semine fœcunda consenescunt. Hos herbarum imperitos pharmacopolas, Heracli-

De Gygis annulo, Plato. 2. de repub.

Plinius li. 25. cap. 2.

De Heraclide hæc Galen. lib. 6. de simpli. virib.

des Tarantinus lepide publicis præconibus comparauit, qui seruum fugitiuum suo vestitu, facie, corporis habitu, capillorum colore pro concione probe depingunt, & designant, quem illis assistentem non agnoscunt. Sic vestrates, inquit, myropolæ depictas herbarum radices, flores & semina ex libro referre possunt, quas in proprio horto, vel ciuitatis pomœrio crescentes digito demonstrare non possent. Si non vererer tuam indignationem, anum quæ plures herbas, & ex Scaptensulis fossorem, qui vtriusque vestrum plura metalla nosset, producerem. Hos vestros pharmacopolas videre est adeo φιλοχρημάτους, quo pharmaca sua pluris vendant, nihil de ægrorum salute sollicitos, Medicorum remedia Iudæis prostituere. Hic, ait, tu Langi ex Quintiliano tuo profer colorem, quo inexpiabilem hãc Medicorum desidiam, & pharmacopolarum insciti am tueri poteris. At illud execrandum Medicorũ desidiæ, & temerarij ex inspectione vrinæ de morbis iudicii flagitium, obticere summa mihi esset religio, dum & Galenus tuus mauult Medicos esse φιλοπόνους, id est, laborioſos, quã φιλοχρημάτους, id est, pecuniæ studioſos, si id à vestri seculi medicis exigit spe frustrabitur, quibus rectius vetus illud exprobraretur adagium: ἐκ βιβλίου ναύτης, id est, ex libro nauta, qui nauigationis artẽ ex chartis cosmographiæ edoctus, quum nauem scopulis prius non exploratis illiserit, in ea vectos, qui illi vitam concrederant, pessundat. Sic vestrates, vt olim Erasistratii Alexandrinorũ Medici, domi desides, ex sola librorum lectione edocti, ægris non visis, inexplorato morbo, remedia

In Medicos nugaces vrinę iudices.

Ex libro nauta adagium Galeni.

Hos desides Alexandriæ

media præſcribunt: qui dum de morbi ſymptomatibus. patientis ſexu, ætate & viríb. percontari erubeſcãt, ex ſola vrinæ inſpectione, veluti Sacerdotes ex tripode Apollinis, Deus bone, quã perplexe, quantis ambagibus, ne in mẽdacio deprehendantur, de morbi ſpecie, ægroti morte & ſalute θεοφημύνσι, vaticinãtur & diuinãt? quam temere deniq; de imprægnatione definiunt? vt non raro Monachos quoq; vterũ ferre perfricta fronte nugẽtur: quũ putridũ illud lotiũ fœtulẽto vaſe exceptũ nec ſubſtantiã & cauſas ægritudinũ, nec vitalis virtutis robur, à quorũ indicationib. totiꝰ curæ ſcopus, ad quẽ collimat Medicꝰ, ac remediorũ inuẽtio depẽdet, indicare poſſit. Qui adeo ſunt φιλοχρήματοι, pecuniarũ cupidi, vt ob quinq; denariorũ ſtipẽ, pro qua publicũ ſcortũ, tua venia dixerim, ſeſe nõ ꝓſtitueret, ipſi male ſibi cõſcij, ex vrinę indicio de morbis nugari, & homicidij rei per experimenta mortes agere non erubeſcant. O ſceleratum & inexpiabile, humano ſanguine tinctũ, pecuniæ aucupiũ, quid nõ mortalia pectora cogis audere? Plura certe dicerem, niſi vererer me tibi bilem moturũ, quam tuus & aliorum Medicorum ſtomachus decoquere non poſſet. Tum ego inquam, ſi conuicia ſympoſium decent, dicito libere. Sed vide ne vt apis relicto aculeo tandem inermis abeas. Reſponde igitur, ait Ariſtarchus, cur Chirurgiam vetuſtiſſimam Medicinæ partem, à Troiani belli Heroib. Chirone Cẽtauro Achillis præceptore Medico, Machaone, Podalyrio & Æſculapio ſummopere domi belloque cultam, in Medicinæ encomio tacitus præteris? cuius præconium Hom. meus amaſius, hoc verſu celebrat.

Medicos grauiter carpit Galen. in fine lib. Hipp. de nat. hom.

Adagium Platonis in Phædone.

Digitized by Google

Ἰατρὸς ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Chirurgicorum errores pernicios.

Huius peritia apud vos ita exoleuit,vt prope nullus ſit qui diuina Hipp. περὶ καταγμάτων καὶ ἀρθρῶν, de fracturis & luxatis articulis præcepta, & Chirurgiæ organa,probe intelligat,ac membrorũ,oſſium & muſculorum, humani corporis ſitum & compaginem recte nouerit. Vnde eo redacti ſumus,vt hanc tam præclaram,& pauperibus locupletibuſque æque neceſſariam medicinæ partem proh pudor,carnificibus aut imperitiſſimis apud Rheni accolas ruſticis committere cogamur,qui αὐτοδίδακτοι omnium bonarum artium ignari,nec articulorum humani corporis fabricam, nec naturalem inſtaurati membri ſitum doloris expertem ,aut ligaturas aptas vel futuras nouerunt. Vtinam videres quam crudeli membrorum diuulſione, citra omne inſtrumentorum ſubſidium, fracta reficere ,luxata inſtaurare conantur, quo miſeros ita emacerant ægros , vt nullus, quantumuis atrox carnifex , nebulonem quæſtionibus torturæ ſubiectum,acerbius diſtorquere poſſet. Tandem quum ſpaſmus, ex dolore neruorum conuulſio,ægrum arripuerit:aut phlegmon membrum diſtortum obſederit, patientem deſerere coacti , ridendo illius mollitiem cauſantur. Vnde fit vt tanta claudicans Vulcani ſoboles in hoc oppido oberret. At illud chirurgicorú veſtrorum delictum longe intolerabilius,quando in cæca,vt aiunt,cranii fractura, ex ictu lapidis,clauæ,ferri obtuſi,aut caſu,cranium dehiſcit tantum, & in eius cura latiore apertura cranii cum trepano ἀβαπίσω opus ſit, vt ſanguiuis intra cranium & panniculos cerebri concreti, & putre-

Contra ruſticos Medicos chirurgię imperitos.

Cæcus & exitialis in cæca cranii fractura chirurgicorum error.

Digitized by Google

treſcentis virus exhalare & ichor effluere poſſit, dic quæſo quis veſtrorum chirurgicorum trepani vſum nouit? vel ſaltem vidit: Nullus. Quis illius fabricam, vt ſit ἀβάπτιστον, ne ad cerebri panniculos penetret eoſve ſauciet, intelligit? Nullus. Tandem quum æger ex ſanguinis putredine, & virulento ἰχῶρι cerebri & ſpirituum meatus obſtruentis, commate, epilepſia, aut apoplexia correptus, imperitia Medici moritur, diciam tu, ô Vlpiane, vtrum chirurgum ne, an autorem vulneris capite plectendum cenſebis? At ſi vos nõ moror, inquit Ariſtarchus, longe grauiora his commemorabo. Tum Theophilus, Quoniam intereſt reipubl. fraudes chirurgicorum ſcire, dic, ait, obſecro, nil nos tuæ fidelis admonitionis tædet. Si igitur, inquit Ariſtarchus, à Græcorum Medicis edoctus, veſtri Chirurgici articulorum vulnera, phlegmone incenſa, quorum febris continua & intolerabilis dolor comes eſt, curanda ſuſceperint, quando natura, febrili corporis & mẽbri ſaucii dyſcraſia debilitata, humoris affluxum, dolore attracti, concoquere non poteſt, neceſſe eſt ingentem indigeſtæ aquoſitatis ſanguineæ copiam, quam Græci ἰχῶρα appellant, ex vulnere profluere. Diſpeream ſi maiora deliramenta, & maiorem remediorum nullius frugi copiam vel viderim vel audiuerim vnquam. Nam hic neglecta febris, membrique doloris ac dyſcraſiæ cura, alter feruens oleum vulneri infundit, quo dolor magis exacerbatur: alius vero, ſed forſan nefas eſt tam ſecreta eorum remedia prodere, capreolarum pilis, quibus ea quorum ephippia fuerãt farcta, effluxum ichoris obſtruere laborat, qui tan-

De trepano abapti-ſto Gal. libr. 6. Thera.

Inertia chirurgicorũ in curãda vulneris articulorũ phlegmone.

Quid ſit ἰχώρ.

O du elender ertzbte Gliedwaſſer, wie viel machſtu Kopffel.

Digitized by Google

dem humor obſtructus, quum totum perreptauerit membrum,& neruos, muſculorumq; tendines, acredine ſua corrodens, putrefecerit, tum ſcalpello cutem, vt humori & ſaniei effluxus pateat, multifariam incidere coacti, membrum ſemiputridum crebra, per ſyringam ex melle decocti liquoris, iniectione abſtergere & eluere coguntur. Poſtremo quum miſer hæc tormenta fruſtra paſſus, tandem membrum & corpus febrili calore exhauſtũ tabeſcere,& ęgrum ex tantillo vulnere ob imperitiã Chirurgi mori oportet,hic iterum te Vlpianum appello, verum Medicum ne, an autorem vulneris morte condemnabis? Tum Vlpianus,Perge,inquit,Ariſtarche, ſi plura Medicorum delicta noſti recenſere: tandem vter ſupplicii reus ſit,aut quid in Rep. opus ſit facto, à me intelliges. Dicam igitur, ait Ariſtarchus,illud lõge crudelius Chirurgicorum facinus audentius,qui dum in febrili ardore, quem Græci *καύσσα* dicunt,qui crebro inter milites populatim graſſatur,putrida in venis ęſtuante cholera,lingua nigreſcit, turmatim confluunt Chirurgici, cauſam morbi in linguæ colore cõſiſtere rati: hic maiori ſiti, quam Tantalus apud Plutonem afficitur,ægrum macerat:alter crudo cõtuſi cancri liquore linguam & fauces patientis oblinit, aut expreſſo diſſoluti cum vino & aceto equorum ſtercoris humore,os & linguã ægri colluit. Poſtremo adeſt tertius, qui ſingulis horis linguã inſtrumentis ex ferro vel ligno fuſci coloris præparatis, vt illorum color linguæ colori & vulgari ęgritudinis nomini quadret,lacerat & expurgat. Certe vultures apud inferos Tytii iecur

Lingua in cauſone Chirurgicorum carnificina. Delirum Chirurgicorum in curanda lingua cauſone adulta ſtudium.

O du elende Brenne VVie viel Ertzte machſtu zu Mordern.

non

non æque diſcerpunt, vt ille patientis linguam ex coriat: Et quum neglecta febre, eius ſymptoma, linguæ nigredinem, curare ſtudent, nil plus efficiunt, quam qui Æthiopem, aut corporis vmbrã creta dealbare ſatagit: quos ab potius barbam quam linguam radere decuiſſet. Nã auſim libere deierare, quotannis aliquot hominũ millia, præcipue in caſtris, illorum exitiali errore perire. Ad hæc Theoph. Si vera ſunt, o Ariſtarche, quæ de Medicorũ impoſturis prædicas, tutius piſcis hamum quam æger Medicorum catapotia deglutiret. Præſtaret me Hercule incidere in coruos, qui tãtum defunctorum cadaueribus veſcuntur, quã viuentes ciues Chirurgorum carnificinæ committere. Tũ Ariſtarchus, Recte ſentis, Theophile, reſpondit: An credis temere Babylonios & M. Cat. Medicos vrbe expuliſſe, vt ſubditos ab hac Medicorum imperitorum tyrannide vindicarẽt? Sed quid tu ad hæc reſpondes, Langi? Dic quæſo, dic: & ne mihi ſuccenſeas, oro. Amicus quidem Socrates, maior amica veritas. Tunc ego: Tantum, inquam, abeſt, mi Ariſtarche, quod mihi ſtomachum moueris, vt etiam me tibi multis nominib. gratias refere debere fatear. Primũ, quod ea, quæ ipſe, odio plena, referre debueram, tu diſerte publicaſti. Deinde quod me dubitantem de multifaria Homeri tui eruditione certiorẽ reddidiſti. Semper enim Galenum noſtrũ impendio admiratus ſum, grauiſſima philoſophię & Medicinæ theoremata, ac venarum & arteriarum humani corporis naturas & propagationem, Homeri teſtimonio confirmare. Verum quũ video te Ariſtarchũ Homeri interpretem & cenſorem,

De Babyloniis hæc Herodo. lib. 1.

De M. Catone Plinius.

Galen paſſim in lib. de dog. Plato. & de vtilit. parti. Homer. teſtimonio vtitur.

ex illius lectione tantum assecutum, vt præter Grammatici officium de grauissimis vtriusque Medicinæ rebus non modo docte disserere, sed etiam de erroribus recte statuere posse, fateri cogor Plutarchum recte censuisse, Homerum illum tuum diuinum vatem & amasium, vtriusque philosophiæ ac Medicinæ fuisse peritissimum, ac totius Encyclopædiæ. Sed quod Medicorum flagitia, diuinæ Apollonis arti, Medicinæ impingis, impie facis. Ista certe non sunt artis, sed hominũ vitia, quorum culpam tu iustius in Theophilum & Vlpianum detorqueres, qui, dicam tibi, sed tacite in aurem, in horum delicta conniuent. At Vlpianus subiratus, iniuriam testatus, Nihil, inquit, mihi cũ Medicis, præter capitulum de cloacis purgandis, & ventre inspiciendo, cõmune est. Vos igitur conuiuas vt iudices appello, lege Talionis actionem instituam. Respondè igitur primum, ô Langi, an Iudex vel legum peritus in delicta ignota animaduertere aut legem vllam rogare potest? Atqui Nicocles, fœlices ait Medicos,

De Nicocle Arseni⁹ Episcopus in apophthegmatis philoso phorum. Medicorũ errores terra abscondit.

ὅτι τὰ μὲν ὀρθώματα αὐτῶν ἥλιος ὁρᾷ, τὰ δ' ἁμαρτήματα γῆ καλύπτει: quod præclara illorum opera Sol videat, eorum vero delicta & errores terra abscõdat. Ad hæc, Nihil, inquam ego vereor, vadimonium non deseram, sed ne causa caderem, ita litem contestabar. falso certe pseudomedicorum delicta terram abscondere, ô Vlpiane, causaris: An ignoras nil sub terra latere, quod non in apricum proferat ætas? Ne actorem causæ tibi defuisse cõqueraris, en vetustissimum & fide dignũ pseudomedicorum accusatorem, Galenum proferam, qui eos his verbis latrocinii reos accusat: ἐκ-

Gal. hæc in libello præ notionũ.

Digitized by Google

περὶ ἀπαίδευτοι μόνῳ τούτῳ διαφέροντες τῶν λῃστῶν, τῷ κατὰ τὴν πόλιν, ἀλλ' οὐ τοῖς ὄρεσι κακουργεῖν: Medicos indoctos hoc vno à latronibus differre, quod ciues intra mœnia, & non in montibus, deprædentur: at latro inopia vel fame adactus si viatorem pecunia spoliauerit deprehensus, primum torturis misere distorquetur, membra eius diuelluntur, tandem capite truncatur, vel laqueo in mala cruce strangulatus futurus coruis & vulturibus esca in patibulo relinquitur. Sed vestrarum vrbium Magistratus, Prætores & Præfecti, quamuis te præside, Euangelium professi, captationem munerum abiurarunt (vide Vlpiane quæ fraus paratur legibus) accepta sub vxoris nomine pecunia, Sycophantis Iudæis & sesplasiariis, dato immunitatis priuilegio, ciues & agricolas fœnore Iudæorum obæratos, etiam pharmacis impune perdere permittunt: quid aliud hoc est, quam rapaces inter oues alere lupos, qui non tondent, sed conniuente pastore pecus deglubunt? Ah nil te subditorum miseret? qui vt illos eorumque liberos in cunis vagientes, mulierculas maritis viduas, tuearis, tui Magistratus officium, pecunia, nocturno diurnoque sudore parta, conduxerunt, à Deoque illis præfectus, non vereris illum tuæ sceleratæ auaritiæ & peculatus fore vltorem? Certe Radamanthus tales Nomophylaces, prætores & ciuitatum præfectos non fert, apud quē grauis æterni supplicii sententia eos manet. Hæc immunitate à Principibus & Prætoribus vili pretio empta, Sycophantæ illi Iudæi Medici freti, tantam sibi medendi potestatem arrogant, vt de eorum pharmacis temere

Magistratus indulgentia Iudæos Medicos perdere ciues.

Pernicios Reip. magistratuum auaritia.

Iudęos impune Christianos occidere.

De Nicocle hæc Arsenius, vt supra in Apophthcg.

periculum in corporibus Christianorum facere sibi impune licere putent: in quos vetus Nicocleos apophthegma exprobraretur, qui indocto Medico de sua potestate glorianti respondit: ὃς πολλοὺς ἀπέκτεινας, ἀτιμώρητος γέγονας, Nempe qui tot occideris homines, & impune euaseris. Nunquid igitur impunitatem intolerabilem peccandi licentiam fateberis? quam tibi Vlpiano cæterisque legislatoribns his verbis Plinius imputat: Nulla lex est, quæ capitalem Medicorum insciriam puniat: Nullum exemplum vindictæ. Discunt periculis nostris Medici, & per experimenta mortes agunt, Medicoque tantum hominem occidisse summa est impunitas: quinimo transit in conuicium, & intemperantia ægri culpatur. Tales, Aristarche, Medicos quæstui deditos, qui auri cupidine omnia audent, Babylonii consulere vetabant. His M. Cato Romana vrbe interdixit, qui generosos Romanorum animos Græcorum luxuria, balnearum deliciis enerua-

Lib. 29. cap. 1.

bant, athletarum illecebris, caroque vnguentorum odore corrumpebant. Tantum abest vt M. Cato, seuerus ille morum cẽsor, frugiferam medicinæ artem damnauerit, vt etiam eius vsu suam coniugis vitam vltra 85. annum prorogasse glorietur, de Brassicæq; viribus eruditum commentariũ dederit. Tales Opici Medicinę professores, tuis Iudæis & similis farinæ hominibus Sycophantis similes, quidem spreti, ars vero nunquã despecta fuit. Et cum ad hæc frontem corrugaret Theophilus, & nescio quid tacite mussitaret, Sustine, inquam, Theophile, nondũ viceris. Parum esset vestra indulgentia cnues à Iudæis pseudome-

De Catone hæc Plin. lib. 29. ca. 1. & lib. 7.

Digitized by Google

domedicis expilari, si non & animà vna cum corporis vita periclitaretur. Non vides, Theophile, quot passim per agros, oppida & villas arioli, incantatrices, ac Pythonissæ Medicinam professæ oberrent? qui præstigiis dæmonũ quib. deuoti sunt, miseros decipiunt ægros, philtra Circes pro pharmaco Nepenthes, toxica pro alexipharmacis porrigunt, abortiua docent. Et quam anilia excogitant amuleta! nempe si vnguiũ præsegmina vna cum patientis capillis in truncũ arboris defoderis, & cuneo adacto obstruxeris, aut ligni frustũ de nouo patibulo, aut feretro, quo puerpera defuncta, elata sit, dissectũ, & à vespillone vel carnifice magni emptũ, in collo gestaueris, his ægrum morte liberari, & ne membrũ dolore tabescat, caueri affirmant. Quibus fit vt non in Deum, æternũ illum Archiatrũ, qui orbẽ terrarum pharmacis dotauit, confidant, sed spẽ totam in physicas ligaturas, characteres, incantationes & dæmonũ cultum collocent, quos cum Christi blasphemia obseruant & adorant. At hęc ô Theophile, in concione tacite præteris. Cur non illis legem Leuitici cap. 20. scriptam: Vir siue mulier, in quibus Pythonicus vel diuinationis spiritus fuerit, morte moriatur, lapidibus obruent eos, seuere exprobras? quidni illis vna cum Moyse, Dei Israel legislatore, ex Deuteronomii legibus æternum à Domino exitium minaris? Cur tandem non illis, qui dum ægrotant fatidicas consulunt anus, tremendum illud Ochosiæ regis exemplũ obiicis? qui dum in bello graui scalarum per cancellos lapsu in lectulo decumbens de vita desperaret, misit Acharonem quin-

Theologorum indulgentia, prætextu Medicinæ repullulat idolatria.

Amuleta irridentur.

Incantationes fiunt prætextu Medicinæ

Concione totum culpa quanta mala & idolatriæ fiant in Medicina.

Deut. 18.

De hoc lege 4. Reg. 1. 2. Paralip ca. 21. Ioseph. lib. 9. cap. 6.

quaginta militibus stipatum, qui ex Beelzebub dæmonis oraculo scisciteretur, an ex eo languore esset conualiturus: missis Elias factus obuius grauiter eos increpuit, Regemque, qui neglecto Deo Israel, dæmonum sectaretur præstigias, è lecto non descensurum, & breui, quod factum, vitam cum morte commutaturum. Dicesque tandem Regis Ochosiæ satellites bis ad Eliam missos, his quoq; cœlesti fulmine combustos. At tu, Theophile, grauis vitiorum censor, non sine numine constitutus, forsan ex contagione diuitis alicuius Iudæi Medici argentangina laborans, vt rana Seriphia obmutescis, neminem Incantationi deditum aut ariolum in concione tua obiurgas. Vereris forsan, ne quemadmodum
Actor.16. Paulus Euangelii tuba, dum in Philippis fatidicæ puellæ Pythonem spiritum ademisset, quæ quæstum dominis suis diuinando parabat, tu quoque à Præfecto vrbis in carcerem coniiciaris. Verum si hæc Euangelium professi intra mœnia vestra tacite fertis, & in hęc scelera cõniuetis, necesse est totam religionem Christi dæmonum cultu & idolatriis, & sanguine & verbo Christi prius, prophetarum & Apostolorum abolitas, denuo repleri, & veteris Baal dæmonis superstitiones repullulare quarum bona pars adhuc prætextu Medicinæ in ceremoniis vestris,

Superstitiosa herbarum cõsecratio.

dum herbas, salem & aquas, ad lustrandos morbos consecratis, obseruatur. En non pudet vestros sacrificulos lustralis aquæ deliramenta ex Ethnicorum superstitione ob quęstum vestris

Aquæ cõsecratæ ex Ethnicorũ ceremoniis vius. Lib 9. dipno.

sinceris miscuisse ceremoniis? Olim Ethnici tędas de sacrificiorum rogo acceptas, quæ immergebant

Digitized by Google

gebant, qua præsentes & conuiuas lustrabant, quod Athenæus suis dipnosophistis ita recenset: ἔστι δ' ὕδωρ εἰς ὃ ἀπόβαπτον ἅλα λύσει ὁκ τὸ β μὴ λαμβάνοντας, ἀφ' ἧς τὴν θυσίαν ἐπετέλουν, & τούτῳ περιραίνοντες τὰς παρεδρας, ἤγνιζον. Tali aqua nō modo animarū labes, sed quāuis morbidā corporis luē expiari posse populo persuadetis. Sine hac nullus præstigiator suas perficit incantationes, nullus Sycophanta Medicus erysipelam vel alios morbos curat. Nec puerpera, nisi hac lustralis aquæ aspergine purgata, concedit cubitum. Sine hac nec absconditi eruuntur thesauri. Sine hac nec exequias aut parentalia celebrare fas est. Huius aspergine corpora & sepulchra defunctorum ad vesperam lustrantur. Adde quod in plerisque Germaniæ nationibus, præcipue in Gallis & Hispaniis, defunctorum monumenta præterire nefas & piaculum est, nisi aqua consecrata asperseris. Hos impios ceremoniarum ritus vos ex veterum Magia & superstitione desumpsisse, Chlidamo testabor, qui in exegetica parentalium & victimarum ita præcepit: ὄρυξαι βόθριον πρὸς ἑσπέραν τοῦ σήματος, ἔπειτα περὶ τὸν βόθριον πρὸς ἑσπέραν βλέπων, ὕδωρ κατάχεε, λέγων τάδε, ὑμῖν ἀπόνιμμα οἷς χρὴ, & ἷς θέμις. ἔπειτα κἀπὸ τοῦ μύρου κατάχεε. i.e effode ad vesperam sepulchri foueam, & postea cum adueserascit, circa foueam respiciens, aqua circumspergito, & dicito hæc: Vobis hoc expiationis lauacrum, quibus oportet & fas est. deinde & vnguentum circumfunde. Erat enim apud Atheniensis ἀπόνιμμα ablutio defunctorum in parentalibus, quo illorum corpora expiabantur, quam Iudæi & vestri sacerdotes vel hodie adhuc in ce-

Sepulchrorum cum aqua consecrata lustratio ab Ethnicis sumpta.

Athenæ. l. 9. dipno. circa finē.

Digitized by Google

Monachorum quos auaritia fecit Medicos, origo.

remoniarum exequiis obseruant. Vis ne Theophile, vnde ex ordine Monachorum mendicantium tot Medici prodierint, ac omnes fere sancti in catalogum Medicorum relati sint, tibi commemorem? En erat olim in Græcia & ante paucos annos in Germania, genus hominum, præstigiis & Medicinæ, ob quæstum addictum, quos agyrtas & ariolos appellabant. Hi ante diuitum ianuas stipem petituri, oppidatim oberrabant, diuina virtute, carminibus, & sacrificiorum mysteriis impetrata, sese pollere aiebant: hac si quid sceleris à diuitibus & eorum proauis commissum, id sacra festorum celebritate, & suffitus odore expiare possent, ac eorum inimicos tam sontes quam innocentes oblædere & eos vlcisci paruo sumptu possent. Deos enim sortilegii enthymematibus & physicis characterum ligaturis & epodis ita habere obstrictos, vt eorum iussa capessere cogerentur. Et ne grauis testis desit, diuini Platonis verba hac de re apponam: ἀγύρτας δὲ καὶ μάντεις ὁπὶ πλουσίων θύρας ἰόντας, πείθουσιν ὡς ὅτι δεῖ σφίσι δυνάμεις ἀπὸ θεῶν παρεχομένας, θυσίας τε καὶ ἐπῳδὰς, εἴ τε τι ἀδικήματά τινων γέγονεν, αὐτῷ, ἢ προγόνων, ἀκεῖσθαι, μετὰ ἡδονῶν τε καὶ ἑορτῶν, καὶ ἐάν τινα ἐχθρῶν βλάπτειν θέλῃ μικρὰ σμικρῶν δαπανῶν, ὁμοίως δίκαιον ἀδίκῳ βλάψειν, ἐπᾳδοντας καὶ καταδεσμοῖς πείθειν θεοὺς, ὡς φασι, πείθοντας σφίσιν ὑπηρετεῖν.

Plato lib. 2. de Repub.

In venefícos, Magos, religiosos, ac circulatores, qui diis morbos consecrarunt, Hip. in lib. de sacro morbo ferunt & pie scribit.

Horum agyrtarum soboles & æmuli vestrates Monachi apostatæ, postquam sua bona prodigerint, domusque viduarum deuorauerint, ante diuitum portas, stipem petentes; & per pagos oberrantes, cuncta delicta, adde & atroces hominum pecorumque morbos, suis liturgiis, quas Missas vocát, expiare

Qui fuerint agyrtæ Medici, *die fahrende Schuler.*

piare & curare posse; denique Deum vt sit inimicorum nostri vindex & vltor, certo Dauidis psalmo cogere posse se, pollicentur. Postremo vt à credulis mulierculis & ægris pecuniam sub specie pietatis extorquerent, quem, obsecro quem Sanctum non ex catalogo diuorum in censum Medicorum retulerunt? vt illorum donariis, quẽadmodum Apollinis sacerdos victimis, frui & ditescere possent. En diuus Sebastianus Epidemiis morbis. Diua Apollonia dentium dolori, at sacer Antonius sacro igni, quem Erysipelam vocant medetur, cuius imago ab illis agyrtis monachis empta foribus ædium affixa, incendium arcere creditur. Quid multis? Tota vestra religio idolatriæ cultu defœdata, medicinam redolet, ob pecuniæ aucupium. Ingredere, inquam, quæso hoc Augustum Vindelicorum templum, vt videas quanta donaria ex cera, ferro, argento & auro conflata diuorum simulacris, quæ adorare nefas, ab ægris dicata sint. Progredere parum, aspice hic virgines supplices ante diui Sempronii sepulchrum ferreis cancellis circumseptũ, in genua procidere, ad quos si quis pudendorum subligar appenderit, ab hernia & quouis verendorum tumore liberabitur. Quid rides? En causam risus noui. Aspexisti forsan illam proceri sãcti Christophori imaginem, cui tanta subest virtus, vt spectatorem à subita morte eripiat, & ad vesperam diurno liberatum mœrore ridere cogat. At certe fallimur. Non inest sculptilibus illa diuina Medicinæ virtus, quæ suberat serpenti æreo, quem Moyses in Arabiæ deserto in cruce pendulum statuit: hunc Israelitæ ab aspidibus

Psal. 108. Deus laudem.

Auaritia theologorum sanctos fecit medicos.

D. Antonii imago incendiũ arcet, & erysipelã curat.

Donaria diui Sempronii sũt subligaria.

D. Christophori imago epilepsiæ medetur.

Num. cap. 21. 4 Reg. 18.

Digitized by Google

intoxicati in ſpiritu adorantes conualeſcebant, cui etiam vſque ad Romuli, vrbis Romanæ conditoris, & Ezechiæ regis Hieruſalem tempora Iudæi adolebant incenſum, quem tandem pius ille rex Ezechias fregit, aliaſque templi ſtatuas, opera manus hominum, contriuit, quo non populus in idolorum ſimulacra, ſed in ſolum Deum Medicinæ & vtriuſque ſanitatis autorem conſideret. At vos hęc in templo, non vt ſint diuorum monumenta, ſed velut ægrorum conſolamina & alexipharmaca, vt ex illorum donariis diteſcere poſſitis, ſtatuitis. Hic vides Deiparæ virginis ac diuæ Margaretæ ſimulactum ob dolorem capitis expiandum cereis coronis & ſerico oneratum. O ſceleratum pecuniæ aucupium, quid non mortalia pectora cogis audere? Reſpondeant quæſo pontifices tui Perſio, in ſancto quid faciat aurum? & ſimulachrorum veſtes, quibus præſtaret pauperes veſtiri? Videę igitur, mi Theophile, quanta mala prætextu Medicinæ veſtra parturiat religio, vt non temere vetus ille Epicuri philoſophiæ poeta Lucretius cecinerit.--

Quin contra ſæpius olim, Relligio peperit ſceleroſa ac impia facta. His Theophile & Vlpiane arbitror vos conuictos fateri, hæc ſuperſtitionum & idolatrię ſcelera & in veſtra Republica latrocinia, & ægrorum explicationes, non in illud diuinum Dei donum Medicinam, ſed in hominum vita, ſacerdotum auaritiam, & Magiſtratus indulgentiam, qua omnibus vel medicinæ imperitis, ciuibus impune mederi, & quoduis data pecunia, etiam Iudæis cum vita Chriſtianorum colludere licęat, ex vrinæ inſpectione de hominum ſalute, morbis

Simulacra nulla virtute medica pollere.

Satyra 2.

Lucretius lib. 2. de natura rerum.

Digitized by Google

morbis & imprægnatione falſe diuinare, referre oportere : Ad hæc Auerbachius Philalethes: Tanta altercationis conuicia, inquit, conuiuas ſobrios non decent: ſed ſi penes veritatis amatorem vultis eſſe litis arbitrium, facile contentionem hanc dirimam: & cum aduesperaſceret, annuebant omnes. Tum Philalethes: Tot, me iudice, ait, deteſtandas ſuperſtitionum idolatriæ ac latrocinii in Republ. Chriſtianorum cauſas, ô Langi, nullo merito Theophilo & Vlpiano impinges, verius certe in collapſa totius Philoſophiæ & bonarum artium encyclopædiæ, ſtudia, in denegatos doctis honores & ſubacta præmia, quæ ſunt ſtudiorum & virtutis calcaria, cauſam retuliſſes. Vt olim ex Troiano equo ſtrenui milites certatim proruperunt: Sic ex philoſophorum & ingenuarũ artium palæſtra ſpectatæ eruditionis Theologi, Iuriſperiti ac Medici prodierunt: quibus, quum magnificis ſtipendiis mererent, etiam diuini decernebaniur honores. Sic. Po. Ro. ob Auguſtum Cæſarem ancipiti morbo liberatum Antonio Muſæ eius Medico ſtatuam ex ære publice collato, tanquam non vulgare gratitudinis monumentum & artis decus, iuxta Æſculapii ſimulacrum collocarunt. Græcia quoque Hippocrati ob peſtem ignis vapore ex Illyria depulſam, & Critobolo Medico propter Philippi regis oculum telo Aſteris Olynthiorum militis traiectum, citraque oris deformitatem à Medico curatum honores diuinos decreuit. At Ptolemæus rex ob Antiochum patrem letali morbo liberatum, Eraſiſtratum, eius Medicum, ex filia Ariſtotelis natum in Megalen-

Cauſæ quare tam pauci probe docti Medici habeantur.

Stipendia doctorum virtutis & ſtudii calcaria.

Pl. hçc lib. 29. cap. 1.

Hippocrati diuini honores & Critobolo decreti.

Antiqua Medicorũ ſtipendia & mercedes.

Ptolemei in Erasistratum & Boethi in Galenum munificentia.

sibus sacris centum puri talentis argenti donauit. Et vt recentius similis munificentiæ exemplum tibi commemorem, Boethus Romanus consul ob vxorem suam hæmorragia matricis liberatam Galeno quadringentos aureos numos dono misit. Atqui Romani principes quum Rempublic. sine Medicorum opera & consilio subsistere non posse viderent, Medicis quotannis ducena & quinquagena sestertia, Poëtis & Rhetoribus tantum centena ex ærario numerabãt publico, quibus id assecuti sunt, vt illorum ætate Romana Respub. Medicis omnifaria eruditione ac rerum experientia claris floreret, quorum consilio ægris fideliter consuleretur. At quum ignauũ sacerdotii Monachorum, Iudæorum & agyrtarũm genus, illotis manibus, in scholas Medicorũ irrumperent, debitaque illis stipendia honoresque præriperent, veluti fuci qui congesta ab apibus aliena depascerent mella. De quibus Hesiodus in Theogonia ita præclare cecinit,

Sacerdotes, vt fuci apibus mella, ita doctis præripiunt stipendia.

οἱ δ' ἴσασι μάνοντες ἀπηνείας κῆρας σίμβλοις
Ἀλλότριον κάμαντα σφετέρῳ ἐν γαστρὶ ἀμῶνται.

Quo factum est, vt deserto Medicinæ studio doctissimi viri ad alia animum appulerint, & pro eis monachi, anus fatidicæ, arioli, in scholas medicorum irrepserint. Quare si Rempublicam vestram saluam esse, & afflictis morbo ciuibus consultum volueritis, primum tu Theophile nefandas superstitiones prætextu Medicinæ obortas, pro concione verbi Dei & minis redargues: Ni feceris, Deus subditorum animas à te eripiet vindex. Et tu Vlpiane gladium tuarum legum à Deo tibi traditum, in Pseudomedicos Sycophantas ac ciuium

Digitized by Google

ciuium præfectos, qui periuri vili accepta pecunia illos in perniciem ſubditorum alunt & tuentur, ſeuere diſtringes, dabiſque operam, vt bonarum artium gymnaſia vna cum recta inuentutis educatione, Magiſtratus inſtauret, ac Medicos probe doctos & expertos, ad quos ciues morbo peſſundati, tanquam ad ſacram anchoram cõfugere poſſint, digno ſtipendio cõducat. Imitare quæſo Tiberium Cæſarem, qui Iudæos & religionis eorum æmulos vrbe Romana ſubmouit, ac in ſteriles grauioris cœli prouincias proſcripſit: hos tu quoque qui iuxta fœnore & pharmacis ciues tuos perdunt, ex ditione tua relegato. Cæterum, ô Langi tuæ partes erunt, Medicorum errores & impoſturas Theophilo & Vlpiano deſignare, vt quæ populo cauenda & pœnam mereantur, red arguere & legibus cauere poſſint. At ego hæc me quamprimum dedita opera facturum ſancte recepi. His dictis, mirum quanto gaudio omniũque conuiuarum calculo Auerbachii Philalethis ſententia approbata & collaudata fuerat, ac tandem quiſque de more philoteſiæ accepto poculo alteri fœlicem noctem precatus, hilaris cubitum concedebat, cæteriſque veniam altercationis deprecatus, valedixit amice.

De Iudæis hæc Suetonius in vita Tiberij Cæſaris, & in actis Apoſtolicis Luc. ca. 18.

Philoteſia antiquorũ cõpotatio.

FINIS.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝ. ἐν Πλούτῳ.

Τίς δῆτ' ἰατρός ἐστι νυνὶ ἐν τῇ πόλει;
Οὔτε γὰρ ὁ μισθὸς ἡδὺς ἔστι, νὐθ' ἡ πίχνη.

Digitized by Google

RERVM ET VERBORVM, IN TRIBVS EPISTOLARVM IOANNIS LANGII *Medicinalium libris memorabilium*

INDEX.

'Ἀβάπλυσις dictionis iocus 29
Abbatissa Seligepfordensis hypochõdriaco dolore quo modo etiam senex liberata 174
Abietinum oleum 861
Abortus per anum decimo post anno eiectus 670
Abortum ex hyemis & veris tempestate prædictio 544
Abscessus sub axillis curatio 79
Abscessuum pus laudabile quale 54
Abstemius quomodo quis fieri possit 730
Absinthium ponticum vbi crescat in Germania 666
eius vsus in febribus ac torminibus 665
Aceti natura & vires 641
eiusdem contrariarum qualitatum causa 640
Acetarii optima compositio 344
Achatis lapidis vires de cõcordia coniugum fabulosæ 136
Achilles P. Gassarus medicus Augustanus 671
Achilles Græcus, chirurgiæ peritus 707
ἀκρόασις 257
ἀκροχόνισις & ἀκροχορτάσις quid 240
Actuarius primus Græcorum qui stillaticii liquoris meminerit 245
Acus deglutitæ ac per lotium redditæ ratio & historia 676
Adamas deleterii facultate præditus 717
ἀδελφοὶ vnde dicti 294
Adeps vnde generetur 613
ἄδιψοι 275
Adolescens a supremo domus tabulato supra stratum lapsus, a Langio curatus 882
Adolescentum axillæ cur hircum oleant 520
ἀδιάφθορος malobatrũ 344
Adustionis cura 94
Ægina Peloponnesi insula

Digitized by Google

R. Æginetæ patria 473
Ægri deplorati per medicinam reſtituti 936
Ægyptii omnes medici 477 dæmonum cultores ac magiæ auctores 135. 393. cur ſuilla abſtineant hodie 498. crebris clyſteribus ac vomitu vti ſoliti 437. 712
Ægyptiorum in re medica diligentia 441 decem plagæ diuinæ per Moſem illatæ 448 annus olim quot menſium fuerit 430
Ægyptus pharmacis clara 705. fœcunda venenis 357
Æquale æquali miſceri 730
Æquinoctia in venę ſectione periculoſa 766
Aer quibus partibus in arterias & ſanguinem permeet 33
Aer ſiccior, anima prudentior, dictum Heracliti 610. Aetius peſtilentis deſcriptio 591
Aere nutriri corpora & ſpiritus 610
Æs vino irrigatum ærugine contrahere 123. æris viridis ad carnes conſeruandas, & contra oculorum fluxus vſus 657
Æſchines Socraticus 113. 935.
Æſculapius cur ab Apolline occiſus 476. ex Epidauro, Romam aduectus 482. in eius templo pharmaca longo vſu probata inſcripta 233
Æſtas anni MDXXVIII qualis fuerit 85
Aetii locus de lenticula expoſitus 601 item de pillulis ex elleboro 581
Aganice cur lunam cœlo ſubducere credita 142
Agaricus pituitæ à pulmone expugnandæ congenitus 193. agat ei in morbis pectoralibus infuſio 804
Agathocles ex figulo rex factus 119
Agnata quæ 30
M. Agrippæ thermæ 223
Agyrtæ qui 141. Agyrtæ, Monachi & Sepaſiarii 935. 950
Aidſtein, qualis lapis 413
Alabaſtri vnguentum 865 vulnerum phlegmonibus vtiliſſ. 32
Albuginis oculorum remedium ab Angelo datum 496
Alchakēchi vide alkakēgi.
Alchartama Arabibus quid 586
Alchymiæ liber 243
Alcman poeta phthiriaſi mortuus 684
Aldus Manutius primus triplicis linguæ impreſſor 506
Alecis deſcriptio 283
Alexander Seuerus leporū

esu venustatem quæsiisse dicitur 347
Alexando Magno puella cicuta vescens dono per dolum data 51
Alexander quidam a D. Paulo dæmoni traditus 646
Alexandrini qua ratione aquam infrigidant 127
Alexipharmaca varia bestiarum 489. Helenæ a Polydamna Ægypti regina data quæ 478 contra dæmoniatũ morbum ibid. Alexipharmaca huius tẽporis 78. alexipharm. morselli 821
Alimentum quid 574 absque alimento quomodo multi viuant diu 614
ἀλίνδησις quid 236
ἀλινδῆθρα quæ 242
Alipetæ emplastra 419
Alipterium quid 234
Alkakengi syrupus 809
Alkali Mauritanis quid 637
ἀλμὴ σκελίνη 285
Aloysius, nauclerus Lusitanorum 325
ἄλφιτον quid 277
Alpium incolæ cur sæpe gutturosi fiunt 195
Alpium rupes quomodo Annibal emolliuerit ac secuerit 641
Alterationis causæ 180
Alui deiectio quando in scabie vtilis 71
Alyssum herba veteribus & nostris medicis ignota 403. contra fascinũ efficax 622. contra rabiem canum 663. contra singultum ibid. eiusdem descriptio 664.
Amator quidam Gallus quomodo a cantharidib. sumptis curatus 208
Amataria febris virginum quæ, & eius causæ 90. amatorii affectus remedia 102. amatoria veneficia quæ 143
Amatus Lusitanus vbi Phaethõtiadem lapidem viderit 595
Ambasi in horto Galliæ regis, cornua ceruæ fœminæ 376
Ambergenses chirurgi impudens responsio 19
Ambrosia & Athanasia ad quid conducant 986
Amethystus lapis Æthiopum verus carbunculus 470
eiusdem etymologia & vires 721
Amicanti capillamenta 331
Amistris vxoris Xerxis crudele ex xii. hominibus sacrificiũm 703
Amoris accidentia pathognomonica 101
Ampeliotæ silphio sacrificare soliti 301
Amphionis versus de laude sanitatis 9. 10
Anasarca quando venæ sectionem requirat 679

Digitized by Google

anatomiæ etiam viuorum neceſſariæ 15. qui primi Romæ auctores 482, 483.
Anaxagoræ apophthegma de filii morte 694
Andreas Seidlen ciuis Eberbachenſis 670
ἀνδραποδιπάιλοι Galeno qui 277
ἀνεστηρις 419
ἀγχυλᾶσθαι quid 458
angeli a Deo creati 644
Angelica, non chamæleon 597
in Angina, luna ad venæ ſectionem non obſeruanda 155
anglicus ſudor ſeu Britannicus cur ſic dictus 82.
Anhelitus graueolentiam quid arceat 354
Anguillarũ generatio ſinẽ coitu 533
anguis alexipharmacũ contra mẽbranę duriciẽ 489
anima quid 670 animæ mundi actiones 62, 913
animã quid vocent Hippocrates & Galenus 55
animam vitalem cum ſanguine tremulo miſſam credere ſtultitia 33
anima cœlitus corpori illabitur 913. animæ operationes corrumpuntur vitiata corporis mole 910, 930
animum hominis vino miteſcere 9. ad huius deliquiũ electuarium 843
animarum euocationes magicæ 139. 382. & quomodo fiant 702
animarum cuilibet generi aſtrum tributũ 65
animas defunctorum in aere verſari, & euocari poſſe, ethnicorum opinio 650
Animalia exanguia minimi alimenti 609. abſque ſemine aut coitu genita 531. quomodo ex terra naſcantur 64. obtuſa, ſomnolenta 108. ſplene carentia 213. vtrumq; ſexum habentia 375. 376. toxicõ capta an tuto edi poſſint 367. aliorum in alia trãſformationes 371, 372
Annibal quomodo rupes alpium diruperit 641
anni tempeſtates & earum qualitates 259. anni peſtiferi præſagiũ ex caniculæ ortu quomodo capiendũ 479, anno 1490: peſtis in Banatiæ 180
Annorũ apud antiquos diſparitas 430
Annuli Gygis vires fabuloſæ 787. annuli quo digito geſtandi & cur 719
Anthilles quid 637
Antipathia lapidum ac herbarum quãrundam 748
Anthracis curandi initiũ a phlebotomia 79, ad hũc occidendũ vnguentũ 869
ἀνθοσμίας vinum quale 114

Antichthones qui dicti 308
Antiochus quo charactere victoriam de Galatis adeptus 147
Antiochus Seleuci F. quomodo nouercæ amore capi deprehensus 101
Antiochi medici dicta & exercitia vitæ 262
ἀπολάρυγσις 217
ἀντίσροφή quid 141
antiqui ante conuiuia lauare soliti 237. antiquorum balnearia & vaporaria 224. ientacula & prandia quib. constarent 257
M. Aur. Antonius thermarum Badensiũ conditor 453. quo pane in ientaculo vteretur 257, eiusdem equus prasinus 425
Antonius Musa Augusti Cæs. medicus 239. huic statua erecta 953
Antonii Castoris hortulus herbarum 403
S. Antonii morbus vnde sic dictus 131 huius imago erysipelam curat 951
Anubis Ægyptiorum deus quid fuerit 712
Anus ob humorum affluxum putredini obnoxius 896
Apellis excellentia in equæ & canis pictura 493
Aper cur se persecutori obiiciat 599. sanguis aprorum cur non spisse-tur 630
Apes vnde nascantur 63
Aphorismorum Hippocratis laus 724
Aphrodite vnde Venus dicta 62
Aphronitrum contra tormina a veteribus datum 36
ἀφροσιλίνης proprietas 748
Apium an epilepticis obsit 333
Apitius paterna bona in culinaria arte absumpsit 275
Apitii locus correctus 285
Apodes nouæ insulæ aues 917, 918
Apodyterium quid 225
Apollonius quomodo animam Achillis ex inferis euocarit 702
ἀπόφραδας quos dies vocẽt Græci 161
Apoplexiâ quid 106 ad Apoplexiam aqua efficax 781. iulep 814 puluis 458
ἀπόῤῥοια quid 658
Appetitus ad quid homini datus 487. eiusdem causa & abolitio 608
Apostema in perinæo quomodo sanetur 893
Apostemata quæ 275 ad Apostemata emplastrum 873
Apotherapia quid 229
Aqua ignis fomentũ 736 aqua marina neruis valde grata 230, cur sordes

des non eluat 341
aqua hordei quid Arabicis 274 aqua florum Perſicæ arboris, ſolutioni alui commoda 552. aqua Nili & Choaſpis fluuiorum quibus regibus grata 127, aqua rhabarbari pura quibus cõferat 246, ſalis, hæmorragiæ illex 175. aqua vbi candens ferrum extinxeris ſpleneticis optima 216. aquæ conſecratæ ex Ethnicorum ceremoniis vſus 948, aquæ ſalubris indicia 198, aquæ niuis incommoda 129, aquæ refrigerandæ ratio 128, aquæ frigidæ potus præſens in cauſone remedium 24, aquam alpiũ potãtes quo morbo corripiantur 190, aquam citrinam educens decoctum 794, aquam quis primũ vino miſcere docuerit 127, aquæ ſtillaticiæ 778, etiam ex frigidis ſimplicibus caloris alembici participes 640, non tam efficaces quam rerum ex quibus eliciũtur ſuccus 246, aquarum naturas ex habitu incolarum explorandas eſſe 195, aquæ minerales quibus proſint 891, aquæ reſtaurantes 787, aquæ intercutis locus, ſedes & origo 213. aquæ ductus ex plumbo improbati 200, aquilas ſeniles cadauerum ſuctu viuere, prouerb. 88
Arabes medici Græcis medicamentorum copia feliciores 474, arabum libri ſyrupis & huiuſmodi potionibus referti 49 error de catarrhis 207, arabum morbus dracũculi peculiaris 685
Arabia medicamẽtis & gẽmis diues 481
Araneæ induſtria 487, earum multitudo æſtatis peſtiferæ indicium 591,
Arantia poma 355
Arati locus de Ioue 64
Arborum ἀπόῤῥοιαι heterogeniæ 625
Archagatus medicus ſæuus 482
ἄρκτιδις quæ 99
ad ardorem vrinæ decoctũ 800
argentum quomodo in bracteas cudatur 722, 723, argentum viuum vlceribus dyſepulotis concoquendis vtile 708, argenti viui venæ quibus indiciis obſeruẽtur 194. eius vires contrariæ 194
Ariſtarchi, conuiuiorum laudátio 8.
ἄριστον prandium 257
Ariſtophanis prouerbium explicatum 300. locus de aqua vino mixta 127
Ariſtoteles lumen naturæ

appellatus 62 a Galeni reprehenſione vindicatus 252. cur neget ignem eſſe nutritionis cauſam 56. mœrore mortuus 602 eiuſdem celebre apophthegma de medicis garrulis, nec cauſas explicantibus 697, Ariſtotelis locus de ſemine ex II de generat animal. explicatus 62. de myrobalanorũ qualitate 337. de puella cicuta enutrita 51. 52 error in II. Meteororum 117. verſio emẽdata 220
Armenia poma quæ 353
Aromatum odores capiti repleto noxii 414
Artium omnium principia rudia 232. arteria trachea quæ 688 ſoporales quæ 42. arteriarũ pulſus, certior lotio 45
ad Arthreticam iulep 819 oleum 955. puluis 834
Articulorum dolor, vehementior quam muſculi epigaſtrii 17, vulnera inflammata ab empiricis male curata 4, ad articulos emplaſtrum 873, articulis luxatis & repoſitis quale exercitium conueniat 457, ex eiſdẽ liquorem nullum aut modicum fluere 19
Arunca Gallis quid 268
ἀσπάραγος quid 228
ἄσβεστος lapis 734
Aſcites hydrops qualis 214
Aſclepiades quando vixerit 234
Aſelli piſces quales 281 in albo iure elixi, Germanis incognita fercula 279
Aſini in viciniis Phaſidos fluuii cornuti 118
Aſinius Pollio Romæ, bibliothecam publicam populo impartitus 503, animo curis ſoluto cubitum ire ſolitus 696
Aſoti qui 285
Aſphaltus quãdo emplaſtro conueniat 421
Aſplenon 407
Aſſa fœtida & dulcis 299
Aſſoabar arabib. quid 685
Aſthmatis remedium 754 ad aſthma Loch 846, ad aſthma & tuſſim decoctio 792. rotulæ 825, aqua efficax 785
Aſtomorum gens in India mirabili victu 611
aſtronomia quid doceat 150
Aſtrorum effectus nulla arte cõprehẽſibiles 151 ortus & occaſus qui in morbis obſeruãdi 766
Aſtypalea inſula leporum feraciſſima 347
Athanaſia & Ambroſia ad quid conducant 892
Athenæi locus expoſitus 96
Athenis bruta quoque vi homines emerita 467
Atheromata vnde dicantur 886

Athle-

Digitized by Google

Athletæ curvngi soliti 235
athletarum panis & prædia 157
Atram bilem inuantia 802
ἀτιλαίβων copia in Sicilia 532 (573
Attractio quot modis fiat
Auaritia Theologorū sanctos fecit medicos 951
Auerrhoes refutatus 179
eiusdē & Galeni de primaria morbi causa contentio 176. locus de astronomia explicatu 153
Augustus Cæs. bibliothecarum præfectus Romæ 503. eiusdem oculi fulgentes 639, quid ex supellectile Alexandri retinuerit 122
Augustini Niphi de astrologis variis sententia 160
D. Augustini de periaptis & anilibus in morbis precationibus sententia 145
Auicenna ab Auerrhoe de prima doloris causa reprehensus 178. eiusdem & Hippocratis conciliatio 98. error 231, falsa ex Galeno allegatio 333. item error de siriasi puerorum 255, libri ab interprete polluti 481, error de tempore incidendi venam 767
Aulicorum in conducendis seruis incuria 411
Auorum notæ in nepotibus cur plerumque insint 38
Aures emunctoria cecebri 79. contra earum tinnitum remedium 823
Aureum vellus quid fuerit 244
Aurum igne perfectius effici, & cur 715, deglutitum, à lepra conseruatiuum 722. ejus & hydrargyrii sympathia 136
Ausonius Burdegalēsis poeta & medicus Gallus 337
Auster ventus, causa pestis externa 84. eiusdem natura ibid.
in Austria visus homo qui canes latratu ac pernicitate venandi imitabatur 374
αὐτόπυρος panis, quid 269
αὐτόφυτα opera 495
Azymum panem Venerem excitare 272. qui præter Hebræos vti eo soliti in festis ibid. azymorum panum in Pascha confectio 271.

B.

Babylon hodie Caynra dicta 308
Babylonii quomodo medicinam commendauerint 934
Bachar contra fascinum efficax 662
Balnea lassitudinum pharmaca 230, æstus horum aceto in ore contento arcetur, 641. balnea thermarum ad morbo-

Digitized by Google

rum medelam efficacia 738. veterum balneorum magnificentia 222 balneum Mariæ quid vocent Chymistæ 248
Barbaris nullâ viuendi regula præscribenda 2
Batti silphium, prouerbium explicatum 301
Beatus quis secundum Automedonta 218
Been Arabum 336
Beer Wein Zu der Neustatt 115.
βελίνιον quid 352
Bellaria quæ 266
Bellonii liber de medicatis corporibus 510
Bellum Peloponesiacũ quãdo gestum 395, in Bello turpe veneno vti 361
Belzoim quid 302, ex Benaco lacu carpiones optimi 287
Beneuenutus Hierosolymitanus de oculorum morbis 32
Ben Iudæum quid 303, rob de Berberis 816
Bernhardus Heydelbergẽsis bombardarum magister 174
Bertholdia *Flerscheym* vxor scarificatione mortua 171.
Betonica renibus optima 193.
Bezehard Arabibus quid 597.
Bezoartica tragea 821, eius confectio 778
Bibendi tempus in febri 99
Bibliotheca Alexandrina septingẽtorum milliũ librorũ diues à Cæsare incensa 501 Constantinopolitana incendio cõbusta cum cxx. millibus librorum 560. Pergamensis à quibus condita, & quot librorum diues 501, Athenienſis à quo spoliata 499, Luculli Romæ omnibus studiosis patens 505, Io. Pici Mirandulæ triplicis linguæ libris ornata 504
Bibliothecæ Heydelbergẽsis instauratio ibid.
Bibliothecæ Romanæ tres 502. Galliarum regis Fõtanablii & Lutetiæ ad S. Victorem 504. Vaticana à militibus Caroli V. Cæsaris spoliata ibid. bibliothecarum præfecti Romæ Pontifices & Cæsares 503
Bidentes hostiç quç & vnde dictæ 297
Breune der feldtscherer 22, vnde sic dictus 3
Bilis atra caloris particeps 639. Hippocrati aqua appellata 769. Bilis cruditas Hippocrati quæ 681 Bilis atræ remediũ 802. Bilem educentes pilulæ 855
Bitumen ignis fomentum 737. Bituminis nidore deprenbedi epilepsiam 413.

Digitized by Google

413, Bituminosa omnia capiti infesta 481
Bæcklingen Germ: 285
Bolus ex Armenia quo vtũtur hodie, non tutus 78
Bombardæ vnde sic dictæ 512. à quibus inuentæ ibidem.
Bononiæ mulier meliceride quomodo liberata 167
Botia quid 887
Boues castrati cur maiora ferant cornua 40
Brabantinis matronis febris alba quæ 90
Brachii tremor in puerpe rio 878
Brachmanes ex phiala Tãtali bibere quando & cur soliti 9
Brasauolus Leoniceni discipulus 322
Brassicæ & vitis dissidium 136 brassicæ decocti semel ac iterum, diuersi effectus 332. brassica marina relipit salẽ 343
Brigken piscis 288
Britannica herba cui vsui bona 189
Britannicæ pestis causa 83
Βρόγχος 742
Bronchion arteriæ tussi eiectum phthisis indiciũ 45
Βρογχοκήλη quid 190, 196
Brutus Rom. consul quomodo a bulimo curatus 619. L. Brutꝰ patrẽ exuit, vt consulem agat 695
M. Bruti genius malus ei visus 654
Bubalorum sanguis cur nõ spissetur 630
Bubonis inguinum curatio 79. cum Bubone febris incidere solita 4. bubonum causa & situs 70
Βυλιμος vel βυλιμία quid & vnde sic dicatur 618. 919, βυλίμου definitio 611. & 617. causa 618.
Buxi ἀναισυμίαν capiti noxia 626

C

Cabala Iudæorũ quæ 388 nugis referta 390, quan diu durauerit 138. cabalam legere ante 21. annum nulli licuisse 394
Cachexiam iuuantia 814, morselli ad eandem 828
Cadauera occisa cur præsente occisore cruentent 174
Cadmus Milesius a Phœnicibus edoctus 477, quot libros de amatorio morbo cõposuerit 100
Cæca cranei fractura quæ 26
Cælii Rhod. error 610
Cæsaris Neapolitani & Francisci Caballi altercatio de virtute informatiua 61

in Iulium Cæsarem triumphantem scomma 40, calculus bestiis cum homine communis 719, eiusdem cum clysteribus cura 442. eiusdem in tantillis & pulmone curatio 718, generatio 756, in quibus partib. fiat 757, calculi diuretici remediũ 799, 851 solutiuũ 799. eiusdẽ in renib. contusio 804, emplastrũ 870. puluis 731, Calichut indiæ emporiũ quib. abũdet 308. calida in vstione prius quã frigida adhibẽda 514, Calidorũ vsus in cruditate 85, Calor naturalis primarius cõcoctionis artifex 20, 53 quib. reb. conseruetur 10, omniũ partiũ corporis maxime alimenti egens 609 calor extraneus putrefactionis causa 53, caloris definitio & diuisio 55, 56, causa & effectus 58. caloris cœlestis qualitas & vires 57. influentis natura & effectus 60. elemẽtalis substantia λιπομερισμὸς 56, Calorifica vigiliam non parere 111, Caluaria cerebri & sensus organorum cõclaue 26, Caluicies sterilitatis signũ 529, eius causa & quibus ac quãdo incipiat 530, κάμωλος φιλωνὺκάμωλος 540. Cancrena cur incurabilis 54. eisdẽ ex phlegmone vulneris ortę qualitas 16, fomentatio qua ex aqua fiat 175, Canes cur ab Ægyptiis adorati 712. canum industria vomitu se purgãdi 765, Canicula oriente cur feruescãt vina 57, caniculæ æst⁹ studiosis noxius 422 Canon liber Polycleti 428 Cãtharides vesicæ noxię 193 cãtharidũ rectus vsus 211 remedia 108. non temere hisce vtendum 209, Capillorum Veneris iulep 817. Caponũ iura cur ægre sublimentur 250, Capræ qua herba fascinentur 585. eryngio attonitæ redduntur 658, earum alexipharmacum aduersus tela intoxicata 491 Caput cur sacrũ dictũ 105 grauissimis omniũ morbis obnoxiũ 741, cur doleat mulieri menstruis suppressis 751, ad caput & stomachum electuariũ 840. ad capitis dolorem vnguẽtũ 865 capitis vertex matrici affectæ condolere 221, Caraxes 300 Carbunculus quib gentib. primum acciderit 188, eiusdem curatio, & quibus partib. erũpat 79, carbũculus verus Æthiop. amethystus 470. Cardialgiæ causæ 95, remedia 94. eiusdẽ & morbi virginei differentia ibid. cardialgiam nõ esse affectũ 53. Cardiogm⁹ quid 95. carduus cẽtũ capitũ quę herba 585. carduus *artichaut* dictus cui vsui viris ac fœminis sit 522. Caricorum plãtatio

tatio 570. Carinthiorum morbi peculiares 513 Carlinæ herbæ hiſtoria 587 Carmen epodium 141. Carneades ſcripturus aduerſus Zenonẽ qua purgatione vſus 582 Caro gallinacea quomodo coctu facilis fiat 675 ſuilla ac ceruina clauo æneo affixæ, putredinis immunes ibid carnẽ leporinã ad pulchritudinẽ cõferre 348 porcinã valẽtiſſime nutrire 292 Carolus V. Spiræ de morbo comitis Palatini conſultare iubet 200. Carotides arteriæ vnde ſic dictæ 42 Carpionis piſcis condiendi ratio 288 Cartaginenſium in Arabicũ ſinũ nauigatio 311 Cartilagines nunquam palpitant 879 Car° quid & vnde dict° 107 καρυεια qd 280 caryotides 335. Caſe° equinus 769. quomodo cõficiẽdus vt nũquã putreſcat 622, quib. hominibus proſit ibid Caſei laus per Langiũ 624 Caſta herba quæ 405 Io. Caſtnerus coxendicũ tabe mortuus 744. Caſus ex alto 834. Catalepſia quid 107 Cataphora quid ibid. Catapodiũ ex elleboro 581 καθαρτικῶν cõcoctio 563. Catarrhorũ generatio 264. Catarrhi hi capitis, morborũ fomes & origo 742. in Catarrho calido loch 845, in catarrho ſubtili loch 845, catarrhi, calidi ingroſſatiua decoctio 791. catarrhales pillulæ 858. Catheterus medicorũ lotio attrahẽdo inſtrumentũ 573, Catholicus ſyrupus 812. Catoblepta 312. Catochus quid 107. Catus Elicius conſul Rom. quib. vaſis vſus 119, Caulias quid 299. Cauſa coniũcta quę 65, 66. αἰτιωμένη ibi. 67. ab hac nullã medicationem fieri 66, cauſa cur tam pauci probi medici 953. cauſa ægritudinis curationis ſcopus & index 903 Cauſone affectis aurum linguæ impoſitum ſalutare 722. Cauſon hybernalis curatu facilior quam æſtiua 232. cauſonis curandi ſcopi quot & qui 124. in cura huius chirurgicorum error 37 ea laborantibus frigida non ſubducenda 87. huius ſpecies in exercitu Friderici comitis Palatini quæ 20, eiuſdẽ cauſa ib. vnde dicta 21. Cauſonis & linguæ cura perduntur quotãnis multa millia hominum 942. Cei populi caniculæ obſeruatores diligentiſſimi 478. Centaurei decoctum coadunare expertus Lãgius 759. Cephalalgia Gallica 159. eiuſdẽ medela 807, 917, huius ex ebrietate curatio 126. Cephalidum decoctum 790. rob de Ceraſis 816. κηρώτης vnde deductũ 118. Ceræ in emplaſtris vitium 710. eius

calore cor incendi 252.
Cerebri debilitatem inuantia 806.857
cerebri & cordis cõfortatiui morſelli 823
Cereuiſia neruis cerebroq; nócet 883. hac quib. abſtinendum 894.
Cerui cornua contra virus efficacia 118 aduerſus virulentum pabulum 490.
Ceruus naturam ſexus variare 376 horum ſanguis cur non ſpiſſatur 630 lachrymæ antidota contra venena 597
Ceruſa linguam ex pariſthmia exulcerari 199.
Ceterach 407
Chalcas augur 384.
Chalcographiæ vtilitas 506 inuentrix ibid.
χαλκώματα quæ & quando fieri cœpta 128
Chamelea virulenta 587.
Chamæleon ſolo aere veſcitur 609.
Chamæleontis radix qualis 586.
Characteres qui, & eorum poteſtas 146
Charadrii auiculæ vires aduerſus regiũ morbũ 659
Charadrii æmulus, prouetbium explicatum ibid.
Charyſti Euboeæ opp. lapidem venilem nasci 330
χάρμαδες ibid.
Chelidonium herba viſui inſtaurando ſalubris 489
Cheraldus interpres Auicennæ imperitus 481
Chiron chirurgiæ doctor 707
Chironomia quid 241
Chirurgia a quibus inuenta 15, eius encomium 707
Chirurgorum vulgus imperitum 3. horũ errores pernicioſi 939. eorũ præpoſtera curatio in cauſone 22, medicamenta in vulnere inflãmato vitioſa quæ 19, eorundẽ error in cranei fractura 940. inertia in curanda vulneris articulorũ phlegmone 941. delirum ſtudium in curanda lingua aduſta cauſone 942
χοιράδες quid 980, vnde dictæ 196 χοῖρος 204
Cholagoga medicamenta 567
Cholera ſanguini cõmixta cauſa cauſonis interna 21, ex Cholera morbos iuuantia 812
Choleram educẽtes pillulæ 857
Chriſtum magiam aboleuiſſe 139. pro diſcipulis oraſſe patrem ne à diabolo polliderentur 647
Chriſti manus *Vide* Manus
Chriſtophorus Kreſſ ciuitatis Nurnbergenſ orator, lithiacus 278
Chryſomela quæ 355
χυλὸς πλατάνου quid 275
Cibus medicinalis Arabibus

Digitized by Google

Bibus quid 275
Cibos certos cur nonnulli abhorreant 50, valentiores in cœna quam prandio esse debere 260, cibi fastidium cur ex mœrore gignatur 694, cibi sperma augentes 516, siccantes ibid. purgatorii 574
Cicadæ cur solo rore sustententur 609, harum copia pestis portentum 532
Cicero Roscii chironomam dicendo imitatus 241 eiusdem locus de triplici caloris differentia 59
Cichorii decoctum ad calidi tatẽ epatis & febres cholericas 793, eius flores ad solis ortum dehiscere 397
Ciconiarum ἀντιπελάργωσις 217
Cicuta quæ animalia vescantur 50 succus huius lethalis 370
Cinamomi aqua 788
Cinara sylvester scolymus 523
Cinctum quid 597
Cinis cancri morsibus rabiosi canis remedium 569
Cinnabaris Indica vera & salutaris 325, artificialis tantum Venetiis 324
Cinnus quid 279
Cissa, prægnantium morbus 354
Cissybium poculi quale genus 721
Citræ mulierum causæ 548,
Citreum pomum 352, huius vires contra venena 354
Ciuitas horto comparata 923
Claretum laxatiuum 709
Claudicantium causæ variæ 453
Cleopatræ vniones, & depositio cum Antonio 641
Clinice medicina quæ 233
Clinepala quid 538
Clysmatis vsus homini abibe monstratus 437, 488.
Clysterum confectio 884, hos ventriculum, hepar, mesareõ alere ac purgare 440 in calculo vtiles esse 203 ad eos infundendos quo instrumẽto veteres vsi 447
Cnebison quid Proclo 523
κοκίμηλα 353
Cœli, gloriæ ac potẽtiæ Dei veri indices 748, thema huius quid mathematicis 152, 153
Cœlestis caloris vires 57
Cœna prãdio longe vegetior 219
Cochlearum esus 918
Colici doloris causa 178, curatio cũ clystere 442, Colicis lupi stercus mederi 145, Colica Epidemialis in Italia 752; decoctũ ad hãc 796; ad colicam ventosam tragea 829
Colonienfia vasa pharmacopolis opportuna 119
Color μελανοδόχος ex hepatẽ affecto 614
color minii purpureus qua ex re fiat 324. color fucatus in puellis quomodo

Digitized by Google

deprehendi possit 345 Coloris bonitas in vultu causa 348 ex colore corporis quorum morborum indicia sumantur 46 colores temporũ quatuor anni 423 Columbæ quomodo pipionũ languẽtem stomachum excitẽt 118. Columellæ locus de muria expositus 114, Colũnæ miliares Romæquales 224 vnde dictæ ibid. ex Columnis Herculis in Arabum sinum nauigatio 310, κολυμβάπτης 287, κολυμβήθρα 227, Coma vel cataphora quid 107, eius species quot 108, Comitialem morbum curãs aqua 782, Conceptus signa 668 Cõciliatoris medicinæ problema de excrementis cholericis in quib. vrina nihil inflammatum indicet, discussum 565, Cõcionatorum culpa fiunt idololatriæ in Medicinis 947, Cõcoctio morborũ duplex 562, nõ in calore tãtũ, sed proprietate etiã constituta 622. præparatoria quibus perficiatur 562 Cõcubitus puellæ cicuta vescentis quã noxius 51. Conditura Veneta piscium qualis 424. Cõfectio lætificans 824 pectoralis 825. Confectio de pinnicati restaurantibus 825 κονισταλ& quid 238, Coniserium 234, Compotationis cõmoda 161, Compotandi quot & quæ obseruanda ibi. Consolidæ herbæ descriptio 756 Cõsolidatiuus in dysenteria syrupus 808, Cõsolidãs & incarnãs mundificatiuum emplastrũ 874 Consuetudo diætam præscribendo obseruanda 261 consuetudinis in cibis etiã toxicis efficacia 369 Constantinus Magnus quo signo Maxentium vicerit 147 Constitutio morborũ duplex 67, Continui solutionẽ in omni dolore esse 725 Cõtrariæ in eodem simplici qualitates 639, controuersia, vtrũ phlebotomia pharmaca præcedere debeat, in quib. morbis vtrumq; contigit, discussa 74. cõualescentiũ diæta 262 Cõuiuii descriptio 9. in conuiuio lætum esse oportet 264 silentiũ in eo vituperatur 917 conuiualis mensæ laus 919 Cõuiuas quales esse oporteat 919, 192, conuulsionis stomachi infantiũ ac puerorum curatio 690, Copus Basiliẽsis Franc. Galliæ Regis medicus 293, cor veterib. os ventriculi appellatũ 93. caloris infurnibulum, & vnde contemperetur 353, cordis debilis fométa 716, eiusdẽ sympathia cũ orficio vẽtriculi 751 cordis & cerebri confortatiuum 823 843, cordis palmus in puerperio 878. ad cordis tremorem remedium 825, 842, Cordialis aqua 786, corallina 343, corallinus syrupus 809, corallium cõtra fascinũ efficax 662 vbi crescat & eius vires 720

Corin-

Corinthiaca vasa quando primum fieri cœpta 122, Cornelii Celsi locus de cardiaca expositus 94, de pestilentiæ casu 80, ex Cornibus boum apud Pæonas pocula olim fieri solita 118, Corpus absq; anima infœliciter curatur 910, Corpora febribus obnoxia quæ 171, contra algores & æstus firma quomodo fieri solita 236, Corporis puellæ triennalem inediam, passiæ habitus & forma 616, Coryceum pars hypocausti 234, Corycomachia quid 242 Corybantes cur hedera coronari soliti 121, κοσμητικὴ quæ 72 Cossi vnde nascantur 63, Cossinus eques Roman cantharidib. datis mortuus 210 Cottonea mala contra virus valida 360,364, Coturnices Austro flante parũ volant 84, Crabronis origo 63, κράμβη quid 126, Cranei fractura vbi ichor sanguinis effluit, quomodo curanda 6. Cranei invertice cum matrice sympathia 751, Cranei fracti symptomatum causæ & curatio 27, ad Cranei contusa vulnera remedium 862, Crapulæ curatio per abstinentiam 53 Crapulam ingenium hebes facere 236,237, κρίμνα τόρτις 527, Cremor prisanæ quid 275, κρίνη 165, Crisis 164 eius vocabulum vnde in medicinam traductum ibid. eius definitio 770

Crocodili terrestres 326
κροτῶνες 184
Crudũ Hippocrati quid 681
Cruditate laborantium diæta 261
Crurum gracilitas ex inedia triennali 606
Chrystalli vires infrigidantes 717
chrystallina vasa 122. chrystalloidis humor depressior vel altior geminati visus causa 32
Cunicula herba quæ 490
Cultelli & alia ferramenta in stomacho rustici cuiusdam reperta 168
Curatio vulnerum contusionis & punctionis 35
Curetes vnde dicti 218
Cusc utæ syrupus 810
Cutis defœdationes mundificans vnguentum 868
Cutis quomodo in cæca cranei fructura incidenda 26
κυκεὼν quid Græcis 279
Cyrenaicus tractus salis ammoniaci copia nobilis 636
Cyrenaici laseris liquor 199

D

Dæmones sacrificio sanguinis humani delectari 193, 140,383. eorundem potestas exigua 373. colloquia quomodo cieantur 137 eorum in medicina fraudes 905
Dæmones mœrore quoscunque superant aggredi 646, visibiles in motib.

Islandiæ 737, quib. hominibus nocere possint 648
quos timeant ibid.
Dæmonum habitaculum vbi 644, 651
Dæmoniaci morbi causa 653
curatio 654
Damascus medicis sanctis clara 496
Damocratis locus de virulenti vulneris causa 77, de phlegmone vulnerum & eius accidentibus versus 16
Daniæ morbus *Scherbock* vbi olim sæuierit 188
Danorum morbi peculiares 553 contra morbũ *Scherbock* 554
Dardani magi libri a Democrito eruti ac commentario illustrati 139, quando reperti 395, 396
δελφὺς testiculi tunica 515
David septuagenarius puella in somno vsus ob cõcoctionem stomachi 52, ob eius præuaricationẽ quot millia hominum perierint 82
Decocta quomodo conficiãtur 794
Decoctio ptisanę quomodo fiat 274
Deglutitionis impeditæ causa, & cur dorsi decussio iuuet, 689.
δείκτης 217
ad Deliquium animi 843
Dehrii in phlegmone vulnerum ortí causa 16, & 17
Delphaces 293
Demetrius Cydonius mellis odore in vitam productus 258
Democritus quando libros Dardani magicos reperit 395. multa medicinæ secreta Hippocrati impertitus 479 qua de re à Theophrasto præcipue laudatus 713
Dentes elephantium inueniendi ratio 571
Dentes sentire & apostemate affici 285. cur hydrargyri suffitu vacillent 190, horũ dolori cõducẽs decoctũ 791 vnguentum 866
δέρις liber Alchimiæ 244
Destringere quid 237
Deum verum nullis humanis sacrificiis delectari 703
Dei flagellatria, & quæ 82
Dexippus Hippocratis discipulus ab Erasistrato reprehensus 87
Diaboli mares fœminis cohærere vt canes facientis historiã 655
Diaboli nuper Romæ cura mulierib. his correptis per Episcopos & sacerdotes eiici nequiuerint 649 an in corpora Christo nato potestatem habeant 645
Diachylonis cõpositio 895
Diacarthami syrmæsmus 880
Diæta & pharmaca auxiliares manus naturæ 53
διαιτηταὶ veteribus Homeri medicis parum exculta 233
Diagnostica medicinę nobilior pars 352. 533

Dia-

Digitized by Google

Diamanna 836
Διαπνοαι 257
Διαφωνια medicorum, ignorantiæ argumentum 110
Diarrhœę causa cõiũcta quę 66, huius remedium 850
Διαθεσεις quæ 22 Διαθεσις morbi 66. propria Galeno quæ 67
Diaturbit in rotulis 835
Dictamum vulgare esse pœoniam 406
Dies quandoque parens quãdoq; nouerca, prouerbium 212.
Diei naturalis tempora quatuor, sicut & anni 259, dies nefasti qui veteribus 161
Dies halcyonii 766. Dies purificationis cur plures pro mare edito quam pro fœmina, lege edixerit Moyses 542
Dierum crisεos diuisio 771 causa 772
Didymus Chirurgie quid 526
Digestio prima seu naturalis quæ 50 præparatoria & eius vsus 54. & 769 nõ syruporum sed naturæ opus 54,
Digitus medius complicatus senarii numerii index Ægyptiis 719
Diocletianus omnes Chymicæ libros cremauit 243
Diodoro Grammatico ientaculum a Galeno ad sanitatem quale proscriptũ 261
Diogenes oraculo admonit' vt amorem filio indulgeret 102
Diomedis socii quomodo mutati in aues 374
Dionysius tyrannus caro seu cathocho affectus 108
Dionysius Areopagita de eclipti passionis Christi 151.
Dioscorides quas vocet prophetas 135, indica: cinnabaris nescius Dioscoridis locus de myrobalanis explicatus 325. Dioscoridem bis idem simplex sæpe describere 487
Διοφθος 334
Distillatio per descẽsum quæ 250 in Distillatione per ignis calorem quib. lignis vtendum 247
Diuinatores ex astris sæpius mendaces 153
Diureticum decoctum in calculo 799
Dolor quid 177 huius primæ & vniuersæ causæ quæ 199 cur nocte grauiores fiant 186 187.
C. Domitii lex de mulieribus dote mulctandis ob vinũ bibitum 728
Donaria D. Sempronii sunt subligaria 951
Dorichnion planta vnde tic dicta 361
Dormire qui diutius debeãt ob valetudinem 261
Δρυος 257
Dorsi decussio, ægre deglutientibus auxiliaris 688 ad Dorsi dolorem vnguen-

Digitized by Google

tum 867
Dracunculus morbus qualis & quibus populis peculiaris 685
Druſus Rom. elleboro ab epilepſia curatus 409
Druydes Gallorum magi 137
Druydum religio ab Auguſto Romæ prohibita 138. ſacrificia humanis victimis à Tiberio ſublata 384
Duracina Perſica 353
Dyſenteria nuper in Vngaria 6
in Dyſenteria decoctum ſolutiuum 797
ad Dyſenteriam remedium 850. iulep 818. puluis 829, tragea 830, ſyrupus conſolidatiuus 808
Dyſpnœæ cauſa in menſium retentione & hydrope 90.

E

Eboris limaturæ puluis 828
Ebrietas prolificationi contraria 537
Ebrietatis curandæ ratio 125
de Ebuli ſucco emplaſtrum 870 vnguentum 866, 867.
Ebur verum dentes elephantis 571
ἐκ βιβλίου κυδιρήτης prouerb. 47
Io. Echtius Principis Iuliacēſ. medicus 535
Educationis liberorum in Republica neceſſitas 923, & 931
Educatio mala principum 925, 926.
Educatio Perſarum in regiis pueris 925, 931
Effectuum varietatem ex vna cauſa pendere à materia 566.
Effigies animalium in petris vnde fiat 63
Eingeborne vires 118
Elaterii pillulæ 859
Eleazarus coram Veſpaſiano dæmones eiecit 169. eiuſdem exorciſmus 648
Electri ſuffumigium Germanis noxium & cur 414
Electuarium cordiale Langii auro compenſandum 880.
Electuarium diamargariti quibus gemmis cōſtet 719 cur eo Langius vti nunquam voluerit 723
Electuaria ſolutiua 852. Electuarii ad aſthma compoſitio 754. Electuarii lithontropi compoſitio 761
Electuaria quomodo conficiantur 852
Elleborina hiſtoria 583 Elleborina Galeno quæ 409
Elleborum venenum 363 quæ animalia eo veſcantur 50.
Elleborum officinarum quale 581
Elleborum minus vbi creſcat 408
Ellebori nigri radices equorum

rum Orthopnœę ſalutares 579
Ellebori nigri veri loco, quid vſurpet Langius 410
Ellebori ordei ex ſeſamoide præparatio 582 de Ellebori ſucco pillulæ 860, 861
Elementalis calor quid 56
Eleotheſium 234
Elephantiaſis cura vnde incipienda 74, difficilis 54, olim Ægyptiis peculiaris 198
Elephantiaſis Græcorum eadem cum lepra Arabum 555.
Elgazcaria herba 586
Elpenoris anima apud Homerum Vlyſſem de ſepultura compellat 650
Embryonis ſeu fœtus principium 547, vnde alatur in vtero ibid.
ἔμφυτος θερμὸν 58
Empirici latronibus peiores 130
Emplaſtra medicamẽtis ſexui & ætati conuenientibus cõponenda 419. ἔνσαρκα ſalutaria ibid. barbara ibid. Emplaſtrum ex cochlearum viſcoſitate 918. Emplaſtrum caloriſicum, 872 extractiuum 876, molliſicatiuum 872. ſomniferum 870
Emplaſtrum ex ficubus contra apoſtema peſtilẽs, Ezechiæ à Deo monſtratum 596
Emplaſtrorum conficiendorum ratio 869
Emplaſtra enæma quibus debeantur vulneribus 708.
ἐμπαῦσις quid 654
ἐμπύρευμα quid 248
Enæmatum vſus apud antiquos frequentiſſimus 439.
ἐναναίζημα vrinæ quid 680
τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα medicinæ therapeuticæ problema 459.460
Endemii morbi qui 553
Endiuiæ ſyrupus 811
Epar purgantia 810
ad Epatis caliditatẽ cichorii decoctum 793.
Epatis confortatiuum 843
Epatis oppilationẽ iuuãtia 810, 814, 849, 850. & 862, ad Epatis oppilationẽ morſelli 828
Epaticæ aquæ 789
Ephebeum quid 234
ἐφηλὶς 72
Ephemeræ febris cauſæ ac ſpecies quæ 599
Ephemerides, quæ hodie conueniant 162. Ephemeridũ dictiones de morbis vanæ 157
Ephemeridarii diuinatores ridiculi 154
Epicurus Democriti aſſectator 484
Epidemii morbi qui 553
Epidermis 525
Epididymis ibid.
ἐπιδέξιαι quæ 727
Epiglottidis officium ſeu vſus 691. eius deſcriptio 693

Digitized by Google

Epilepsia cur sacer morbus dictus 105. eius causa ibid. remedium miserabile 104
Epilepsia quomodo ex sāguinis putredine generet 630 eius remedia magica ex sanguine humano 629. Epilepsiæ remedium 822, 839, & 856, epilepsiæ conducens decoctum 791 ad epilepsiam puluis 838. Epileptica aquæ confectio 781, epilepticus puluis 821 epileptici morselli 822
Epileptico quæ vitanda 414
Epileptici quomodo deprehendantur 412. sæpe melancholici 212
Epipactis Plinio herba quæ 583,
Epithema ad cor roborandum 880
ἐπωδὴ quid 140
ἐπῳδὸς ibid.
ἐπῳδὴ magię species 705
Epuloticum Langii 902
Equappium 589
Eques quidam in Noricum nouoforo ictu lapidis in tẽporibus mortuus 42
Equi prasini qui 422
Equorum tussis curatio 641, orthopnœæ 579
Equitatio diuturna fœcunditati contraria 538
Equicoli cur strumis ac broncho celis obnoxii 890
Erasmi error 428
Erasistratus anatomiæ viuorum studiosissimus 15
Ergasime quid 303
ἐρυσίπελας crater qualis 327
Erophilus quid vocet pharmacum 10,
ἔρως vnde dictus 100
Eroticus siue amatorius morbus adolescentium 101.
Erroris ingenua confessio magnis ingeniis conueniens 14,
Erucæ ex quibus & quando maxime nascantur 63, & 449. Erucas euincendi ratio. 451
Eructationis causa 743
Eryngii historia 585
Erysipelas quid 132, & 244, quas partes corporis obtideat 132, eius appellationes ibidem ratio ibidem. empiricis incoguita 4. remedia eadem quæ sirialis 254,
Erythrodani poculum ictericis vtilissimum 123
Esculenta virulenta quę 93
ἐσία 687
Etos quid 984
Euacuatio duplex 770. minoratiuæ quæ 75
Euax rex Arabum libros de simplic. medic. Neroni obtulit 401
Eucharius *Rosenbader* ex *Weissenburg* 168
Euchetarum hæreticorum parricidia & adulteria 384
Eudemus Chius elleboro vescia assuetus 51
εὐεξία quid 233
εὐιατροὶ chirurgi 453

Eupa-

Eupatorium hepati amicum 193
Euphorbium à quo ſic dictũ 307. Euphorbii puluis 820
Εὐπάτεια contra bulimũ cur Galen. & alii ſcripſerint 618
Εὐπατὶς vrbs Tarteſſi inſ. 313.
Euxinum mare cur potabile 112.
Exanthema rubeum pro erysipelate curati ab ignaris chirurgis 4
Exanthemata faciei quando aperire vel intacta relinquere bonum ſit 72
Exanthematum cauſa 68
Excrementa vitali quoq; ſpiritu participare, ex Ariſtot. 64. Excrementa certiſſimum ſuarum partium diſpoſitionis indicium 463,
Excrementorum in ſuccis tria genera 69
Ex libro nauta, adagium Galeni 935
Exorciſmi inuentio Salomoni tributa 149. ipſi a Deo datur 647
Ezechiæ vita quomodo prorogata 433,496

F

Fabricii Rom. frugalitas in vaſis 122
Factiones colorum Romæ quæ 394
Facultas imaginaria ſeu effectrix quæ 698
Fames quid, & eius cauſa 607 hyeme cur maior quam æſtate 617 eius remedia 620 canina quæ 617. eiuſdemque remedia 977. *Die Farende ſchuler* 141
Faſcinus quid 656. eius cauſa 661. remedia ibid.
Faſcinus per oculos 660 per linguam 661. ex inuidia ibid.
Faſcinatis quę auxilia dent magici medici 141
Faſti dies qui 161
Fatum duplex 427
Faucium compoſitio 688. 690.
Fauſtina Antonini Pii filia quo remedio amore liberata 103
Febris ardens non curanda vt peſtis 593. ephemera ex mœrore 694. lẽticula quãdo in Italia orta 360.
Febris alba quæ & à quibus ſic vocata 90
Febris in inflammatione muſculi epigaſtrii quæ cauſa 17
Febris quartanæ encomium à quo ſcriptum 211
Febris τυφώδης quæ 85
Febricitantes non omnino ſiti affligendi 78 in Febre Britãnica vires potu refocillari 89. in continua cut pharmaco vtentes diebus paribus minus purgentur, & contra 159. in interpolata non diutius frigidæ potu vtendum 172. tempore etiam paroxyſmi potum concedi 88

Digitized by Google

in Febre synocha non obseruanda luna ad venæ sectionem 155
Febres ex quibus qualitatibus oriantur 84
Febrium diuisio ibid.
Febrium putridarum diuisio 599. in febribus continuis ac putridis ex obstructione venæ sectio saluberrima 767
Febrilis fetuor, vrtica cõtusa arteriis metacarpii apposita, sedatus 640. item aceto fronti illito 641
in Febrilibus morbis vrinę signa valere 47, & 49. pestilentiæ casus seruandus 80. medicamenta purgantia melius circa initiũ morbi dari 171, ptisana optima quæ 276
Febrem cholericam iuuantia 817. Febrem colicam continuam iuuantia 814
ad Febricitantium caloré vnguentum 866
Iectitatio quid 878
Ferdinandus Castiliæ rex nouarum insularum repertor 307
Ferdinandus Rom. rex puellam inediam patientẽ ob seruari iubet 606
Feruoris thermarum causa 731
Festum Azymorum a quo institutum, & cur 269 Festum bulimi apud Græcos quale 618
Festucæ nigræ in vrina & emplastris vlcerum, signum putredinis carioſę 710
Fibræ causa congelationis sanguinis 630
Ficus folia nauigationis tempestiuæ indicium 591
vapor gallinas appensas cocta faciliores efficit 657
in Fistula apostema quando fiat 893, a Langio curatum 898
Flores ortum occasumq; sequentes qui 569
Fluxus cerebralis quid 743
Fluxuum in morbis concoctio 563
Fluxus ventris & stomachi remedium 809
Fœcunditatis signa 219 ad Fœcunditatem quę requirantur 537
Fœminæ frigidiores masculis 614 Fœminas a iuuenibus, masculos a senib. sæpius gigni, & cur 528
Fœtus materni desiderii notis insignitur 911, Fœtũ in vtero moueri, matrice agitata, falsa opinio 33
Fœtus in vtero mortuus frustillatim eiectus 671
Fœtus in vtero mortui signa 668, causæ 669
Fons in Germania cuius potatoribus dentes deciḑebant 194, Fontes acidi quibus prosint 891.
Fontium tubuli qua ex materia salubriores 199
Formatiua virtus, animæ vegetatri-

Digitized by Google

getatricis spiritus 65 eiusdem sedes & effectus 39
Formicæ prudentia 612 sagacitas 765
Fossores mineralium quomodo vaporem noxium vitare debeant 193
Fracastorius de febre lenticula 560
Francisci Caballi & Cæs. Neapolitani altercatio de virtute informatiua 61
Franciscani cur nudipedales eant 539
Fraxinus venenis medetur 151
Frictio pecum cur somnum inducat 697
Frictiones sudoriferæ quibus morbis vtiles 53
Fridericus comes Palatinus, dux contra Turcas 20 nephritide correptus 200 in Friderici ducis Saxoniæ corpore tres iustæ molis lapides reperti 756
Frigidæ opportune datæ vtilitas 87
Fructus laxatiuos in horto plantandi ratio 576
Fucus ex hydrargyro perniciosus 194
in pago *Fugenstal* quæ mirãda euenerint in agricola quodam 168
Fullonibus quis vrinæ vsus sit 124
Fulmen cur diuinum veterib. appellatum 634
Funambuli in Schlesia vires musculi temporalis 41
Fũgi in fracturis cranei quales 30. Signum affectæ menyngis 44
Fures pomorum quomodo deprehendendi 211
Fuscedo qualis morbus 22

G

Gagatis lapidis descriptio 412
Galbanum quomodo fœcunditatis vel contra indicium 221
Galenus sub quibus imp. Romæ vixerit 424. curandis gladiatorib. Pergami præfectus 43. ab Auerrhoe & Auicenna de morbi causa reprehensus 176. ab eadem reprehensione vindicatus 178. aduersus Aristotelem oppugnatus ac reprehensus 252. quomodo vlcus cacoethes curauerit 74, quibus Cantharidum partib. vsus 210. quot & quos conscripserit libros 460. vbi fateatur animæ substantiam ignorare 55 Galeni ætas & victus ratio 460. peregrinatio in Cyprum cur suscepta. in Lyciam & Cœlosyriam gagatis lapidis causa 306 eiuidem & Plutarchi sentẽtiæ de Homeri medicina contrariæ 233 locus ex XII. Methodi explicatus 171. itẽ ex primo de locis affect. 32. 30. de Germanorum moribus in

Digitized by Google

educandis infantibus 2. de causa coniuncta 66. de cura ischiadicæ 74, de causis dispnœæ 92, de criticis diebus ad lunæ motum referendis 158. de ossium influxu 185, de clysteribus colicorum 446. de lege Adrastiæ 428. de Veneris ac Prasinis equis 423. de mulierib hystericis dubius 97. alius obscutus de aqua niuis 129
Galeni ex Paulo Ægineta contradictio 757, locus de syrmaismo correctus 714 opinio de proprietate rerũ occulta, confutatur 568. libri in bibliotheca Romana incensi 502. plerique à Latinis desiderati 481
Galeno aquæ hordei præparatio ignota 276
Galenum causam effectus helenii subticuisse 365
Galguli auiculæ vis aduersus morbum regium 619
Galliæ fontes a Iudæis infecti 386
Gallici morbi symptomata 182
Ad Gallicum iulep 817
pillulæ 855
Gallus quidam nobilis Bononię canthàridibus sumptis cruciatus, & à Langio curatus 208
Galli & Hispani quod bella armis non veneno gerant, laudari 362
gallorum toxica venatoria ibid.
gallorum monomachia 241
gallinarum ossa aurum absumere 716
Gardenschc 286
Garus quid, & eius præparatio 282, Hæmaticus 284
gaspar *Kegeler* Lypseus doct. 579
gatis fluuius 412
Gemellorum in Austria mira proprietas 144
Gemmarum vt aliorum pharmacorũ triplices vires 717
eorum affectuum in morbis causæ quo referẽdæ 718
Gemmarum mãgones vitandi 723
Gemursa morbus iam etiam nomine obliteratus 556
Genetliacorum fundamẽtum euertit Porphyrius 153
Genitalia ob humorum affluxũ putredini obnoxia 896
Gentiana a quo dicta 307
Gentilis medicus, calculi vomitu electi oculatus testis 759
Georgius Brãdeburgens. Zostere correptus ac mortuus 133
Georgius Wirth medicus, Lãgii consobrinus 172
Geraldus medicus Langii amicus 323
Germani corporis & ingenii viribus Græcis non impares 2. Iudæis & Agyrtis nimium credentes 389

Ger-

Digitized by Google

Germanorum veterũ mos, infantes Rheno mergendi 230. ſiligo, an veterum typhe ſeu olyra 268
Germanis cur Galen. præcepta de ſanitate non ſcripſerit 1, & 2
Germania nouis morbis cur tam fœcunda 551
in Germania locuſtarum plaga quando & cur 449
οἱ γέροντες ὀδὸς πιοῦσι prouerb. 263
Γηροκομικὸν medicinę pars quę 434
D. Geryon Seilerus medicus Auguſtanus 673
ad Gingiuarum dolorem vnguentum 866
Glans vnguentaria 335
Glandis nomine oēs arborum fructus eſculenti dicti 336, Glandulæ quid 742
Glādes & naphtas quid digerat 893
Glebæ vulnera conſolidantes 420
Glicerifæ radix ad quid vtilis 994
Glidſüchtwaſſer morbus 5 & 19
Glires cur ſomnolenti 108
Glockfeur Germ 133
Γλῶσσ' ἄφορον σημαίνει aphoriſm. 46.
Glycirides herba quæ 405
Gnoſtorum adulteria & patricidia
Γόητες 184
Goetia magiæ ſpecies & quæ 139. circa quæ verſetur 702
Golthenlin auicula 761
Gonorrhœa quid & quotuplex 515. non veri ſeminis fluxio 518. mulieribus curatu difficilis ibid.
Gonorrhœę vtriuſque curatio 516, & 519. Galliæ remediũ 521
Gordiani Imperatoris indoles mitiſſima 503
Gorillæ mulieres hirſutæ 312
Græci ac Rom. quib. bombardis vſi 512
Græcorũ bibliothecæ 501 diſciplinæ à Barbaris acceptæ 477, a Turca diſſipatæ 480
Græci in feſtis etiam pane azymo vſi 272, eorum mos in vngendis corporib. poſt balneum 342. ciuitates ſuum quaſq; chirurgum habuiſſe 43
Granati Hiſpaniæ balneum Mauritaniæ regum 223
Granati vulgares, rubinorum ſpecies purgandi 721
Griphos non diſſoluentium pœna 113, 917
Griphus Theognidis a Lãgio in menſa Principis Palat. propoſitus 113
Grumi ſanguinis cõcreti quo modo Guaiaci decocto ad morbum Gallicum ſal non ſubducendus 634
Guaiacum lignum opera Portugalliæ regum inuentum 308, ex Guaiaco ligno pocula laudata 121
Guilelmus Raſcalonus Gallus 570,

Gula quid 688, eius cõpoſitio 689
Guttur quid 688
Gygas Apollinis templi ex auro & argento ornator 122
Gymniſtarum officium 235
Gymnaſtica: a quo primum conſcripta 233

H.

Hæmorragia ex ſcarificatione inſedata 175. Vlyſſis carmine ſedata 705, ad hæmorragiam ſiſtendam 833
Halamachaidini Arabibus quid 685
Halcyonis auis induſtria 765
Hali rex quomodo ab ictero ſanatus 597
Halicacabus ſuccus toxicatus & remedia 361, 362
Hannonis Carthaginenſis in Arabicũ ſinum nauigatio 309
Harmonia corporis diſſoluta, doloris cauſa 177
D. Harmannus Palat. Cancellarius 688
Hecticorum reſtauratiuũ 844
Hederæ vires 11
Hederæ terreſtris ſyrupus ſymplex 808
Heydelbergenſis Academiæ inſtauratio 504
Helenium 366. ſerpentibus infeſtum 478
Helias profugus ab Iezabele diuinitus nutritus 606
Helidis quæ cum Æthiope concubuerat nepos ex filia demum Æthiopis natus 38
Heliotropium herba ſolis pediſſequa 57
Hemionitis Dioſcoridis 407
Hepar rerum Venereatũ ſubiectum 101, ſcyrrhis obnoxium 171. Hepate affecto hominem poſſe diu ſine alimento viuere 614
hepatis & cordis emunctoria quæ 79
Hera Cappadox medicus 249
Heraclitu dictum celebre de aere 610
Herba Britannica cui vſui ſit & vnde ſic dicta, Dioſcoridi quæ 664
herbæ horoſcoporum quæ 397 contra veneficia validæ 144
herbarum inuentores 307 primi deſcriptores 357 cognitio ex pictura incerta 402. Herbarũ varia nomina cauſa, cur quales veteribꝰ fuerint ignoretur hodie 483. herbarũ cognitio quã neceſſaria 933, herbarum imperiti pharmacopolæ 937, herbarum ſuperſtitioſa conſecratio 948
Hercynia ſylua erucarum copia depaſta 447
Herinaceorũ arma naturalia aduerſus canes 486
Hermetis propoſitio falſa 155
Herodes phthiriaſi, mortuus 684
Herophilum anatomias viuorum hominũ ſæpe feciſſe 15

Heroum

Digitized by Google

Heroum conuiuia ab Homero celebrata 9
Herpes esthiomenos quid 254
Hesperidum mala in fabulis quæ 355
de Hiera pillulę 856
Hieroglyphicæ Ægyptiorum literæ 146
Hieronymus Eustochio virgini cur vini vsum concesserit 728
Hierosolymis seditio tempore Tiberii & clades quanta 321
Hippocrates quo tẽpore medicinam professus 93, & 396, vnde maximam partem medicinæ, suæ didicerit 233. quibus cantharidum partibus vsus sit 210 ignorantiam suam confessus 14, Hippocratis & Auicennæ conciliatio in hysstericarũ mulierũ cura 98
Hippocratis sancta contra Goetiam verba 141, methodus in curando calculo exposita 444, aphorismus libri primi *Concocta medicari* expositus 49, & 71 vndecimus 88, vigesimus 69 libri tertii sextus 84, libri quarti trigesimus secũdus 172. libri VII. quinquagesimus quartus 206. eiusdẽ alii loci explicati de signis digestionis 54, de frigidæ potu 85, & 88
de morbis virginum 191
de mulieribus hysstericis 96
de diebus criticicis 159.
de morbis quot sint vlcera 179. de quartanæ vtilitate 211, 212. de suilla carne 293
Hippocrates cur breuitate in scriptis vsus 479. fallere ac falli nescius 529. accersitus in Macedoniam ad Perdicam regem 724 ab Athenienssib. ciuitate & Phytanei alimentis donatus 498
Hippocratis libri in bibliotheca Alexandrina seruati 501. aphorismus libri V. de sympathia intestini recti & matricis expositus 751
nonus libri II. de digest. præparatoria 768. locus de voluulo explicatus 557
de sudore frigido 602, de morbis & vlceribus 725
alius de purgatione naturali per crisim 769. ex libro secundo de articulis correctus 714
Hippocrati honores diuini ob Illyriam pestilenti aere purgatam decreti 478.
Hippocrati & Critobolo diuini honores decreti 953
Hippopotami Nili piscis descriptio 489, industria in euacuando ie venæ sectione 765
Hipposelinum Theophrasto quid 588, 589

Hircini pedoris adoleſcentiũ cauſa 520
Hirundinum alexipharmacũ contra viſus læſionem 489
Homerus Magiæ peritus 383
Homeri locus Odyſ. 3. explicatus 294. item alius de veſtibus Vlyſſis flumine, nõ mari abluendis 129, de Ioue ad epulas ab Æthiopib. inuitato 57. eiuſdem locus de appio equorum pabulo explicatus 579
Homicidarum intuitus atrox 385
Homines cur πολυκελαινέφες vocet Homerus 41
Homines in feras beſtias mutati vitiis 375 de Hominum in iumẽta & lupos transformatione ex D. Auguſtino 373
Hominum genus vnde ortum 54
Horarum indicium ex qua herba fiat 397
Hordei decoctum quomodo conficiendum 883, 897,
Horleſzberg 651
Horoſcopi qui 397
Hoſtanes magus 384, 704
ad humores aduſtos infuſio 805.
Humores ſecũdæ digeſtionis ſalſi 215
Humorum digeſtio omnibus membris triplex 50
in morborũ cura medico plurimum obſeruanda 52
eorundem in articulis vulgatis influxus cauſa 20
Humores omnes ex vno quolibet alimento produci 565
Humorum digeſtio duplex 769
Humidum pingue genuinum ignis pabulum 735
Hydragoga medicamenta 567
Hydrargyri proprietas 191
ſubſtantia & ſuffitus quam pernicioſa corpori ibid.
Hydrargyri vis oleum & aquam abſorbendi 747
Hydrargyriũ ſtrumas proritate ſolet 889
Hydrocele quid, eius cauſæ, & quibus contingat 214
Hydrops ad matulam quid 45
Hydrops ex quartana male curata 272
Hydrops potu fontis aquæ & mariſcis apertis curata 550
Hydropis cura cum ſale quam Hippocrates tradidit, a Langio experientia probata 15
Hydropis ſpecies duæ, & quæ 313 vtriuſque accidentia & ſigna 214
Hydropem iuuantia 794, 850, 859, 862, Hydropem aſciten iuuantia 795
ad hydropem morſelli 817
puluis laxatiuus 836
Hydropicorum vrina cur rubra 681
Hyeme plus comedendum & metacius bibendum 258 260

Digitized by Google

Hypæthræ quæ 235
Hypericonis oleum 953
Hypoglottides pillulæ 948
Hypocauſta veterum quæ & vnde dicta 225. eorum forma & materia 238. vaſa & & ſtructura 225
Hypoſarca affecti cur palleſcant 348
in Hypoſarca electuarium 854
Hyſteria Argiuorum feſta 295
Hyſtericarum mulierum ſubito concidentium ſigna & curatio. 96

I

D. Iacobus Damaſci medicus 496
de Iacyntho electuarium 820
Iaſon cur à poetis in Colchos iuiſſe fictus 244
Iaſpidis viridis vires 718
Ibis Ægyptia volucris Ciconiæ ſimilis 488, clyſtere ſe purgat 765
ἰχὼρ πτυγώδης qualis 19, & 941
Ictericia aurigo lapide bezohartico curata 597
Ictericis pocula ſalubria 123
Ictericiam iuuantia 814
Iecur cur lõge à cerebro creatum 101
ἴερεως ſus vnde dicta 296
IESV nominis inuocatio alexipharmacum contra Dæmones 654
Ignis ſacer 131
ex Igne nullum animal produci 562
Ignis in viſceribus terræ qualis 732. perpetuus in ſacrific. 733
Ignis ſubterranei fomẽta 734
Græci compoſitio 512. auctor 737
Ignorantia ſuperbię mixta vitium ineluibile 12, & 13 celata cauſa deprauationis medicinæ 13. Ignorantia nihil doctius aut audacius 163
Incantatio quid 140. Incantationes prætextu medicinæ fiunt 947
Incarnãs & conſolidans mundificatiuum emplaſtrum 874
Indorum reges ex magorum collegio eligi ſoliti 700
Inediæ cauſa 608. Inediã quæ corpora facilius ferant 609
Inediam quo medicamẽto quidam ſibi pararit 559.
Infantulorum Germaniæ educatio agreſtis 2
Inflammatio vulnerũm quoto die fieri ſolita 17
Infuſiones quomodo cõficiantur 804
Inſecta calore cœleſti reuiuiſcere 56
Inſomnii noctu ambulantium cauſa 696
Inteſtinorum vulneratorum indicia 45

Digitized by Google

Inteſtini recti & matricis ſympathia 751
Inteſtina cur variciformia creata. 527
Inuentoribus rerum honores diuini pro præmiis dati 497
Inuidia quid 661
Ioánis Capnionis triplicis linguæ culminis, mors 379
Ioannes Garocolla 113
Ioannes Caſtnerus oſſis ſacri putredine mortuus 185
Ioannes ab Eſtenſiet balneator 168
Ioannes Magebuchius doctor medicus 278
Ioan. Sala Iureconſultus Brixianus 387
Ioan. Scutz doctor medic. 278
Iobola animalia quæ 77
Ioché medicus Ægyptius ,pgnoſticorum peritiſſimus 478
Iocus in dictione ἀδιάφορον 29
Ionum horrẽda ſacrificia annua 703
Ioſephi locus de Moſe, an magiæ fuerit initiatus 149
Iouis Lycæi myſticum ſacrificium 374
Iphigeniæ immolatio nõ ficta 384
Iſchiadicæ cur vnde incipienda 74
Iſis medicamentorum inuentrix 498
Itali cuiuſdam funambuli robur geſtãda trabe ſub mẽto 41
Italia locuſtarum plaga tacta 448
Itria quid 891
Iudæi abſtemii 127. cur à ſuilla abſtineant. vnde magiam ſuam habuerint 921, 188. Iudæi ob infanticidium Tridenti combuſti 386. Venetiis 387, LXXII. Pariſiis 386. Iudæi occidunt Chriſtianos impune 945, 946
Iudæorum ſex ſola ſuperſtes 392, libri ſuperſtitioſis nugis referti 390, Iudęos incantationib curare morbos 10. Iudæorum ne fanda flagitia 903. 935
Iudas Macchabæus quo ſignaculo Antiochũ vicerit 147
Iuiubæ Arabum quæ 339. iuiubas pectoris ac veſicæ morbis prodeſſe 340.
iulep quomodo conficiantur 814
Iulius viator Rom. ex aquæ intercutis morbo abſtemius factus 88
iuglandis vmbra capiti noxia 626
Io. Iulianus de Forliuio Gentili calculum vomitu ejectum mittit 759.
Iuriſconſulti medicorum iudicio in pleriſq; cauſis ſubditi 25, & 929.
Iuriſprudentiæ encomium 921.
ius album quid, & eius præparatio 280 nigrum 281
iuſtam Boethii vxorem ſaltatoris

Digitized by Google

toris amore languentem quomodo deprehenderit Galenus 102
ἰυγὸς auis descriptio 762. 763 quo nomine vulgo Germanice appelletur 764

K

der fieber Kuche 172
in *Kyrloch* pago omnes fere claudi 453

L

Lacca gummi obœsitatis remedium 226
Lacca vera 474
Lacedæmonum ceroma quid 230
Lacedæmonum lex de sobrietate virorum proli studentium 537
Lachryma ceruorum quæ, & eius vsus 597
Lactica febricula Arabibus quæ 681
Lactuca cur olim extremæ mensæ apponebatur ac hodie primæ 112. Lactuca vtentes assidua, imbecilles ad Venerem 538
Lætificans confectio 824. Lætificans contra melãcholiam 840
Lampetra vnde dicta. vino Cretico submersa sapidior 384
Lampsacum opp. 425
Langius obœsus 326. in castris comitis Palatini Friderici meret 20. in conuiuio principum Palat. gryphum proponit 112. in Augustanis comitiis 41. Heydelbergæ Othenricum principẽ sanat 134 Mirandulę principem Ioan. Franciscum pium alloquitur 579 Romę ἀδαπλίσια trepana videt 29. Spirã ad consultandum de morbo comitis vocatur 200 Venetiis ad Fistulæ hospitium diuercitur 282 in pestis lue, multos iam conclamatos curat 81
Langii natale oppidum 267. & 549. præceptor in re medica 208. auia ad c x. vitæ annum mortua 435 consilia nondum edita 20. fasti xii. mensium Rom. 162. eiusdem in curatione hysstericarum consilium 98. colloquium cum Leoniceno Ferrariæ 61. cum Geraldo medico Venetiis 323
Langius Leonis pontificis Bononiæ cõdiscipulus 473.
Lipsiæ literas professus 616. quo alimento vsus contra æstus & labores in itinere 607. eius auita stirps medicis celebris 692 peregrinationes 468. liber de methodo curandæ pestis 592 calculi in tonsillis cura 757 defensio aduersus naturæ calumniatores 492
Langius Episcopum Ratisbon. apostemate in perinæo liberat 894

Digitized by Google

Langius Philippi *Westerburg* vxorem cordis palmo & tremore brachii vexatã sanat 878. adolescentem pariter à supremo domus tabulato supra stratum lapsum curat 881
Langii epuloticum 902
Lapis Armenius vbi verus reperiatur 778 Thracius 420
Lapis bezoharticus contra venena salutaris 597. phaethõtiades Amato Lusitano visus 499. Thracius aqua accensus oleo extinguitur 736
Lapidis Charystii vis aduersus ignem 330
Lapidum excernendorum remedia 759
Lapidis ictu ad temporale uissimo eques quidã mortuus 42
Lapidum in folliculo fellis cõgenitorum historiæ 757
Lapidum vires & sympathiæ. 137
Larynx quid 687. 741
Laser quid 399. Laseris gummi 301
Laserpitium 298
Laserpitium Ruelli quid 587
Latrones gustu sanguinis humani audaciores fieri 385
Laxatiuum claretum 790 Laxatiuæ passulæ 853 Laxatiuum pomum tostum ibi.
Laxatiuus puluis 838
Lecythos quid 985
Legio, dæmonis nomen 649
Legum diuina origo 921
Leges æreæ vnde dictæ 922
Lemarum in oculis decoctio 597.
Lembergum Schlesiæ natale oppidum Langii 267
Lenticula, febris in Italia 560. ante Fracastorium in Græcia grassata 561
Leonis & galli antipathia 136
Leodienses hodie quo cibo abstineant 105
N. Leonicenus in versione vocabuli crisis notatus 165. Leoniceni liber de virtute informatiua 61
Lepus marinus pulmonem solum exulcerat 195
Leporis esu venustatem prorogari 345
Leporini sanguinis vtilitas contra sanguinis grumos 631
Lethargus quid 170
Liber de cura morbi Britannici primum editus, pernicious 86. libri de iure Pontificio qui & quot & vbi reperti 395. Libri qui primo prælo impressi 506 Librorum vtilitas 449
Liberis carere bonum incognitum 218
Libum quid 77. Libi præparatio 272
Libyphœnicæ insulæ 311
Λιβύη ἀεὶ καινὸν τίκτει ὑγιές prouerb. 531
Lichen primo in Asia ortus 188

Digitized by Google

188.
Lichena quando primum Romæ grassata. 472
λιχὴν λμὴν liculmen quid 283
Ligaturæ physicæ quæ 144
Ligna quomodo vertantur in lapides 63. cur in aqua supernatent. 117
Limaturæ eboris puluis 828
Limeum Gallicum quid 362
Limacer in versione Galeni notatus 705
Lingua equis & hominibus quibusdã abscissa citra sanitatis offensam 24. nigra, causonis accidens 23. Linguę in causone chirurgicorum carnificina 942. Linguæ color ventriculi & venarum humoris signum 46. eiusdem paralyseos causa 26
Linguæ tumoris curatio 699 maledicæ vitia 660
Lintea ex Salamandræ lanugine an incombustilia 330
Linternum 228
Linum incombustibile quibus ex rebus fiat 331
λιπόβριον 329
Lipethymia ex sanguinis putredine orta 630
Liquentia fl. 387
λιτραινα quid 130
λιθαίθεμαξις 247
Lithargyrium quomodo decoquendum 718
λιθόδενδρον quid 720
Lithostrata quæ 222
Liuius Drusus comitialis elleboro Anticyræ curatus 583
Liuor vultus melancholici color 748
Loch Arabibus quid 248 huius confectio 844 845
λοχίων κίνησις quid veteribus 547
Locos affectos ex agnatis cognosci 30
Locrensium lex de vino nulli ægro dando absque medico 729
Locustarum plaga in Italia quando 448, 449. in Germania ibidem.
Longæuitatis ac breuitatis vitæ ratio 430
Lora, vinum quale 115
Losannæ Pilatus sepultus 653
λῶπος 122
D. Lucas Euangelista Antiochiæ medicus 390
Lucerna ardens in sepulchro reperta 734
Lucretius Poeta ex amatorio furore mortu⁹ 103. eiusdẽ locus explicatus 176. Lucretius Epicuri assectator 485
Luciferi casus 644
Ludouicus Romanus vbi monocerotas hac ętate viderit 115. eiusdem experientia, de lasere in nouis Insulis erronea 302
Ludouicus de Leonibus medicus Lãgii præceptor 208
Ludis Circensibus quibus vestibus vti Rom. 428
Lumbrici vnde gignãtur 683.
Luminare maius, liber obscurus 418

Digitized by Google

Luna in macrocosmo quid referat in microsmo 253
Lunæ decrementum & augmentum quarum rerum causa 56.57. obseruationes nihili facit Galenus 155.
Lupini amaroris attractiui 571
Lupinæ & ouillæ pellis dilli-dium 135
Luporum capita portis affixa venefícia arcere 144,&662
Lupus cancer à chirurgis dictus 374
Luxata membra reponendi scopus primus 454. secundus 455. tertius 458
Lycanthropia quæ & eius causa 374
Lycoctonum quid 367
Lycurgi edictum de conuiuiis iuuentutis 9
Lysimachia vnde dicta 307

M

Machimum vrbs Tarteſſi 313
Machinæ luxatis instauran-dis aptæ 454
Machumetis epileptici celando morbo dolus 105
M. Magdalenæ vnguentum quo pedes Iesu vnxit 230
Magia ex medicina & astrologia corruptis conflata 399 928
Magia Æthiopum quibus rebus constaret 749. ex quibus artibus conflata 710
quotuplex 149,701,
Magiæ breuis descriptio 477, eius primi auctores 393
Magiæ gemmarum vires ridiculæ 717
Magicis iussis quæ hodie regiones gubernentur 137
Magi qui & quales olim 135
ex Magorũ collegio reges olim Indorum creati 700
Magorum vestitus & nomina ibid.
μάγος, ίδος quid 283
Magistratuum execranda auaritia 545. item indulgentia ibid.
Magistratuum indulgentia causa deprauatæ medicinę 13
Magnetis & ferri sympathia 135
Magnetis affrictu acus horologiorum arcticum polum sectari 747. eiusdem vires de proditione adulteriorũ fabulosæ 718. allio inuncti vel adamante obiecto nullæ 568
Malaciæ prægnantium remedia 354
Malleoli veterum quales 511 512
Malobathron quid 343, non in India sed in Thina & Tylo insulis quærendum 344 474
ad Malum mortuũ vnguẽtum 868 à Malo liberari in oratione Dominica quid sit 647
Mala maliscurati, chirurgi Ambergensis responsio 19
Mali & nucis differẽtia 353

Mala

Mala Assyria Plinio quæ 355. Hesperica Athenæo quæ ibid. Medica quæ 353
Manaemus Essenus Herodi ob magiam charus 382
Manardus Leoniceni discipulus 322
Manna, sal vel mel Indicum 637
Mannathuris quid 321 Mandragora ad sterilitatis remedium monituDei ostẽsa 596
ManusChristi cum fragmentis 826 Manus Christi sandalini 836
Marasmo affectis qui pisces congruant 287
Marcelli in etymo hipposelini error 589
Margaritæ lapides vbi crescant, & earum vires 70
Mariti pallidi ac languentes plerunque steriles 536
MarsiliiFicini de vita contẽplatiua liber in quem finẽ ab ipso scriptus 158. disputatio cum Leoniceno de virtute informatiua 61
Martialis locus de leporis esu 347
Martiani Capellæ locus explicatus de annis 431
Martianus Langius authoris frater 590
Massilienſiũ pestis ob victum malum 553
Massiter musculi origo 41
Mastix cõtrariis qualitatibus prædita & cur 640
Matricis præfocatio quid 95
Matricis lapsæ causæ & curatio 672. eiusdem tormina paucis cognita 544. colligantia cum vertice 751
Matricis suffocationem iuuantia 859. ad matricis tormina 851
Matutinæ horæ ad ingenii exercitia commodiores 258
Mauritaniæ regum balneum granati Hispaniæ 223
Mauritius Orchetomus medicus 671
Medicamenta caloris copiam augentia, & coctionem iuuãtia quæ 52. electiue purgãtia quæ 74. 75. virus extrahentia quæ 79. exotica plerumque nostris peiora 414, arteriaca quomodo decoqui solita 248
Medicamentũ halcyoniũ 766
Medicamenta alui leuiter dejectoria 767. lapidem seu calculum alterantia 759. exquisita quæ 574, qua ratione fortia dicantur ibid. quem attrahendi ordinem in corpore seruent 571, 572
Medicamentorũ compositio ex morbi indicatione faciẽda 44, quæ ad eam requirantur 422
Medicamentorum proprietas occulta quæ 561
Medicinæ origo seu inuentio 747, & 498, herbariæ inuẽtores 483. ex Medicina idololatriæ superstitio & incantatio 605, 908
Medicina vera magicis nu-

gis ac superstitionibus fœdata 7, 11, Γηροκομικὴ quæ 434. κοσμητικὴ etiam medico conueniens 72
Iudæorum prohibita 392
Medicinæ primaria diuisio 456, principia, incrementa, partes 232. studium olim in Syria florentissimũ 390 problemata veluti cathena connæxa cohærere 82
Medicinæ deprauatæ causæ tres 12
Medicina quãdo in artem redacta & a quo 476. quãtum necessaria in Republ. 927
Medici officium in discernendis symptomatis 462. non iudicare de morbo nisi viso & interrogato ægro 46. variarum regionum & constitutionum cognitionem habere 306
Medico mutationes temporum seruandæ 152. Medici veteres diligentissimi morborum causæ scrutatores 46. Alexandrini desides 403, ἐκ βιβλίων κυβερνῆται 46 cur σκιστοφάγοι dicti 45
Medici veri ἰατρῆοι 597
Arabum clarissimi 481. ex Ægypto Romam accersiti 482. ἀγομάντεις mulieribus sterilibus male affecti 535
causarum naturalium imperiti ægrotis inutiles 711
Medicorum falsorum duo genera 597. Arabum error in Chamæleonte 586. 587.
Græcorum in Arabiam fuga 481
disputationes Romæ vbi olim fieri solitæ 168
cõiectura etiam caute procedens incerta 575
Medicorũ veterum instrumenta fere cornea, & cur 228. Germanorum nomen cur apud exteros minus celebre 44
Medicorum discordia pernicies ægrorum 73. Medicorum impudentia 904 & 907. Medicorum cautelæ sunt corruptelæ 904
Medicorum errores terra abscondit 944
Medici officium vtilitate & ærumnis plenum 905
Medicum quæ scire oporteat 932. Contra Medicos rusticos 940.
Melampodis, pillulæ 865
Melancholicus color liuidus cur 348
Melãcholici maxima ex parte epileptici 252
in Melancholia electuariũ 853. ad Melancholiam iulep. 817. puluis 838. ex Melancholia morbos iuuantia 812
de Meliloto emplastrum 869
Mellis ac panis odore vitam sustentari 258. 621.
Melanchthon Capnionis affinis 379
Melampus primus aquam cũ vno miscuit 127
Membranæ succingentis costæ

ſtas inflammatæ ſigna 45
Membranæ quibus argentum in folia cuſum ſit, cõtra phthiſim ſalutares 723
Membrorum hominis ſympathia 710
ad Membra luxata confirmanda emplaſtrum 869
Memoriam confortantia 839
ad Memoriam puluis 822
memoriam roborans aqua 784
Menelai cum Helena in Ægyptum nauigatio 478
Mens diuina omnium rerum principium 65
Menſæ rotundæ ſignificatio 687
ad Menſam & lectos quæ materia accõmodatior 351 352
Menſes cur hydropicis mulieribus ſiſtantur 216
Menſium purgatio duplex 546
ad Menſes prouocandos morſelli 833 pillulæ 859
ad menſes ſiſtendos tragea 834. in menſium retentione decoctum 798
Menſtruum quid 540
Menſtruis retentis cur vomitus vtilis 173
Menſtrua retenta Iſchiadicæ cauſa 74, pituitoſa quid Latinis 517
Mentagra quid 188, vnde ſic appellata 555. quando primũ Romæ graſſata 453
Mercurialis ſyrupus 807
Mercurius præcipitatus vlceribus inſperſus dentib. etiam noxius 210, eiuſdem exitialis vſus 324
Merluſii piſces qui 280
Meropes aues 313
μεσοβόφορον malobathrũ quale 344
Meſue Arabum primus diſtillatoꝛ 245. eius error 414
Meſues electuariũ diamargariti expoſitum 719
Metalli foſſoribus quàm pernicioſus vapor mineralium 193, metalla hydrargyri viribus prædita 708
Metrenchytæ 439
μία μητρυιὰ, δύο δὲ μητέρες, adagium 211
Michael Ambergenſis aurifaber ſtruma affectus 196
Microcoſmo quid commune cum macrocoſmo 258
Microcoſmon quid vocet Mercurius Triſmegiſt⁹ 749
μικροβόφορον malobathrũ 314
Midas hauſtu taurini ſanguinis mortuus 628
Milites plures empiricorum temeritate, quam morbis interimi 6
μίλτος quid 224
Minium naturale vbi naſcatur ibid.
Minoratiuæ euacuationes quæ 169
Mithridatis antidota ex ſanguine facta 628, libri herbarii Romam allati 483. & 934, Mithridati venena

innoxia fuiſſe 570
Mixaria quæ & eorum vſus 340
Mixtio quid 745, quotuplex ibidem,
Mœror cauſa potentiæ dæmonum in corpora 646
Mœroris pharmacum 367
Io. Moibanus medicinæ doctor 775
Molæ ſalſæ in ſacrificiis vſus 277
Mola in vtero quid 668
Molibdochrotoi qui 46
Moly qualis herba 396
eius vis cõtra veneficia 144
Monachorum in literas odiũ 379. temeritas in obſeruandis ſecandæ venæ dieb. 160
Monachorum quos auaritia fecit medicos, origo 950
Monocerotis cornu veneno mederi 118
Monſtrum quid 534. monſtri in nundinis Fraucofordiæ M. D. LVI. oſtenſi deſcriptio ibid.
Monſtra vnde producãtur 65
Montegnanæ medici error 115
Montes Islandiæ nocturna flamma choruſcantes quãlibet niuibus conuerti 737
Morbus & cauſa coniuncta idem 67. morbi curandi principium, loci affecti cognitio 44, 593
morbi omnes ἀδιάφοροι 726
morbi quibuſdam gẽtibus peculiares 553
morbi quinam neq; phlebotomia neque purgatione egeant 69, morbi plãtarum & eorum cauſæ 449
morbi virginei & matricis ſuffocationis ac cardialgiæ differentia 99. accidentia ſeu ſigna 90. nomẽ ib. natura & cauſa quibus dignoſcatur 904. morbus Gallicus non nouus morb. 559
ſpecies eius nũc mutata 181
dęmoniaci curatio 649. curatio per phlebotomiam & potionem 71
morbi animorum quales 649
morborum capitis differẽtiæ 109. pectoralium concoctionis ſigna 463. acutorum curã vnde incipiat Hippocrates 73. in his miracula hac ætate facta 167
in acutis tempus potui frigidæ opportunum 89. quibus cõpetant clyſteres 442
morborũ tres claſſes &quę 553. nomina, non res mutatæ hodie 557, ſimilitudo erroris imperitorum cauſa 90. viciſſitudo vt aliarũ rerum 759. nouorũ cauſa 556
curationis ſcopus, cõcoctio 262
de morbis ad lyram curandis ciuitatum quarundam edicta 705
morbos nouos naturam vt monſtra gignere 552
Morionis ſimulacrum ad quiſgrani in temerariorum me

Digitized by Google

dicorum ignorantiam positum 678
ad Morpheam vnguentũ 868
Mors non timenda 646
morituri signa ex vlceribus 53
Morselli alexipharmaci 821 epileptici 822. restauratiui 827
Morsus venenosi curatio 77
Mortarii plumbei vsus in emplastris conficiendis 709
Mortuis non maledicendum, prouerb Græcum 253
Moses Ægyptiorum magiæ peritus 382 cur Iudæis vsum suillæ carnis prohibuerit 292. peritus magiæ ex Iosepho quomodo intelligẽdus 149, lex eius de puerperarum purgatione sancta 542
Motacilla auis non iynx 764
Motta opp. 387
Mucharum rosarum compositum 812
Mucilago articulis ad quid a natura data 19
Mulier Bononiæ dæmone correpta, eoque expulso meliceride liberata 167
muliebris malaciæ causa 549
mulieres hystericæ quę dicantur 96
mulierum cura in extergendis faciei pustulis 71
mulieribus hydropicis cur menses sistantur 216
mulier Germana xxx. annos inediam passa 615
hydropica potu fontis aquæ cupitæ a morbo liberata 550. in *Nidereſſen* pago Heluetiæ vterum xii. menses gessit 667
de mulieris citta laborãtis, nec cupitis pontæ, miro partu 550
de muliere quæ maritum comederit ex malacia victa 549
de muliere Venetiis quę acus deglutitas decimo demum mẽse eminxerit 676
mulieres Romæ a dæmonibus obsessæ nec exorcismo curatæ 644, inediæ patientiores quam viri 609. menstruatæ a quibus morbis immunes 540, Puerperæ stato die non purgatæ perpetuo valetudinariæ 542
multæ morbo præ verecũdia cælato mortuæ 672
quam tempestate maxime abortiant 544. cur capite doleant menstruis suppressis 712
mulierum ischiaticæ causa 547. fœcũditatis signa 536
mulieribus Romanis vinũ interdictum 727
mulli garo enecari sapidiores 284
Mulus Athenis emeritorum priuilegio 467. muli equis viuaciores 432
mũmia vnde aduehatur 474
Mundificatiuũ incarnans & consolidans emplastrum 874

de Mundi per ignem interitu Stoicorum ſententia 736
Mures non cortu, ſed ſalis lin-ctu concipere 532. 634 metallis nutriti 51, quantam iacturam ad Chalybes fecerint ibid.
Muriæ ſpecies tres 285
Muriæ probandæ ratio an matura ſit, nec ne 285
Murrha quid 121
Muſæus Orphei diſcipulus 396
Muſculus temporum cęteris præſtantior 41
muſculi temporalis in funambulo quodã robur 42
Muſcus marinus 343
Muſica menub. noſtris cognata, 914, quibus morbis medeatur ibid. eius præconium 913
Muſtela piſcis qualis 287, eius alexipharmacũ contra ſerpentem 490
mutationem omnem ad proximum genere fieri 371
μυγάλη 365
myrobalanus quid 335, lieni amicus 193
myrobalanorũ genera quinque 337. eorum recentiũ conditura ibid.
Myrrha electa 303
Myrtillorum ſyrupus 809

N.

Napellum Auicẽnæ quid 369
Narbonenſes primi carbunculo affecti 188, eorum venena contra lupos & feras 362
Naſturtii vis attractiua 571
Natura cur a Democrito accuſata 484, a calumniis Democriticorũ vindicata 492 cur Syneſio plerumq; maga videatur eſſe 166, Hippocrati quid 603, eiuſdem varia apud Galenum & Ariſtotelem nomina 746
Natura in ſemine quid 62
Nauigatio ad nouas inſulas 309.
Nauſicaa 116
Nautæ cur plerique ſiti pereãt 215
Necromantia quæ 40, 382, circa quæ verſetur 702
Neemias quid pro igne ſacro in templo Hieroſolymitano repererit 732
Nemeſis templum 425
Nepenthes herba 913, Nepenthe vinum apud Homerum quale 265
Nephriticis puluis vitri vſti ſalutaris 76
Nephriticos quomodo curarit Langius 205
Nephriticis cur pedes torpeant 203, quando venæ ſectio conferat & quæ vena ſecanda 443
Nepotes aliquando auorum per multos gradus notas referre & cur 38
Nerui ventriculi relaxati cauſa faſtidii ciborũ 607, 608
Neruorum frigidas ægritudines curans aqua 784 emplaſtrũ 870, ad Neruorum dolorem vnguentũ 867, ad

Digitized by Google

867, ad neruos induratos emplaſtrum 870
ad Neruorũ vulnera contuſa oleum 863
Neſtor quomodo ccc. annos vixiſſe dicatur 430
Netopum vnguentum quale & eius vſus 342
Neudecker ciuis Ambergenſis a Langio ex vulnere oculi curatus 31
Nicæus poeta Æthiopico colore natus ad aui ſimilitudinem 38
Nicolaus *Wurmhauſer* oſſis ſacri putredine mortuus 185
Nicolaus Principum Bauariæ archimagirus 627
Nicolaus *Ruggker* 762
Nicomachus Schmieneus ita obœſus vt loco dimoueri non poſſet 890
Nicocles 944, & 946
Nigellæ in catarrho efficacia 718
Nili aqua, pro deliciis inter regia munera habita 127
Nitrum naturale vbi & quale 637, contra tormina a veteribus datum 36. ad alui deiectionem a Langio datum 510
Nix quomodo a Romanis & Græcis ſeruari ſolita 127, 128
Niuis aqua ſtomacho noxia 249
de Noctambulorũ inſomniis 698
Noctuę oua abſtemios facere 730
Nomina a ſono rebus indita 512
Norici ex aquis Alpium ſtrumoſi 195
Nouæ inſulæ magorum iuſſis gubernatæ 138, earum regem nihil niſi dæmonibus conſultis agere 399
Nucis & mali differentia 358
Nucis vmbra noxia capiti 626
Numa Pompilius feſtorum dierum author 161, quib. vaſis litare ſolitus diis 119 eiuſdem de magia libri cũ ipſo ſepulti 139. quando ex monumento eruti 394, publice concremati 399
Nutrimentum nullũ ſimplex 745

O.

Obœſitatis remedium 326
Obœſis ſanguinem ſpuere periculoſum 172
Obrizum aurum quale 716
Obſtetricum officium quale olim 217, harum circa puerperarum menſes imperitia 543
Oceanus cur ſub Zona torrida ſitus 58, 905
Ochoſiæ interitus 148
Oculus cultro vulneratus quomodo a Langio curatus 31
Oculi fœcunditatis vel ſterilitatis quomodo indices 220. ad Oculorum confortationem vnguentum 841. 865

Digitized by Google

Ocymum mutari in ſerpillũ 372
Odore vires refici ac ſuſtentari 611
Odorifera ab vtero affectata 98
Odoriferum oleum 864
Oenopia 912
Oenolpotani cur ſtrumis, & bronchocelis obnoxii 890
Oenothera 913
ὀινόμελι quid, & confectio 284
Olai magni liber de gentibus Septentrionalibus 737
ἁλίεσσα τὰ ὀνοσίδη, adag. Galeni 249
Oleum cur in aqua ſupernatet 117
Olei vnctio quantum valeat 235. ſtrigmenta in balneis collecta quibus morbis vtilia 238
Olei dulcis vſus in ardoribus ſedandis, & putredine promouenda 36
Olea quomodo conficiantur 862
Olei ex aſſulis iuniperi confectio 250
Olei Spani vel Hiſpani confectio & vtilitas in laſſitudine 345
Oleum de vitellis ouorum vſtioni commodum 514 amygdalinum famem tollere 618
Oleum ad ſtrumas 893
Olla ardens quid Ægyptiis ſignificabat 146
ὀλιγόφορον vinum quibus vtile 99
Oliue mulier Florentina, ſtrumoſa, 195
Oluſatrum Latinis quid 588
Olyra quid 268
Omelylis Græcorũ quid 276
ὀμφάλιος ſpecies gonorrhœæ quomodo curetur 516
ὄνισοι piſces qui 280
Opinionum falſarũ cõceptio, cęcitatis hominũ cauſa 16
Opocalpaſum virulẽtum 299
ὀπὸς Κυρηναϊκὸς ibid.
ὀψαρίδια 282
Opticæ pillulæ 857
Oracula Chriſto nato muta facta 494
Orbis vniuerſa dæmonibus plena 644
Orcheis quid 524
Ordeum ptiſſanæ quomodo teri ſolitum 274
Oribaſius Iuliani medicus 276 eius error 755
Orificiũ ventriculi, ſitis ſubiectum 226. eiuſdem cum cerebro colligantia 94 Orificium ventriculi ſenſus acutiſs. 607 Orificium cordis affectibus condolere 265
Origanũ contra viperæ morſum ſalubre 490
Orixis fera Ægypti 478 quam timeat caniculæ ortum 472
Orphæus in Thracia inſtitutus 477 eius de gemmarũ viribus ſcripta non magnifacienda 717
Oris ventriculi affectus ratione conſilii ſuperiores 551
ὄσχεον quid 279, 525
Oſculãdi fœminas mos apud Ro-

Digitized by Google

Romanos à quo inſtitutus 727,597
Oſiris zythi inuentor 597
Os ſacrum vnde ſic dictũ 105 putredini ex empyremate obnoxium 285
Oſſis fracti aut reducti ſitus rectus 455
Oſſa cranei rupta vel perforata quib. inſtrumentis excidenda 27 luxata quoto die à fractura reponenda 456 457.
Oſſium dolor vehementiſſimus omnium & cur 184
Oſteocollum herba quæ 755
Oſtocopus quid, & eius curatio 186,559
Oſtrea cum luna augenti ac minui 569
Otthenricus comes Palatinus à Lãgio zoſtere ſanatus 134 eiuſdem Principis in Langium liberalitas 469
Otthonis in ſylua tabellarius nuper occiſus 385
Oua aceto liqueſcere 641
Ouium, curãdarũ ab aſthmate ratio 579
οὐλοχύται in ſacrificiis quid 277,633
Oxymel ad grumos ſanguinis ſalutare 631

P

Pædiæ eulogium 926
Pæoniæ radix quæ & cui morbo vtilis 405
Pæoniæ fœminæ hiſtoriã ibid. maſculæ 406
Paguros muſica in litus euocari 473
Palæſtrarum ſtructura ex Vitruuio 234
Palatini Hercyniæ Boemorũ ſylux accolæ 447
Palladius de cõſtructione balneorum obſcurus 223
Pallium & barbam video, medicum philoſophum nõ video, cuius apobthegma 14
Pallor faciei in puellis affecti epatis index 727
πανακείας herbæ miraculum 548
Panaricium quid 682
Panicald Hiſpanis quid 586
Panis ſolo odore vitam multis ſuſtentatam eſſe 258, & 440
Panis ſiliginis qualis 267
Panis azymi vera præparatio 271
Panẽ azymũ Veneré excitare 272 Panes azymi Iudæorũ in Pascha quales 971 Panis vino madefactus præſens virium contra æſtus & labores alimentum 620
in Pãnoniæ causõ graſſatus 21
Papiliones vnde naſcantur 63 ex aurelia mutari 972 quomodo capiendi 328
Papyri loco qua materia vti veteres 490
Paracolletica emplaſtra 419
Paralyſis vnde dicta 106 Paralyſeos organorum arbitrarii motus cauſa 26. Paralyſi an columbarum eſus conducat 558
Paralyſim curans aqua 84

Digitized by Google

Paralysis pillulæ 857. puluis 822. trociſci 862 Paralyticorum potus 806
μεγεσάτας χιροσειδῖς 526
αἰδροειδῖς 527
Pardalianche quid 367, & 489
Parẽtum in liberis ſimilitudinis cauſa 38
Parietes fornacei 239
Patonychia quid 682
Partus legitimi quomodo Rheno probati 230
Partus tempeſtiui ſigna 667, tempus legitimum 669
Partua magnarum ſæpe calamitatum ſigna 591
Paſcha à quo & cur inſtitutũ 270
Paſſerum cerebrum ad ſalacitatem conferre 40
Paſſulæ laxatiuæ 853
Paſtoris cuiuſdam ſicarii in Germania atrox facinus 385
in D. Patricii barathro an ſint animæ quæ audiuntur 651
Patrisfamilias officia 341
Patrobius Neronis libertus cur Nili arenam Romam portarit 236
Patrocli anima Achillem de ſepultura compellat 650
D. Paulus apoſtolus, corpora impiorum dæmoni ſubiecit 616. cur caput in ſacrificio Iudæorum adfuturus abtaſerit 701
L. Paulus victor de Perſeo rege 119
Pauli Æginetæ locus de pilulis ex elleboro 581
Pauli Veneti de regionibus Orientalibus 721
Pauo vnde albos parturiat pullos 1007
Pax artium alumna 481
Peccata noſtra primaria peſtis cauſa 83
Pectoris morbi, ex capitis catharro 742
in Pectoris morbis infuſio 785
Pectoralis aqua 804. confectio 825 decoctio 792. iulep ſyrupus 806.
in Pectoralibus morbis infuſio 804
Pecora ſale pingueſcere 634
Pedigambra portugallorum quid 363
Pedum lotionem ſomnũ allicere 110. & 696. nuditas concubituris noxia 538
de Pellice cuiuſdam principis citta laborante, ac integros ſtuppæ liniique manipulos comedente 550
πίμματα quæ 266
Penicilla ſpecilla medici dicunt 900
Pennas aquilarum alias pennas admixtas inſumere 658
Pennæ marinæ vſus multus in medicina 776
Pentaploe Athenienſium certamen 278
πεντηκόντοροι 310
περιεδρομίδες quæ 235
Perinçi apoſtoma quo modo ſane

Digitized by Google

sanetur 893
Periodi morborum causę 601
περίψημα quid 186
Peripateticorum à medicis dissensio de elementorum quatuor in mixtis corporibus transfusione 745
Peristerion herba quæ 664
Persarum regis olim venatio peculiaris 197. Persarum reges aquam Coaspis fluuii tantum bibisse 127. Persæ ab Ægyptiis magiam edocti 477
Persica Ægyptiaca quæ, & vnde dicta 552. Persicæ arbores quomodo variis characteribus insculptę nascantur ibid.
Pestis futuræ initia 151. præsagiũ ex caniculæ ortu 478 signa 594. causæ ibid. Pestis Romæ Galeni tempore, quomodo curata 70 Pestis in castris Dauid 82. in castris Agamemnonis ib. quas partes infestet, & quæ eius curatio 80. causa 82.
Pestis Anglica quando primum in Germania grassata 85
Peste iam conclamatos quomodo curauerit Langius 81.
Pestis remedium 779, 780
Pestilentiales pillulæ 855
Puluis 819
L. Petilius libros Numæ magicos reperit 394
Petroselinum Ephi pro Macedonico venale 588
Petrus Ægineta Lãgii præceptor in lingua Græca 713.
Petrus Ciglerius 123
Petrus de Appano Cõciliator notatus 177
Petrus Lembergius adolescẽs mortuus 160
Petr⁹ *Schæffer* chalcographiæ inuentor 506
Petrulius Romã primus lichenem attulit ex Asia 188
Phalangii ictus frigidissimus 697
φαλαγγίου venenum & remedia 360
Pharmacia magiæ species 142. 143. cur ab Indorum magis neglecta 233
Pharmaca secundum Auicennam quæ 575 à quo Deorum manus appellata 10. vbi periculosa 70. quę huc ex India aduehantur 309. cur certa certis viscerib⁹ noxia 209
Pharmaci eiusdem contrariæ vires 547 lenitiua vel minoratiua nõ reiicienda 714 metallica & deleteria corpus alterare & tamen non concoqui 722. vomitum cientia 713. Pharmacorum vsus in morbis 557. Pharmacorum compositio quid 746. frequens vsus naturæ noxius 576
Pharmacopolarũ sanguis draconis adulterinus 325 scincæ, veræ salamãdræ 327 ostẽtatio in varietate cõpositorũ medicamentorũ 418

Digitized by Google

Pharus insula Ægypti pharmacis referta 361 ἀνόδιαι infestata 478
Pharynx & eius compositio 688
φάρμακα quæ 653
φάτνη 191
Phauorini dictũ de medicis 14
Pherecydes Syrus phthiriasi mortuus 684
Philadelphus aquam Nili, filiç in Syriam vsque misit 127
Philinus galactopotes 129
Philinus Athenienſis vno cibo in tota vita vsus, & quo 566
Philippus Bechius medicꝰ Basiliensis 741
Philippus Galliæ rex LXXX Iudæos Parisiis comburi iussit 385,386
Philippi Melãchthonis famuli audacia 631. gener medicus 624
Philippi Weſterburg vxor cordis palmo & tremore brachii vexata 878
Philosophia medicinæ ianua 593
φιλοτησία poculum 323
Philtrum quid 243
φίλυρα 502
Phlebotomia præ cæteris euacuationib. periculi expers 35 vbi periculosa 70 eius vtilitas 588 in Phlebotomia nulla concoctio humorum requisita 768
Phlegma cur sanguini admixtum 612
Phlegmone morbi præter solutionem continui 13
Phlegmones erysipalotodis curatio falsa empyricorum 4. item vulneri tendonum innatæ curandæ ratio 16
Plegmones vulnerum accidentia 16. causa 17
Phlegmagoga medicamenta 567
Phœnicobalani 335,336
Phœnicum in Arabiam nauigatio 311
φοῖνιξ ignis quid Theophr. 738
Phrenitidos & Lethargi differentia 109
in Phrenitide quæ vena secanda 156
Phthisis indicium 45
Phthiriasi qui olim mortui 684
φῶκαι 743
Phyllitis herba quæ 407
Physicæ ligaturæ quæ 144
Picæ muliebris causæ 458
Pici Martii prudentia 612
Picus Mirandula de Germanorum doctrina 44 eiusdem de Iudæorum volumi nibus narratio 380
Picrocholis porum etiam paroxysmi tẽpore cõcedi 188.
Pietas hominum à dæmonibus 640
Pilæ in balneis Victruuio quid 226
Pilatus Iudææ præses Rhodano submersus 652 vbi sepultus 653
Pili capreolarum medic. chirurgorum vulneribus inflam-

Digitized by Google

flammatis 19
Pilulæ quomodo conficiãtur 855. Pillularum de elleboro dotis 581
Pinguia omnia cur ęgre sublimentur 250
Pinna pisces sine oculis 487
Pinnicati aromatici cõfectio 827 de Pinnicati restaurantibus 826
Pisces lumbricis & caphuræ odore inescantur 916. Pisces qui fere saxatiles 287
Pisces saxatiles alba iure elixari vt carnes 280. Pisciũ captura cum aristolochia 367 item cum cocculis orientalibus ibid.
Piscibus salsis quando & quib. abstinendum 897
Piscinæ in Bethsaida vires diuinæ 740
Piscinæ Romæ quæ 237
de Pistore cuius humerum mulier cittam patiens deli derauit ac comederit 550
Pisistratus primus qui bibliothecam construxerit 499
Pituita serosa quomodo à cerebro ad vesicam descẽdat 206
Pituitæ generatio 264. Pituitam educentes pillulæ 855 856 Pituitosorum somnia plerũq; de niue, imbribus & fluentis 699
πτυοκάμπαι quæ 450
Pityocampis per ignorantiam potis quomodo subueniendum ibid.
Placentarum genera 270
L. Plancus sponsionis Antonii & Cleopatræ iudex 641
Plantæ marinæ surculus Langio missus 776
Plateæ piscis industria 487
Plato multa ab Hippocrate mutuatus 792, quanti fecerit se natum hominem, & Socratis temporib. 494 eius locus de veteri motu locali 98, cathena aurea 76
πλέγμα δικτυωδὲς quid 526
Plethoricis frigidæ potio intempestiua 87
Pleuritidis signa 462 in Pleuritide combusta, vena secanda, nulla astrorum habita ratione 155
Plinii laus 762. locus de ægitallo & acãthide correctus 632. de tæniis emendatus 686
Plinii locus illustratus 220
Pliniana cinnabaris quæ 324 Indicam eum ignorasse 325
Plotini de natura feminis sententia 62
de Plumbo emplastrum 875 Plumbum motu liquefieri 508
Plumbeæ solenas in fontibus non salutares 199
Pocula veterum qua materia facta 118
Pocula quæ quit. præstent 123
pocula vitrea metallicis salubriora 122
Podagra mulieribus quando accidat 547. podagrę causæ

Digitized by Google

744. Podagram iuuans vnguentum 863, 864. iulep 818, 819.
πολάνιστρον 693
Poetæ veteres omnes magiæ periti 396
Polenta quid 277
πολιοπρόσωπος 41
Polus Septentrionalis, magnetis astrum 65
Polybii in Africana littora nauigatio 310
Polybus Hippocratis discipulus 96
Polycleti regula quæ apud Galenum 428
Polydamna Ægypti regina 478. eius donum Helenæ oblatum 307
Polygonium quid 355
Pomponatius Langii præceptor in philosophia 647
Pomum tostũ laxatiuum 853
Poma medica intra vestes, tineas arcere 354
Poppææ Domitii Neronis vxoris luxus in venustate cõseruanda 549
Populeon firiasi salubre 252
Populeonis vnguẽtum vulneris osculo infusum ab imperito chirurgo 19
Porca præcidanea vnde sic dicta 297
Porcus Troianus 890 Porcorum anima pro sale eis data 299. 890 eorum esu cur Iudæis Moses interdixerit 291
πόροι 559
Portugalliæ reges nouarũ insularum repertores 307
Portulacæ syrupus 808. Iulep 826
Potus Medicinalis Arabibus quid 274 Potus aquæ thermarum damnatus 740
Præcordiorum oppilationem iuuantia 816
Prandendi cœnãdiq; alia aliis ratio obseruanda 261 Prãdium cœna magis sobriũ esse oportere 256
Pratum Hallerense apud Nurumbergum 278
Profluuii causa & quibus contingat 516
Promalacteria quid 231
Propnigion quid 238
Proprietas occulta medicamentorum quæ 568
Proserpina pinsendi panes inuentrix 497, 418
Pruna Syriaca quæ 339
Pseudomedici quales 936 personatis histrionibus similes 10. Pseudomedicos libitinam exercere 8
Psilotra quid 229
ψιμμύθιον quæ 199
ψῶρα quomodo curanda 269
ψυχρόλουτρα quæ 227
Ptisana quid sit & eius præparatio ac vsus 273. 274
Ptolemæi Philadelphi bibliotheca & studium in bonorũ autorum libris conquirẽdis 500
Ptolemæi in Erasistratum & Boeti in Galenum munificentia 954
Ptolemæi locus falsus 155

Digitized by Google

Pauli Æmylii in educandis liberis sedulitas 924, quod publica in priuatum vsum conuersa vires diuinas amittant, exempla 740
Puella pugno ad tẽpora cæsa in epilepsiã lapsa 42 Puellæ cicuta vescentis cõcubitus quã multis noxius 51.52. Puellæ quæ triẽnio sine cibo & potu vixit, historia 604,605, Puellæ inediæ patiẽtiores quam masculi 609 Puellarum nubilium morbi causa 90
Puer oculo vulnerato curatus 32. alius è tabulato domus delapsus & fracto cranio à Langio curatus 28. Pueri cur non caluescant 40. Puerorum paruorum hydropes quæ 224. Puerorum morbus siriasis 251. Pueris cur vinum prohibitum à Platone 729
Puerperæ periculosis morbis obnoxiæ 542 Puerperarum somnia plerunque de nigris rebus, dęmonũ spectris, & huiusmodi 698 Puerperis mensibus suppressis saphena incidenda 543. Puerperia apud Thraces luctuosa 486
Pulegium brumali solstitio floridum 569
Pulices, cimices, & id genus in sectorũ expellẽdi ratio 452
Pulmonis inflãmati ex lotio signa 624 meatus medicis ignoti ibid.
Pulsus pestiferorum sanis simillimus 595
Pulueris cantharidum vsus commodus 211. Pulueris ex vitro faciendi ratio & vsus 759 incendiarii compositio 638 purgatio medicamẽtosa quid 574. minoratiua quando competat 679 767
Puluis laxatiuus 838 solutiu⁹ 835. rubeus seu præcipitatus 902
Pulueres quomodo conficiantur 819
ad puncturas oleum 863
Purgantia medicamenta quæ vtilia in peste 80
Purpureus puellarum color quomodo, an genuinus sit explorandus 349
Puteus apud Lucernam Pilati manibus agitatus 653
Putredinis causæ & remedia 53
Pyrausta in igne viuere 56
Pyroporum seu Rubinorum orientalium vires 721
Pythagoras primus herbarũ scriptor 401. quando vixerit 365 eius symbolum de sacrificio nudipedali expositum 538. Item de sale 633
Pythagorici quid prandere soliti 258
Pytho quid 240

Q

ad Quartanam infusio 805 iulep 817 pillulæ 857. puluis solutiuus 838

Digitized by Google

R.

Rabiei causa in hydrophobis qualis 68
Rachael quomodo a sterilitate sanata 694
Ranarum sperma siccarum ad quid vtile 834
ῥαφανὶς quid hodie 126 cum oleo comestus eructationes non excitat 250
Ratio pro maximo propugnaculo homini data 493
Raucedinis perpetuæ causæ 742
Raucedinem iuuantia 846 858
Receptarii medici qui 592
Religio nouatum Insularum magia gubernata 137
Remedia olim in templis deorum conseruata 436
Remediorum indicatio a qua causa sumatur 67
Reminisci quid 697
Renum tunicæ duæ 201. fascia quæ 202, dolori clyster maxime vtilis 203
ad Renes vnguentum 865 866, Renes purgãtia & calculos educẽtia 804 & 810
Restaurantia quomodo conficiantur 844
de Restaurantibus pinnicaei confectio 826
Restauratiui morselli 827
Rete mirabile cur flexuosum 528
Rhabarbaricum choleræ hepatis purgandæ congenitũ 193 in Rhabarbaro vires contrariæ 245 Rhabarbari contrariarum qualitatum causa 640, Rhabarbari in morbis pectoralibus infusio 804, Rhabarbari syrupus solutiuus 811
Rhenus Germanis olim adulterii vindex creditus 230
Rheni accolæ causone crebro afflicti 22
Rheubarbarum vide Rhabarbarum
Rheum Oribasii quid 753
Rheum ponticum non cẽtaurium sed eius ἀντίδοτον 754. eius descriptio 756
Rhizias quid 299
Rhodostagma quid 245
Rhuerdrommel auis 764
Rhyemata quid 891
Rob de berberis & cerasis 826
Robus panis qualis 266
in Rodt pago Spirẽsis diœcesis puella triennio inediam passa 605
Roma quando primum carbunculo & lichene infecta 188, Romæ pestis tempore Gal. qualis 70, Romę mulieres plus xl. nuper dęmone correptas esse nec a cardinalib. curari potuisse 643
Romani cur sacra externa abolere conati 504, quibus armis pro bombardis vsi 512. cur sero medicinam didicerint 482. cur virginibus & matronis vinũ prohibuerint 728. Romanorũ bibliothecę 502, Romanorum

Digitized by Google

rum veterum annus quot menſium fuerit 430
Romuli Pollionis reſponſum de ſenectute valida 236
Roris vſus ad emaciationem corporum & vulnerum cõſolidationem 627
Roſarum qualitates contrariæ, & quæ 640. in Roſarum ſucco contrariæ virtutes 245
Roſcii apud ædiles Rom gratia 242
Rothlauf morbus 4, & 131
Rotulæ ad tuſſim & aſthma 825, ſolutiuæ 835
Rubinorum deſcriptio 721
Ruellius Pariſienſis medicus 269, huius error 620
Ruffus puer Chriſtianus a iudæis occiſus 386
Rutæ viridis & ſiccæ diuerſi effectus 332. eius aduerſus ſerpentes vires 490

S.

Saccarum indorum quid 637
ſaccarum noſtrum a veterum artificiali non eſſe diuerſum 319
ſacerdotes ethnicorum olim medici & magi 150. ſacerdotes fuci 135
de Sacerdote cuius calcem mulier malaciam patiẽs euulſerit ac comederit 549
ſacra uudipedalia quæ 538
Sacres vnde ſic dicti 296
ſacrificia dæmonum quibus conſtent 140
ſacrificia prima ex ſuib. facta 295, omnia cum ſale fieri ſolita 377, & 623, decana quæ 397
Sacrificiorum ignis perpetuꝰ 733
Sal quid ſecundum Ariſtotelem 635. amicitiæ ſymbolum 633, cur primum menſæ apponatur ibid. cur diuinus a Platone & Homero dictus ibid. in Vngaria quomodo ex ſpecub. eruatur 636, 637. quando putreſcat 282, cur in aqua peſſum eat 117, eius vires 113, ſalis candidi præparatio 286, Salẽ raphano liquefcere 120, ſale ſtomachi faſtidium leuari 117
Sal alkali Chymiſtarum 637, & 760, ammoniacum, & quis eius inuentor 636 indicum idem quod ſaccarum 637, ſal gemmæ ibid.
Salis condituræ commoda cum caſeo ac aliis cibis 623 ammoniaci nomen ſolum in myrothecis relictũ 636, ſalis oleum 863
Sales ab elemento ad voluptates animi translati 633
Salamandræ deſcriptio 513 capilli hodie quid 331. ſalamandram lacertam in igne viuere 56, ſalamandram in igne nõ viuere 329 ſalamandræ pro ſcincis vẽditæ, venenum pro remedio 328
Salaces cur citius caluefcant

Digitized by Google

cæteris 48
Saliua medetur lippitudini 928
Salomon magiæ non ignarus 148, & 382
Salpetra quid 638
Salsedinis causa 111
Salubres pillulæ 855
Sammonici Sereni bibliotheca Cæsari Gordiano legata 503.
de Sandalis tragea 830
Sanguis concretus qua ratione dissipetur 885, Sanguis extra sua vasa effusus repente coagulari solitus 26,27, Sanguis hominum extra venas cur putrescat 630. ceruorum cur non spissetur ibid. leporum suauissimus 349. & 617, tauri virulentus 628, & cur 630
Sanguis humanus magicũ remediũ contra amorẽ 103
Sanguis verus draconis a Geraldo allatus 323, Sanguinis missi contremiscentis in labere causa 33 Sanguinis ebullitionum causa 69, sanguinis vomitus mulieri menstruæ solutio 173 eius rei exempla recentia 541, Sãguine humano dęmones oblectari 384
Sãguinis extra venas effusi ac concreti sæua accidentia 630, fluxus per superiora quando mulierib. cõtingat 541, Sanguinẽ concretum purgandi ratio 631, 632.
Sanguinem grossũm ac fæculentum quæ generent 879 sanguinem mundificantia 812. 814. sanguinis sputum inuantia 816, & 842. sanguinem Salamandræ ab ignis adustione prohibere 56
Sanies oleaginea quibus vlceribus profluat 18
Saniei de pulmone & pectore ac hepate excretio 675
Sanitatis & vitæ latitudo quæ 435. encomia 9, exercitia vetera iam desita 240, Sanitatis conseruatio in naturali digestione constituta 52, Sanitatem nõ verbum sed medicum afferre 166, Sanitatis definitio 910 præconium 934
Sapientum dicta quãdo celebrata 724
Saphiri descriptio & vires 719 720
Sarraceni hodie etiam templum non nisi nudis pedibus ingrediuntur 538
Saturnaliũ consuetudo apud Christianos etiam retenta 290
Satyri cuiusdam Tharsensis ex gonorrhœa mortui historiæ 518
Saul periodum vitæ suæ fatidicam percunctatus 382
Saxa dura calefacta & aceto aspersa emolliri 642
Scabies post quartanam & alias febres salubris 70. in Scabie quando venæ sectio conferat 71. scabiei puellæ ine-

Digitized by Google

læ inediã parietis causa 614 ad Scabiem iulep 817 ad Scabiem puerorum oleum 864. ad Scabiem quãuis vnguentum 867
Scabiosæ Syrupus 807
Scaliger lachryma cerui à Bernhardo Ornesano donatus 598
Scarabeus Ægyptiis quid significarit 537. vnde nascatur 63
Scarificatio balneatoris Bauariæ 175
σκιλοτύρβη quid 189, & 554 non nouus in Germania morbus 557
Sceptrum Iudæ nunc ablatum Iudæis 392
Scherbock Daniæ & Norueg. morbus 555, qualis in Germania 106 eius curatio 555
Schiston aluminis species 636 in Sciatica iulep 819, oleum 864 vnguentum 867
Scincæ veræ 328 earum vis & vsus 217 de Scincis Nili in Ægypto 316
Scirrhus in epate ac liene quo modo fiat 213
Schlesia libis abundans 271
Schloss. vnde sic dicta 48
σκίνψ & σκίνπς quid 440
σχοινοβάτης Itali robur in gestanda trabe 42
Scolopendriæ historia 407
Scolymi descriptio & vires 512
Scombrorum descriptio 282
Scomma in Iulium Cæsarem triumphantem 530
Scorpio vnde nascatur 167 ict⁹ eius frigidissimus 697
Scotomiæ causa & curatio 68 puluis 822
Scrofæ 293 Scrofulæ 196, & 887
Scrotum quid 525
σκροτοφάγοι qui medici dicti 45
Schnuaden quid 193
σκύφοι 559
Scyphus poculi genus quale 120
Scythæ, nunc Turcæ cognominati 400 vt inediam facilius ferant, quo modo se cingant 600 quo ligno ad arcus olim vsi 626
Scytharum toxicum quale 319 procetes steriles 40
σκύτα. ἴδος, telorũ genus quale 513
Sebasten pectoris ac vesicæ morbis prodesse 340
Sebastianus *Schertlin* eques Augustanus 673
Secacul Mesuæ quid 586
Seilam insulæ rex quantæ magnitudinis amethystum habeat 721
Selago herba Druidum 390
Selenitis lapidis ꝓprietas 569 & 657
Selige pfordẽsis abbatissa dolore hypochõdriorum annuo quomodo liberata 174
Seleucus rex cur Nicanor dictus 490
Semel Germanis qualis panis 267
Semidalis quid ibid.

Semen crudum & aquosum infœcundum 536
Seminis virilis & vteri con temperatura ad fœcundita tem necessaria 219 excretio huius magna viriũ dissipatio 519, fœcundi ac sterilis diiudicatio 536
in seminis substantia quæ contineantur 61
Senæ decoctio simplex 801 802 infusio 805, 806. pulvis solutiuus 837
Senatusconsultum Romæ de non immolandis hominib. 384
Senes cur inediam facilius ferant 609, cur crebrius mingant 677, cur citius masculos gignant quam iuuenes 529. senis cuiusdã medici diæta 262
senes potu maxime viuere 88, senes stranguria citius quã iuuenes corripi, & cur diutius vigiles, & cur 207
Senibus somnum conciliandi ratio 112
Senile prandium, cur liberalius cœna esse debet 263
Sensus cur in hectica febre & sphacelo stupidus 178
sensus communis quid ex Arist. 697 homini ad quid natura datus 586
Seplasiarius Æsopicus 936
seplasiariorum auaritia &c. ibidem.
Septuaginta duo interprẽtes sacrorum librorum 500
sepulchrorũ lustratio 109, 106
Sergius Orata primus balinearum inuentor 221
in seruis emendis veterũ cura quanta 411
Sesamoides album ac nigrum 582, vtriusque vires & dosis ac pótio 409, historia 344
Setæ qui ibid.
Seth primus artium liberaliũ ac philosophiæ naturalis author 47,
Sideratio quid 106, 742
siderati morienti vt cranei cæca fractura læsi 72
sideritis herba quæ Aetio 663 664
Sidonia quibus condita 511
signa morborum duplicia, & quæ 461, signa crisεos futuræ medico maxime ex omnib. necessaria 866, signa morborum qui circa cerebrum & thoracẽ sunt, alia quam ex lotio 47, signa pathognomica quę 595
Sileni consilium pro λύτρῳ ad Midam regem de vita hominis 485, & 696
Siligo quid 266, siligo Africana 268
Silphium 301, Silphii vsus, raritas & pretium 300. Silphii vnicus caulis Plinii tẽpore repertus ac Neroni missus 301
Similago quid 207
ὁμοιομερικὴ medicinę pars qualis 46. a Germanis fere neglecta 44
Simõ *Frhei* puer Christianus Tridẽ-

Tridenti a Iudæis occisus 386
Simplicis medicamenti contrariarum qualitatum causa 640
Singultus remedia 642, vbi applicanda 690
Sion herba quæ 581
σπεῖραι quid, & vnde dicta 251, erysipelati ex diametro contraria 285, quando accidit pueris 251, & 254, quomodo eam curarit biduo Langius 252
Sisymbrum in mentham degenerare 372
Sitis in hydrope causa 215, in febrib. continuis plurimũ noxia 88
σῖτος apud Hippocratem quid 445
Smaragdus pro amuleto appensus stomacho roborando efficax 718 eius vires in electuario Mesuæ 719
Smylacis vmbra quam noxia 626
Smyrniũ Dioscoridi quid 588 & 589
Sobrietas omnium virtutum dux 258
Soldanella 343. huius decoctio minor 794. eiusdem decoctio maior 795. tragea 837
Solem Oceani humore ali, cuius opinio 58
σπλὴν Græcis quid 198
Solicitudo & ærumnæ ex libexis 218
Solstitia in venæ sectione periculosa 766
Solutio continui quib. de causis fiat 180
Solutiua decoctio vniuersalis 803
Solutiuum decoctum in calculo 799, ad colicam 797
Solutiua electuaria 853
Solutiui morselli 839
Somnus & eius causa 110
Somni conciliandi ratio ibid. ad somnum inducendum vnguentum 866
Somnifera pedum lotio ex quib. herbis facienda 695
Somnifera aqua 785
Somniferus puluis 824
Somnia medicis in morbo obseruanda 649, pro qualitate humoris putrescentis ægro obseruari ibid.
Somniorum varietatis causa 697
Somnus quid, & eius causæ 696, 697
Sorbitio quid 275
Soricum fibræ numero dierũ lunæ æquales 569
Socrates ex amore mẽdicus 102
Spadones cur nõ calueſcãt 40
Spurnegker Canonicus Ratisponensis a Langio ex calculo in tonsillis curatus 757
Spasmi in phlegmone cubitꝰ aut tibiæ causa 18. spasmũ curans aqua 784. vnguentum 866
Specilla quæ turũdæ seu tentæ vocantur 900

Digitized by Google

Spermaceti vnguentum 866
Spermatis definitio 37, & 39
vnde oriatur. 40, & 529
prima eius decoctio 525
secunda 526, tertia 527
sperma ranarum siccatum ad quid vtile 804
Sphacelus in vulnerum phlegmone cauendus 16
Sphaceli in phlegmone orti causa 19, in ossibus quãtus dolor 184
σφαγίδες venæ quæ 42, earum vsus ibid.
σφυγμοὶ 41
Spicænardi vnguento pedes Iesu vnxisse Magdalenam 230.
ad Spinæ dolorem vnguentũ 866
Spiritus quid 62, Galeno 59
spirituum colloquia quomodo cieantur 137
spiritus visuales, fascini vehicula 659
splenetici aqua vbi candẽs ferrum extinctum sit vtilissima 216. spleneticum decoctum 796, splenis oppilationem iuuantia 814
Sporades morbi qui 553
Sporades insulæ a dæmonib. habitatæ. 651
Sputa cõcoctionis indicia 483
ad sputum sanguinis 842
ad squinantũ vnguentum 886
στακτὴ myrra 284
Steatomata vndi dicantur 886
Stellarum influentiæ & vires soli Deo cognitæ 146
Stercus per vulnus eiectum, partis vulneratæ signũ 54
stercoris equini dilutio, emplastrum pericorum ad Causonem medicamentum 4
steriles quæ sint 218
sterilitatis signa 220, remedia 537
in Steritia decoctio 793
sternutatio singultui sedando salutaris 690
de Sticados syrupus 806
stillaticiorum vsus cur tam sero notus 245
Stipendia doctorum virtutis & studii calcaria 953
Stoici quid vocent animã 59
stomacacia quid 189, non nouus morbus, sed nomen tantum mutatum 556
Danis peculiaris 553
Stomachus Græcis quid 690
stomachi in Nephritide subuersi causa 201, stomachi puerorũ subuersionis curatio 690. eiusdem imbecillitati quæ conferãt vina 727, sympathia cum vesica 750.751
ad stomachum & caput electuarium 840, & 847. stomachi confortatiuum 843
stomachi dolorem iuuãtia 859, ad stomachi dolorem a causa frigida 848. a ventositate ibid.
in stomachi dolore intolerabili iulep 817
stomachi fluxus remedium 809. stomachale iulep 816
stomachicæ pillulæ 858
stranguria quid, & quibus eueniat

Digitized by Google

ueniat 205
ad ſtranguriam & ardorem vrinæ decoctum 800
Stratis veteris comœdiæ autoris locus 128
ſtrigmenta balneorum, quæ, quanti a magiſtratu vendita 237
στρόφη quid 141
ſtruma quid 196, 141, 886, 887, vbi naſcantur ſtrumę 888, ſtruma pondo ſexaginta librarum in coxendice iuuenculæ Florentinæ accreuit 196. & 888
ſtruthiones ferrum deglutire & decoquere vidit Langius 51
ſtuporis cauſa coniuncta quæ 66
ſublimationes chymicorum quid 250
ſuccinum vnde naſcatur 413
eiuſdem & palearum ſympathia 135
ſudor humorum abundantiũ ſignum 46. 602. & 907
ſudor Anglicus febris πυρετῶν ſpecies 85, ſudoris Anglici cauſa interna 83
ſudore Anglico temeritatẽ empiricorum infinitos interemiſſe 6. ſudor calidus frigido melior 602, frigidus an ex corpore febre ardente erũpere poſſit 602
Suetonii locus de praſina factione 424
Sultzbach opp. 31
Sulpitius Gallus 151
Sultano monocerotes boues ex India miſſi 118
Summatra olim Taprobana 308
Sunamitis Abiſaga puella ſeni Dauid ad concoctionem iuuandam data, 52
Sus Ioui ſacra, & cur 295. ſue nullum animal fœcundius 292
ſuis alexipharmacum in cephalalgia 491, Suilla carne cur Iudæi abſtineant 291
Suillæ vuluæ conditura 298
Suſis fons cuius potorib dentes decidebant 194
συαγροὶ vnde dicti 294
Sympathia rerum naturalium ac cœleſtiũ 57, & 136 ſympathia lapidum ac herbarũ quarundam 748
Symphytum herba quæ 755
ſymptomata fracti cranei 27
ſymptomata pathognomica quæ 45
Syncomiſtus panis qualis 267
Syncopim curans aqua 706
ſyncopim iuuantia 815
ſyncopali ſudore puer mortuus ob balneum hypocauſti adhibitum 87
συνδρομαὶ empiricorum quid 450
συνεκτικὸν εἶδος quid, & vnde dictum 460
Syrmaiſmi definitio & compoſitio 164, 714, 718
Syrmaiſmus diacarthami 800, Syrmaiſmus diaturbith 704, Syrmaiſmus ſenæ 801
Syrones qualis morbus 685

Syrupi quomodo conficiátur 806

T

Tabani vnde naſcantur 63
Tabes quomodo ex sãguinis putredine gignatur 630
Tabis oſſis ſacri & coxendicũ 743.
Tabula rotunda quid ſignificet 687
Tæniæ tricenûm pedum in homine natæ 686
Taprobanæ inſulæ ſitus & merces 308
de Tartaro tragea 837
Tatteſſi inſulæ merces 312
Tauronitani furorem Pythagoræ muſica ſedauit 915
Taxi arboris vmbra noxia 620
Telephi grãmatici diæta, qua diutiſſime vixit 263
Temperantia omnium virtutum dux 258
Tempora vnde ſic dicta 41. Temporum mutationes in venę ſectione obſeruandæ 766. Temporalis muſculi propago 41
Temulentia proli gignendæ contraria 537
Tentationes diaboli quauis pugna terribiliores 647
περιδέρια quid 186
Tertulliani de remediis magicis ſententia 104
Teſtudinis alexipharmacum contra viperę morſum 490 aduerſus viperam comeſtũ 491
Teſtium membranæ quot & quæ 525
Tetrapharmacum Galeni quale 746
in Thaletem Mileſium ſcomma cuiuſdam aniculæ 163
Thalmud nugis refertus liber 390
Thamariſcus cui malo medeatur 121
θαμνίον quid 115
Thebæ a quibus conditæ 311
Thelephi vulnus rubigine ferri curatum 365
Themiſtocles hauſtu ſanguinis taurini mortuus 628
Theocriti locus de iynge expoſitus 763
Theodori Gazæ verſio correcta 589
Theodori Priſciani Gynæcia, ſeu de mulierum morbis liber 540
Theognidis, ænigma, & eius ſolutio 113 Theologiæ prę conium 920 in Theologos medicinæ vſum abnegates 927 Theologorum indulgẽtia, prætextu medicinæ repullulat idololatria 1047
Theophraſtus Indicæ cinnabaris neſcius 325 cur herbæ nomẽ coitum tactu augentis obticuerit 85 eius locus de aduſtionibus machinarum expoſitus 511, 512
Theriaca præcipuum cardiacæ remedium 94 Theriacæ laus, & quib partibus compoſita 417 Thermæ cur ſacræ dictę 740 Thermarũ Badenſiũ vetuſtas & quando celebrari cœptæ 715 e-

arua-

arundem feruoris causa 420
ad Thermarum vsum quod tempus saluberrimum 731
Theuern opp. miracula agrotum quorundam 168
Theurgia sacratior magiæ pars 149
Thessalorum fraus incantandi sidera 142
Thobias quomodo ab Angelo cæcitate sanatus 46. Tobias & filius eius 928
Tholum Æsculapii sacellum 476
Thoō Ægypti rex pharmacię magicæ inuentor 705 706
θώρηξις quid 617
Thrasias pharmacopola 51
θύμωσις 619
Thryallides seu ellychnia ex lino asbesto 333
Thucydides tempore Hippocratis vixit 73
Thunnorum copia à Phœnicibus ad Carthaginenses missorum 312
Thymelea 589
Timotheus musicus cur geminam à discipulis mercedem peteret 12, & 914
contra Tineas malum medicum valere 354 ad tineam vnguentum 868
Titii iecur cur a vulturibus rodi fictum 101
Titillatio pedum cur somnū inducat 686
Topacii lapidis vires de securitate fabulosæ 718
Torminū matricis descriptio 545 eorum ex febre reliquorum curatio 664
Torpedo, cur piscatoris manū torpere cogat 677
Tortillæ veneficium amatorium 763
Torturam curans aqua 784
Toxicum quid 359. Toxicum Hispanum ex elleboro quale 363 Toxicum ceruinum Hispanorum quale 584
Tragaleum sal in Troade ob vectigal diminutum 384
τραχήματα 266
Tragea ad colicam ventosam 829 ad therinas 831 ad vermes ibid. Tragea solutiua 835. Trageæ quomodo cōficiantur 811
Tragus herba quæ 637
Trapezitarum fraus in detinēdis literis obligatoriis 645
Tremor brachii in puerperio 878 Tremor membri alicuius vnde accidat ibid.
Trepanum ἀποστηγεῖον 27, 29 186, 940
de Tribus pillulæ 856
Tridenti templum puero à Iudæis mactato structum 386 387 Trigon in balneis quid 226 Tripus instrumentum chirurgicum 26 Triticum post tertiam sationem degenerare in siliginē 371 Triticū attractiuo calore præditū quomodo probet 570
Triticum sitanium vel trimestre quale 267
Troglodytis auiculæ descriptio 761 vsus ad calculū ibid.

Digitized by Google

Trociſci quomodo conficiantur 862
Troianus porcus 890
Tubera in morbo Gallico quæ 183
Tuberes Plino, quæ 339
Turcarũ origo & nomen vnde acceptũ, & quando 480. Turcæ abſtemii 127. Turcæ cur tela ſua toxico inficiant 358
Tuſſis cur hyeme frequẽtior quam æſtate 267. Tuſſis in hydrope cauſa 215 ad Tuſſim & aſthma decoctio 792 rotulæ 825. Tuſſim iuuantia 838. ad Tuſſim loch 846 Tuſſis ex calculo in pulmone ac tonſillis curatio 757,785
Tyberim defluere in Rhenũ prouerbium Pici Mirandulæ 379
Tympanites hydrops 217
Typha quid 269
Typhon ventus 85
τυφώδης febris vnde ſic dicta ibid.
Tyreſias à Proſerpina qua ſapientia donatus 703
Tyrus à quibus condita 311

V

Valentiana vaſa Pharmacopolis valde opportuna 119
Valgius Romanus primus libros herbarios Romam attulit 483
Varices quomodo curãdæ 74
Variolarum cauſa qualis 68
M Varronis ſtatua in bibliotheca Aſinii rollionis Rom. collocata 503
Vaſa ſacra olim fictilia omnia 119. Vaſa quomodo probanda an ſeruandis liquoribus conueniant ibid Vaſa concoctionis & ſpermatica cur variciformia 527 Vaſorum ſeminariorum propago 525
Vatis feſtiua deſcriptio 675
Vberum mollificatiuum & maturatiuum emplaſtrum 874
Vberlingæ Iudæi ccc. cõbuſti 386
Vellus aureũ quid fuerit 244
Vena incidenda oleo potius quam vnguẽta illinẽda 374
Vena quo latere in abſceſſu ſecanda 79 an plethoricis luna leonem ſubeunte ſecanda 155
Venæ ſectio à piſce hippopotamo primum hominibus monſtrata 437 vbi periculoſa 71. quando principio morbi competat 679 eiuſdem tempora opportuna 768 in ea ſiderum affectio non ſpectanda, ſi conſtent vires 156
Venæ iugulares quæ 42
Vena medeni quid Arabibus 686 Vena indigeſtis humoribus quomodo incidenda 767 puerperis ob defecta menſtrua quæ ſecanda 543
Venarum ſectio iuxta aures ſterilitatis cauſa 40, & 129 iuxta

Digitized by Google

iuxta poplites ac talos nephriticis vtiles 203. Venarum orificia omnia ad ventriculum, aut vuluam, aut nares, aut sedes finita 572
Venatio principibus apta 619 eius laus 762. accommoda 596
Veneficia amatoria 763
Venenum ceruarium 36
Veneni genuina proprietas 78. venena non primũ cor, sed membra appropriata petere 366, Contra venena puluis 820
venenosa consuetudine naturalia quibusdam facta 369
venenosorum morsuũ curatio 77
Veneris citandæ ac cohibendæ pharmacum 332
Venetiis Iudæi ob infanticidium combusti 387, Ægyptiæ medicinæ quæstum parantes 322
Venti subterranei 738
ventositas spinæ quid Auicennæ 186
ventriculus qua ratione nomismata concoquat 51
ventriculi vulnerati indicia 45. tunicæ tres 201, ventriculi neruorum relaxatio causa fastidii ciborum 607 608, sympathia cum renibus 750, ventriculorum concoctio dispar 622
ventris fluxum iuuantia 858 ad ventris fluxum sistendũ tragea 834 ventris & stomachi flux. remedium 809 ventrem purgantia ibid. ad ventris torsionem vnguentum 866
Venus cur ἀλιγενὴς è salo condita feratur 634
venustatem leporis esu prorogari 347
Veratrum Heliconiũ Dioscoridis 383
veratrum nigrum quomodo ferendum 578
Veris descriptio breuis & tẽperatura 731
Verbena quæ, & ei⁹ vires 663
verbi Dei virtus 920
vermes abigentia 862, cõtra vermes pillulæ 860
Verres quid 293
vertigini cõducens decoctum 791, vertiginem curantia 806, 839, 823, ad vertiginem iulep 814. puluis 28
vesica quandoque scabie laborat 896
Vespæ vnde oriantur 63
Vesputii ad nouas insulas nauigatio 308
Vestæ templum Romæ a quo & cur conditum 733
Victimarum ætates spectari solitæ 296
Victruuius de constructione balneorum obscurus 223 eiusdem locus de vasis explicatus 120
Victus praua ratio morborũ omnium causa 553
Vienna a Turca obsessa 449
Virgo, Iulii pontificis chirurgus 29
Villi sanguinis congelationis

Digitized by Google

eius causa 629
Vinum protropon 115 ἀνα-
ξάχυτον 114
Vinum cur quidam abhorreant 50 vbi ex niue etiam hodie refrigerari solitum 129 qua ratione delicatius ãveteribus paratũ 114 omnẽ tristitiam leuat, ex Gal. 9. dilutum & moderate sumptum, pueris cõcedendum 730 Vinum nepenthes 878 ex elleboro quomodo faciendum 578
Vini crater quartus cui dicatus 327 lymphati cognoscendi ratio 127 seruandi à commotione tempestatũ 113. Vini potus prohibiti censura 719 pueris qui interdixerint 727 Vini vires & laus 912 Vina salis aut aquæ marinæ condita fieri defœcatiora 635
Virgilii locus de Ioue seu aere 64
Virgo Romæ semicanem enixa 534 Virgo Vestalis Neoburgi dolore hypochondriaco ob lapidem in folliculo fellis mortua 767. Nurimbergæ, sanguinis profluuio per os afflicta 541 de Virgine quæ acus deglutiuit quas biduo post illæsa euomuit 552 Virginum dolores ex suppressis mensibus leuiores, sed diuturniores 545 Vestalium pœna pro igne sacro extincto 733
Virgines Vestales plerũq; delirio correptæ ob sperma putrefactum 96
Virgineus morbus qualis 90. quid à Cardialgia differat 94 eiusdem curatio certissima 92 in Virgineo morbo decoctum 798 Viridaria palæstræ 234
Virorum in fœminas mutatio 376
Virtutis informatiuę definitio 61, effectus 38. 39, Viscerũ imbecillitas aut intẽperies quibus medicamentis curetur 53
Visus geminati causa 32 ad
Visus confortationem 841
Visum iuuantes pillulæ 857
Vitæ patrum lõgęuitatis causa 430 periodus qualis 471 terminus qnomodo prolõgari possit 433
Vitia animorũ veneficia 375
Vitis contra virus & serpentiũ ictus salutaris quomodo plantanda 577
Vitrum ex qua fit materia 759 760. Vitrea pocula metallicis salubriora 122
Vlcera vnde fiant 70. quoto die inflammentur 17 hominis morituri cur sicca iueſcãt 20 Vlcus cacoethes varicibus circũseptum quo modo curatũ a Galeno 74 quo puluere cõsolidetur 36 vlcera vermiculosa quibus medicamentis curẽtur 673 Vlcera chironia vnde sic dicta 707 quibus emplastris curanda 788 ad vlcera maligna

ſigna oleum 863
Vlricus *Neuſeſſer* agricola horrido morbo correptus, ac a ſe ipſo interemptus 168
Vlyſſes quomodo animas heroum ab inferis in colloquium euocarit 383
ex Vmbilico infantis modo editi prædicere, quot poſt hunc liberos mulier ſit editura 553, ad Vmbilici exitium emplaſtrum 876
vnctuariũ in balneo quid 226
Vnguentũ ἀλὸς αἰγυπτίου quod & cui morbo vtile 252, vnguenta ex nardo, ſpica, laſere quomodo componenda 248, acopa 235, & 867, vnguentum Gallicum 868
Vnguenta quomodo conficiantur 865
Vniones quæ 720
Vniuerſales pillulæ 556
Voluptatis in corpore cauſa naturalis quæ 177
Voluulus hæmatites Hip. ſtomacacia hodierna 55
Vomica pulmonis per vrinã, thoracis per aluũ expurgari 676
Vomitus ſanguinis ſenib. ſalutaris exẽpla recentia 174
vomitus cõmoda, & a quibus beſtiis homini mõſtratus 488, eiuſdẽ initio morbi vtilitas 767
Vocis raucæ cauſa 742
vreterũ obſtructionis ſignũ 45
Vrina quomodo morborum index 463, Vrinæ exactæ criſeos ſignum 70. cui vlui ſit fullonibus 124. crudæ ac digeſtæ deſcriptio 467
Vrina optima quæ 680
aquoſa ac nigra quid indicent ibid. purulenta an pulmonis aut pectoris affecti indicium 674. peſtiferorum ſanis ſimilima 594 595. per inteſtinum longanomen reddita 675
Vrinæ ſalſedinis cauſa 110
Vrinæ hypoſtaſis candida principii ſanitatis per criſim ſignum 54
Vrinæ ſtillicidiũ quid 204
ob phlegmona matricis quibus contingat 546
vrinæ indicia ſæpe falſa & incerta 44, & 461. Vrinæ ardor vnde oriatur 807
ad eundem decoctum 809
morſelli 832. ad Vrinæ inuoluntarium effluuium morſelli ibid. vrina in quibus morbis obſeruanda 906. vrina humorũ in venis diſpoſitionem tantum indicat 907, vrinæ inſpectio quam parum ad cognitionem & curam cõferat 906, in vrina quid obſeruandum 47
Vromantes medici qui 592
Vrticæ, & eius ſucci diuerſi effectus 246, qualitates contrariæ quæ 640
Vſtionis curandæ methodus 514, Vſtionibus quando frigida adhibenda 513
Vterus an vt animal motu locali moueatur 98. Vteri

Digitized by Google

reuulſi curatio 99. Vterum gerentibus an contingere poſſit ſtranguria 205
Vtica à quibus condita 311
Waldmenlein herba quæ 424
Waſſerochs auis 764
Wurmſhauſer oſſis ſacri tabe mortuus 744
Vulnera temporum quæ ſymptomata ſequantur 41 inflammata curandi methodus 20 ex glandibus plumbeis facta quomodo curanda, ex Galeno & veteribus 35 Vulnera ære inflicta citius curari 658 ad Vulnera cum apoſtemate vnguentum 866. ad Vulnera contuſa oleum 862. 863 Vulnera curans vnguentum 865 in Vulneribus curandis quid præcipue cauendum 18
Vuluæ deſcriptio 197 ſterilitas ibid.
Vxores iratas reconciliandi ratio 326
Vzifur Arabum vires 708

X

Xenia natalicia 281
Xyloaloes verum in nouis inſulis repertum 302
Xyſtus 234, 253

Y

ὑδροφόβη quando primum orta 555
ὗς & σῦς vnde dicta 293, 294
Yſambra Hiſpanum venenum 363

Z

Zea quid 268
Zellum Indiæ emporium 308
Zenicum venenum, & eius antipharmacum 363
Zetæ veterum quæ 225
Zeuxidis pictura excellens vuarum 493
Zizipha quæ 539
in Zoilos adagia 176
Ζ μὴς μίλης 281
Zoroaſter magus ſolo caſeo totis xx. annis vſus 566, & 612
Ζωστὴρ ignis ſacri ſpecies non viſa Galeno 133
Zulapia 56
Ζῦγωμα, os quale 43

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

1021
FINE

Digitized by Google

Digitized by Google

RESTAURO DEL
di LELLI
MARIO